Vxor inſtituta hares à marito ſi legata facta fratri teſtatoris cum prohibitione ne alienentur extra familiam, illi in aliquo caſu non debeantur, ſed remaneat apud hæredem, ſi filias ſuas haredes inſtituerit, non dicitur in extraneas perſonas dicta bona legata alienaſſe.Io.Bap.de Roſell.conſi.151 nume 4 fol.176

Vxor emens nomine proprio etiam de pecunia viri. ſibi & non viro quærere videtur.Io.de Monte Sperelo conſil.98. nu.6.fol.104

Vxor etiam ſi affinis nominetur validè inſtituitur à marito.Hippol.Rimin.conſi.65 nu.1.fol.207.& nu.11.12.fol.208

Vxor inops cum dote pauca, vel ſine dote petere poteſt quartam partem bonorum mariti, etiam quòd maritus illam priuaſſet, vbi maritus præcedens erat locuplex.Io.Bapt.de Plotis, conſi.168.nu.45. fol.219

Vxor plus relinquere non poteſt ſecundo marito, quã vni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum ſit.Matth.Brun.conſi.175.nu.48.fol.240

Vxoris ſubiectio erga maritum, & ſerui erga dominum.Guid.Guidonib.conſi.54. nu.23.fol.56

Vxoris defuncti veſtis vidualis expenſis viri fieri debet, cùm ſine ea honeſtè non poteſt tranſire. Petr. de Albiſiis, conſi.6. nu.7.fol.11

Vxori, & toti familiæ debentur veſtes lugubres in morte viri nobilis ex conſuetudine, ſecus ſi ignobilis.Guido de Guido. conſi.63.nu.47.fol. 56

Vxori, nec maritum excommunicatum relinquere licet ibi.nu.42.fol.eo.

Vxori veſtes lugubres non deberi niſi à viro decedente relinquantur.ibi. nu.48.fol.eod.

Vxori competit actio repetendi dotem promiſſam contra maritum, & eius hæredes. Matth. Brun.conſi. 175.nu.83.fol.246

Vxorem, et filios vbi quis reliquit, ibi animo habitat. Ray.de Monte Vbia. conſi.14. nu.36.fol.14

Vxores non intereſſentes funeri maritorum, illorũ inimicæ cenſentur. Gui.de Guid.conſ.63.nu.17.f.57

Vxorum bonarum dilectionem erga viros monumenta priſca teſtantur.ibi.nu.14.fol.eod.

L A V S D E O.

RESPONSORVM

QVAE VVLGO CONSILIA VOCANTVR

AD CAVSAS VLTIMARVM VOLVNTATVM, SVCCESSIONVM DOTIVM ET LEGITIMATIONVM.

Nunc primùm publicæ commoditati editorum,

EX PRAESTANTISSIMIS QVIBVSQVE *Iureconſultis, & veteribus & nouis, ſingulari induſtria ac ſtudio Ioan. Bap. Zileti I.V.D. Veneti collectorum.*

Volumen Primum.

ET ID EPITOMIS ET REPERTORIO, rerum omnium, quæ ad praxim conducunt, eodem Zileto authore illuſtratum.

CONSILIVM SACRI COLLEGII PATAVINI.

SVMMARIVM.

1 *Notarius debet ſcribere cedulam teſtamenti, et eam publicare præcedente voluntate, & ordinatione teſtatoris, & hoc de iure communi, & ita validum erit teſtamentum. & vide infra nu. 10.*

2 *Cedula teſtamenti quando ſcripta eſt per alium, quàm per notarium, illa debet proceſſiſſe ab ordinatione teſtatoris, vnde poſteà ſi legatur per notarium coram teſtibus, & teſtator illam agnouerit, valet teſtamentum, & hoc procedit tam in teſtamento in ſcriptis, quàm ſine ſcriptis.*

3 *Cedula teſtamenti ſcripta per alium non præcedente ordinatione teſtatoris, licet poſtea coram eo lecta affirmatiuè reſponderit per uerbum ſic, non valebit, nec uim teſtamenti habebit, ſecundum Alber. Papien. & nu. 9.*

4 *Cedula teſtamenti etiam in caſu præmiſſo habet vim teſtamenti, quando conſtabit diſſinctim de voluntate teſtatoris, vt puta ſi interrogatus, an ſic primo dixiſset, & reſpondiſset quòd ſic, declarando tamen iſtam fuiſſe ſuam uoluntatem.*

Intellectus l. Pamphilo. §. propoſitum ff. de leg. 3.

5 *Io. And. in addi. Spe. ti. de teſta. §. 1. in addi. Pileus. non diſſentit ab Alber. Papien. & à Glo. in l. iubemus, ſed ſaluat utrunque in caſu ſuo, & ſic in caſu diuerſo, ut ſupra nu. 3. & 4.*

6 *Legatum nutu factum licet teneat, non tamen hæredis inſtitutio, niſi de benignitate canonica, & tunc ſi teſtamentum factum eſt ad pias cauſas, & adſunt urgentia ſigna pro tali actu.*

7 *Hæredis inſtitutio valet, dum interrogatus teſtator, an faciat talem hæredem, reſponderit facio, dum tamen prius facta ſit ſcriptura de voluntate teſtatoris, & per notarium in tali actu publicata coram teſtibus.*

8 *Teſtator quando mittit pro notario, & per notarium interrogatur, ut ſupra, tunc teſtatoris reſponſio facit teſtamentum validum, etiam ſi ſcriptura non præceſſerit de uoluntate teſtatoris.*

11 *Teſtamentum non valet, quando non conſtat, an notarius ſcripſerit cedulam, de uoluntate teſtatoris, vel alterius.*

12 *Notario atteſtanti ſibi commiſſum examen teſtium, vel alium actum iudicialem non creditur, niſi notarius ſit perſona legalis, & idem in proximo caſu.*

13 *In caſu de quo ſupra in 11. concluſione, etiam ſi notarius ſit legalis perſona, tamen ſi in caſu teſtamẽti contra eum ſunt aliquæ præſumptiones de non procedendo ordinatione teſtatoris, illæ tollunt præſumptionem legalitatis, & reddunt firmam concluſionem de qua ſupra dicto nu. 11.*

14 *Notarius quando non præcedente aliqua ſcriptura interrogat teſtatorem, an talem velit facere hæredem, & teſtator reſpondeat, quòd ſic, & ad id ſpecialiter notarius ſit per eum adhibitus, & teſtes in præſentia teſtatoris conſentientis rogat, ualet teſtamentum, & de hoc ſupra nu. 8.*

15 *Teſtamenti cedulam, quando conſtat eſſe ſcriptã per alium, & maximè per illum qui vult eſſe hæres, &*

A recita-

recitatam coràm teſtatore in extremis laborãte, & reſpondẽnte, quòd ſic, tunc tale teſtamentum nõ valet. & ſupra nu. 3. & 9.

16 *Notarius cautus eſſe debet, & diſcretus, vt bene diſquirat de voluntate teſtantis ab ipſo teſtatore, antequàm illam publicet.*

17 *Cedula teſtamenti, quando eſt ſcripta per alium, vel etiam per notarium, ſed non præcedente ordinatione teſtatoris, & ex vrgentibus præſumptionibus appareat teſtatorem fuiſſe ſeductum, & tedio effectum reſpondiſſe ad interrogationem ſibi factam, an eos faceret hæredes qui erãnt in cedula deſcripti, quòd ſic, non habebit uim teſtamenti.*

18 *Dolus notarij vbi poteſt deprehendi in extorquendo reſponſionem affirmatiuam à teſtatore de inſtituẽdis hæredibus deſcriptis in cedula facta non de uoluntate teſtatoris, & maximè quando deſcripti inſtituti ſunt extranei, non habebit talis cedula vim teſtamenti.*

19 *Proxima concluſio procedit, etiam ſi teſtator ſecundo loco interrogatus affirmatiuè per verba, quòd ſic, reſponderit de hæredibus inſtitutis, & quòd nolit mutare teſtamentum durante tamen tumultu in domo dictorum inſtitutorum.*

CONSILIVM PRIMVM.

IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Glorioſiſſimę matris ſemper Virginis Mariæ. Viſo proceſſu cauſæ principalis agitatum inter Do. Antonium de Figatis, & Gerardum de Gandino ex vna agentes, & ſpectabilem domi. Pedrinam de Bernardis ex alia ſe defendentem, ac viſis proceſſu cauſæ appellationis interpoſitæ dicti Dom. Antonij ac dicti Gerardi agitato coràm eximio legum Doctore Dom. Paulo de Oriano de Brixia, ac proceſſu appellationis nouiter facto per dictas partes coram Reuer. Patre, & Clariſs. Doctore Dom. Anton. de Capitibus Liſtæ canonico Paduano ſuper teſtamẽto quondam D. Pantaleonis, in quo inſtituit hæredem do. Pedrinam eius neptem, & dictos agentes, prout ab eis aſſeritur. Viſo dicto teſtamento, & teſtibus, & atteſtationibus adductis per vtranque partem, tam ad impugnandum, quàm ad coadiuuandum teſtamentum de quo agitur. Viſis inſuper ſententiis duabus latis in ipſa cauſa. Prima de conſilio Clariſsimi I. V. D. Domi. Bernardi de Brenzonibus de Verona, in fauorem dictæ Domi. Pedrinę, ac ſecunda ſententia lata per Domi. Paulum commiſſarium, ſeu iudicem electum in cauſa appellationis iuxta ordines, & ſtatuta terræ Cremæ, omnibus diligenter, & maturè cõſideratis, & maximè rationibus deductis tam in prima, quàm in ſecunda ſententia.

NOS Doctores ſacri Collegij Paduani dicimus, & conſulimus partes præfati D. Anto. de Capitibus Liſtæ iudicis huiuſmodi ſecundæ appellationis eſſe debere in pronuntiando, & determinando per dictam do. Pedrinam eſſe bene appellatum, & per dictum D. Paul. eſſe malè pronuntiatum, quia dictum teſtamentum eſt multis rationibus ſuſpectum, nec in eo ſeruata

1 fuit forma iuris. † Nam de iure communi notarius debet ſcribere cedulam teſtamenti, & eam publicare præcedente voluntate, & ordinatione teſtatoris, ut eſt text. in l. hac conſultiſsima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſtam. face. poſſ.

2 Nec obſt. † Glo. quam communiter ſequuntur Doct. in l. iubemus. C. de teſta. quæ dicit, q ſi teſtator ad interrogationem notarij reſpondet quòd ſic, quòd valet teſtamentum: nam illa Gl. debet intelligi ſecundum legem quam alleg. iuxta theoricam Bart. in l. non ſolùm. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. Sed Glo. mouetur per d. §. at cùm humana fragilitas, vbi tex. dicit, quod teſtator cogitatione mortis et a turbatus, & minus poſsit plures memoria conſequi, poteſt committere cui voluerit cedulam ſcribere teſtamenti, & ſi poſteà fuerit lecta per notarium coràm teſtib. & teſtator eam agnouerit, quòd tunc teſtamentum eſt validum, & ſic loquitur, quando teſtator mandauit notario, vel alteri, vt ſcribat cedulam teſtamenti. Secus ergo ſi eſſet ſcripta per alium non præcedente præordinatione, ſeu voluntate teſtatoris.

Nec obſtat, ſi diceretur, quòd loquitur in teſtamento in ſcriptis: quia immò procedit tam in teſtamento in ſcriptis, quàm ſine ſcriptis: vt patet; quia ille tex. dicit idem ſeruandum eſſe in codicillis. Ad idem facit l. Pamphilo. §. propoſitum. §. de lega. 3. nam ibi præceſsit præordinatio teſtatoris, & iſtud eſt de mente Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de teſta. §. j. in addi. quæ incipit; Pi-

3 leus. † Nam ibi Ioan. And. primò approbat opinionem Glo. in d. l. iubemus, dicens ipſam eſſe veriorem, & ſibi placere. poſteà verò dicit inuenio Albe. Papi. tenuiſſe contrarium, tamen in ijs terminis, qñ intimi teſtatoris informati forſan de ipſius volũtate, vel formã meditãtes quid prudẽter illi agendum eſſet, fecerimt ſcribi teſtamentum, quo ſcripto, notarius legit inſtitutionem hæredis teſtatoris, petens ſi ſic inſtituere vellet: qui reſpondit, quòd ſic. Et idem fecit de legatis, dicit enim quòd hic facile daretur materia fabricandi falſum. Ad ſingula enim infirmus, & quaſi mortuus reſpondit, quòd ſic, vt d. l. iubemus.

Item iſte modus teſtandi non eſt inuentus à iure: nã leges præallegatæ volunt, q teſtatoris voluntas declaretur ſcripto, vel uoce: dicebat tamẽ quòd ſi conſtaret de voluntate teſtatoris diſtinctim ante, quã tabellio ſcriberet prędicta valeat, ſic ſcriptum, & poſteà lectum cum tali reſponſo.

Et

4 † Et ita loquitur prçallegat.l. Pãphilo.vbi teſta
tor fuit interrogatus an primo ſic dixiſſet,& Io.
And. in prçalle. additio. tranſit cum opinione
Albert.Papienſ.ſubdens quòd prudẽtes notarij
& legales in ijs habent optimas cautelas, & è cõ
5 tra,contrarij. Vnde † dicimus quòd intentio Io.
And.qoòd Glo in d.l.iobemus. procedat quan-
do cedula eſt ſcripta de voluntate teſtatoris, &
deiode eſt publicata coram teſtibus, teſtatore in
terrogato an vellet illud ſnum eſſe teſtamẽtum,
& reſpondente quòd ſic.Et iſtud etiã fuit de mẽ
te illius Glo.dũ dicit, & allegat d.l.hac cõſultiſ-
ſima.§.at cùm humana fragilitas C.qui teſta.fa-
ce.poſſ.qui tex.loquitor quando cedula teſtamẽ
ti ſcribitur de voluntate teſtatoris,ſecũdum opi.
Alber.Papien.quę videtur contraria opinioni
Accur.in d.l.iubemus.quę procedit quãdo cedu
la teſtamenti eſt ſcripta de uolũtate alterius quã
teſtatoris,& deinde publicata coram teſtatore ia
cente in extremis & reſpondente quòd ſic.

Et licet opi. Albert. Papienſ.videatur contra-
ria opinioni Glo. prędictarum. tamen intentio
Io.And. eſt qoòd opi. Alber. ſit vera in ſuis ter-
minis,in alijs uerò terminis ſit vera opi. Glo.Et
quòd iſta ſit intentio io. And. tenet Butri. in c.
cùm tibi.de teſta.Idem dicit Pau.de Caſt.in 2.l.
hac conſultiſſima.§.at cùm humana fragilitas.et
in conſ. ſuo 364. incipien.Viſo puncto & al-
legationibus.&c.Idẽ dicit Lodo. de Roma in l.
gerit.ff.de acqui.hær.& in conſ.incip. omnipo-
tentis Dei poſtulato ſuffragio. propoſita conſul-
tatio hæc quęrit.&c.in fi.nam primò dicit quòd
valet teſtamẽtnm, licet teſtator reſpõdeat quòd
ſic.& poſtea ſubiungit, hoc autẽ ſingulariter li-
mitãdum eſt,ſecundum Io.And.in prçallegato
loco, niſi forſan aliquis de teſtatoris oolnntate
informatus, uel forſan meditans quid prudẽter
illi agendum eſſet,fecerit ſcribi teſtamentnm,ſe
cundum quòd ipſe volnit. quo ſcripto,notarius
legit hęredis inſtitutionem teſtatori, qni reſpoo
dit quòd ſic, tunc enim hęc inſtitutio cenſetur
inualida.ex qoòd iſte modus teſtandi non eſt in-
uẽtus à iure,& ſuperſtitio improba eſt.illum in
uenire,de transla.prçlato.c.1 1.verſi.& qoi oerò
eſt,& 11.q.v.cooſuluiſti.iſta ſunt oerba formalia
Ludoni.de Roma.in fi.prçallega.conſilij.

Domious etiã Abb.Sicul.in c.cũ tibi. de te-
ſta. videtur, ſentire quòd iſta fuerit opinio Io.
And. & iſta ſunt verba eius formalia. vnũ tamẽ
nolo omittere ꝙ ponit Io. And. in addi.Spec.
6 eo.tit.§.j.verſi.quid ſi.vbi dicit, † qnòd licet oa
leat legatnm nutu factum, non tamen teſtamen
tum,& ſic videtur tenere cootra iſtam Gloſ. in
prin.dicit etiã Io.Aod.poſt Albert.qoòd ſi quis
ad interrogationem alterius,puta dicentis uis tu
talem hęredẽ inſtituere,& ille reſpondeat quòd
ſic,oõ valet teſtm̃,licet Gl.teneat contrariũ in d.
l.iubemus.mouetur ipſe, quia teſtator debet ex
primere nomen hęredis, & in infirmitate de fa-
cili reſpondet ad omoia quòd ſic. D. Ant.dicit
quòd de benignitate caoonica procedit dictum
huius Gloſ.ſed de rigore procedit contrariom
Sed uide Bal.in l.j. C. de ſacroſanct. eccle.obi al
legat iſtam Glo.concludens quòd ad pias caoſas
valet teſtamentum factum uoto, qood placet in
huiuſmodi relictis, per ea quę dixi in c. relatum.
ſopra eo.ſed io alijs poſſet dubitari.poteſt tamẽ
dici quòd ſi conſtat de volũtate per ſigna vrgen
tia qni valet teſtamentum de benignitate cano-
nica.iſta ſunt verba formalia D.Abbat. Et dum
dicit quòd ualet teſtamentum de benignitate ca
nonica, ſi cõſtat per ſigna urgentia de volnntate
teſtatoris,debet intelligi de teſtamẽto facto nutu
ita loqnitur.Sed ponderandum dom inquit. Di
cit enim Io. And. poſt Albert.Papien.qnòd ipſe
d.Abb. intelligit Io. And.ſequi opinionem Al-
berti Papienſ & ipſe d.Abb.tranſit cum iſta opi
nione, licet non referat formaliter verba Alber.
7 Papien.quæ recitat Io.Andreæ ibi. † Iſtam opi-
ni.videtur etiam ſequi Bal. in præallega. l. iube-
mus.dum dicit,qnòd ſi notarius vel alius inter-
rogat teſtatorem dicẽs,facitis Baldum hæredem
veſtrum? & teſtator reſpondeat,facio: nnnquid
talis inſtitutio valeat, & arguit quòd ſic, per di-
ctam l. hac conſultiſſima.§.at cũ humana fragi
litas.ſed reſpondet quòd ibi pręceſſit ſcriptura
de voluntate teſtatoris, & coram teſtibus lecta
per tabellionẽ.& dicit quòd Iaco.de Are. tenet
qoòd hoc caſu talis conſtitutio nõ valet.& quòd
idem tenet Nicola.de Mattarel.quando ſcriptu
ra fuit inde confecta:& ſupplendum eſt de volũ
8 tate teſtatoris vt ſupra dixi. † Subdit tamẽ quòd
ſi notarios à teſtatore adhibitus profert talia ver
ba, tunc valet teſtamentum ſecundum Martio.
Sylima.& dicit Bal.qnòd ita ſeruat conſuetudo.
Intelligimus Baldum quãdo teſtator mittit pro
notario ot interſit eius teſtamẽto, nã tũc ex quo
conſtat de eios volnntate præcedente valet teſta
mẽtum,etiam ſi ſcriptura teſtamenti noo ſit ſcri
9 pta de eius volũtate. † Et ſupra dictã opioionẽ,
ſcilicet: qoando teſtamentum eſt dictatum per
aliom q̃ per notariũ,& teſtator iam in extremis
iacet,ſeu eſt in grauiſſima infirmitate cõſtitutus
non valet,tenet recolendæ memoriæ D. Franci.
de Capitibus Liſtæ.in d.l. iobemus.& io l. §. ſi
quis ita ff.de verb. obliga. vbi refert in quæſtio-
ne facti ſe ita cõſnluiſſe,& qnòd quaſi omnes Do
ctores ſe ſobſcripſerũt dicto eius cõſilio. Sed in
caſu noſtro adhnc molto clarius eſt quòd inſti-
tutio nõ valeat quo ad alios hæredes oominatos
ultra domi. Pedrinã,& ideò vt clarius hoc intel-
ligator facimus qoatuor caſus. Primus quando
notarius ſcripſit volũtatẽ teſtatoris de eius man
dato,& hoc cõſtat. Secũdũ qñ nõ cõſtat an ſcri-
pſit de uolũtate teſtatoris vel alterius. Tertius
eſt qñ notarius p̃cedẽte aliqua ſcriptura,interro
gat teſtatorẽ an velit talẽ facere hæredẽ, & teſta
tor reſpõdit quòd ſic. Quartus caſus quãdo cõ-
ſtat cedulã teſtamẽti eſſe ſcriptam per aliũ, ma-
ximè per illum qui vult hæres ioſtitui,& eſt prę-

10 ſens teſtamento. Circa primum clarum eſt † ꝙ
teſtamentũ valet: quia de hoc eſt caſns in d. §. at
11 cùm humana ſtagilitas. † In ſecundò verò caſu
Domi. Pau. de Caſt. videtur tenere ibi quòd te-
ſtamentũ non valeat, niſi conſtet cedulam teſta-
menti eſſe ſcriptam de voluntate teſtatoris. Facit
quod oot. Hoſt. Io. And. & doct. ioc. quooiam
12 contra falſam. de proba. vbi dicit † quòd nõ cre-
ditur notario atteſtanti quòd iudex commiſerit
ſibi examinationem teſtium, vel alium actum iu-
dicialem expedire, niſi de commiſsione conſtet
per ſcripturam alterius notarij: quia ipſemet no
tarius non poteſt ſcribere commiſsionem: quia
præſtaret auctoritatem io facto proprio. Credi-
mus tamen, quòd ſi ceſſareot ſuſpiciones contra
notarium, & eſſet perſona legalis, quòd præſumi
deberet cedulam eſſe ſcriptam de volnotate teſta
toris: quia præſumitur fideliter gerere officium
ſuum propter iuramentum quod ei præſtatur,
quãdo creatur ad officiũ tabellionatus, vt in c. au
dientiam. de præſcriptio. & in l. ſi quis decurio.
C. de fal. cum ſimili. Item præſumptio facienda
eſt, vt ceſſet dolus & malitia. l. merito. ff. pro ſo-
cio. & in c. cũ in iuuentute de præſumptio. Sed
ſi notarius ſcriberet cedulã non exquiſita volun
tate teſtatoris, non fideliter gereret officium
ſuum, nec ceſſaret præſumptio doli vel maliciæ.

Neç obſtat c. quoniam contra falſam. cùm ibi
not. quia Doctores ibi loquuntur in illis quæ de
bent expediri per iudicem, ſeu quæ pertinent ad
iuriſdictiooem iudicis, vnde non præſumitur il
la commiſſio notario facta oiſi probetur.

13 Contra autem † iſtum notarium ſunt multæ
præſumptiones, vt infra dicetur, & ideo non eſt
pręſumendum qoòd teſtator ſibi cõmiſerit ce-
dulam teſtamenti ſcribere, & maximè quia in at-
teſtatione ſua dicit quòd teſtator ſibi dixit, quòd
deberet ſcribere teſtamẽtum in litera firma ſeu
groſſa, nõ enim ſi hoc mãdaſſet alia ratione feciſ
ſet, niſi ut ipſe teſtator legere poſſet ipſam ſcri-
pturam, ſed nõ apparet ex atteſtatione ipſius no
tarij quòd ipſe teſtator legerit ſcripturam teſta-
menti, nec etiam colligitur ex dictis teſtium, ſed
ſolum quòd notarius recitauit in præſentia te-
ſtium cedulam teſtamenti.

14 Tertius caſus eſt †, quando nulla præcedente
ſcriptura notarius interrogat teſtatorẽ an velit
talem hæredem facere reſpondentẽ, quòd ſic va-
let teſtamentum: quia poteſt probari per teſtes.
nec ſcriptura eſt de ſubſtãtia teſtamẽti, & de hoc
eſt tex. in d. l. iubemus. & Inſti. de teſta. §. fi. &
no. in l. publicati. C. de teſta. debet tñ apparere
ꝙ notarius ſit adhibitus p teſtatorem, & ꝙ teſtes
ſint rogati ĩ pręſentia ipſius teſtatoris ipſo teſta
tore conſentiente, ut voluit Bal. in d. l. iubemus.

15 Quartus caſus eſt † quãdo conſtat ſcripturam
eſſe ſcriptam manu alterius, & ſcriptura eſt reci
tata à teſtatore iacẽte in grauiſſima infirmitate,
& reſpondente quòd ſic. & Albert. Papien. quẽ
ſequitur Io. And. prout intelligit Butri. & d.
Abb. Pau. de Caſt. & Ludo. Roma. & præfactus
Domi. Fran. de Capitibus Liſtę, tenent quòd te
ſtamentum nõ valeat, & cum iſta opinione etiã
tranſit Io. de Imo. in l. hæredes palàm. io fi. prin.
ff. de teſta. vbi dicit quòd Io. And. in addi. ſupra
dicta tangit de teſtamento dictato per conſan-
guineos ſi teſtator fuit poſtea interrogatus an
velit ſicut ibi eſt ſcriptum, & quòd tutor cætera
allegat voam rationem quæ eſt notãda, videlicet
quòd iofirmi ad omnia de facili reſpondent af-
firmantes quòd ſic.

16 Et † ideò dicit quòd debeat eſſe cautus ootarius
& diſcretus, vt beoe diſquirat de voluntare
teſtantis ab ipſo teſtatore aotequàm publicet, vt
ibi tetigit Ioan. Andreę, ita dicit Io. Aod. io lo-
co præallegato. licet idem Io. de Imo. io d. c. cùm
tibi. in 11 1. col. verſi. quid autẽ ſi teſtator dicat
quòd reuera Io. And. tenet opinionẽ Accurſij.
cum moderatione dũmodo teſtator habeat bo-
num ſenſum & intellectum, & bonã memoriam
dicens quòd hęc opinio eſt communis. & ſic Io.
de Imo. fuit ſibi contrarius. Sed reuera Io. And.
ſequitur opinionem Accur. in. præcedẽtibus ca
ſibus, ſed nõ in iſto vltimo; quia tranſit cum Al
ber. Papien. io terminis quibus loquitur. Sed ex
tra terminos in quibus loquitur Alber. Papieo.
ſequitur opioiooem Accur. Sed caſus noſter ha
bet longe minorem dubitationem, quàm caſus
in quo diſputat Alber. Papi.

17 Quare † ex vrgentibus præſumptionibus de-
prehẽditur quòd teſtator fuit ſeductus, & quòd
eius intẽtio fuit inſtituere ſolam domi. Pedrinã
hæredem. Primò enim teſtamentum fuit dicta-
tum per Domi. Antooium de Figatis io eius do
mo, pręſente Girardo de Gaodino altero hęre-
de inſtituto ex quo oritur urgens pręſumptio
tam contra ipſum notarium quàm contra ipſos
duos hęredes: arg. l. 11. C. de his qui ſibi adſcri.
& l. Diuus. ff. de falſ. Itẽ & ſecundo ipſi hęredes
erãt pręſentes teſtamẽto, & tertius hęres, ſcilicet
Bartholomęus de Bernardis ſeruiebat tunc te-
ſtatori iacenti in lecto. vnde pręſumendum eſt
quòd teſtator in tanta infirmitate conſtitutus, te
dio affectus, reſponderit notario interrogaori q
volebat ipſos eſſe fideicommiſſarios & hęredes;
quia dubitabat quòd oiſi ſic reſpondiſſet, ab eia
fuiſſet moleſtatus & hoc expreſſè voluit Pau. de
Caſt. in d. §. at cum humana fragilitas. dum re-
fert ſe cõſuluiſſe io tali caſu. Nam quidam in ſa-
nitate conſtitutus fecerat teſtamentum & inſti-
tuerat hęredẽ extraneum, deinde cùm eſſet pro
pè mortem, eius conſanguinei conduxeruot nõ-
tarium, & feceruot ipſum ſcribere prout volue-
runt, deinde duxerũt ipſum ad teſtatorem, & fe-
cerunt chartam legi corã teſtibus, & interrogare
eum an ita uellet, & teſtator tedio affectus reſpõ
dit quòd ſic, & dicit ſe conſuluiſſe ꝙ poſtquã ita
erat grauatus infirmitate nõ valeret teſtamẽtũ ſi
nõ apparebat ꝙ charta eſſet facta de ſua nolũta-
te, & ita etiã dicit in ſupradicto cõſilio. Modo ad
propo-

propoſitum in caſu noſtro clarè deprehenditur ex tedio dictum teſtatorem reſpondiſſe quòd illi eſſent hæredes ei fideicommiſſarij. Nam cũ Notarius legerit ſibi legata ad omnia reſpondit clarè,& aliqua legata addit. Sed poſteà dum Notarius eum interrogaret quem vellet ſibi eſſe hęredem, reſpondit quod volebat dom. Pedrinã eſſe hæredem, voluendo oculos aduerſus eam, quaſi oſtendens beneuolẽtiam, & amorem quem erga ipſam habebat, & amplius nullũ alium hæredẽ adiecit,& ſic eius fuit mens ipſam inſtituere inſulidum hęredem. Nec alios hæredes inſtituiſſet ſeu nominaſſet ſi notarius vltra nõ iterrogaſſet. Immò, vt dicũt duo teſtes, teſtator poſtquàm nominauit domi. Pedrinam interrogatus, an vellet alios facere hęredes, tacuit: vnde notarius iterum interrogauit teſtatorem an vellet Domi. Antonium de Figaris, Bartholomęũ de Bernardis, & Gerardum de Gandino eſſe fideicõmiſſarios, & hæredes ſuos, & tũc teſtator reſpoudit, ſi fideicõmiſſarij & hęredi. Et licet aliqui contradicant, in hoc conueniunt plures teſtes, vnde præſuppoſito quòd hoc ſit probatum, præſumi debet teſtatorem ex quodam tedio, ne vlterius moleſtaretur ſic reſpondiſſe: maximè quia erãt præſentes, & conqueſti de ipſo fuiſſent ſi hoc recuſaſſet,& hoc ẽt deprehẽditur, quia tunc non voluit oculos verſus ipſos ſicut fecit, quando inſtituit domi. Pedrinam, ſed vertit terga, & amplius nun fuit locutus, quod oſtendit teſtatorem nun libẽter feciſſe, & ꝙ ſi potuiſſet abſque timore moleſtationis recuſare libenter feciſſet.

18 Item† deprehenditur dulus notarij qui nõ legit inſtitutiones hæredum ſimpliciter ſicut legit legata: ſed cùm venit ad inſtitutionem hęredem, tunc incępit interrogare teſtatorem, ne ſi legiſſet alii aſtantes contradixiſſent, antequàm teſtator reſpoudiſſet. vnde interrogauit teſtatorem quos vellet ſibi eſſe hæredes, & cùm reſpondiſſet de domi. Pedrina ſola, notarius volens ſuggerere, vt inſtitueret reliquos quos ſcripſit hæredes, iterum interrogauit non ſimpliciter, an vellet eos eſſe hæredes ſicut prima vice fecerat, ſed ſub inuolucro verborum, ſcilicet an vellet ipſos eſſe fideicõmiſſarios, & hæredes, vt teſtator qui erat propinquus morti reſponderet ꝙ ſic, nõ intelligens quid hæc verba importarent. vnde iſta ſuggeſtio notarii multum reddit teſtamentũ ſuſpectum, quia nõ exquiſiuit voluntatẽ teſtatoris ſicut faciũt boni,& legales notarii; ſed voluit eos inducere ad inſtituendos prædictos hæredes, & maximè hoc præſumi debet ex quo inſtituti ſunt illi, qui nullo modo ſunt coniuncti prædicto teſtatori, vt voluit Saly. in d. l. iubemus. & Bald. in ſimili in l. ſurioſum. C. qui teſta. fa. po.

19 Nec† prædictas ſuſpiciones tollit, quòd poſt ea in præſentia præſtantiſſimi Doctoris Domi. Beiſortis de Spinellis, & Do. Dionei de Galeaciis reſponderit ſe inſtituiſſe dictos quatuor hæredes non tamen ſpecificãdo, ſed ipſis interrogantib. an dictos quatuor inſtituiſſet hęredes, & reſpundit quòd ſic, & etiam. quòd reſpunderit ſe nolle mutare teſtamentum. Nam tũc perſeuerabat tumultus, & rixa in domo ſua, & timebat maiorem moleſtationem ſibi fieri, ſi teſtamẽtum mutare voluiſſet. Iſti enim regulariter timent qui ſunt propinqui morti, & omnib. placere ſtudent ne moleſtentur, ſeu turbentur. vnde ex præmiſſis dicimus, conſulimus & declaramus, partes præſtantiſſimi Docturis Do. Angeli de Capitibus liſtæ iudicis, & cõmiſſarii ſecũdæ appellationis in pronuntiando, ſententiando, & determinando, eſſe debere bene eſſe, & fuiſſe appellatum pro parte dictę dumi. Pedrinæ: & malè fuiſſe, & eſſe iudicatum per prædictum Dom. Paulum de Orianis, & in confirmando primã ſententiam latam in fauorem dictæ domi. Pedrinæ ex conſilio Clariſſimi Doctoris Do. Bernardi de Brenzonibus. & in abſoluendo partem victam ab expenſis: quia habuit iuſtam cauſam litigandi. Laus Deo.

Ego Iacobus Bono ciuis Patauus Notarius publicus, & ſcriba pręfacti ſacri Collegii interfui concluſioni, & deliberationi dicti cõſilii, & ita illud de verbo ad verbum legi, vt ſupra iacet in dicto ſacro Collegio iuſſu, & mandato eiuſdem Mcccclxxiiij. indictiune ſeptima. die Sabati quintu menſis Martii. ideò me ſubſcripſi. ac ſigillum meũ appoſui, & ipſum conſilium ſigillo ipſius ſacri Collegii eo pręſente, & ita mandante impreſſi, & ſigillaui.

Et ita iudicatum fuit per Domi. Antoniũ de Capitibus Liſtæ Canonicũ, & nobilem Patauinum coram quo per antea allegatum fuit ſępius per xx. Doctores famoſiſſimos in iure hincinde pro partibus ipſis in Camera factoriæ venerabilis Capituli Paduani. Pro domi. Pedrina erant aduocati Illuſtres Doctores Domini Petrus de Barbobus de Sonzino. Ioan. Bap. de Roſellis, & Antonius de Vſatis: & pro parte aduerſa erãt Dom. Ioã. Iacobus Canuis, Angelus de Vbaldis modernus, & Baptiſta de Sancto Blaſio, & tandem Collegium ita ut ſupra conſuluit.

CONSILIVM SACRI COLLEGII PATAVINI.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſconſulti de re ſæpe inter ſe communicata deq; iure ſuper ea reſpondere debent.*

2 *Conſtituti in pari gradu ad ſucceſsionem pariter veniunt.*

3 *Differt ex linea agnatorum, & ex linea cognatorum ad ſucceſſionem venire.*

4 *Agnationis & cognationis differentia locum ſibi non vendicat in ſucceſſionibus ab inteſtato.*

4 *Relationem ad proxima faciendam eſse non ad remota.*

6 *Proximiores in ſtatuto ciuitatis Raguſii qui dicantur.*

7 *Parentelæ verbum, quam ſignificationem habeat.*

8 *Verba, vnde bona exiuerunt, quam interpretationem recipiant.*

9 *Parentelam à parente deriuari.*

10 *Parentes vſque ad tritauum appellari.*

11 *Maiores uocari ſupra tritauum.*

12 *Parentes in materia excluſiua tritauum & ſupra in infinitum continere.*

13 *Parentelam interdum pro affinitate vſurpari.*

14 *Verba in ſtatutis in lata. & extenſiua ſignificatione accipi non debent, ſed ſecundum propriam & veram.*

15 *Vſus communis loquendi in vnaquaque regione obſeruandus.*

16 *Statuta ex communi vſu loquendi interpretationem recipere.*

17 *Verborum proprietatem in dubio ſequendam eſſe.*

18 *Cui omnia requiſita in aliquo actu conueniunt, eum planè aptum intelligi.*

19 *Pari in gradu eſſe de iure communi, & lege municipali differunt.*

20 *Statutorum correctio eſt iuris communis.*

21 *Exire ab aliquo, intelligitur quod ab eius anteceſſoribus exijt.*

22 *Nuptias vſque ad quartum gradum interdici.*

23 *Relatiua verba à declaratiuis differunt.*

24 *Initium ſpectandum.*

CONSILIVM SECVNDVM.

TITVLVS quæſtionis propoſitæ noſtro ſacro collegio Iuriſtarum Paduano, à quo petitur conſilium, talis eſt, videlicet; Moritur ab inteſtato Benedictus Petri de Gondola de Raguſio relicta eius filia legitima, & naturali, nomine Gondola, & relicta amita ſua ſorore Petri patris ſui nomine Benedicta, nec non auunculo, id eſt fratre matris ipſius Benedicti nomine Nicolao Pau. de Gondola, deinde moritur in pupillari ætate dicta Gondola pupilla filia dicti Benedicti præmortui relictis dicta Domi. Benedicta amita patris, & dicto Nico. Pau. auunculo patris ſui. Sianie ſtatuto in ciuitate Raguſij, quòd omnia bona cuiuſcunque perſonę quæ ante legitimam ætatē deceſſerit, deueniant ad propinquiores, intelligendo propinquiores in iſto & in omni alio caſu, qui fuerint ex illá, videlicet linea parentelæ vnde bona exiuerunt defuncti. ſaluis ſemper ordinamentis ſiue teſtamentis, & ordinationibus factis per anteceſſores defunctorum quorum dicta bona fuerunt, oritur quæſtio inter dictam Benedictam amitam dicti Benedicti patris dictę Gondolæ pupillæ ex vna, & dictum Nicol. Pau. de Gondola auunculum dicti Benedicti ex alia: dicit enim dicta Benedicta omnia bona dicti quondam Benedicti nepotis ſui ſibi ſpectare virtute dicti ſtatuti, & non dicto Nico. Pau. in aliqua parte: quia ipſa Benedicta eſt propinquior ex illa linea parentelæ, vnde dicta bona exiuerunt. Nam dicta bona fuerunt Petri de Gondola fratris ſui patris dicti quondam Benedicti, & ſuorum anteceſſorum, de quorum linea & parentela ipſa eſt, & non fuerunt do. Gondolę matris dicti Benedicti ſororis dicti Nicolai Pau. nec eius anteceſſorum, de quorum linea & parētela eſt ipſe Nico. Ad quę dictus Nicolaus reſpōdens, ait, ꝙ hic nō tractatur de ſucceſſione Benedicti, quia ſibi ſucceſſit filia ſua Gondola, ſed tractatur de ſucceſſione ipſius Gondolæ vltimo loco defunctæ in pupillari ætate, cui Gondolæ ipſe Nicolaus eſt in pari gradu proximior cum ipſa Benedicta, & eſt attinens & proximior ipſius Gondolæ ex linea patris ſui Benedicti, ſicut ipſa Benedicta, & non ex linea materna ipſius Gondolę: & ideò virtute dicti ſtatuti debet pariter admitti cum dicta Benedicta ad ſucceſſionem dictæ Gondolæ de illa linea vnde ſibi dicta bona deuenerunt ſicut ipſa Benedicta, vnde quęritur quid iuris.

NOS itaq; Doctores præfati Collegij Paduani premiſſo pūcto queſtionis, & ſtatuto benè
1 diſcuſſis, † ſępius inter nos cōicato colloquio, di
cimus quòd prima facie videtur dicendū, quòd
bona dictæ pupillæ pariter deuenire deberē tad
2 dictam Benedictam & Nicolaū, † quoniam vter
que eorum eſt in pari gradu lineę vniuerſalium
ipſius Gondolæ pupillę: quia Benedicta eſt ami
ta Benedicti: quia ſoror patris eius; & Nicolaus
eſt auūculus ipſius Benedicti: quia frater matris
eius; & ſic quoad Benedictū & eius deſcenden
tes veniunt de gradu in gradum pares, vt Inſti.
de gradi. §. ex trāſuerſo. & ff. eo. ti. l. Iuriſcōſultus.
§. ſunt ex lateribus. Item eſt ex linea Benedicti,
quia frater matris eius, & quoad Benedictā ita
eſt de linea tranſuerſali, ſicut eſt ex linea trāſuer
ſali matris Benedicti: quia frater eius, ſicut eſt
etiam ex linea tranſuerſali Benedicta: quia ſoror
patris Benedicti, & ſicut quoad Petrum patrē
dicti Benedicti eſt in linea tranſuerſali ipſi Bene
3 dicto, nec inter eos eſt aliqua differentia, † niſi
quia Benedicta venit ex linea agnatorum, ipſe
verò Nicolaus ex linea cognatorum, ſed iſta dif-
ferentia non eſt cōſideranda in propoſito: quia
4 in † ſucceſſionibus ab inteſtato ſublata eſt diffe
rentia agnationis, & cognationis, vt in auth. de
ſucceſ. ab inteſta. in prin & § nullam, vbi tex. di-
cit. Sed in omnibus ſucceſſionibus agnatorum
cognatorumque differentiam vocare præcipi-
mus. Item ipſe Nicolaus eſt ex parentela illo-
rum de Gondola, vt pręſupponitur in pręmiſſa
narratione, & ſic in omnibus reperiuntur pa-
ris conditionis cum dicta Benedicta: ergo pari-
ter videtur debere ſuccedere, maximè habita cō
ſideratione dicti ſtatuti, quod ponderat lineam
parentelę vnde bona exiuerunt. Nam cùm tra-
ctetur de ſucceſſione Gondolæ pupillę bona ſi-
bi delata exiuerunt à Benedicto eius patre, cui
Benedicto in omnibus ipſe Nicolaus eſt par cū
dicta Benedicta, vt prędiximus. Et licet in narra
tione

tione dicatur quòd bona exiuerint à dicto Bene-
dicto, & anteceſſoribus ſuis, tamen non uidetur
habenda cõſideratio niſi proximioris à quo exi-
5 uerunt, † cùm relatio ſit facienda ad proxima, nõ
ad remota, ut nor. Glo. Inſtit. de actioni. §. con-
tra quoque quę allegat. l. ſi ſeruus plurium. §. fin.
ff. de legat. j. & ff. de teſtamen. l. hæredes palam §.
ſed ſi notam.

i. Sed præmiſſis non obſtantibus dicimus de iu
re eſſe contrarium, videlicet quòd ipſi pupillæ
ſuccedit Benedicta tantum, nõ autem etiam Ni-
6 colaus, & hoc conſiderato dicto † ſtatuto quod
ad ſucceſſionem inteſtati vocat proximiores, &
declarat illos eſſe proximiores, qui ſunt ex illa li-
7 nea parentelæ vnde bona exiuerunt † vnde pon-
8 deranda eſt linea † parentelæ, † & ponderandum
9 eſt vnde bona exiuerunt. Linea autem parentelę
10 iſtius pupillę aſcendit ſurſum † vſque ad tritauũ,
11 quia uſque ad illum appellantur parentes, † ab il-
lo verò ſupra, non parentes, ſed maiores uocan
tur. ut d. l. iuriſconſultus. §. parẽtes. ff. de gradib.
12 licet enim largo uocabulo † & in materia exten-
ſiua parentes appellentur etiam ſupra tritauum
in infinitum, ut l. appellatione parentis. ff. de ver
bo. ſignif. et l. quique. §. j. ff. de in ius uocan. et l. j.
13 §. generaliter. ff. de legat. præſtan, † Et parentela
etiam aliàs pro affinitate ponatur: vt in Clem. j.
§. porrò. de iureiur. iuncta Glo ibi, tamen in ma-
teria ſtatuti, quod eſt ſtrictè intelligẽdũ. l. quid-
quid adſtringendæ. ff. de uerbo. obligat. et l. con-
14 ſtitutionibus. ff. ad municipal. † non debemus la
tam ſignificationem & extenſam vltra eius pro-
priam ſignificationẽ aſſumere vltra eius propriã
& veram eius ſignificationem. l. non aliter. ff. de
15 legat. iij. † niſi communis vſus loquendi in lo-
co eſſet cõtrarius, vt not. Bar. in rubr. ff. de noui
16 oper. nuntia. & in l. j. §. fin. ff de pecul. † tuc enim
verba ſtatuti ſecũdum illum communem uſum
loquendi eſſent intelligẽda l. librorum. §. quod
tamen Caſſius. ff. de leg. iij. & l. cùm de lanionis.
§. aſinam. ff. de ſundo inſtru. de quo tamen com
17 muni vſu loquẽdi nobis aliter nõ conſtat, † ideò
à proprio ſignificatu verbi non recedimus. Cũ
ergo ipſa Benedicta ſit de linea parentelæ, quia
fuit ſoror Petri patris Benedicti, & ſic filia eiuſ-
dem patris Petri. qui pr Petri quoad Gondolã
pupillam erat abauus eius, remanet ipſa Benedi-
cta de propria & vera linea parentelæ ipſius Gõ-
dolæ. Item ipſa Benedicta eſt ex linea parentelæ
vnde bona dictæ pupillæ exiuerunt, ut præſup-
ponitur in caſu quòd illa bona exiuerũt à Petro
& ab anteceſſoribus eius, & ſic etiam à patre ip-
ſius Benedictę. qui fuit pater et Petri, meritò ipſi
18 Benedictæ debetur talis ſucceſsio, † quia ei con-
ueniunt omnia requiſita ab ipſo ſtatuto.

Nec obſtat quod pro parte Nicolai dicebatur
19 quòd etiam ipſe videretur admittendus, † quia
eſt in pari gradu cum Benedicta; quia illud pro-
cederet de iure cõmuni, vt d. auct. de ſucceſſio.
abinteſta. §. nullam. & auct. poſt fratres, C. de le
20 gi. hære. † quòd Ius commune per dictum ſtatu-
tum corrigitur: quia defert ſucceſſionẽ illis qui
ſunt de parentela illa & linea parentelæ vnde bo
na exiuerunt, non habita conſideratione parita-
tis gradus, ſed potius illa paritate excluſa, niſi cõ-
currat quòd etiam ſit de linea parẽtelæ vnde bo
na exiuerunt. Iſte autem Nicolaus non eſt ex il-
21 la linea parentelæ vnde bona exiuerũt: quia † vt
prǽſupponitur in caſu, exiuerunt à Petro & ante
ceſſoribus ſuis, & ipſe Nicolaus non fuit de pa-
rẽtela de qua loquitur dicta Clem. j. §. porrò. de
iureiur: quæ non comprehenditur in dicto ſtatu
to, vt prædiximus.

Item non obſtat quòd ipſe Nicolaus ſit de fa-
milia illorum de Gõdola: quia dato quòd ita ſit,
oportet ipſum eſſe hoc reſpectu ex alia linea pa-
rẽtelæ quàm fuerit dictus Petrus & in gradu val
de remoto, & ſaltem vſque ad quartum gradũ:
22 † quia aliàs ſoror dicti Nicolai non potuiſſet nu
bere ipſi Petro, ut in c. non licet, extra de con-
ſanguinita. & affinit. & Inſti. de nup. § j. in Gloſ-
ſa. Et in narratione caſus dicatur quòd ipſa bona
exiuerunt à Petro, & ab anteceſſoribus ſuis, non
eſt de illa linea parentelæ ex qua bona exiuerunt.

Item non obſtat quòd debeamus conſiderare
perſonam Benedicti à quo exiuerũt bona in pu-
pillam immediate, cum quo Benedicto ipſe Ni
colaus eſt in parentela: quia eſt filius ſororis ip-
ſius Nicolai, cùm debeat relatio fieri ad proxi-
23 ma: quia diximus † quòd in dicto ſtatuto non
ſunt uerba relatiua, ſed ſunt uerba declarati-
ua. Nam cùm ſtatutum diſpoſuerit ſucceſsio-
nem deferri ad proximiores, declarat qui ſunt
proximiores, videlicet illi qui ſunt ex illa linea
parentelæ vnde bona exiuerunt: reſtringere er-
go hanc declarationem ad proximum tãtum eſ-
ſet contra verba & mentem dicti ſtatuti, con-
tra verba enim eſſet: quia quòd habeatur conſi-
deratio vnde bona exiuerunt, & ſic principium.
24 Vnde de uno in alium deſcenderũt, † quod prin
cipium eſt ſpectãdum. l. iij. §. ſcio. ff. de minori.
& ad ipſum principium ſtatutum ſe retuliſſe ui-
detur. l. quid ergo. in prin. ff. de infami. quod etiã
patet, quia ipſum ſtatutum ſaluat teſtamenta &
ordinamẽta anteceſſorum, & ſic non ad vltimũ
tantum, ſed ad anteceſſores habuit reſpectum à
quibus bona exiuerunt, l. ſi filiusfamilias. §. ut
quiſque heredem. ff. de lega. j. et l. cohæredi. §. cũ
filię. & l. ſed ſi plures. § ad ſubſtitutos. ff de uulg.
& pup. ſubſtitu. per quas rationes ita etiam con-
ſuluit Angel. ſuper præmiſſo ſtatuto in conſilio
quod incipit punctus, ſtatutum Dalmaciæ &c.
concludimus ergo ex præmiſſis dictam ſucceſ-
ſionẽ Gondolæ in bonis antedictis ad ipſam Be
nedictam pertinere, non ad Nicolaum.

Et ita fuit cõſultum per præfatum Collegiũ
Paduę ex relatione deputatorum inter quos fui
ego Modeſtus Polentono, legum doctor qui prę-
dicta compilaui. M. cccclxvij. Laus Deo.

CONSI-

CONSILIVM SACRI COLLEGII PATAVINI.

SVMMARIVM.

1 *Veritas non fucum ſed ſimplicitatem requirit.*
2 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis & conditionibus locum primum obtinet, & præ omnibus dominatur.*
3 *Voluntas teſtantis potentior & potior eſt proprietate verborum.*
4 *Principis reſcripta, volũtates teſtatorũ nõ dominari.*
5 *Teſtamenta inuentione & ſubſtantia ſunt de iure gentium.*
6 *Solennia teſtamentorum iuris eſſe Ciuilis.*
7 *Ius gentium iure ciuili non tolli.*
8 *Legitimatio ex principis reſcripto, & ita ex iure ciuili ſubſtantiam ſuam capit.*
9 *Legitimatio quædam eſt fictio ciuilis.*
10 *Repetitio vehementiorem teſtatoris voluntatem coarguit.*
11 *Legitimatio facti infamiam præ ſe ferre.*
12 *Dignitatem & exiſtimationem ſuam cuiuſque intereſt conſeruare.*
13 *Vitæ & exiſtimationis par cura eſſe debet.*
14 *Illuſtribus & in dignitate conſtitutis, propter ignobilitatẽ prolis interdicebatur matrimonialis coitus.*
15 *Procurationis ſobolis nulla eſſe iura ſingularia.*
16 *Occaſio delinquendi non eſt offerenda.*
17 *Filij illegitimi ſine peccato haberi non poſſunt.*
18 *Matrimonium inter coniugatos conſiſtere non poteſt,*
Nec inter eos cadere poteſt diſpenſatio ad illud.
19 *Ius circa principale ad conſequentiam trahitur.*
20 *Probationem à connexis tenere.*
21 *Papam legitimare poſſe non recognoſcentem ſuperiorem, etiam non citatis his quorum intereſt.*
22 *Declaratio c. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.*
23 *Ius ſpe & potentia tantum quæſitum in fideicõmiſſis conſiderandum eſt ſicuti in pleriſque alijs hominũ actibus.*
24 *Fideicommiſſarijs in ſubſtitutione mortuo teſtatore etiam cauendum eſſe ab hæredibus.*
25 *Spem ius eſſe aliquod.*
26 *Comites legitimare poſſe.*
27 *Narrata non latere eum cui preces porriguntur.*
28 *Defectum dicens, probare etiam debet.*
29 *Legitimatus legis præſumptione filius eſt.*
30 *Imago fingi non poteſt, vbi à principio veritas matrimonij eſſe non poteſt.*
31 *In diſpoſitione quæ ſint neceſſaria.*
32 *Cauſæ cognitio diſpenſationem præcedere debet.*
33 *Comites quamuis legitimandi poteſtatem habeant à Papa vel Imperatore, legitimare non poſſunt contra uoluntatem teſtatoris, & ad præiudicium illorum ad quos ſpectat bona.*
34 *Agentis poteſtas ſimul & voluntas cõſiderada eſt.*
35 *Tenor legitimationis, inueſtituræ, compromiſſi & teſtamenti, multum ponderari debet.*
36 *Verba notæ ſunt paſſionum quæ in animo ſunt.*
37 *Clauſulæ motus proprij, plenitudinis poteſtatis, & certæ ſcientiæ quid operentur in priuilegijs legitimationum.*
38 *Creditur verũ eſſe quod eſt in certæ ſciẽtiæ clauſula.*
39 *Princeps ſciens omnes defectus ſupplere ſolet.*
Princeps adoptionem non iure factam confirmare poteſt. Item & donationem.
40 *Tenor inſtrumenti etiam ante litem ſilentium imponere ſolet.*
41 *Clauſula certæ ſcientiæ arguit Principem plenitudine poteſtatis vti voluiſſe.*
42 *Clauſula certæ ſcientiæ quæ ius ſit & virtus.*
43 *Nullum inferius poteſt eſſe quod ſuperius.*
Principi nemo dicere poteſt cur ita facis. & nu. 44.
44 *Sacrilegium eſt de poteſtate Principis diſputare.*
Princeps eſt ſupra ius, extra ius, & omnia poteſt.
45 *Comes Palatinus ſubrogationem Papę vel Imperatoris ſapit.*
46 *Legitimationem natalium eſſe reſtitutionem.*
47 *Talem eſſe aliud eſt, aliud haberi pro tale. & n. 49.*
Meretricem eſſe aliud eſt, aliud pro meretrice haberi.
Remiſſio aliud eſt, aliud vice remiſſionis haberi.
48 *Legitimationem iuris eſſe, quia legis.*
49 *Legitimandi actus facti eſſe.*
50 *Legem in his quæ ſunt iuris ciuilis procedere per viã veritatis, non fictionis.*
51 *Clauſula ac ſi eſſent clauſa in corpore iuris, quàm vim habeat.*
52 *Recedendum non eſſe à claris verbis.*
53 *Legitimatio maculam abſtergit.*
54 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt.*
55 *Legitimatus à legitimis & naturalibus nihil differt.*
56 *Filiorum appellatione legitimatos comprehendi.*
57 *Filiorum diſcretio iuris eſt poſitiui.*
58 *Princeps lex eſt animata in terris.*
59 *Lex præſumit teſtatorem velle quod ius ipſum & lex diſponit.*
Argumentum à ſimili validum eſt in iure.
60 *Semper ad mentem reſcribentis ſupplendum eſt, & teſtantis recurrendum.*
61 *Legitimatus non modo ciuili, ſed etiam naturali intelligentia dici.*
62 *Legitimatus eſt ſicut natus de legitimo matrimonio.*
63 *Pontifex maximus poteſt legitimare quoad ſucceſſionem, & quoad prolis legitimationem diſpenſat.*
64 *Pontifex omnia poteſt ſuper radice matrimonij.*
65 *Imperator nihil poteſt ſuper matrimonio, ſed ſuper conſecutiuis eiuſdem.*
66 *Natalium iura in poteſtate Imperatoris eſſe.*
67 *Conſequelæ ſiue cõſecutiua alicuius rei nõ ſunt eiuſdem connexa, ſeu dependentia.*
68 *Acceſſorium à ſuo principali poteſt ſeparari.*
69 *Vtile ab inutili ſeparari poteſt.*
70 *Citandi ij ſunt de quorum præiudicio agitur vt actus teneat.*
71 *Plenitudo poteſtatis liberi eſt arbitrij.*
72 *In criminalibus actibus citandi ſemper ſunt quorum intereſt.*
73 *Clauſulæ hæreditate adita vel non adita, quæſita vel non, apprehenſa vel non, & ſimiles, quàm vim habeant.*

74 *Acquiſitio ex teſtō iuris eſt ciuilis & nō gentiū.*
75 *Principis ſola uolūtas quo caſu dicatur iuſta cā.*
70 *Intellectus ad l.miles.§.defuncto.ff.ad leg.Iul.de adulter.*
77 *Rem inter alios actam tertio non prẹiudicare.*
78 *Natum ex adulterio Carbonianam poſseſſionem capere poſſe.*
79 *Iudex,cui Princeps ſine cauſa cognitione mādat vt aliquem laqueo ſuſpendat,an poßit ſine peccato exequi.*
80 *Cauſæ cognitionem præceſsiſse præſumi in Principis actibus.*
81 *Cum plenitudine poteſtatis aliquid fit,cauſa cognitio non eſt neceſsaria.*
82 *Cauſæ cognitionē adhibitā in dubio nō præſumi.*
83 *Nuntio creditur in yſ, quæ ad eius officium munusve ſpectant.*
84 *De ui borum uerborum literatoriè, & canonico.*

CONSILIVM TERTIVM.

IN CHRISTI Nomine amen. In præſeoti dobio ſuper quo à ſacro collegio noſtro ad præſens coofultatio petitur, ao Ludouicus legitimatus in ampliſſima forma ſit capax fideicommiſſi auiti vocantis nepotes natos ex filiis ſuis legitimis & naturalibus,& de legitimo matrimonio natos, non inſiſtendo in ſuperfluis, ſed inhærendo veri-
1 tati, vt aliàs artem oſteotare videamur : ne ipſa veritas, quæ non quærit fucum, ſed vt ſcribit Euripides in Phęnicis ſimplicitatem &c.

Prima facie videbatur diceodum, ꝙ noo.
2 Primò† quia voluntas teſtatoris in fideicommiſſis,& conditionibus primum (vt notum
a eſt)forè ſemper obtinet locum,[a] & præ omnibus dominatur, quoniam alibi dicitur, diſponat teſtator,& erit lex. ergo ſeruanda neceſſariò, etiam ſi diſpoſitio redderetur eluſo-
b ria [b] † in tantū ut verba ratione improprien-
3 tur,[c] † nec per principis reſcriptum poſſit
c reſcindi.[d] quoniam† teſtamenta inuentione,
4 & ſubſtantia ſunt de iure gentium,† tametſi
d ſolennitates inuentæ de iure ciuili eſſe dicā-
5 tur, [e] † vode abſurdum eſſet ipſum tolli [f],
e ſed ad propoſitum illa eadem eſſe videtur, vt
6 filij ex legitimo matrimonio † nati admit-
f tantur,& non legitimati per Ptocipis reſcri-
7 ptum : quia non legitimi verè, ſed fictè, &
8 ciuili quadam intelligentia dicuotur, non
9 autem naturali, & male ac contra iura,[g] er-
g go,&c.

Et tāto magis, q̄a eadem verba ſæpe,& ſepius io eodem teſtamento repetita fueruot,
10 †quæ repetitio arguit eiuſdē teſtatoris enixam ad deliberatam voluntatem, vt non ali-
h ter intelligatur, quam modo ſupra dicto.[h]
Quibus accedat etiam, quia ſi de legitimatis intelligeremus, ſequeretur quòd teſtator voluiſſet iuris præſumptione hæreditatem ſuā ad infamatam prolē peruenire, (tales enim
11 infames eſſe cēſentur infamia facti) [i] quod
i non eſt dicendnm: † qnia vniuſcuiuſq; iter-
12 eſt dignitatem, exiſtimationemq́; ſnam conſeruari, ad quā naturalis inſtinctus & appeti-
13 tus communiter currit, ſicuti† ad conſerua-
k tionem oitæ, [k] ooo autem lædi hoc modo.[l]
l Vnde olim propter igoobilitatem prolis †in-
14 terdicebatur illuſtribus, & conſtitutis io di-
15 gnitate matrimonialis coitus, qui tamen †in ſuo genere permiſſus eſt ad ſobolē procrean-
m dā.[m] Immò plns: † qnia hoc modo præſtare-
16 tur occaſio delinquendi, quoniam grauatus onere fideicommiſſi, ad iofrenatā, & reprobatam coocupiſcentiam ſe traheret, qđ qui-
n dem eſſe noo debet,[n] ex quo † nō poſſunt ta-
o 17 les filii haberi ſioe peccato,[o] ergo &c.

Secundò quia in facto præſupponitnr, ꝙ Ludouicus prædictus legitimatus natus fuerit ex cooiugato, ioter quos regulariter, &
18 de iure matrimoniū cōſtare oō pōt † nec iter
p eos cadere diſpēſatio ad illud.[p] ergo † nec ad
19 cōſeqoētia eiuſdem, ſeu dependētia ad connexa, ut ſcilicet legitimari potueris, effici talis qualis verè eſſe debnit, vt dicitur aliàs in
q d.c.per venerabilem. & de dependentib. ad
20 propoſitum probatur,[q] † & de connexis, vt
r ſic ſingula reddamus ſingulis, probatur,[r]

Tertiò, quia cùm de præiudicio fideicommiſſariorum ageretur, poteſtas hæc legitimādi oō uidebatur compreheodere caſnm iſtū,
s præſertim eiſdem minimè ciuitatis,[s] in tan-
t tum ut dixerint alibi Doctores,[t] † quòd Pa-
21 pa potuit legitimare filiū Regis Aragoniæ non recognoſcētis aliquem io ſuperiorē ſi-
22 ne tertii prẹiudicio, declarando † tex. in d. ca. per venerabilem. de quo etiā ſupra qui filii
u ſint legiti.& ad idem ſunt alia iura.[u] Et propterea dici poteſt, legitimationem iſtam, tanquam factam inter alios prædictis, qnibus dictum fideicommiſſum erat ſeu ius ad ipſos,
23 † ſi oon re, ſaltem ſpe,& potentia, licet non actum acquiſitum nullo modo præiudicare
x debere.[x] Et ad idem quòd ſpe etiam in fidei-
y commiſſo ſit conſiderabilis voluit Bartol.[y]
24 † Et hinc eſt, ꝙ tales morruo teſtatore ſibi caueri petūt per hæredes, qnib. eſt facta ſubſtitutio, de cooſernandis bonis fideicōmiſſi, & reſtitntioois in euentum cooditionis fi-
z deicommiſſariæ.[z] Et io terminis † quòd ſpes
25 ſit aliquid, probatur in l. ſpem. C. de donat. quam ad idem inducit Bart. in d.l. is poteſt. de acqui. hære. ergo &c.

Quartò & aliter non ſupponētes quod di-
26 ximus ſupra in ſecūdo fundamēto: quia † in
27 precibus Comiti legitimanti oblatis, † narratum eſt ipſum Ludouicum ex coniugata natum fuiſſe, quu caſu præſumptio ſatis ſufficiens reſultat ipſum eſſe filium mariti, quan-

tumcunque

i D. Azo in ſum. ſua, de liis q no ſſa.
k L. iſti quidem. ff quod me. cau l l. ſi na. l. iuſta. ff. de lib. cau. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ cā teſta.
l No. in cap. per uenerabilē. extra qui ſi ſint legi. & in l ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. et auct. ſi q̄ illuſtris. C ad Orſi.
m D. l. Iulianus. & l. humilem C. de inceſt nup.
n L. a. C. de indi. uid. tol. l. conuenire. ff. de pac dot.
o C. nemo. c. meretrices. 32 q. 4.
p Toto titu. & potiſſimū in c. ſignificaſti. extra de eo qui dux. t mat. quam pol. &c.
q In l quamuis. ff. de prec.
r In l. ſi finita. §. ex hoc edicto ff de dam infect. l. ſed interdū. cum l. præcedēti. i ſi ff. de aqua plu ar. c. tranſlato. extra de conſti.
s L. nā ita d. uns. ff d ado. l de unoquoque ff. de re in l. in cauſę. §. cū cognita. ff de minor.
t Duc. in ca. gradu. de ſup plen. negl p̄l. in a.
u L. a. §. merito & in §. ſi quis a Principe ff ut q d l loco pu. c ſuper ea. c. paſtoralis. extra de priui.
x ut probatur ut dd. ll. & l l ſi C. ſi p nim. vel alio modo. & in l. ſi it d uat. reſti. l. j. & tuto ti. C. res inter alios acta. no. Bartol. in l a. in a col ff iudi sol.
y Bar. in l. is pōt. 2. col. ff. de acq hære.
z Tu. ti. ff ut leg. nomi. caueat et vt in poſſe. l. inter oēs. & ibi no. ff q ſat. cog.

a L. Miles. §. defuncto. ff. ad leg Iul. de adul. Ab. in c. per tuas de proba. c. tranſmiſſe. qui filij ſint legi. c pen. de adulter.
b Bal in l ſi. per illum tex. C. de commu. ſeruo manu.
c Bal. in l. filium tuum diffinimus. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iu. in 2. col. fin.
d * Arg. l. decem. ff. de ver. ſig. c. ad diſſoluendum. de deſponſat. impub.

e In ſimili dicitur l. i. in prin. C. de lat. lib. tollē. & in d. c. per venerabilē ubi Doctor.
f Paul. de Caſ. conſilio 90. in 2. col. in fin. in j. volum.
Valle de Vrbinu prior dicti Collegij de cõmiſ-
ſione omnium, ſic per ipſus fore conſultum atte
ſtor, in fidẽ quorũ me hic propria manu ſubſcri
pſi, & ſigillo meo cõſueto huc Cõſiliũ ſigillaui.

SVBSCRIPTIO.

EGO Aloyſius de Saxoferrato Legum Doctor,& ad præſens Vicarius generalis Magnifici & po.Domini Comitis Federici Comitis Montisferetti,&c.requiſitus de ſola ſubſcriptione,dico vt ſupra conſultum eſt per Clariſſimum Collegium Vrbini iuris. In fidemq; promiſſorum hic propria manu ſubſcripſi, & ſigillaui meo ſigillo conſueto.

CONSILIVM D. ODOFFREDI de Beneuento Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt filios inuicem ſubſtituere, aliud rogare decedendo ſine liberis, reſtituere ſuperſtitibus fratribus.*

2 *Teſtator aut duplicem ſubſtitutionem, aut ſimplicem facere intelligitur, non partim duplicem, & partim ſimplicem.*

3 *Subſtitutio fideicommiſſaria non excludit matrem.*

4 *Legitima in teſtamento militis locum habet.*

5 *Trebellianica in militis teſtamento locum non habet, quod quatuor beneficia ipſius.*

6 *Filius in legitima, ſiue in debito bonorum ſubſidio grauari non poteſt.*

CONSILIVM QVINTVM.

HABVIT quidam duas vxores, & ex qualibet earum habuit filios, & quidam iſtorum filiorum ſunt puberes, & quidam ſunt impuberes: veniens ad mortem omnes ipſos filios ſibi hæredes inſtituit, & rogauit eos, vt ſi aliquis eorum decederet ſine liberis, quòd reſtituat portionem ſuam superuiuentibus fratribus. Mortuo teſtatore, vnus ex illis impuberibus filijs mortuus eſt ſine filiis. Modò mater iſtius filij petit legitimã eius, quia teſtator non potuit fraudare eundem in illa, nec filium ipſum grauare in legitima. fratres dicunt, quòd nihil debet habere de iure cõmuni. Quæritur quid iuris?

Primò videnda ſunt verba teſtamenti, vt in
1 verbis vim faciamus; † quia aliud eſt ſi ſubſtituat filios ad inuicem, & aliud ſi rogat eos hæreditatem reſtituere ſi decedant ſine filiis. Et dici poteſt, quòd hoc caſu non fuit ſubſtitutio vulgaris, nec pupillaris: quia quidam erat puberes, & quidam impuberes. vnde ſi ſub-
2 ſtituit eos inuicem, † non videtur feciſſe duplicem ſubſtitutionem, ſed puberi duplicem, & impuberi ſolam vulgarem: ſic ergo nec vulgaris, nec pupillaris, vt ff. de vulgar. & pupilla. ſubſtitutio. l. iam hoc iure. §. j. vſque ad finem legis.

Sed quæ fuit ſubſtitutio hæc? reſpondeo fi-
3 deicommiſſaria, † quæ non excludit matrem; nã directè trahitur ad fideicommiſſariam; vt ff. ad Trebellian. l. Scæuola. C. de inſtitutio, & ſubſtitutio. l. generaliter.

Et ſi vis dicere, quòd generaliter filius fuit inſtitutus, dico quòd nõ eſt verum: quia fecit prouidendo filio ſuo: argum. C. de inoffi, teſtamen. l. pater puellæ. & l. filius matri. & l. ex tribus.
4 † Nam, quia iſta fideicommiſſaria ſubſtitutio non admittitur contra matrem: vt C de impub. & ali. ſubſtitutio. l. precibus. in fin. Ad idem de vulga. & pupilla. ſubſtitu. l. cohæredi. §. cum filię. poſſet tamen etiam habere legitimam, ideò quia
5 teſtator, ut eſt mihi dictum, fuit miles, † & in teſtamento militari non habet locum Trebellianica, ut ff. ad Trebellian. l. prima. §. in teſtamento. ſed illud verum quo ad quædam beneficia Trebellianicæ, quæ ſunt quatuor, non quo ad quædam.
6 Habet ergo mater legitimam: † quia non potuit filius grauari in debito bonorũ ſubſidio: vt C de inoffic. teſtam. l. quoniam in prioribus.

Cætera ſuppleat ſumma ſcientia domini iudicare debentis, propter cuius auctoritatem non ſum vſus copioſitatem, ſed pro rei veritate dixi magis breuiter, quàm potui, quod mihi viſum eſt de iure in caſu propoſito pro bona, & vera Iuſtitia matris ſuprascripti quondam filij ſui mortui. Laus Deo.

Odoffredus de Beneuẽto Legũ Doc. allegauit.

CONSILIVM D. MARTINI de Fano Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata à patre vel matre, ſi promiſit & renuntiauit in manibus dotantis, plus de bonis ipſius dotantis non petere, an talis renuntiatio valeat. Et de forma eiuſdem nu. 2.*

3 *Vxor an de bonis mariti eleemoſinam facere poſſit. Et quid de ſuis paraphernalibus?*

4 *Vxor an poſſit expelli de domo mariti ab illius hæredibus, ante reſtitutionem ſuæ dotis, cùm ſit patrimonium ſuum, & ex illa alimentari debeat.*

CONSILIVM SEXTVM.

1 QVAEDAM † Domina Magdalena dotata fuit a patre, vel à ſua matre, & promiſit, & renuntiauit non petere plus de bonis ipſius dotantis: contingit quòd iſta Domina Magdalena nõ obſtante renuntiatione, petiit velle admitti vnà cum fratribus, vel ſororibus ad ſucceſſionem patris, vel matris dotantis iam mortui, vel mortuę: quæritur an renuntiatio facta per prędictam Dominam Magdalenam ſibi præiudicet, & admitti non debeat ad dicta bona. & dico, quòd talis renuntiatio facta quando uiua erat mater, vel pater erat viuus, non tenuit de cuius bonis, & hęreditate tractamus. ut C. de colla. l. pater.

Eſt

Eſt enim remediũ vt valeat renũtiatio, quòd
promiſſio filię quòd ipſa filia & ſoror promittat
fratribus conſentiente eo de cuius hæreditate
tractatur, quòd quidquid peruenerit ad eam de
bonis, reſtituturam fratribus, & iuret ſi eſt mi-
nor ſeruare talem conuentionem. Et fac inſtru-
2 mentum iſto modò. † Ego Seia promitto tibi &
Męuio fratri meo, præſenti, acceptanti: ſtipulan-
ti nomine tuo & fratrũ tuorum, ſcilicet Caij &
Seij, quòd ſi quid de bonis paternis aliquo tem
pore peruenerit ad manus meas, reſtitueret ſi-
bi & dabo tibi, & nomine fratrum tuorum, exce-
pto eo quod dederit mihi pater in dotem, vel
donauerit, vel in futurũ dabit ſpecialiter, vel in
teſtamento, codicillis vel donatione conceſſerit,
quæ omnia prædicta conſentit pater meus, ſub
pœna centum librarum, & quia minor ſum iuro
corporaliter prædicta omnia obſeruare, qui cõ-
tractus taliter factus valet, & tenet: ut probatur
per Do. Accurſi. in l. de quæſtione tali. C. de pa-
ctis. Laus Deo.

Et ita dico & conſulo ego Martinus de Fano
legum Doctor.

ADDITIO.

3 Sed † an poterit vxor de bonis mariti eleemo
ſinam facere? dic quòd non, nec de bonis dota-
libus, ſed paraphernalibus ſic. ut 23. q. 5. c. qd
4 Deo pari. & ibi notat. † Sed an poſſit expelli
de domo mariti mortui ante reſtitutionẽ dotis
ab heredibus viri? dic quòd nõ, quia dos eſt eius
patrimonium, & ex eadem debet alimentari, vt
C. de iure doti. l. pro oneribus Bar. de Saxoferra-
to hæc addit.

CONSILIVM D. OLDRADI DE Ponte Laudenſis V. I. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renunciauit bonis maternis, ſi poſtea per-
uenerunt ad fratrem, an mortuo fratre poſſit ſucce-
dere in illis bonis.*

CONSILIVM VII.

FILIA † renuntiauit bonis maternis;
quæ poſteà peruenerunt ad fratrem
ſuum, mortuo fratre ab inteſtato, quæ-
ritur an dicta filia excludatur à dictis bo-
nis virtute prædictæ renuntiationis? Ad di-
ctam quęſtionem videtur dicendum, quòd ſi fi-
lia renuntiauit bonis maternis, & illa poſtea ue-
niant ad fratrem, quòd virtute renuntiationis
non prohibetur ſuccedere fratri ab inteſtato de-
cedenti, & in ijs, quæ aliunde deuenerunt ad
eum à matre, ut de bonis quæ liber. l. ſi filius.
circa principium. Nec venit ad ea ut materna,
ſed ut fraterna. pro hoc facit de legat. j. l. ſi mi-
hi & tibi. in princip. & de ſolutioni. l. ſi duo.
Mutatione enim perſonæ cęperunt eſſe frater-
na: vt ff. de acquir. hęred. l. Paulus. §. j. & de inof
ficio. teſtamen. l. fin. de collatio. bono. l. j. §. nec
Caſtrenſe. & extra de renuntia. c. cum inter. ſi-
cut ſi veniret ad ſucceſſionem pupilli per eum
à quo capere non poſſet, quia tunc aduentitia
à quo tempore capere non poſſent. Nec admit-
titur etiam tanquam ſubſtituta, ad alia verò ſic,
ut ff. de vulgar. & pupilla. l. ſi is qui ex bonis. Pro
hoc facit. C. de petitio. hære. l. hæreditate mater-
na. & quod not. ff. l. in eum. §. qui libertus.
Oldradus.

CONSILIVM D. MARTINI SILlymani Legum Doctoris per viam allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris teſtamentarij fides ex teſtamento probatur.*
2 *Inſtitutio vel legatum indicat teſtatori dilectũ fuiſſe
inſtitutum vel legatarium.*
3 *Origo cuiuſque rei attendenda eſt.*
4 *Tutor ſe ingerens ſuſpectus eſt.*
5 *Affinis cauſam ſuſpecti tutoris diluit.*
6 *Legitimus tutor à lege confirmationem recepit.*
7 *Tutorem habenti, tutor dari non poteſt.*
8 *Decretum interpoſitum in præiudicium legitimi tu-
toris, eo non citato, non nocet.*
9 *Tutor teſtamentarius datus inutiliter confirmatus
decreto præfertur legitimo.*
10 *Intellectus l. ſi (vt proponis) C. de confirman. tut. In-
tellectus l. ſi pupillæ. C. teſtamenta. tutela.*

CONSILIVM VIII.

MATER filium ſuum impuberem cu-
ius erat tutrix prędeſtinauit in futurum
maritum filiæ Titij. Posteà mater de-
cedens filium ſuum prædictum impu-
berem hæredem inſtituit, & dedit ei in teſtamen
to tutorem Titium prædictum futurum ſoce-
rum eius, ſcilicet filij ſui: matre mortua, huic Ti
tio decreta eſt adminiſtratio, & eſt confirmata,
eadem die venit auunculus quidam impuberis
prædicti, qui dicit ſe legitimum tutorem, &
præferendum in tutela. Quæritur quis præfera-
tur. Cùm hæc quæſtio de facto contigiſſet alle-
gabatur pro teſtamentario tutore confirmato,
1 quòd ipſe habebat † teſtimonium matris, vnde fi
des ſua erat approbata. Item pietas materna prę-
cedens officium matris, per quod præſumebatur
ſcire quid pupillo expediret. Item faciebat pro
2 teſtamentario † tutore, quòd mater adeò filium
dilexit, quòd eum inſtituit, & ideò eſt confirman
dus, nulla vel leui cauſæ cognitione interceden-
te. Item originalis cauſa huius tutoris pende-
3 bat ex teſtamento, † quæ origo eſt attendenda.
4 Item quia legitimus iſte videtur ſuſpectus. † quia
ſe in-

ſe ingerit ad tutelam, & quia contra voluntatem
matris quę aliũ dedit, videtur uenire legitimus,
& ſic debet repelli. ut C. ſi cont. mut. volunt. da:
ſit. Item in hoc caſu ille quem mater dedit, erat
ſurnrus ſocer huius impuberis, q locu patris ob
5 tinere videtur. † Et ab omni ſuſpicione remotus.
6 Pro legitimo allegabatur † quòd iſte confir-
matus inſpecta confirmatione, & conſiderato,
quòd quicunque confirmatur verè dari videtur
datiuus, & ſic legitimus. Item habet hic pupillus
7 tutorem legitimum, † & habenti tutorem tutor
dari non poteſt: Item quia decretum confirmatũ
8 per poſteà fuit interpoſitum in præiudicium le-
gitimi, eo non citato, nec requiſito, ergo pro nõ
interpoſito eſt habendum. Item pro hoc legiti-
mo allegatur Glo. quæ eſt. C. de confirman. tut.
l. 2. & alia quæ eſt Inſtit. de tutel. §. fin. in fi. Item
pro legitimo allegatur quod ſcribit Azo in ſum.
de confir. tuto.
9 Ego credo teſtamentarium datum inutiliter
confirmatum præferri legitimo ex ordine titu-
lorum. C. cur. da. in teſta. qui eget confirma. C.
de curator. furio. l. ſi fideiuſſor. & tamen legiti-
mo eo præfertur, vt ſatis colligitur in l. de cu-
ratoribus. C. de cura. furio. l. vlt. §. & ſi quidem.
10 & §. ſin autem. teſtamentum, † & idem dico
vbi concurrunt dari in teſtamento qui eſt con-
firmandus, & legitimus eadem ratione. Sed fa-
cilius vbi hunc teſtamento datus præueniſſet,
dum forte negligeret petere confirmationem,
vel eſſet in eo ſtatu vt nondum poſſet confirma
ri, tunc habent locum leges ff. de confir. tut. &
etiam. C. l. ſi (vt proponis) & l. ſi pupillæ. C. de
teſta. tute.

Martinus Sillymanus allegauit.

CONSILIVM D. IACOBI DE Beluiſio V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia præterita in teſtamento, alijs hæredi-
bus inſtitutis, an teſtamentum irritet.*
2 *Præteritionis cauſa exprimi debet.*
3 *Differentia ſexus, & patriæ poteſtatis in ſucceſſioni-
bus ab inteſtato ſublata eſt, & neptis ſuccedit in
locum matris.*
4 *Neptis an conferre debeat auunculis ſuis dotem da-
tam ab auo ſuo.*
5 *Neptis ex filia præterita teſtamentum aui rumpit.*
6 *Filia in poteſtate patris poſita quomodo hodie aui hæ
reditatem adire debeat.*
7 *Hæreditatis petitione quando agendum.*
8 *Cauſa nullitatis teſtamenti, petitione hæreditatis
tractatur.*
9 *Neptis ab auo dotata, & præterita an ab hæreditate
eius excludatur.*
10 *Dotata quando dotem conferre tenetur.*
11 *Filia nupta in patris remanet poteſtate.*
12 *Pater bonorum aduentitiorum filiæ uſumfructum
habet, & eorum legitimus eſt adminiſtrator.*
13 *Vxor eius viro donare non poteſt, bonorũ tamen ſuo-
rum adminiſtrationem committere poteſt.*

CONSILIVM NONVM.

VANNES Gaudentis de Surazano
deceſſit ſuperſtitibus quinque filijs,
& nepte ex filia dicti Vannis, quæ
filia fuit à patre dotata, & præmor-
tua uiuo patre, qui Vannes hæredes reliquit,
præterita dicta nepte non inſtituta, nec exhæ-
redata. Quæritur primò an teſtamentum ſit ru-
ptum per præteritionem dictæ neptis. Et in
1 hoc ita reſpondetur † quòd teſtamentum eius
irritum eſt præteritione. & nullum eſt quantum
ad hæredis inſtitutionem. & hæres vnà cum di-
cta nepte ſuccedere debet paribus portionibus.
vt C. de liber. præteri. auct. non licet. & auct.
2 ex cauſa. C. de inoffi. teſta. cum ſimilib. † Nam
præteritionis cauſam debet exprimere, qua non
3 expreſſa, teſtamentum eſt nullum: vt dictis
auct. † Et in ſucceſſionibus ab inteſtato ſublata
eſt differentia ſexus, & patriæ poteſtatis. & ſuc-
cedit neptis in locum matris ſuæ. in auct. de hæ-
re. ab inteſta. §. j. & §. religioſus. & §. nullo mo
do, cum ſimilib.
4 Quæritur ſecundò † an dicta neptis conferre
debeat auunculis ſuis dotem datam ab auo ſuo,
pro matre ſua? reſpondeo, quòd eam conferre
debet: vt C. de collat. l. illam. quia ex ſubſtantia
aui profecta eſt. vt C. de colla. auct. quod locum.
& l. vt liberis. & C. de inoffi. teſt. l. quoniam no-
uella. C. de colla. auct. ex teſtamento.
5 Quæritur tertio per quam † viam debet ad eũ
neptis procedere? reſpondetur quòd ipſa de-
bet dicere teſtamentum nullum, & petere pro-
nuntiari, & declarari nullum. Item poteſt adire
hæreditatem ſtatim, antequàm petat pronũtiari
6 & declarari nullum. Et conſulo † quòd ipſa patrẽ
requirat ſuper hoc, & hæreditatem adeat cũ cõ-
ſenſu patris, & ſi pater dictam hęreditatem recu
ſauerit tunc adire, poterit patre contradicẽte, vt
C. de bonis quæ lib. l. j. & l. 2. §. vt autem. & ſi co-
hæredes hæreditatem poſſideant, & ei negant re
7 ſtituere, tunc petitione hæreditatis † agendum
eſt: vt ff. ſi pars hæredi. petat l. j. §. quinimò. &
§ periẽde, & ff. fam. erciſ. l. j. ſed via breuior & fa
cilior eſt, quòd dicta neptis adeat hæreditatem
eo modo, & forma quo ſuperius dictum eſt: &
poteſt ſi cohæredes negant eam hæredem, expo-
nat petitionem hæreditatis cõtra cohæredes. † &
8 in ea cauſa tractabitur de nullitate teſtamenti.
& ſi agant petitione hæreditatis, libellus tenet.
9 Quæro igitur † an dicta neptis ab auo dotata,
ab hæreditate eius præterita excludatur. & reſpõ
detur, quòd nõ: quia oportet eam inſtituere vel
exhęredare, vel cauſa legitima expreſſa præteri-
re, ut auct. vt cum de appella. cognoſ. §. aliud
quoque capitulum. & §. ſiue igitur. & dicta auct.
non

10 non licet. & auct. ex cauſa. Sed † dotem pro ſe
datam ab auo de cuius ſucceſſione tractatur cõ-
ferre debet auunculis. vt d. auc. quod locum. &
d. l. vt liberis & d. l. quoniam nouella.

Quintò quæro, an dicta neptis agere poſſit
ſine conſenſu mariti cùm patrem habeat in cu-
11 ius eſt poteſtate. & reſpondetur, quòd † filia nu-
pta in partis remanet poteſtate. vt C. de colla. l.
12 filia. & de condi. inſert. l. uxorem. † & bonorum
hæreditatis per eam acquiritur patri vſusfru-
ctus. ſi pater conſentiat filiæ in hęreditate adeun
da, pater eſt legitimus adminiſtrator, & ipſe
agere debet, ſcilicet ſi pater recuſet hęreditatem
ex cauſa, agere debet filia patre conſentiente,
hoc habetur in d. l. ſi uxorem. & C de bo. ma. l. 2.
& d. l. fin. §. j. & 2. & §. alii autem. & l. cùm opor
tet. C. de bon. quę liber. & ex hoc apparet hęre-
ditatis commodum acquiri filię quo ad proprie
tatem: & patri quo ad uſumfructum, ut dictum
eſt, & probatur dictis iuribus. Sed marito nullo
caſu acquiritur, niſi ex voluntate vxoria, quę do
13 nate † non poteſt, licet adminiſtrationem poſſit
committere: vt habetur C. de pac. conuen. l. hac
lege. & ff. de donatio. inter virum & vxo. per
totum.

Iacobus de Beluiſio.

CONSILIVM D. IOANNIS Calderini, & Azonis de Ramenghis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum ab eo qui eadem die ſe ex propoſito vulnerauit ad mortem, & eadem die, vel ſequenti, aut tertia ex illo vulnere mortuus eſt, an valeat.*

2 *Recedendum non eſt à regula, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

3 *Teſtamenti factionem omnes habent, qui à iure non ſunt prohibiti.*

4 *Crimen commiſſum vnde confiſcatio ipſo iure ſequeretur, teſtamenti factionem impedit.*

5 *Intellectus c. placuit. 33. q. 5.*

CONSILIVM DECIMVM.

1 QVAERITVR † utrum teſtamẽ
tum illius qui ex propoſito vulnera
uit ſe ipſum ad mortem, & eadem
die condidit teſtamentum, & ſe-
quenti, vel tertia die mortuus eſt ex vulnere illo,
valeat vel non, etiam in rebus propriis? Ad hoc
2 dicimus. † quòd cùm à regula non ſit receden-
3 dum, niſi in caſibus expreſſis à iure, † & conſtat,
quòd unuſquiſque poteſt teſtamentum conde-
re qui nõ prohibetur hic autem caſus inter alios
non reperitur, ergo ſequitur prędictum de quo
quęritur teſtamentum condere potuiſſe, niſi an-
tè illationem vulneris, iſte de quo quęritur cri-
4 men commiſiſſet, ex quo † poſt mortem bona
ipſius confiſcara fuiſſent ipſo iure quo caſu l. 2.
ff. de iis qui mo. ſi. conſci.
5 Nec obſtat † c. placuit. 23 q. 5. quia non ſe-
quitur, quòd ſi tali denegatur ſepultura, nec
ipſius recipitur oblatio, quòd propterea ſibi ſit
factio teſtamenti interdicta, ad quod facit fi-
nis eiuſdem capituli, ubi tales ęquiparantur
iis qui pro ſuis ſceleribus moriuntur, de qui-
bus non eſt dubium, quin poſſint concede-
re teſtamentum, ubi non impediantur ex alia
cauſa.

Et ita dicimus & conſulimus nos Ioannes de Calderinis, & Azo de Ramenghis, &c.

CONSILIVM D. PETRI de Abiſſis de Piſis. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſoluto matrimonio per obitum mariti, an teneatur eius hæredibus reddere veſtes lugubres, quas ei dederunt portandas pro luctu mariti.*

2 *Vir tenetur conſtante matrimonio vxorem alere, & veſtire.*

3 *Veſtes uxori à uiro tradita, ſoluto matrimonio ſi extant, repetuntur.*

4 *Hæredes ad uidua alimenta tenentur, ſed tantùm anni luctus.*

5 *Data ex cauſa eademq; finita repetuntur.*

6 *Vxor ut alimenta, ita indumenta habere debet.*

7 *Vxori defuncti veſtis vidualis expenſis viri fieri debet, cùm ſine ea honeſtè non poteſt tranſire.*

8 *Vidua anno luctus nigra veſte indui nollens, non idcirco eſt infamis.*

9 *Mulier ſoluto matrimonio, ex dolo, vel culpa in rebus hæreditariis commiſſa tenetur.*

10 *Vxor finito anno luctus, an poſſit retinere veſtes lugubres, & eis vti.*

11 *Mulier dotem ſuam ante finitum annum luctus petere non poteſt.*

12 *Mulier de domo viri mortui ante dotis reſtitutionem ab hæredibus expelli non poteſt.*

13 *Dos eſt patrimonium mulieris, & ex eadem debet alimentari.*

CONSILIVM XI.

1 HAEREDES viri tenentur ex for
ma ſtatutorum de exactione dotis
infra annum luctuoſum ad alimen-
ta, & ueſtes tempore mortis mariti,
hęredes miſſerunt uxori ueſtes nigras lugubres,
moritur uxor infra annum, hęredes uiri repe-
tunt ueſtes, quęritur, an poſſint. Et uidetur
2 quòd ſic. † Pro hoc facit ſimile: uir tenetur
uxorem conſtante matrimonio alere, vt l. ſi cum
dotem. §. ſui autem ſolut. matrimo. & ſic tene-
tur eam ueſtire, vt l. verbo. ff. de verbo. ſignific.

Et

5 †Et tamen cauetur iure, quòd veſtes tales extan
tes ſoluto matrimonio repetuntur: vt l.pe §.ſer
uis.& ibi expreſsè not. Dyn. ſol. matri. & plenè
habes in l.ſi uſufructus.ff.ad leg. Falci. ergo à ſi-
mili. Idem in caſu vt finito anuo, vel ea mortua
4 veſtes reſtituantur, †nec enim ad aliud tenentur
niſi ad alimenta anni, facit ad hoc. ff. de donat.
inter uir.& vxo.l.ex annuo, arguendo de re ad
5 tempus.† Cauſa enim propter quã datę ſunt ve
ſtes finita eſt, & reddit ad non cauſam, vt l.j.ſin
autem.de conditio. ſine cauſa.

Et ita dico, & cõſulo Ego Petrus de Albiſſijs
de Piſis V.I. Doctor.

Particula conſilij Bal.incip. In Chriſti nomi-
ne,&c.Quędã ſunt res quæ ſunt in domo mari-
ti,&c.cũ additione D. Baptiſtę à Sancto Blaſio
Patauini vtriuſque iuris Doctoris.

QVO ad pãnos nigros viduales debet diſtin
6 gui qualitas perſonarum, †nã ſi vxor debet habe
7 re alimenta, ita indumenta.† Vnde ſi abſque vi-
duali veſte non poteſt honeſtè tranſire, debet ei
fieri expenſis viri: arg.not. in l.ſicut.de ope. lib.
ita ſeruat conſuetudo, ſi tamen deponat luctum
& habitũ, reddat veſtes quas cõtemnit.arg.ff ſol.
8 mat.l.in ijs.§.j.†Mulier.n.q̃ nõ vult indui de ni
gro, nõ ppea eſt infamis.C.de infamib.l.decreto.

Et ita dico, & conſulo Ego Baldus de Vbaldis
magiſtri Franciſci de Peruſio.

Quòd ſi dicta mulier pignoraſſet vel deſtru-
xiſſet, aut alienaſſet has veſtes nigras, ſeu hos pã
9 nos nigros lugubres †dolo, vel culpa teneatur
earum ęſtimationẽ, & valorem reddere ſecun-
dum tempus luctus finiti per tex.in l.in ijs.§.ſer
uis.ff.ſol mat.Item ſi eas habet etiam fruſtas, &
inueteratas ſine dolo & culpa, debet reſtituere
eas tales quales ſunt in fine luctus, ut ĩ d.§.ſeruis
10 Sed pone, †quòd finito anno luctus, mulier
vult retinere ueſtes, & eis uti, nec eas reddere
vult.nũquid poſſit cogi per hęredes uiri ad red-
dendum, & dandum illas ipſis? certè ſic p dictũ
§.ſeruis, etiam probatur in dictis conſiliis, & ra-
tio eſt in promptu: qm̃ eã vltra annũ luctus hu-
iuſmodi alere nõ tenẽtur, licet alimẽtetur, & ſic
nec ueſtes apud eam dimittere, vt in dictis locis.

Nec obſtat, q̃ ipſa mulier allegaret hæredes
habere penes ſe dotem ſuam, quia imputet ipſi
mulieri, cùm nõ repetit anno elapſo, vt in l. vni-
ca §.taceat.C.de rei vxo.actio.& in l. diuortio.ff.
11 ſol.mat.†Quam tñ dotẽ ante finitum annũ ip-
ſius luctus petere non poteſt: ut in dictis legibus.

Baptiſta de Sancto Blaſio Doctor Patauinus.

12 Sed an uxor †mortuo marito, poſſit expelli de
domo mariti mortui ab hæredibus ante reſtitu-
13 tionem dotis? dic quòd non.† quia dos eſt eius
patrimonium, & ex eadem debet alimentari, ut
C. de iure dot.l pro onerib. ita dicit Bart. in ſua
ſubſcriptione, & additione ad cõſilium Domi.
Martini de Fano, quod incip. Quædã Domina
Magdalena dotata fuit à patre, &c. Adde quòd
eſt 6. conſilium huius voluminis.

CONSILIVM D. PETRI DE ALbiſſijs de Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio alienationis de bonis paraphernalib.in teſta mento facta neque virum, neque eius hæredes vxori, vel eiuſdem hæredibus obligat.*
2 *Alienatio contra ſtatutum à viro vxori quocunque modo & colore facta, fraudem ſtatuto facit.*
3 *Intellectus l.qui teſtamentum.ff.de probationi.*
4 *Confeſſio inter viuos de bonis paraphernalibus alienatis tenet.*
5 *Confeſſio vim donationis inter viuos habere non præſumitur.*
6 *Præſertim quantitatis vel rei modici pretij,*
7 *Acquiſita vxori ex ſubſtantia viri donationem inter viuos redolent.*
8 *Apparentia coniecturam tollit.hoc eſt.*
In claris non eſt coniecturæ locus.
In confeſſione non intelligitur controuerſia ineſſe.
10 *Turpe lucrum nõ præſumitur, quia legibus odioſum.*
11 *Confeſſionem viri non præiudicare ipſi in vxoris cõmodum.*
12 *Confeſſio quæ iure contractus nititur, valet.*
13 *Facta in teſtamento perinde cenſentur ac ſi inter viuos facta eſſent.*
14 *Legatum debitum in dubio quo nomine teneat.*
15 *Species generi derogat.*
16 *Inter virum, & vxorem nõ omnes contractus nõ gratuiti donationem præ ſe ferre intelliguntur.*
17 *Vir non poteſt vxori quicquam relinquere.*
18 *Confeſſio inter viuos, appellatione relicti non continetur.*
19 *Contractus in teſtamento factus à tempore mortis, in fraudem fieri præſumitur.*

CONSILIVM XII.

VIR in ſuo teſtamento, & etiam in-
ter uiuos ad interrogationem ſuæ
vxoris confeſſus ſe alienaſſe de bo-
nis paraphernalibus uxoris ſuæ ali-
quid, & etiam ſe debere pro precio centum,
uel emit aliquid aſſerens ſe emere de pecunia
paraphernali uxoris ſuæ, quæritur quid iuris.
& breuiter dico, quòd aut loquimur de con-
1 feſſione facta in ultima uoluntate, & illa †ni-
hil ualet, niſi conſtet uerum eſſe quod teſta-
tor confeſſus eſt: ex quo enim per ſtatutum
2 †nihil poteſt relinqui vxori à uiro, præſumi-
3 tur relinqui vxori in fraudem, †& hoc per l.
qui teſtamentum ff.de probatio. quam legem
intelligo, ut habeat dubium, quòd fuit facta
4 in forma confeſſionis.† Aut loquimur de con
feſſione facta inter uiuos, & hic dico, quòd
ualet per ea quæ habentur in dicta l. qui teſta-
mentum.
5 Præterea †non eſt præſumendus animus do-
nandi, quando fuit facta inter uiuos, vt l.cùm de
inde-

6 indebito.ff.de probationi.† & maximè cùm quã
titas non eſt modica, vt l vtrum ff. de don.inter
uir.& vxor.& l.ſi filij in fin. 2. Glo.eod.titu. vi-
de Glo.in l.vxori. §. fina ff.de legat. 3. Sed ob-
7 ſtat † quòd præſumitur quæſitum de bonis viri,
vt l.etiam.& l.Quintus.ff.& C.de donationi. in
ter vir.& vxor.& ideò videtur quòd animo do-
8 nandi, fecerit, † niſi appareat vnde mulier ha-
buerit pecuniam, ſed referri põt; ꝙ illud quod il
lę leges dicunt. eſt uiro cõtradicente. & pro hoc
facit d.l.Quintus.quia loquitur quãdo cõtrouer
9 ſia eſt de hoc.† ſed viro confitente nõ poteſt eſſe
controuerſia: quia eius cõfeſſio ſibi obſtat, & hę
redi eius, propter euitandam ſuſpicionem tur-
10 pis quęſtus, † quę tollitur confitente uiro, quòd
de bonis vxoris aliunde quæſitis habuerit. Sed
certè iſta reſpõſio nõ valet: quia in pallegata le-
11 ge etiam dicitur in prima Glo.† quòd vir depo-
nendo eſſe ſua dixit, ꝙ erant vxoris ſuæ, & uide-
tur propter finem legis. ibi, intelligitur etiam
vbi, nõ conſtaret ea fuiſſe viri, nec confeſſio eius
pręiudicare vꝫ, dubito. Ad pręſens videtur. quòd
12 valeat: † quia valet iure contractus confeſſionis
& nõ iure legati. vt arg.l.aſſignare ff de aſſigna
tio.liber.& not.Dyn.in c. quod ſemel. de regul.
13 iur.in 7.licet † facta in teſtamento debeant cen-
ſeri ac ſi facta forent inter viuos, & ita ibi dicit
tex.& ita ibi intelligit Bar. qui dicit per d.l. ſi le-
14 gatum.† ſi legatur vt debitum, valet vt legatum,
niſi debitum probetur, ſicut quando legatur, ca-
paci. vt l.legaui.ff de liberatio.legata.

Ad ſecundum, quod dixi de confeſſione inter
uiuos per Glo in l. qui teſtamentum. videtur in
contrarium l.j.C.de nat.lib. per quã l. Iacob. de
15 Belui. impugnat illam Gl. Sed non obſtat, † quia
ibi loquitur in caſu ſpeciali, quod pater ex illa l.
coniunctis l. affectionis. ff. de donat. Prætereà
16 † quòd in omnibus contractibus inter uiuos nõ
gratuitis non præſumatur fraus niſi probetur, fa-
cit in materia noſtra l.quod autem. §.ſi vxor.&
§.ſi tibi ff. de donationi. inter vir. & vxor. Nec
requirunt illæ leges, quòd debeat apparere vnde
vxor habuerit pecuniã. Vnde nec obſtat ad iſtud
ſecundum ſi dicatur, quòd per ſtatutum non po-
17 teſt valere: quia † vir non poteſt vxori quicq; re-
18 linquere. quia † reſpondeo, quòd iſta confeſſio
quando fit inter viuos, non continetur appella-
tione relicti. vt l. j.in fi.ff. de tabul. exhiben. facit
quod not in l.ſponſus.§.circa.ff.de donationi.in-
ter vir.& vxor.

19 Contra iſtud facit † de contractu facto in te-
ſtamento à tempore mortis, quòd præſumitur
fraus, quod not. extra de ſepultur.c.de his.in Gl.
j.& extra de teſtamẽ in c. Raynutius.in Glo.ſu-
per ver.deducendas. videas Bar.in l.cum quis.§.
codicillis. ff. de legat. 3. & §. Titia. & quod ibi
not.Barto. vide Cyn. in l.prima C. de ſacro ſan-
ctis eccleſijs.

Petrus D.Albiſſi de Piſis.

CONSILIVM D. RAYNERII DE Monte Vbiano, Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Potior quis ſit in ſucceſsione, an ſubſtitutus pupilli per patrem, an auus maternus, cum quæritur de ſucceſsione in patrimonio matris, cuius dotem pactus fuit pater ſibi reddi.*
2 *Dos profectitia quæ dicatur.*
3 *Dos ſoli patri mortua filia reſtitui debet, licet dotis actio à principio communis fuerit patris, & filiæ.*
4 *Dos profectitia, patre mortuo, ſoli filię debetur*
5 *Par ratio paria iura deſiderat.*
6 *Dos procedens à patre debet ad eum reuerti, per obitum generi.*
7 *Pater dotem recuperatam filiæ pro ſecundis nuptijs ſeruare tenetur.*
8 *Pater dotem ſemel datam, & recuperatam minuere non poteſt.*
9 *Pater filiæ etiam ſecundis nuptijs conuolanti dotem dare debet.*
10 *Pater ad quantam dotem filiæ teneatur.*
11 *Ratio quare pater filiam dotare debeat.*
12 *Liberis ex iuſtis nuptijs quærendis ſtudendum eſt.*

CONSILIVM VIII.

QVAESITO talis eſt. Pater de-
dit dotem pro filia, & ſtatim ſtipu-
latus fuit ſibi, & ſuis hæredibus do-
tem reddi in omnem caſum, & euen
tum reſtituendæ dotis, hoc pacto appoſito, ꝙ ſi
matrimonium diſſolueretꝰ, extãtibus liberis mor
te vxoris, ꝙ dos deberet remanere penès mari-
tum. ſolutum eſt matrimonium morte mariti ſu
perſtite filio impubere, matre, & auo materno
ſuperuiuentibus, cui impuberi pater quendã pu
pillariter ſubſtituit, deinde deceſſit mater impu
beris. tertiò deceſſit pupillus, modò eſt quæſtio
inter ſubſtitutum pupilli, & auum maternum,
qui auus dicit dotẽ ſibi reddi debere: quia ſtipu-
latus fuit eam ſibi, & hęredibus ſuis, hęres pupil
li dicit, ꝙ debet penès eum remanere: quia dos il
la fuit proprium patrimonium matris pupilli, &
ius actionis de dote quod competebat ipſi filiæ
communiter cum patre tranſmiſit ad ipſum fi-
lium ad hæredem ſuum inter ſit ſucceſſor, &c.

Ego Raynerius ſæpius ſuper hoc cõſultus in
1 hanc partẽ declinaui, & declino † ꝙ patri mulie
ris qui ſtipulatus fuit dotem ſibi, & ſuis hæredi-
2 bus reddi huius repetitio competat; † nam cùm
dos iſta ſit profectitia, maritus pręmortuus eſt, li
cet filio extante, & poſteà mortua, & filia, ea-
3 demque vxor patre dotante ſuperſtite, † licet fi-
lius ex eo matrimonio exiſtat, dos ad ſolum pa-
trem redire debet, & ſibi ſoli actio competit, li-
cet à principio fuerit communis actio patris, &
4 filiæ † eadem ratione qua, & ſoli filiæ deberetur
patre

patre eius præmortuo, vt præallegato §. videa-
5 mus; quia † par ratio, paria iura deſiderat, vt ff.
ad leg. Aqui.illud.cũ ſimilibus.tit.in hoc ſentio
cum Gloſ.quę hoc dicit. ff. ſo. ma l.ſi poſt doté.
in fin.magnę Gloſ.Nec obſtat quòddos abſceſſit
6 à bonis patris,ut ff.de collatio.do.l. nam † per
mortem mariti ſuperſtite vxore ipſa dos ad pa-
trem redijt, vel redire debet, vt C. ſolu.matri.l.
dos à patre profecta,& in Gl.ſignatur tanto quã
ſupra ſignaui, & pro parte allego leges allegatas
ibi per B.Io.& Azon.& in auct.de æquali.do.&
propter nup.do.§ quia verò.vnde ſumitur auct.
ſed quanuis, ſignata eſt de rei vxo. actio.vbi di-
citur dos reddat ad patrem filia ſuperſtite, quod
debet intelligi etiã liberis ex eo matrimonio ex-
rantibus, vt ff.de pact.dotali.l.2.& de do.pręleg.
l.j.in princip.cum ſimili. Nec dicitur ibi, quòd
7 † hanc dotem reuerſam, ad patrem mulier filia
tranſmittat ad liberos ſuos. Sed ſolum dicitur
quòd pater debet eam ſeruare filiæ pro ſecundo
8 matrimonio, nec † poteſt minuere eam niſi caſu
fortuito ſit eius diminuta ſubſtãtia, nec mirum:
9 quia, & ſi nullam dediſſet † dotem primo viro te
10 netur pater dotem dare, & ſecundo viro † ſecun
dum menſuram ſuę ſubſtantię, & conditionem
perſonarum, vt C.de dot.promiſſio.l.fin.& ff.de
ritu nupt.l.qui liberos.& nemo dixerit, quòd ex
eo pater tenetur dotare filiam ſi nubit. quòd ea
non nubente, ſi decedat, tranſmittat ad ſucceſſo-
res ſuos dotem quã pater ſibi dare tenebatur, ſi
nupſiſſet, ideò & ſi nupſit, & deceſſit ſibi nõ con
ſtituta dote à patre, hoc ius ad filios vel ad hære
des ſuos non tranſmittetur: ceſſat enim cauſa in
11 qua inducta eſt, † quòd pater compellatur dota
re filiã, ſcilicet vt facilius, & meliorem inueniat
virũ; vt pręallega.§.quia verò, & ne cogatur in
corpus ſuum peccare, vt in auct. ut cũ de appel-
12 lat.co.§.aliud quoque capitulum, † & vt ex iuſtis
matrimonijs liberis homines nõdum repleant.
vt ff.ſol mat.l.j.

Et per has rationes eſt reſponſum ad quaſdã allegationes ſubtiliter factas vltra ea quæ recitãtur per Domi.Cyn.in pręallega.§.videamus,& ad allegationes,& reſpõſiones factas per Domi. Cyn. pro hac parte, etiam pro hoc meo conſilio induco.

Raynerius de Mõte Vbiano Legũ Doctor.

CONSILIVM D. RAYNERII DE Monte Vbiano Peruſini V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Statuta, & conſuetudines cuiuſque ciuitatis localia iura, & ciuilia, & ſingularia eius loci, & regionis appellantur.*

2 *Ius ciuile, & ſingulare caſtri, & ciuitatis ad ſolos ciues, non autem ad extraneos ſiue peregrinos extenditur.*

3 *Iura ciuilia in non ſibi ſubditos non valent.*

4 *Paria eſſe condere legem, & ius dicere.*

5 *Ius quis dicere non poteſt in non ſubiectos.*

6 *In rebus non ſibi ſubiectis non poteſt quis alteri ius conſtituere, vel auferre.*

7 *Legitima filiorum in bonis paternis ius eſt ipſorum, & debitum.*

8 *Filij legitimæ priuari non poſſunt ſine cauſa.*

9 *Legitimæ portio haberi debet de ipſa ſubſtantia rerũ.*

10 *Legitima reſpicit res in loco ubi ſitæ ſunt.*

11 *Legitima ex legibus illius loci ubi res ſitæ ſunt dyudicatur.*

12 *Aliud eſt ius eorum qui capiunt, vel capere poſſunt, vel non poſſunt, vel debetur ex vltima voluntate. Aliud ius eius qui facit, vel facere poteſt teſtamẽtum, vel non poteſt.*

13 *Teſtari quis poteſt ſecundum regulas iuris ciuilis, & eum inſtituere qui ius capiendi non habet.*

14 *Aditio hæreditatis in aliquo loco facta an ad ius illius loci obliget.*

15 *Probatio à loco ab abſurdo valida.*

16 *Hæres pro relictis teſtamento conuenire poteſt vbi habet domicilium, vbi eſt maior pars hæreditatis, & vbi res relicta ſita eſt.*

17 *Res quæ in ſpecie relicta eſt, ſemper præſtanda eſt, vbi res eſt, niſi teſtator aliud voluerit.*

18 *Specialia priuilegia eſſe poſſunt alicuius vbi conueniatur.*

19 *Quaſi contrahitur cum legatarijs, & creditoribus, ex aditione.*

20 *Lex & conſuetudo loci attendenda eſt, vbi ſolutio fieri debet.*

21 *Contraxiſſe quis dicitur, vbi ſolutio facienda eſt, non ubi verba contractus inita ſunt.*

22 *Contractus appellatione, quaſi contractus continetur.*

23 *Priuilegium reuocandi demum per quaſi cõtractum non tollitur.*

24 *Hæres in poteſtate habere non debet an plus vel minus debeat. & an actio contra eum competat, vel non competat.*

25 *Nemo poteſt pro ſuo libito voluntatis ſe conſtituere debitorem.*

26 *Vbi quis oriundus, & ortus, & vbi domicilium habet, & vbi res de qua agitur ſita eſt, iudicium, & ius petere debet.*

27 *Legitima ſecundum quæ iura limitetur filijs.*

28 *Hæreditas paterna filijs quo iure debetur.*

29 *Iura alicuius ciuitatis quæ patres tenent, eadem & filios ligant.*

30 *Subiectus alicui ciuitatis quibus rationibus quis dicatur.*

31 *Exercitium mercaturæ in aliqua ciuitate, ciuem non facit.*

32 *Nec quia aliquis certo in loco conueniri poſſit.*

33 *Fugiens vel profugus qui alicubi agit, non ideò ibi domicilium conſtituit.*

34 *Tyrannum fugiens non dicitur animum relinquendi ſuam ciuitatẽ habuiſſe, ſed redeundi, & pro præſente habetur.*

35 *Moram longioris peregrinationis animum mutandi domicilium non affert.*
36 *Vxorē & filios vbi quis reliquit, ibi animo habitat.*
37 *Tres rationes vincunt, & excludunt vnam.*
38 *Nemo dulcem patriæ amorem relinquere præſumitur.*
39 *Patriæ iure gentium quilibet parere tenetur, & hoc ius gentium naturale appellatur.*
40 *Ius gentium diuino quodam motu conſtitutum eſt.*
41 *Filius quòd totam hæreditatem, vel partem habeat hæreditatis paternæ naturali ratione eſt inductū.*
42 *Filius capiens paternam hæreditatem, non dicitur lucrum cœpiſſe, ſed debitum iure naturali recipere.*
43 *Dominium hæreditatis paternæ non dicitur de nouo quæri per filium, ſed continuari.*
44 *Ius naturale fortius eſt iure ciuili.*
45 *Pactum parit naturalem obligationem, quam ciuilis actus tollere non poteſt.*
46 *Contractus ex iure gentium procedentes non tolluntur per actus iuris ciuilis.*
47 *Nulla imago naturæ veritatē naturæ tollere poteſt.*
48 *Origo cuiuſq; rei ſemper eſt intuenda.*
49 *Parentes de iure naturali liberos educare tenentur.*
50 *Filij in uita patris domini rerum paternarū dicuntur.*
51 *Item & poſſeſſores.*
52 *Filius patri ſuccedit in bonis de quibus viuente patre alendus erat.*
53 *Legitima debitæ, quæ cauſa ſit.*
54 *Pater alimenta præſtando filio exercere dicitur officium pietatis, & denegando filio alimenta contra officium pietatis facere dicitur.*
55 *Legitima ex officio pietatis debita dicitur.*
56 *Legitima in locum alimentorum ſuccedit.*
57 *Præſtatio alimentorum vniuerſas patris facultates reſpicit.*
58 *Præſtatio debitæ portionis ad uniuerſitatem bonorū refertur, quæ pater mortis tempore habuit.*
59 *Pater ex quibus cauſis filium priuare poteſt debita portione, & eiſdem & alimentis priuare poteſt.*
60 *Quæ ex uno fonte deueniunt, vna lege tolluntur.*
61 *Portio debita eo iure iudicatur, quo iure iudicantur alimenta.*
62 *Debitor ad domum creditoris debet offerre debitū.*
63 *Alimentorum in aſſignatione, & præſtatione, quæ conſideranda ſint.*
64 *Argumentum ab alimentis ad legitimam valet.*
65 *Actiones & iura incorporalia diuino quodam motu inuenta ſunt, & vbicunq; locorum ſuum vigorem largiuntur.*
66 *Lex municipalis extenſiua eſt quoad actionem.*
67 *Actio quæ extenſiua eſt.*
68 *Lex municipalis extenſiua eiuſdem naturæ, & effectus eſt, cuius eſt ipſa actio ciuilis.*
69 *Iura legitimæ, & illius portionis debitæ, & alimentorum perſonalia ſunt, & perſonis liberorum adhærent.*
70 *Iudex ex ſua ſententia dat actionem in factū uincēti.*
71 *Sententia à iudice lata incompetente ratione rerum extra territorium valet, & ius facit, & actionem parit, & eam victor exercere poteſt coram iudice ſub cuius territorio res ſita eſt.*
72 *Legitima iure naturali debetur, ſed quarta debetur à iure ciuili, & poſitiuo.*
73 *Actio ad legitimam iure ciuili introducta eſt.*
74 *Is natura debet quem iure gentium dare oportet.*
75 *Iure gentium dominia diſtincta erant, & contractus & obligationes inducta, & non ius petendi erat.*
76 *Intellectus ad l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure.*
77 *Deus natura eſt naturans.*

CONSILIVM XIIII.

IN CIVITATE Lucana eſt tale ſtatutū videlicet, quòd in bonis patris legitima filiorū eſt medietas omnium bonorum. In ciuitate verò Senenſi eſt aliud ſtatutum, ſiue conſuetudo. Videlicet quòd legitima filiorum bonorum patris eſt tertia pars, modo iſtis ſtatutis ſic ſe habentib. quidam ciuis Lucanus origine, & domicilio ipſe, & ſui maiores ab antiquo propter malum ſtatutū ciuitatis Lucanæ ſtetit Senis relictis filijs in ciuitate Lucana, & dum Senis aliquo tēpore moraretur, ibidem condidit teſtamentum extraneis hæredib. inſtitutis, & filiis inſtitutis in certis reb. & poſt teſtamentum conditum factus eſt ciuis ciuitatis Senenſis, & ibi deceſſit, cuius ſubſtātia, & hęreditas, eſt ī ciuitate Lucana, eiuſque territorio, & per alias mundi partes vltramontanas, quia diues mercator erat. Modo filij, vel filię dicunt habere minus legitima portione eis debita in bonis paternis: quia quanta ſit iſta legitima portio, an ſit dimidia paternæ hæreditatis ſecundum ſtatuta ciuitatis Lucanæ, an tertia ſecundum ſtatuta ciuitatis Senarum, ad huius quæſtionis deciſionem competens eſt pręmittere de effectu ſtatutorum, & conſuetudinū uniuſcuiuſque ciuitatis, ſ. quos ligāt, & ad quos ſe extenduntur. Secundò eſt uidere de quibus perſonis, & de iure quarum perſonarum dictę leges Lucanę, & Senenſis ciuitatum prolatę ſunt. Tertiò erit reſpondendum propoſitæ quęſtioni, quę facilè colligitur ex pręmiſſis.

Ad primum igitur dicendum eſt, de iure con
1 ſtat, † quòd vniuſcuiuſq; ciuitatis ſtatuta, & con
ſuetudines ſunt iura ſingularia, & propria ipſa-
rum ciuitatum, & ſic ipſorum ciuium, & ipſi ci-
2 ues illo iure vtuntur, † non alij extranei ipſis
ſtatutis, & conſuetudinibus aliarum ciuitatum
aſtringantur, ut Inſtitu. de iure natura. gent. &
ciuili. §. ius autem ciuile, & C. quæ ſit lon. con-
3 ſue. l. prima, & ſi † qua ciuitas, vel magiſtratus
legem faciant in non ſibi ſubiectos non valet, vt
4 ff. quod quiſque iur. l. prima, §. fina. † Iſta ſunt
paria. ius dicere legem condendo, vel iudican-
5 do, vt ea. l. in priuci. ſicut ergo † non poteſt quis
ius dicere in iudicando in non ſubiectos, ita nec
legem condendo, vt ff. de offic. pręfect. l. 3. &
de iuriſdictio. omnium iudi. l. extra territorium.
& C. de iudicijs. l. rem non nouam, quod iure eſt
in perſonis, quia in perſonas non ſibi ſubiectas

non poteſt ius dicere, idē iuris in reb. ut in reb.
non ſibi ſubiectis non poſſit alteri ius conſtitue
re, uel auferre eadem ratione, vt probatur prædi
ctis legibus: vt ff. de tuto. & cur. dat. ab ijs. l. pupil
lo. ff. de auctori. iudi. poſ. l cum unus. §. pe.

Ad ſecundū eſt de iure reſpondendū, ꝙ dictæ
leges Lucanę & Senarū ciuitatū dictę, & ꝑlatæ
ſunt filijs, & de filiis, & de ipſorū iure, nā de legi-
tima filiorum in paternis bonis loquuntur, &
7 † hęc legitima ipſorū filiorū, ius & debitum eſt,
8 vt ipſam de paternis bonis habere debeāt, † nec
poſſint ipſa à patre priuari ſine cau. ut ff. de inof.
teſt. l. Papinianus. § qnoniā autē quarta. & C. eo.
ti. l. omninò. in auc. cùm de appellat. cogno. §.
9 aliud quoq; capitulū. & § cęterum. col. 8. † & de
bet haberi iſta legitima portio de ipſa ſubſtantia
10 rerum, vt in aucten. de & ſe §. j. col. 3. † &
ſic leges, quę de iſta legitima portione loquūtur,
reſpiciunt res in loco vbi ſitæ ſunt, & promulga
11 tę ſunt iſtę leges, & † ius conſtituunt filiis in re-
bus ipſis paternis. in locis ubi ſitæ ſunt ipſe res.
Ex ijs ergo patet manifeſtè, ꝙ ſtatutum, ſine con-
ſuetudo ciuitatis Senarum, non vendicat ſibi lo
cū in qōne propoſita, cū nec pſonæ. ſ. filij teſta-
toris de qnib. & de quorum iure loquuntur, nec
res hęreditatis, in quibus ius conſtituitur, vel ad-
mittitur, ſicut ipſi ciuitati Senarum ſubiectę.

Nec obſtat ad prędicta, ꝙ teſtator tempore cō
diti teſtamēti, & tempore mortis erat habitator
ciuitatis Senarum, & effectus fuit ciuis, quia iſta
lex ſiue cōſuetudo nō tractat de iure teſtādi, ſcili
cet an poſſit, vel non poſſit quis facere teſtamē-
tū, & qualiter fiat teſtamentū, hoc eſt tractare de
iurib. teſtamenti ut ff de teſta. l. 4. vnde non tra-
ctatur, an valeat, vel non valeat teſtamentū, ſi de
hoc tractaretur, haberent locū diſputationes, q̄
fiunt, an ſit inſpiciendus locus vbi factum eſt te-
ſtamentum, vel locus vbi eſt adita hęreditas, vel
locus vbi eſt hęreditas, vel maior pars hęredita
tis. Sed hic tractatur, ut ſupra dictū eſt, de iure fi-
liorū, quāta ſit eorū legitima quā pater ēt de iu-
re teſtando. & ſolēniter auferre non pōt ſine cā.
12 † Aliud eſt n. ius eorum qui capiunt, vel cape-
re poſſunt, vel non poſſunt, vel debetur ex ulti-
ma uoluntate, aliud ius eius qui facit, vel facere
pōt teſtamentū, vel non poteſt, & vnum nō de-
13 pendet ab alio † poteſt enim quis ius teſtādi ha-
bere, & ſecundum regula iuris ciuilis teſtamen-
tum facere, tamen ſibi hęredem inſtituat eū qui
ius capiendi non habet, vel eū qui minus capere
poteſt, in plus inſtituat, vel legatū reliquit, vel ei
qui plus capere dēt minus relinquat, nihilomi-
nus inſtitutus, vel cui relinquiť capiet, vel nō ca
piet, prout ei iura permittūt, vel non permittūt,
licet teſtamentū valeat, & è cōuerſo, ſi quis nō ha
bet ius teſtandi, vel ſi habet non tamē teſtatur ſe
cundū iuris ciuilis regulas, quantūcunq; capacē
hęredem inſtituat, & ſibi legatum relinquat, nō
tamen valebit inſtitutio, vel legatum, & ſic vnū
ius ab alio non dependet, nec aliud ad ſe trahit
aliud, vt hęc probantur pręalleg. l. ſi quæramus,
& in ijs, quę ibi no. in Gl. in actiua ſignificatio-
ne. & Inſt. de leg. §. legari. cùm ibi not. & no. ff de
ijs quib. ut indig. l. cū quidam, & ſic concluditur
quātum ad hoc, ꝙ licet teſtator habuiſſet domi
ciliū in ciuitate Senenſi, nō propterea de iure le-
gitimę iſtorū filiorū Lucenſium iudicatum eſſet
ſecundum ſtatuta ciuitatis Senenſis. Nec eſt dicē
14 dum † ꝙ inſpiciatur locus in quo hęres hęredita
tem adiuit, & ex quadā conſequentia bona ad il
lū locū trahantur, & ſic de eis ſecūdū legē illius
loci iudicaretur, ꝙ hęc non procedat, primò pro
15 batur † per iura, ſecundò per rationē, & locū ab-
ſurdo, ſiue inconuenienti. Iura nanq; dicunt, ꝙ
licet pro relictis in teſtamento poſſit hęres cōue
16 niri, † ſi relictum eſt in ſpecie ubi hęres hēt do-
miciliū vbi eſt maior pars hęreditatis, ut vbi res
eſt ut ff de iu. l. hęres abſens, & l. fideicōmiſſum.
17 C. vbi de fideic. agi opor. † & ubi de hęreditate
agi oportet, tamen res, quæ in ſpecie cōſtitit ſem
per pręſtanda eſt, ubi res eſt, niſi teſtator rē mo-
bilem alibi iuſſerit eā pręſtari, ut ff. de iud. l quod
legatur §. pręſtari, & ibi no. & de leg j l. cum res.
eodem iure. Idem dicendum eſt ſi cōueniatur hę
18 res in loco in quo adijſſet hęreditatē, † quia &
ibi conueniri poteſt, ſi verò ſpeciali gaudeat pri-
19 uilegio, ut ff. de iud. l de eo. ibi enim † quaſi con-
trahitur cum legatariis, & creditoribus, ut ff. ex
qb. cau. in poſſ. ea. l. 3. §. fi. & l. ſeq. ſed licet quaſi
contrahatur, ut ibi conueniri poſſit, tamen reli-
ctum præſtare. & ſoluere debet ubi res eſt, vt ſu
20 pra. † & ſic attendēda eſt lex, & cōſuetudo illius
loci in quo ſolutio facienda eſt, cùm tractať de
ijs, q̄ fiunt quid & quantū debeatur, uel pręſtari,
vel deberi poſſit: vt ff. de uſu. l j. & de eui. l. ſi fun-
21 dus, † ibi. n. contraxiſſe quis dicitur, vbi ſolutio
facienda eſt, non ubi uerba celebrata ſunt, ut l. cō
traxiſſe. ff. de act. & ob. & ff. ex qui. cau. in poſ ea.
22 l. j. † & appellatione cōtractus quaſi cōtractus cō
tinetur, vt ff de ind. l. oēm obligationē. Nec obſt.
ꝙ Gl. ibi aſſignat pro contraria. l. de eo. ti. & ſol-
uit, ꝙ ibi eſt ſpeciale in illo quaſi contractu, qa
ibi hoc dicit eſſe ſpeciale ſ. ꝙ legatarius qui ius ha
bet reuocandi domum, licet Romæ adeat hęre-
23 ditatē, tamen non conuenitur ibi, ratio qa † per
hunc quaſi contractum non perdit priuilegiū,
quia ꝑ aditionē hęreditatis, quę fit ſolo animo,
nō auocatur à ſolicitudine legationis, & ideò ab
ea non debet auocari, per conuentionem illius
aditionis: facit ergo aditio, vt ibi conueniri poſ-
ſit hęres, nō ut immutet ius pręſtandæ rei in lo-
co ubi præſtari debet: & ſic eſt hoc ad profectū
eorum qui hæredem conuenire poſſunt, non
ad damnum. Secundò quia aditio alibi facta nō
trahit ad ſe res, & hæreditatem alibi exiſtentem,
ut ſupra probatur, per rationē ad locum abſur-
do, vel inconuenienti, ſi hoc enim concedere-
tur, ꝙ legitima filiorū, vel delegatis, vel de hære-
ditate iudicaretur, ſm legē, & cōſuetudinem lo-
ci, ubi aditur hæreditas per hæredē, & ſupponamus

mus,ꝙ in ciuitate Lucana, vbi eſt hæreditas, eſt
ſtatutũ,ꝙ legitima filiorũ eſt dimidia bonorũ, in
ciuitate Senenſi vbi eſt adita hæreditas tertia, vel
in ciuitate Lucana ſeruatur ius cõmune,ꝙ filius
nõ poſſit abſq; cauſa legitima exhæredari, Senis
eſt ſtatutũ, ꝙ filius poſſit exhæredari ſine cauſa:
Vel Lucæ eſt ſtatutũ,ꝙ filiæ fœminæ ſuccedãt ſe
cundum ius cõe vel alio modo, Senis eſt ſtatutũ,
ꝙ nõ ſuccedãt,& alia poſſunt poni exẽpla. hæres
inſtitutus licet hæreditas ſit Lucæ, adibit hæredi-
taté in ciuitate Senarum,& ſic filius minoré ha-
beat portioné legitima, vel ſine iuſta cauſa exhæ-
redatus excludatur ab hæreditate paterna, vel fi-
lia pterita ad hęreditaté paternam recurrere non
poſſit,& hoc erat abſurdũ, & incõueniẽs,& om-
ni rationi cõtrariũ, ꝙ ſit in poteſtate hęredis an
24 debeat, vel minus dẽat, an actio cõtra eũ compe-
tat,† vel nõ cõpetat,& ideò hoc nõ eſt cõcedẽdũ,
ſed reprobãdũ: vt ff. de neg. ge. l. Põponius. j.& ff.
de eo qđ. cer. lo. l. 3. ſic eſt incõueniens,& abſur-
25 dũ, ꝙ † quis pro ſuo libito volũtatis ſibi cõſtituat
debitorem, vt C. de proba. l. exemplo. C. de con-
uenien. fiſci debitori. l. inter cartolas. lib. 10.

Tertiò,& vltimo ego Raynerius de Monte
Vbiano Legũ Doctor licet minimus cõſolẽdo
reſpõdeo ad propoſitã qõné,& dico, ꝙ in cauſa
26 propoſitæ qõnis eſt iudicãdũ ſecũdũ leges † ſta-
tuta,& conſuetudines quę ſeruantur in ciuitate
Lucana, vnde ſunt originarij,& domicilium ha
bẽt filij teſtatoris,& in qua ciuitate eſt tota hęre-
ditas de qua agit̃. & pptereà de pſonis,& iurib.
ipſarũ pſonarũ,& đ reb.& iurib. ipſarũ rerũ tanq̃
de ſibi ſubiectis, ciuitas Lucana iusdicere põt.

27 Econtra † proponitur in dicta quæſtione, ꝙ
dictus teſtator maioré partem ſuarũ fortunarũ
habebat Senis,& in alijs mũdi partibus, in qui-
bus tanq̃ magnus mercator habebat multas pe-
28 cunias, quę ritur quid iuris.† Et quia quoddam
naturali iure gẽtiũ hęreditas debita eſt filijs iſto-
rũ cauſam defundamus & videtur,ꝙ hoc nõ ob-
ſtãte,& alijs q̃ dici,& allegari poſſint debita iure
naturæ iſtis filijs limitetur ſecũdũ ſtatuta ciuita
tis Lucanę,& nõ ſecũdũ ſtatuta ciuitatis Senarũ,
vel aliarũ ciuitatũ, etiã ſi in eis vel altero ipſorũ
ſit maior pars hæreditatis,& hoc probatur,&
oſtenditur euidente maximè iuribus,& rationi-
bus infra iobiectis.

Primò ſicut proponitur dictus teſtator,& ſui
maiores, origine,& domicilio fuerũt de ciuitate
Lucana, unde ſubiectus erit iſtæ Lucanę ciuitati
29 origine,& domicilio,& ſic Lucana ciuitas † po-
terit in eum ius dicere,& in ipſum legem ſtatue-
re,& eadem ratione, in filios, ut C. de ſum. Tri.&
fi. ca l. cunctos.& C. de iudi. l. rem non nouã. ff.
30 de offi. l. 3.† & ſic tribus rationibus & teſtator &
filij dici poſſunt Lucani, et illi ciuitati ſubiecti ra
tione primæ originis, ratione originis propriæ,
& ratione domicilijs. vt C. de mu.& ho. l. j.& l. fi
lios.& de incolis. l. cioes. lib. 10. ff. ad municipal.
l. Aſſumptio.& de uerb. ſign. l. prouinciales. Sed

31 in alijs ciuitatibus,† licet ibi ſtationes ſuas vt
mercator cõſtituerit, nõ propterea ciuis erat, vt
32 præallegat. iuribus, licet ibi † cõueniri poſſet ra-
tione cõtractus vel quaſi ibi celebrati, vt ff. de iu-
di. l. hęres abſens. Nec obſtat,ꝙ Senis morabatur
& receptus fuerit in ciué poſt teſtamentũ factũ,
quia ad ciuitaté Senarũ acceſſit,& ibi moraba-
tur fugiẽs à ciuitate Lucana, unde erat origine,
& domicilio,& ſubſtãtiã ſuam habebat propter
33 malũ ſtatũ ciuitatis Lucanæ † Vnde fugiens non
videbatur ibi morari, vbi propter fugã moraba-
tur, vt ff. de ſer. ex por. l. Titius.& de public.&
43 vecti. l. interdũ. §. ſerui.† Ité iſtius tyrannis cru-
delitaté timuit, ideò de Lucana ciuitate fugit, iſte
nõ dicitur habere animũ ſe abſentãdi perpetuò,
nec derelinquẽdi ſuũ domicilium, ſed ad tẽpus,
vnde habetur pro præſente in ciuitate Lucana,
vt ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. quid
ſit latitare,& de fideicom. lib. l. neq; infantes.&
35 de libera. cau. l ſi pariter. in prin. Ité † non vide-
tur à ciuitate Lucana abeſſe, etiã ſi per longiora
56 tempora alibi moram traxiſſet † cùm ibi filios re
liquerit qui quoddam modo erant pars ſui cor-
poris, unde vbi ipſi erant, ſcilicet in ciuitate Lu-
cana,& ipſe eſſe cenſebatur, ut C. de agricol.&
cẽſi. l. quemadmodum. §. illud. lib. 11. Item ciui-
tas Senenſis vna tantum ratione poterat in eum
ius dicere. ſcilicet ratione domicilij, ſi verò ibi
domicilium conſtituiſſet, ſed ciuitas Lucana tri
bus rationibus vt ſupra, ergo tres rationes vin-
37 cunt † & excludunt vnam, vt in auct. de conſan-
gui.& vterin. fratrib. in fin. colla. 6. Item hic tra-
ctatur de iure filiorum, ſcilicet de debita eis
iure naturę, de quibus,& de iure quorum ciuitas
Lucana cui ſunt ſubiecti diſponere poteſt legem
condendo, non ciuitas Senarum, cui non ſubeũt
vt ſupra. Item nõ immutatur ius filiarum in ſuc
cedendo, licet pater ad alium transferatur vt per
petuo ibi ſit, licet ibi bona quęrat, quę alienari
non poſſunt: vt eſt uidere in metroicis, vt C. de
iure fiſci l. certa forma. lib. 10.& nõ licet habere
metro. l. j. lib. 11. Item cùm certũ eſt, ꝙ ipſe ani-
mum habeat redeundi ad ciuitatem Lucanã pri-
mam patriam ceſſante tyrannia,& ad bonum ſta
tum reductam, unde in eadem conditione vide
tur duraſſe in qua fuerat ante receſſum. Inſtit. de
38 re. diui. §. pauonum.† nunquã enim pręſumi-
39 tur dulcem amorem patrię reliquiſſe,† cui pare
re quis habet de iure gen.& l. veluti. ff. de iuſti.
& iure,& hoc ius gentium naturale appellatur,
vt Inſtit. de rerum diui. §. ſingulorum,& eſt im-
40 motabile: † quia diuino quodam motu hoc
conſtitutum eſt, vt Inſtit. de iure natu. genti.&
ciui. §. pe. Ex hoc concluditur apertè, quòd prę-
ualere debet lex Lucanę ciuitatis, quę eſt origina
lis patria,& cui ipſe teſtator de iure naturali obe
41 dire tenebatur,† & in ijs in dubio præualere de
bebit, cùm hęc diſpoſitio ex quadam naturali ra
tione ſit inducta, ſcilicet qui filius totam hęre-
ditatem, vel partem habebat hęreditatis paternę,

vt ff. de bon. damna. l. cùm ratio naturalis. vu-
42 de † ſi filio datur paterna hæreditas, non dicitur
lucrum percipere, ſed ei dicitur naturale debi-
tum perſolui, vt C. de imponen. lucrati. deſcri-
43 ptione l. prima. & C. de codicill. l. fin. † non
dicitur, dominium de nouo quæri, ſed conti-
nuari, vt Inſtit. de hære. qualit. & differ. §. ſui. ſi
ergo ciuitati Lucanæ, & legi ciuitatis Lucanæ te-
44 netur obedire † de iure naturali, & legi ciuitatis
Senarum vel alterius tenetur obedire iure ciuili
per domicilium quod ibi conſtituit, & diſponi-
tur ab vtraque ciuitate ſuper iis, quæ à naturali
iure procedunt, & ex ipſo ſumit originem, præ-
45 valere debet lex originalis; † nam pactum parit
naturalem obligationē, quam ciuilis actus tolle-
46 re non poteſt, † & contractus ex iure gentium
procedentes nō tolluntur per actus iuris ciuilis,
vt ff. de acceptilati. l. ſi acceptilatum. & ff. de cō-
di. inde. l. Iulianus. & ſic in iis quæ procedunt ex
iure gentium, & naturali ratione plus operatur
47 ratio naturalis quàm ratio iuris ciuilis, † nec ima
go naturæ talis eſſe debet, ut naturæ veritatē tol-
lat, vt ff. de lib. & poſth. l. filio quem pater & ſem
48 per eſt origo intuēda, vt ff. quod ui aut † clam. l.
nam origo. Et accedit ad prædicta de iure, natu-
49 raq; naturali, ꝙ eſt omninò immutabile, † pa-
rentes liberos educare tenentur: vt ff. de iuſti. &
iure. l. ius naturale. ff. de liber. agno. l. ſi quis à li-
50 beris. §. parens. † hac ratione filii in uita patris di
51 cuntur domini rerū paternarum † dicūtur etiā
poſſeſſoris rerum paternarū, & ſola adminiſtra-
tio deeſt eis: ut ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. & in
ſti. de hære. quali. & differ. §. ſed ſui. & de ſucceſ.
ab inteſta. § ſui. & ff. pro hærede. l. 2. & quia pa-
ter poſt mortem ſuam filium alere non poteſt,
52 iſta ratio naturalis facit † quòd filius patri ſucce-
dat in bonis, de quibus viuēte patre alendus erat,
53 & quodammodo dominus, & † vt non poſſit ali
mentis carere, iura æſtimauerunt quantum pa-
ter neceſſe habet filiis in teſtamento relinquere
quæ non valeat ipſe præſtare ſine cauſa, quia triē
tem vel ſemiſſem ſecūdum numerum liberorū,
ut in auct. de trien. & ſemiſ. §. j. col. 3. ut cùm de
appe. cogn. §. aliud quoq; capitulum. col. 8. non
autem potuit pater omnia relinquere, quia vi-
uente patre filius non habet omnia. ſed dignum
eſt, ꝙ pater pluſquàm filius habeat, vt ex hac ra-
tione ſi quis ſubtiliter, & naturalem radicem re-
ſpiciat, hæc portio dicitur debita iure naturæ. vt
optimè colligitur in præallega. l. cùm ratio. in
prin. & ibi, interdum in ſummam egeſtatem de-
uoluti. vnde dicendum eſt, ꝙ iſta portio iure na-
turæ debita poſt mortem patris ſuccedit in loco
alimentorum, quæ filio a patre viuente debeba-
tur. Et hoc etiam aliis rationibus probatur, ꝙ
54 ex eodem fonte procedunt. † Nam pater alimen
ta præſtando filio, exercere dicitur officium pie-
tatis, & denegando dicitur facere contra officiū
pietatis, quę a patre filio debetur: vt C. de alē. lib.
a pa. l. j. præalle. l. ſi quis a liberis. §. item reſcri-
55 pſerunt. † Sic & debita portio ex officio pie-
tatis dicitur deberi, & contra pietatis officiū di-
citur pater facere ſi eam velit filio auferre, vt ff.
de inoffi. teſta. l. 2. & l. nam, & ſi parentibus. Itē
56 quòd † debita portio in locū ſuccedat alimento
rum, ut ſupra. Et quòd pari iure debeātur, oſtēdi
57 tur alia ratione: præſtatio † enim alimētorū uni-
uerſas reſpicit facultates patris, vt præallega. l. ſi
quis a liberis. §. ſed ſi filius. & §. alimēta. & C. eo.
58 l. 3. † Sicut & præſtatio debitæ portionis vniuer
ſas reſpicit facultates, quæ pater tempore mortis
habebat: vt C. de inoffi. teſta. l. cùm quęritur. &
pręalle. auc. de trien. & ſemiſ. §. j. Item ſicut pari
iure producta ſunt debētur vt pręſtantur, ita pa-
59 ri iure tollūtur. † Nam ex quibus cauſis poteſt
priuare pater filium debita portione, ex eiſdem
cauſis enim priuare poteſt alimētis, vt legitur, &
no. in pręallega. l. ſi quis a liberis. §. meminiſſe. &
60 C. eo. tit. l. j. quia † ęquū eſt, quòd ea quę vno fon
te proceſſerūt vna lege tollātur, vt C. de nup. l. fi.
Succedit ergo hæc debita portio in locū alimen-
torū, ergo eodē iure vti debet, ut quò iure in ali-
61 mentis filiis dicti teſtatoris iudicaretur, † eodem
iure eſt iudicādum in hac debita portione, vt ff.
ſi quis cautio. l. ſi eū. § qui iniuriarum, & ff. ſi le-
ga. no. caue. l. j. §. belliſſimè. & §. ſeq. ſed pro di-
cto ſecundum quæ iura iudicaretur de alimentis
filiis præſtādis non uidetur dubitandū, quòd ſe-
cundū iura ciuitatis Lucanę & quia ibi præſtan
da ſunt alimenta, cùm pater & filii ibi originem
ſumpſerint. ibi domiciliū habeant, & ibi filii mo
rentur, ne forte ſi ad aliàs prouincias pro alimen
tis accederint in itinere fame pereant. Vnde ha-
bent neceſſe cū patre per mūdum diſcurrere, &
dulcē patriam cui ſeruire tenentur relinquere.
62 Sed † ad domū creditoris debet debitor offerre
debitū, & hæc leguntur, & no. ff. de iud. l. ſed, & ſi
ſuſceperit. §. j. & de annuis leg. l. Mæuia. §. vxo-
re. & de ope. lib. l. ꝙ niſi & ff. de conſti. pec. l. itē
illa. in prin. ſi ergo præſtanda ſunt in loco vbi fi-
lii morātur, & domicilium habent, & merita eo-
63 rum noſcuntur, † quia ibi ſciri poteſt quanta, &
qualia ſint alimenta pręſtāda ſecundum condi-
tionem perſonarū, quantitatē patrimonii, & pa
trię cōſuetudinē, ſequitur, quòd ſecundū iura il-
lius ciuitatis, ſcilicet Lucanę, ipſorū alimentorū
quātitatis debeatur moderari, vt ff. de uſu. l. j. ff.
de euict. l. ſi fundus. & lex municipalis illius loci
circa moderationē alimētorū extēdit poteſtates
ſuas per diuerſas prouincias. in quibus ſunt fa-
cultates dicti patris familiàs, cùm vniuerſas fa-
cultates reſpiciat alimentorum pręſtatio, vt ſu-
64 pra dictū eſt. Si † hoc eſt in alimētis, idem iuris
erit, & eſſe debet pari ratione in debita iure na-
turę. vt ſecundum ſtatu Lucanæ ciuitatis mo-
deretur, ſecundum legem cuius ciuitatis mode-
rata eſt, prout æquum, & iuſtum eius uiſum eſt,
patria conſiderata, & perſonarum conditioni-
bus: extendit ergo lex iſta ſuum vigorem, & ſuā
poteſtatem ad diuerſa bona quæ defunctus habe

bat

bat tempore mortis vbicunque ſunt poſita, vt
præallegata l.cùm quæritur cum ſimi. Iſtæ enim
65 †actiones, & iura incorporalia diuino quodam
motu inuenta ſunt vt poſſint vbicunque ius ſu-
um, & effectum corporalem oſtendere: ut C.de
66 long.tempor.pręſcrip.l.fin. Item † lex munici-
palis extendit ciuilem actionem circa quantita-
tem indebitã iure naturę. unde diceretur condi-
tio ex lege municipali, & competeret ad dimi-
diam per extenſionem ſi ſunt filij quatuor, vel
infra, ſicut & noxalis actio, quę datur contra
eum qui poſſidet ſeruum, qui noxia nocuit dici-
67 tur prętoria † per extenſionem, quia prętor
eam extendit ad ea qui noxium ſeruũ deſijt poſ-
ſidere, vt.ff.de noxal.l.electio.in priu. & §. j. ſub
ſeqni ergo de iure ciuili actionem ſcilicet vt ſit
eiuſdẽ naturę & effectus, vt eo.ti.l.ſi plurium.in
68 princ. Sicut † & hęc lex municipalis extenſiua iu-
ris ciuilis, eſt eiuſdem naturę, & effectus, cuius
eſt ipſa actio ciuilis de iure communi introdu-
cta, & ſic illa vniuerſa bona defuncti reſpicit
vbicunque poſita ſunt, ita, & hęc lex municipa-
lis quę ipſam quantitatem ad quantitatem ex-
69 tendit. Prętereà certum eſt † quòd ius alimen-
torum, ius debitę portionis, ius naturę, ius hę-
redis, ſunt iura perſonalia pſonis liberorũ adhę-
rentia, & heredis qui eſt filius in prouincia. &
in Italia eſt filius, & qui pagani eſt hęres in pro
uincia, & in Italia, & vbique locorum eſt hę-
res. & hoc iure reſpiciunt facultates vbicunq;
ſint, vt ſupra, ex quo patet, quod quantum ad
cõſtitutionem, & inductionem iſtorum iurium
non ſunt inſpicienda loca vbi res ſitę ſunt, quã-
70 tum ad iuriſdictionem ſuę perſonę, † Iudex
enim ex ſua ſententia dat actionem in factum
uincenti, ut C.de inreiur.l.actori. hoc enim ue-
rum ſi litigatores ſunt de foro eius quantum ad
cauſam illam vel ſequens ut C.ſi à non compe-
ten.iudi.per totum. Et propterea non eſt contra
ſed optimè facit pro hac parte ſubtiliter intuen-
do l.cùm vnus §.pen.ff.de bon.auctori.ind.poſ-
71 ſiden. † Nam ſententia lata à iudice incompe-
tenti ratione perſonarũ litigantium pro re quę
eſt extra territorium ſuum valet, & ius facit, &
actionem parit, & eam poterit victor exercere
coram iudice ſub cuius territorio res ſita eſt.

Quia contra me Raynerium de Monte Vbia
no fortiter clamant per ea quę D. Dyn. not.ex-
tra de reg.iu.c.in dultum. lib. 6. Idcircò reſpon-
deo, ꝙ verum eſt, ꝙ de iure ciuili poſitiuo eſt
inductum, quòd filio debeatur quarta hodie
triens vel ſemis ſecũdum numerum liberorum
72 † de iure naturali nõ erat, hoc taxatum quantũ
deberetur, quantum debeatur, hoc eſt inductum
de iure ciuili, & iſtud quantum ius ciuile poteſt
augere, & minuere. non aũt in totum tollere ni
ſi ex cauſa legitima. Vnde dico, ꝙ legitima ſub-
ſiſtente nõ cum hęc portio loco alimẽtorum, &
pro ipſis alimentis filijs debeatur de bonis pa-
ternis de iure naturali, quod in totum tolli non
poteſt, ut filij careant alimentis.

73 Nec obſtat, quòd actio id ipſam † petendam
eſt inducta de iure ciuili, unde ius ciuile eam tol
lere põt, unde actione ſublata ꝑ cõſequẽs illud
quod in actione uenit, quia ſi actio de iure ciui-
li non eſſet inducta, non eſſet ius petendi de iu-
re gentium, quod naturale appellatur, unde ante
quam eſſet ius ciuile, dicitur, quòd Princeps om
nia manu gubernabat: ut ff.de orig.iur.l.2.& de
iure gentium ille qui naturaliter debebat com-
pellebatur ad ſatisfaciendum debitum natura-
74 le. Nam † is natura debet quem iure gentium
dare oportet: ut ff.de reg.iu.l.cũ amplius.§.is na
tura debet. & antequã actiones eſſent inductę,
quę inductę ſunt de iure ciui.ut pręalle.l.2.§.de
inde. ex ijs legibus rerum dominia fuerunt in
urbe, & cõtractus, & obligationes, & abſurdum
75 eſſet dicere † cùm de iure gentium dominia eſ-
ſent diſtincta, & cõtractus, & obligationes indu-
ctę, & quòd non eſſet ius petendi: vt ff. de iuſti.
76 & iure. † l. ex hoc iure. & vltra ea quę ibi no-
rant. in Glo. ſatis põt dici quòd rerum dominia
77 proceſſerunt à iure naturali primęuo, † id eſt
ab ipſo Deo, qui eſt natura naturans: & hoc dici
tur in pſalmo, & omnia ſubieciſti ſub pedibus
eius, oues, & boues, & vniuerſa pecora campi,
volueres cœli, &c. Et propterea non ſequitur ꝙ
pater vel lex municipalis mihi tollere poſſit
actionem quę pro re mea mihi competit, quia
eſt de iure ciuili, quod propterea tollere mihi
poſſit dominium rei meę, quod eſt de iure natu
rali vel gentium, vt not. C. ſi con. ius vel utili.
pub.l.fin. Laus Deo.

Raynerius de Mõte Vbiano Legum Docto.

CONSILIVM D. GVIDONIS de Aretio. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia adeo inter Chriſtianos inoleuit, quòd multi ſub diuerſis coloribus credentes Deum fallere, ſub diuerſitate nominum, frequentant titulum de uſuris.*

2 *In uirtute Sanctiſſimæ Trinitatis, cuncta rectè, & benè fiunt.*

3 *Iudæi ſunt hoſtes Chriſtianæ fidei, ideò de eis nihil ad nos.*

4 *Vſurarius manifeſtus non eſt ſimpliciter prohibitus teſtari ſiue ipſo iure inteſtabilis, ſed bene eius teſtamentum non præſtita cautione conditũ, de qua in c.q̃q̃.de uſur.lib.6 redditur nullum ipſo iure.*

5 *Cautio de qua ſupra eſt actus præambulus ad teſtamẽtum uſurarij mani, eſti, neq; eſt de ſolennitatibus quæ inſunt teſtamento, cùm in confectione teſtamenti illa non ſit neceſſaria.*

6 *Cautio ſupraſcripta ſi ex poſtfacto præſtetur teſtamentum, non reconualeſcit.*

7 *Cautio de qua ſupra poſt mortem teſtatoris præſtari põt ad effectũ recuperãdi ſepulturã, dũmodo teſta-*

tor iuſſiſſet ſatisfactionem de vſuris fieri debere.
8 *Hæreditas Iudæi vſurarij teſtati, an deuoluatur, & debeatur ordinario, puta epiſcopo, an hæredibus.*
9 *Facta inſtitutione de eo ad quem de iure teſtatoris ſpectat hæreditas, frater cenſetur uocatus, quando alius propinquior non exiſtit.*
10 *Teſtator non præſumitur inſtituiſſe hæredem ſuum ſibi odioſum.*
11 *Senſiſſe quis non præſumitur, quod mente non cogitauit.*
12 *Iudæus nunquam præſumitur hæredem inſtituiſſe ordinarium loci pro uſuris reſtituendis.*
13 *Iudæus à Iudæo uſuras non exigit.*
14 *Diœceſanus de iure non eſt hæres vſurarij, ſed executor pro uſurarum reſtitutione, apud quem nihil remanere debet.*
15 *Diœceſanus non poteſt procedere ad aliquas pœnas à iure uſurarijs ſtatutas, contra Iudæos, vel poſt eorum mortem contra illorum hæredes, & bona, niſi per indirectum, interdicendo eorum commercium Chriſtianis ſub pœna excommunicationis.*

CONSILIVM XV.

PVNCTVS q̃ſtionis talis eſt. Quidam nomine Aleutius Iudæus, tempore ſuæ uitæ ſecundum Iudæorum conſuetudinem uſurariam exercuit prauitatem, qui ueniens ad mortem, ſuum fecit, & ordinauit vltimum teſtamentum, ſuperuiuente ſibi Conſilio ſuo fratre. in quo quidem teſtamento poſt legata facta certis perſonis, ſuum hæredem uniuerſalem inſtituit illum ad quem ipſius hæreditas de iure pertinere poterit, & ſpectabit. Ex quo dictus Conſilius frater olim dicti Aleutij dicit dictam hæreditatem ex diſpoſitione præambula ad ipſum pertinere, cùm ſit proximior, & idem Aleutio fratri ſuo ab inteſtato ſuccedat. Ex aduerſo ordinarius loci dicit dictã hæreditatem ad ipſum deuolutam, cùm hoc ſit, quòd de iure poſſit per cenſuram eccleſiaſticam hæredes uſurariorum cogere ad reſtitutionem vſurarum. Modo quæritur quid iuris, & ad quẽ hæreditas dicti Aleutij pertinet, & ſpectat.

Super puncto prædicto qui cõtinet in ſe quotidianam, & vtilem materiam propter hominũ auaritiam, quia non ſolum inter Iudęos, verum
1 † etiam inter Chriſtianos adeò inoleuit auaritię
cęcitas, ꝙ multi ſub diuerſis coloribus credentes Deum fallere, maximè ſub diuerſitate nominũ, & quotidie faciunt in contractibus, frequentant titulum de uſuris, ſuper quo, præmiſſa inuocatio indiuiduæ Trinitatis. Patris & filij, & Spiritus ſancti, à qua pendere iubentur omnium legum promulgationes, ut in auct. de priuil. dotis hæret. mulier. non præſt. colla. 8. & 8. diſt. c. quo
2 iure, † in cuius uirtute bene, & rectè cuncta
fiunt, ut in aucten. quomo. opor. epiſco. in fin. collat. j.

His igitur præmiſſis, quia hac die præſentis opuſculi mei humana fragilitas, quæ ex morbo non leui defeſſa mentis, & corporis recepit indixim præceptis ſalutaribus, unde omnino ſurgit ſalus, ut ait Auguſtinus, qui ſine Saluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia prudentiam, exiſtimet ſe imprudentẽ fieri poſſe, non ſanus, ſed æger: non prudens, ſed ſtultus, & ut habentur hæc omnia 26. q. 2. qui ſine, parumper conuolaui, & etiam commotus aſſiduè a qbuſdã Iudæis. Quid iuris ſentiam de prædictis, mihi ipſi tedioſus paucis uerbis expediam. Super quo circunſcripta qualitate Iudæitatis, ſeu ipſorum infidelium, primo eſſe uidendum, nunquid habuerit liberam teſtamenti factionem propter crimen publicum vſurarum. Secundò, nunquid teſtamentum publici vſurarij, non præſtita cautione legitima de uſuris reſtituendis valeat. Vel pręſtita, ſed poſt mortem per hæredem defuncti vſurarij, dictum eius teſtamentum conualeſcat. Tertiò principaliter eſt uidendum, quis vocetur ad hęreditatem dicti Aleutij. Quartò principaliter quid contra hæredes ipſius propter uſuras extortas à Chriſtianis poſſit ordinarius loci.

Ad primùm gratia collationis, non miniſterij neceſſarij, ex eo, quia tractamus de meritis Iu
3 dęorum, de quibus nihil ad nos, † cùm ſint ho-
ſtes noſtrę fidei: ut in c. & ſi Iudæus. extra de Iu-
4 dę † videtur dicendum uſurarium manifeſtum
nõ habere teſtamẽti liberã factionẽ, dicta cautione non pręſtat: vt in c. quanquam. de vſur. lib. 6. vbi videtur expreſsè haberi, ꝙ teſtamentum manifeſti vſurarij ſit ipſo iure nullum, quod nõ eſt ſimpliciter verum. nec text. ibi hoc dicit. quare Io. And. ſuper Gl. d. c. quãquam uidetur diſtinguere inter ſimpliciter prohibitos teſtari, & uſurarium qui non eſt ſimpliciter prohibitus, ſed ſolum vitiatur teſtamentum eius ex defectu cuiuſ-
5 dam actus præambuli, † qui etiam non eſt de ſo-
lennitatibus, quæ inſunt teſtamento, nec dependent à voluntate, vel poteſtate tertij. Et dicit ipſe, ꝙ Papa in d. c. quanquam. non prohibet vſurarium teſtari, ſed ſolum prohibet aliquẽ intereſſe ipſius teſtamento, quaſi commoditatem teſtandi auferat, non autem inteſtabilem ipſum facit, unde tantum irritat teſtamentũ tale ex defectu illius actus pręambuli, qui non eſt de ſolennitatibus, quę inſunt teſtamento. cùm a confectione teſtamenti non ſit neceſſe pręſtari.
6 Circa ſecundum, † nunquid recõualeſcat pręſtita dicta cautione ex poſtfacto, & ut dixi, teſtm̃ publici uſurarũ dicta cautione nõ pręſtita, eſt ipſo iure nullũ: vt d. c. q̃q̃. & ex poſtfacto, dico ꝙ dictum teſtm̃ non reconualeſcit, licet Bart. in l. filio pręterito. in q. antepe. ubi ipſe format hunc articulum, dicat ꝙ Io. And. tempore quo gloſſauit ſextum dicit, ꝙ teſtamentum reconualeſcebat pręſtita dicta cautione. Sed parcat mihi reuerentia tãti Doctoris, non eſt uerũ quod dicit Io.
7 And. pręedictus. † Sed bene dicit Io. And. in Cle. j.
de ſepul. ꝙ ſufficit dictã cautionẽ pręſtare poſt

mortem

mortem quoad recuperationẽ ſepulturę. quę in terdicitur ipſi uſurario: vt in c. quia in oibus. extra de uſur. ſed nõ quoad cõualidãdũ ſuũ teſtm̃. Et hoc verum intellige in illo qui iuſſit ſatisfieri de vſuris, aliàs cautio hæredum non ſufficeret, dum deceſſiſſet in peccato mortali per not. per eum in præallegato c. quia in omnibus. & in Cle. j. de uſur. & hęc gratia collationis, & quotidiana noſtris Chriſtianis uſuræ vſurarũ publicum fœnus exercentibus, vt C. de infamibus. Heu eis qui aurum ſitiunt, & aurum bibent & nõ remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatũ vt in reg. iuris peccatum. lib 7.

8 Ad ſecundum principaliter, † quis ad hęreditatẽ ipſius Aleutij vocẽt & præſuppoſito, quòd non ſuperſint ſupradicto Aleutio aliqui deſcendentes, qui habeant ipſum excludere: vt ſunt filij, qui tenent primum locum ſuccedendi; vt in auct. in ſucceſſione poſita. C. de ſuis, & legi. nec ſuperſint alij aſcendẽtes, qui poſſint vocari vnà cum dicto Conſilio ad hæreditatem dicti Aleutij, vt in auten. & cum alijs ſororibus, & c. his

9 circũſcriptis † qui diuiſim, & commixtim ſuccederent dicto Aleutio, & cum dicto Conſilio, ipſe Conſilius ad dictã hæreditatem ſui fratris ſolus vocatur, & diſpoſitione præambula, de quo uidetur ſenſiſſe, & non de alio. ex quo non reperitur al qu s in quo poſſit eſſe maior charitas ſeu affectio: quia tũc illi vocarentur, per not. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu & in l. pero § fratre. ff. de leg. 2. de quo eſt caſus ĩ auct. defuncto. & in auct. ceſſante. & in auct. poſt fratres. C. ad Tert. Apparet enim expreſsè ex verbis dicti teſtamenti, dictum teſtatorem voluiſſe ad ipſius teſtatoris hæreditatem vocare dictum Conſilium eius fratrem. & non aliũ, ſecutus potius rationes animi ſui, quàm nimiam iuris diligentiam, vt in l. codicillis. §. fin. ff. de legat. 2. Et in ſimili facit l. cùm

10 quis. § Seia ff. de legat. 3. † Et ex dicto teſtamento non videtur ordinarius poſſe fundare intẽtionem ſuam, & eidem teſtatori ſuccedere, ex quo expreſsè non eſt hæres inſtitutus. Ratio, quia diſpoſitio generalis fauorabilis non comprehẽdit teſtatorem odioſum: ut in l Lucius. §. Lucius Titius Damam. & in l cùm quidam. argumentũ l. cùm pater §. rogo. de leg. 2 & in c tuarum. & in c. vt priuilegia. extra de priuileg. Et negari non poteſt quin Chriſtianus non ſit iudæo odioſus: quia non ſecum, ergo cõtra ſe, vt l. cœlicolarum. C. de iudę & maxim è cũ Chriſtianus, & iudęus ſint contrariæ ſectę, & ſint ipſi hoſtes noſtræ fidei, vt ſupra dixi.

11 Prętereà † non præſumitur quẽ ſenſiſſe, quod mente non cogitauit, vt in l Labeo. circa fin. de

12 ſupellecti. lega. Diceret enim quis † quòd iudęus cogitauit de ordinario in ſalutẽ animæ ſuæ, pro uſuris reſtituendis, abſit à ſeculo: quia non ſunt capaces huius conſcientiæ, non obſtantibus notatis in c. ſuper eo. extra de uſur. vbi ſecundum utriuſque teſtamenti paginam uſurarum crimen deteſtatur, & ipſi intelligunt: vt dicit Io. Andr-

13 in Nouella. in c. poſt miſerabilem, † quòd prohibentur vſuras exigere à fratre ſuo, ſcilicet eiuſdem profeſſionis, vnde iudæus non exigit uſuras à iudæo.

Ex prædictis concludo dictum Cõſilium ſuc-

14 cedere, & non ordinarium loci. Et de iure † non eſt diœceſanus hęres vſurarij, ſed ſolũ executor: quia per cenſuram eccleſiaſticam cogit hæredes defuncti ad reſtitutionem uſurarum. & ad editionem librorum, ut not. idem Ioan in Clem. i. de ſepultu. & in præallegato c quia nquàm quæ vſuræ nõ applicantur ſibi, ſed illis à quibus ſunt extortæ. & incertæ pauperibus ſunt dandæ, & hic eſt merus executor, penes quem nihil debet remanere de prædictis malè acquiſitis, ut in l ſi quis Titio. de legat. 2.

Reſtat vltimum, videlicet quid poteſt ordinarius, ſiue diœceſanus contra hęredes, ſeu bona

15 hebræi vſurarij, & in hoc eſt aduertendũ † quia ſecundum iura uetera militaris eccleſia mandabat, procedi cõtra vſurarios, vt denegetur eis altaris communio, Chriſtiana ſepultura, & oblationum receptio, vt extra de vſuris. c. quia in omnibus. & iſtius proceſſus iudæi ſunt incapaces: quia quantum ad illa ſpiritualia, nihil ad nos de his quæ foris ſunt, vt extra de diuor. c. gaudemus. quia nõ poſſunt excludi de corpore eccleſiæ: quia nunquàm fuerunt intra corpus illius, aut, quòd mandetur ne locẽtur hoſpitia. vel cõducentur ad fœnus exercendum, & quòd expellãtur manifeſti vſurarij de quibus in c. j de uſur. libr 7. huius pœnę ſunt iudęi capaces. Cùm igitur pędicti iudęi ſint incapaces illarum pœnarum, & de quo habetur in d c quia in omnibus, non poteſt ordinarius contra hęredes, & bona iudęorum procedere propter incapacitatem illarum pœnarum, nec etiam ex narratis in d. cap. quanquàm, cùm ſit incapax illius pœnę. Voluit tamẽ eccleſia militans prouidere contra iudęos fęnerantes catholicis, modis quibus potuit, nam per indirectum contra eos procedit ad reſtitutionem vſurarum, quia ſub pœna excommunicationis interdicit Chriſtianis cõmercium iudęorũ, donec plenariè reſtituant uſuras: vt in c. poſt miſerabilem, & in c. quanto. extra de vſur. & ſic cõcluditur, quòd per ordinarium aliter inquietari non poterunt iudęi, nec hęredes eorũ, vel bona poſt ipſorum mortem. Ex quibus omnibus manifeſtè cõcluditur hęreditatem ſupradicti Aleutij ad ſupradictum conſilium eius fratrem tanquam ad ſibi proximiorem pertinere, & ſpectare de iure, & non ad ordinarium loci, ex iuribus, & rationibus ſupra allegatis. Deo gratias.

Et vt ſupra dictum eſt, dico & conſulo de iure eſſe Ego Guido de Aretio minimus legum Doctor, in quorum fidem, & teſtimonium impeditus ſcribere ſupradicta, me propria mei manu ſubſcripſi, & ſoliti ſigilli mei nominis impreſſione muniui.

CONSI-

CONSILIVM D. FRANCISCI Tigrini de Piſis, legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Licet vbi criminaliter agitur de delicto debeant ſpecificari qualitates, & circumſtantiæ, iuxta l. libellorum. ff. de accuſationi. & idem ſi ciuiliter, idem quoque ſi via exceptionis, tamē id pro cedit quando agitur ciuiliter ex delicto infamante, puta doli, contra ipſum delictum committentem: ſecus ſi contra eius hæredem item illud procedit vbi non licet uagari cum alterius diſcrimine, vt in materia iniuriarum, & cùm excipitur de delicto via exceptionis.*

2 *Hæres tutoris tenetur ad reddendam rationem adminiſtrationis ipſius defuncti, licet id ſit facti.*

3 *Hæres in terris eccleſiæ tenetur de iure canonico ex delicto deſuncti iuxta vires hæred.tatis.*

4 *Hæres licet non teneatur de iure ciuili ex dolo defuncti vel alijs eius delictis, niſi lite conteſtata cum defuncto, vel quatenus ex bonis defuncti ad eum peruenerit.*

Tamen in actione tutelæ, & alijs quaſi contractibus tenetur ex dolo defuncti, etiam ſi nihil ad eum peruenit.

5 *Cauſæ in articulis, & proſecutione oportet omnia in petitione contenta deducere & probare, aliàs ſententia contineret condemnationem, reſpectu probatorum, & abſolutionem reſpectu non probatorum.*

CONILIVM XVI.

FORMA libelli. in actione tutelæ contra hæredes tutoris, coram vobis, &c. talis curator, & curatorio nomine d. B. filiæ P. exponit, dicit, & narrat, & agit contra, & aduerſus dominam D. filiam O. & hæredem ex teſtamento Ioannis, & contra omnem perſonam pro ea in iudicio interuenientem, quòd cùm dictus Io. fuerit tutor datus dictæ D. B. nunc adultę, & tunc pupillæ à iudice communis dictæ terræ. currentibus annis domini, &c. indictione, &c. in tēpore, &c. tali die, tali menſe, & dictus Io. tutor geſſerit, & adminiſtrauerit tutelam dictę B. adultæ. nunc, & tunc pupillæ. & tempore quo vixit dictus Io. dicta tutela finita fuit: & quòd ipſe Io. poſt finitam dictam tutelam, & durante dicta tutela, ceſſauit reddere rationem negotiorum geſtorum, & gerendorum, atque extimationem doli, & culpæ latæ. in dicta tutela, & commiſſorum, malè adminiſtrando, & negligenter omittendo, cùm poſſet, non acquirendo, reliquaque cum intereſſe debito non reſtituendo, reaſſignare, & reddere dictæ D. B. & per ſe, & per alios pro eo ceſſauit. & cū dictus tutor ſcire debuerit tam ſecundum formam iuris, quàm ſecundum formam ſtatutorum, etiam durante tutela prædicta, ſe teneri ad reddēdum, & reaſſignandum rationem dictæ tutelæ negociorum geſtorum, & gerendorum, atque ad præſtādum extimationem doli & culpæ latæ commiſſorum in dicta tutela per ipſum, tam in malè adminiſtrando, quàm negligenter omittendo, quā etiam in non acquirendo, cùm poſſet acquirere, & reſtituendo reliqua cū intereſſe debito. quàm etiam ſecundum formam promiſſionis ſtipulatione valatæ, & proprio ipſius Io. corporaliter ſacramento præſtito roboratę factæ in acceptatione ipſius tutelæ, & dationis ipſius, & dicta Domina D. vt hæres dicti tutoris. dicto curatori. dicto nomine, & dictæ dominæ B. reaſſignare, & reddere rationē dictę tutelę geſtorū negociorū & gerēdorum. & pręſtare extimationem doli, & culpę latę commiſſorum per dictū Io. in & per ipſam dominā D. hęredem ipſius Io. in dicta tutela. tam in malè adminiſtrando, quàm in negligenter omittendo, & cùm poſſet, nō acquirēdo, reliquaque cum intereſſe debito non reſtituendo: & quòd dicta Domina D. hęres dicti Ioānis indebitè & iniuſtè, & contra formam iuris, & in graue damnum, & pręiudicium dictę D. B. ceſſauit, & ceſſat dictam rationem dictę tutelę geſtorum negociorum. & gerēdorum reddere, & reaſſignare dicto curatori dicto nomine, et dictę Dominę B necnon eidem Dominę B. pręſtare extimationem doli, & culpę latę, & commiſſorum, per dictum Io. & per ipſam dominā D. hęredē prędictam in dicta tutela. tam in malè adminiſtrādo quàm in negligenter omittendo: & cum poſſet ipſe Io. non acquirendo, reliquaque cum intereſſe debito non reſtituendo, & non pręſtando: quare petit, dictus curator nomine quo ſupra per vos, & ueſtrā ſententiā prędictam Dominam D. vt hęredem dicti Io. ſententialiter condemnari dictę Dominę B. & dicto eius curatori dicto nomine ad reddendum, & reaſſignandum rationem dictę tutelę negociorum geſtorum, & gerendorum, & ad præſtandum, & dādum eidē dominę B. & dicto eius curatori nomine prędicto, & pro ea extimationē doli, & culpę latę cōmiſſorum in dicta tutela. per ipſum Io. ſiue per ipſam D. D ut hęredem prędictum dicti Io. ſiue malè adminiſtrando, ſiue negligenter omittendo, ſiue cùm poſſet non acquirendo, reliqua quę cum intereſſe debito non reſtituendo, petens dictus curator, dicto nomine prędicta omnia, & ſingula ſibi fieri p vos, omni meliori modo, via, iure, cauſa, quibus melius poteſt, cum refectione damnorum, & expenſarum factarum, & fiendarum vſque ad finē cauſę, ſaluo & dicto nomine iure addendi, &c.

Contra quē libellū fuerūt oppoſitę infraſcriptæ exceptiōes, videlicet, ꝙ dictus libellus eſt incertus, obſcurus, ineptus, generalis, & nihil ualere. multiſq; verbis cōpoſitus, & male formatus, adeò quòd ex eo actio non reſultat, vel ius agendi, &

di,& ſuper eo ædificari non poteſt.

Secundò quia petitur in eo reddi ratio, gerẽdorum negociorum, & ponitur inde tutelam fuiſſe finitam tempore vitæ dicti Io. & ſic cõtrarius ſibi ipſi, nam dicere tutelam finitam eſſe, & tutelam eſſe gerendã, immò, quòd peius eſt petere rationem doli defuncti, & negocij gerẽdi, nõ ſolùm eſt contrarium ſupra dictis, ſed etiam ridiculum: & hoc poſito, ſed non conceſſo, quòd dictus Io. fuiſſet tutor dictæ pupillę, quod negatur expreſsè. Tertiò quia in dicto libello intentatur dolus malus, & qui dolum concludit, ſcire debet in quo circũſcriptus eſt, nec vagari oportet in tanto crimine, & ita dicit prætor, ſed cùm in dicto libello nõ exprimatur certus dolus, nec certa lata culpa, nec aliquid certum, meritò dictus libellus eſt reiiciendus, & nõ admittendus.

Quartò poſito, quòd prędicta non obſtarent, tñ ſi bene inſpicitur dictus libellus, nõ continet ad hæredẽ aliquid perueniſſe ex dolo dicti Io. defuncti, qui dolus aſſeritur cõmiſſus fuiſſe, & ſic non concludit dictum hæredem conueniri poſſe ex aliquo. Ex quib. omnibus ſupradictis manifeſtè concluditur dictum libellum admittẽdum non eſſe, nec ſuper eo vlterius procedendum. Factum eſt tenore libelli ſumi poteſt.

MODO quęritur pro veritate, nunquid ꝓbato per curatorem Dictæ B. quòd fuerit tutor dictus Io. & quòd adminiſtrauerit, & geſſerit bona ipſius dictus tutor. dicta hæres dicti tutoris. uigore dicti libelli, & vigore dictarum probarionum, quæ veridicæ ſunt, per publicum inſtrumentum, veniat condemnanda ex dicto libello, quòd debeat, vt hæres dicti tutoris reddere rationem adminiſtratæ, & geſtæ tutelæ per dictum tutorem. cuius eſt hæres, cùm potiſſimè opponat contra ipſum libellum non procedere eo, quia dicitur intentari in eo actionem directam tutelæ, & uitatur op. velle probare dictum Ioan. non fuiſſe proximiorem. dicens & opponens tunc, ſupereſſe legitimos, cuius de cauſa non erat locus datiuo, & ſic videtur iuſtè dictum libellum impugnare, dicens contra dictum Io. nõ poſſit agi directa, ſed vtili, & hanc exceptionem proteſtati fuerunt ipſi ante litem conteſtatam, & eis fuit reſeruata. dicunt eam poſſe opponi, & ipſam debere diſcuti incontinenti in quacunque parte iudicij poſt litem conteſtatam, & eius probationẽ factam in principali: noteris tamen reſeruationẽ fore factam de dictis exceptionibus dicendo in conteſtatione litis, reſeruatis exceptionibus oppoſitis, & opponendis utrique parti, &c. Quæritur etiam, an inſpecto libello, & actis, & actitatis in cauſa, ante reſponſionem factam poſitionibus aliis hincinde productis, & teſtium examinationibus, & cauſę concluſione, pars poſſit dicere libellum ineptum, eo quia non intentauit pro tutela, vt pars ipſa dicit, licet ex tenore libelli non declaretur, quę actio, ſed narretur factum, & concludit, an debeat examinare talem ineptitudinem nunc, vel tunc cùm concluſum erit in cauſa. Viſo puncto pręfacto, & obiectionibus, quę obiiciuntur contra dictum libellum, & aliis, uiſis quę ſupra narrantur. videtur de iure dicendum, quòd dictus libellus procedat.

1 Nec ob. quod † obiicitur, quòd vbi agitur de dolo, debent ſpecificari circumſtãtię, ſicut obiicitur; quia dolus videtur eſſe quoddã delictum, ſed in delictis debent qualitates, & circunſtãtię deſcribi, vt l. prętor edixit. circa princ. ff. de iniur. quòd autem dolus ſit delictum probatur in l. j. §. ſi apud ſeruum in Glo. quę incipit ſcilicet alia. ff. depoſiti. & l. j. §. ſi is à quo. ff. de actio. & obli. ibi cùm dicit, in doli crimen inciderit. & ad hoc facit l. falſus. §. ſi quis nihil. ff. de fur. l. j. cum Gl. ſua. ff de hęr. tut. & l. in honorariis. § ſed cum reſciſſa. de actio. & obliga. ubi Glo. quòd dolus ſit crimen eſt tex. in l. item exijt. ff. de dolo ibi, in tanto crimine, &c. & facit Glo quę eſt in c. j. de exceptio. ver. nomen lib. 6. ergo uidetur quòd ſicut opponitur, quòd debeant circunſtantię cum loco, & tempore declarari, vt l libellorum. ff. de accuſ. Et ſi opponatur in l. libellorum. proceditur criminaliter, ſed in quęſtione propoſita agitur ciuiliter, ergo non uidetur, quòd debeant tales expecificationes fieri, reſpondeo per c. tuę. extra de procurato. ibi, & ſi ciuiliter agatur, nihilominus debent circunſtantię delictorum deſcribi. Prętereà in l. prętor edixit. & in l. item exigit. agitur actionibus de proſecutionibus non per accuſationem, tamen vagari non oportet cum alieno diſpendio ſub incerto.

Prętèrea poſſet aliquis dicere, uideo quòd vbi de crimine per exceptionem cognoſcitur, non agitur ad puniendum, vt eſt tex. in l. j. §. ſi publico. ff. de adulte. & not. in l. qui crimen. C. qui accuſa. non poſſ. dum ibi dicitur, quòd cùm exceptio opponitur non ſit executio. ad quod. C. de adul. l. quoniam Alexandrum. & in c. ut circa. de elec. lib. 6. ubi in exceptionibus ſuper crimine dicuntur contineri circunſtantię, & ibi not. & per Pau. de Leaza. not. in cap. ſtatutum. de electio. lib. 6.

Sed ijs non obſtantibus, dico libellum procedere, quanuis ſpecificatio doli commiſſi. ſcilicet vbi quando loco & tempore expreſsè non fiat, nam ratio per quam debet fieri expreſſio illarũ circunſtantiarum eſt ne fiat vagatio cum diſcrimine eius contra quem agitur, quod fieri poteſt in actione iniuriarum ciuiliter intentata, vel in actione de dolo, quę crimen continet eſt: quia poſſet damnatus in tali actione infamari, ut patet in l. j. §. furti. ff. de infa. ſed in quęſtione propoſita, cùm conueniatur hęres tutoris, non attamen ipſe tutor quanuis conueniatur ex dolo defuncti non poſſit infamari ex tali actione conuentus. caſus eſt in l. furti. §. ſi quis alieno. ff. de infami & Gl. quę incip. actoris.

Secundò dico: quia uidebatur dubium: quia

libellus

libellus concludit contra hæredem tutoris, † ꝙ reddat rationem,quod non videbatur cõtra hæredem concludendum,ſed potius concludendũ, quòd hęres teneatur ad ea danda & reſtituenda ad quæ defunctus obligatus fuit ex ſua mala adminiſtratione, ita quòd non ex illa parte ex qua redditio rationis petitur, ſed in reliquis, vt l. cũ ſeruus.de conditio. & dem.tenetur hęres. non autem ad id quod eſt facti, ſcilicet calculare rationem,& c.ſed hoc non obſtante videtur libellus rectè concludere,vt l.fin.ff.de hære.tuto. ibi cùm dicit,in eo quòd tutor, vel curator adminiſtrare debuit, nec adminiſtrauit rationẽ eos reddere debere.Ad hoc facit l.2.eodem ti. ibi dum dicit,ceſſationis ratio reddenda eſt de hærede in hæredem.

3 Super tertio dum opponitur,quòd†non peruenit ad hæredem defuncti aliquid ex dolo cõmiſſo per tutorem,&c.uidetur habere colorem, quia text.videtur in iſta materia propriè in l.fi.§. hoc tamen.ff.de hær.tuto.Sed hoc non obſt.dico contrarium,primò quia ciuitas Fulginij eſt de terris eccleſiæ,& ideò cùm iura Canonica hęredem ex delicto defuncti teneri velint ſaltem ſecundum,quòd vires hęreditatis patiuntur,vt in c.in litteris.in fin.extra de rap.& in c.fi.extra de ſepul. ergo, & in caſu iſto ſaltem ſecundum vires hęreditatis teneri debet de dolo à defuncto commiſſo.Præterea geſtio tutelaris eſt geſtio ex

4 quaſi contractu,†ſed ex dolo commiſſo in quaſi contractu per defunctum tenetur hæres,licet ex aliis delictis defuncti hæres non teneatur, niſi lit.conteſta.ut l j.C.ſi ex delic.defunc. Vel quatenus ad eum ex dolo,vel delicto defuncti peruenit. Tamen habemus tex. & Gloſſ.poſito,quòd iura canonica ceſſarent, quauis nihil peruenerit ad hęredem, nihilominus ex delicto commiſſo ex quaſi contractu per defunctum tenetur,ſicut ipſe tutor,caſus & Gl.in l.ſi hominem.§.datur. ff.depoſiti.

Et ita dico,& conſulo Ego Franciſcus Tigrini legum Doctor,concludens quòd libellus procedit,& condemnatio ſequi debet de hærede ex ijs,quæ probata erant de dolo,& lata culpa defuncti tutoris,& ad fidem,&c.

SVBSCRIPTIO.

Ego Frãciſcus Bertoldi de Peruſio minimus legum doctor dico,& conſulo in omnib.& per omnia,prout & ſicut conſultum eſt ſupra, &c.

SVBSCRIPTIO.

Si conſideretur forma libelli in ea ſunt plura deducta,quàm quæ dicitur in quæſtione p̃miſſa,poſſe probari,quia omiſſis,& neglectis,& de dolo & culpa,unde probatis,ſolummodo deductis in ſupra proxima quæſtione non ſequeretur condemnatio de omnibus deductis in petitione

5 tanquàm de non probatis.†& propterea in articulis,& proſecutione cauſę deducãtur omnia,q̃ deducta ſunt in petitione, & probẽtur, ſi vultis, quòd de omnibus ſequatur condemnatio, aliàs ſequeretur ſententia abſolutoria de non probatis, & condemnatoria de probatis petitione rectè concepta ſi probetur.

Et ita videtur mihi Andreæ Domini Raynerij de monte Vbiano legum Doctori,& ad fidem, &c.

CONSILIVM D. VGOLINI PELluli de Peruſio i In caſu ſupraſcripto.

SVMMARIVM.

1 *Libellus generalis,& obſcurus non procedit.*
2 *Vagari quis non debet cum damno alterius.*
3 *Libellus generalis in actione tutelæ concludit,nec aliter concipi poteſt,niſi generaliter.*
4 *Iuramentum in litem præſtatur,quando a capite non redditur integra ratio adminiſtrationis tutelæ.*
5 *Libellus contra hęredem tutoris oportet,quòd ſit generalis,& multa contineat; quia in eo agitur de dolo, & lata culpa tutoris, & etiam de dolo ipſius hæredis.*
6 *Si in libello rationis tutelæ adminiſtrationis reddendæ petatur reddi rationem etiam gerendorum,exponi debet,id eſt,eorum quæ geri debuerunt qui tutorem,& non geſſit.*
7 *Hæres tutoris,vel alterius tenetur ex dolo commiſſo per defunctum in contractu,etiam ſi nihil ad hæredem peruenit;ſecus ex delictis.*
8 *Hæres tenetur ex dolo tutoris etiam ſi ad eum nihil peruenit iuxta uires hæreditatis in terris eccleſiæ.*

CONSILIVM XVII.

IN CHRISTI nomine, eiuſque matris Marię Amen.Pro veritate uidenda in pręſenti quęſtione, credo quòd ſit expediens uidere,& examinare,quæ faciunt dubiam quæſtionem; & quia omnia colliguntur ex forma libelli, eſt primò examinandum ſi libellus procedit,& ut dicitur in contrarium, uidetur ꝙ

1 non:† quia eſt inter cætera obſcurus,& generalis, ideò non procedit,& maximè ſi opponatur,

2 vt l ſi ex multis.C.de anna.excep.†Et quis vagari non debet cum alterius damno, vt l.prætor edixit cum ſimili.ff.de inreiur.

3 In contrarium eſt dicendum, † quòd libellus eſt bene conceptus in actione tutelæ, quæ eſt generalis, quare generaliter eſt exponenda, ut eſt caſus in l.j.in princ.ff.de tutel.& ra.diſtra.& l.licet.C.de iudi.Immò truphanẽ Doctores noſtri ſi quis aliter format libellũ,& ſe certum, reddatque hęc omnia non poſſunt ſciri, nec uideri,niſi per redditionẽ rationis, quia tũc uidebit iudex, & in ſententia declarabit, vtrum doloſè, vel culposè fuerit verſatus,ſed ſic per ſententiam ſuam declarabit, & uiſa ratione ad certũ ſe referet in ſeptentia ſua,& ad certã quantitatem condemnando,

nando, quam certam ſententiam dare non poſ-
ſet, niſi uiſa, & reddita ratione, & à capite tecta.
4 vt ff de eden. l. j. §. edere. vt ibi exigitur † propter
quod ſi non edatur, iuratur in litem, vt C. de in
lit. iuran. l. alio & in ij. reſpõ. not. quia ideò eſt
poſitus ille titulus in materia tutelarum, vt ſal-
tem per iuramentum in litem fiat certum, & ad
id deueniatur de multis verbis compoſitis, quã-
uis multa verba ibi poſita non ſint neceſſaria. ta
men quædam ſunt neceſſaria, & multitudo non
neceſſaria non vitiat, vt l. fin. C. de don. & l. quæ
5 extrinſecus ff. de verb. oblig. tamen dico † quòd
multa ſunt hic neceſſaria: quia agitur contra hę-
redem contra quem oportet, quòd agatur de do
lo, vel lata culpa tutoris, ut l. j. C. de hære. tu. &
ff. eo. l. §. Paulus. & contra hæredem de ſuo do-
lo, vt l. cùm oſtendimus. in princi eo. tit.

6 Nec etiam obſtat † quòd videatur ſibi con-
trarius; quia petit rationem gerendorum; quia
non videtur bene illud gerendorum intelligen-
dum de gerendis in futurum poſt finitam tute-
lam, ratione petita, quia iſtud dicere ſatis eſt ri-
diculum; quia non poteſt in iudicium ueniſſe il
lud, quod poſt iudicium accidit, vt l. non poteſt.
ff. de judi. ſed vult dicere, quòd de ijs quæ geſ-
ſit, & de gerendis quæ nõ geſſit, nam, & de nõ ge
ſtis tunc tenetur, vt d. l. j. de tute. & rat. diſtra. in
prin. Vnde de gerendis, id eſt, quæ gerere debuit
& non geſſit.

7 Nec ob. etiam † quòd ad hæredem nihil perue
nit; quia cũ ex dolo cõmiſſo in contractu perde
functum, ſi conueniatur hæres teneatur, etiam
ſi nihil ad hæredem perueniat, ſecus ex delictis,
vt eſt caſus in l. ex contractibus. & l. ex depoſito.
ff de actio. & obliga. & C. de delict. defuncti. l. j.
& ibi not. & in l hæredum. ff. de dolo. Et ex qui-
bus concludo, & dico, quòd libellus eſt bene for
matus, & conceptus, & factis probationibus cõ
demnabitur. Et ita credo de iure dicẽdum fore.

Ego Vgolinus Pelluli de Peruſio.

SVBSCRIPTIO.

Quod ſupra conſultũ eſt dico, & cõſulo Ego
Angelus Nandi de Amelia, & ceat dico, quòd
8 † non obſtante, quòd non ponatur in libello ali-
quid perueniſſe ad hæredem ex dolo dicti tuto-
ris, nihilominus tenetur vſq; ad uires hæredita-
tis ſecũdũ iura canonica. ex. de ſepul. c. fi. de rap.
c. in literis cùm ibi not. quod ius ſeruandum eſt
in terra Fulginij.

Idem conſulo Ego Nicolaus Alexandri.

CONSILIVM D. FRANCISCI Tigrinj de Piſis. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Cedula teſtamentaria ſine indictione, & publicatio-*
ne notarij, & eius manu ſcripta, continens tenorẽ
teſtamenti, & habens in fine præſentibus talibus,
& c. teſtibus, & c. & infilzata in quaderno dicti
notarij, in quo dicitur publicat. & principiũ dicti
quaderni hẽbat, liber continens in ſe infraſcriptas
ſcripturas, & rogationes. & c. ſi fuit extracta per
alium notarium, & publicata ſub forma inſtru-
menti publici, eſt teſtamentum ſolenne, interue-
niente tamen auctoritate iudicis.
2 *Cedula prædicta habetur prorogata, & publicata, ex*
quo continetur in libro rogationum notarij infilza
ta, & vbi dicitur hoc enim publicat, & hoc: quia
dictus liber rogationum ad illam cedulam ſe refert.
& ſic certitudo dictæ cedulæ eſt verificata à cer-
titudine dicti libri continentis rogationes, & ſe ad
dictam cedulam referentis.
3 *Cedula prællegata perinde valet ac ſi per expreſſum*
dixiſſet in publicatione, quòd teſtes fuiſſent ro-
gati: quia dictio, & c. poſita ad ver. præſẽtibus, & c.
non poteſt verificari, & reſtringi, niſi ad con-
grua, & fieri conſueta, maximè cùm idem nota-
rius in alijs ſuis rogitibus conſueuerit ad dictam
clauſulam teſtibus addere vocatis, & rogatis.
4 *Rogatio, & publicatio inſtrumenti poteſt poni ita in*
principio ſicut in fine.
5 *Inſtrumenti in extractione omiſſio citationis haben-*
tium intereſſe non vitiat, ita diſponente conſuetu-
dine loci.

CONSILIVM XVIII.

PVNCTVS Quæſtionis talis eſt; †
Reperitur in quaderno cuiuſdam no-
tarij quædam ſchedula cuiuſdam teſta-
menti ſcripta manu cuiuſdam notarij
in filzata in dicto quaderno, in qua non eſt indi-
ctio, nec publicatio notarij, ſed ſolum tenor
teſtamenti, & in fine dicebatur præſentibus ta-
li, & tali, &c. teſtibus, &c. Quadernus autem
in quo erat infilzata dicta ſchedula, eſt publica-
tus: dicebatur autem in dicto quaderno in ſui
principio; Hic eſt liber ſeu quadernus, &c. con-
tinens in ſe infraſcriptas ſcripturas, rogationes
&c demum dicta ſchedula fuit à quodam nota-
rio publicata cum auctoritate Iudicis. Modo
quæritur an de dicta ſchedula potuerit extrahi
publicum inſtrumentum, an illud inſtrumen-
tum inde extractum, & publicatum non citata
parte valeat? Teſtamentum Petrutij ſi ſtat in
illa forma quæ mihi oſtenditur, & intitulatio
ſit eo modo, vt continetur in teſtamento pu-
blicato per Iulianum, dico, quòd teſtamentum
eſt ſolenne.

2 Nec obſtant duo quæ vidẽtur obſtare, † pri-
mò: quia rogatio, & publicatio non eſt in ſche-
dula. Ad iſtud reſpondeo, ꝙ ſit relatio ad dictã
ſchedulã, vt apparet dũ dicit in principio Qua
dernus, &c. cõtinẽs infracriptas rogationes, &c.
Et ſic refert ſe ad illam dicendo infraſcriptæ, &
ĩ illo quaderno eſt illa ſchedula. † Nã paria ſunt,
quid eſſe certũ in certa ſcriptura. vel cũ certitu-
dine in illa ſcriptura referri ad certũ, vt l. hęc ſen
tentia. C. q̃ ſi. cer. q̃ti. & l. ait. prętor. ff. de reg. iur.

Item

Item nõ ob. ſecundũ: quia nõ apparet in publi-
3 catione † quòd teſtes illi fuerint rogati, ad quod reſpondeo, quòd ibi dicitur teſtibus, &c. quod verbum, &c debet reſtringi ad ea quæ cõgruunt & de conſuetudine fiunt: vt not. per Moder. in l. Gallus. in §. idem rectè ff. de libe. & poſthu. & facit l. in quibuſdam. C. de actioni. & obliga. cùm illud uerbum, &c. ad teſtes non poſſit cõuenire præterquàm ad rogatos, & maximè cùm omnia inſtrumẽta illius tabellionis mihi inducta quandoque habeant vocatis, & rogatis, &c.

4 Item † non obſtat, quòd rogationes, & publicationes non ſunt in fine inſtrumentorum, ſufficit enim, quòd ſint in principio, ut l. ſi quis ex argentarijs. § initium ff de edendo.

Item † eſt aduertendum an detur huic copiæ fides, cùm non fuerit facta aliqua citatio alicuius cuius intereſſe poſſet, iuxta ea quæ not. per Iaco. de Are. in auct. ſi quis in aliquo documẽto. C. de edẽ. & per Spec. in tit. de inſtru. edi. §. poſtquã. Dico tamen, quòd dictæ exẽplationi poteſt dari fides ſi publicatio, & auctẽticatio fit in terra Treuij, ſiuè alia ciuitate. Ad hoc me monet, quia cõſuetudo facit me dare fidem inſtrumẽtis, quibus aliàs non daretur, vt eſt tex. in c. cùm dilectus. extra de fi. inſtru. verſ. ſuper tertio.

Et ita dico, & cõſulo Ego Franciſcus Tigrini I.V. Doctor, &c.

CONSILIVM D. FRANCISCI Tigrini de Piſis V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Monachus patruus carnalis datus tutor in teſtamento pupillo, à dicta tutela fratrem conſobrinum non excludit.*

2 *Sponſa non doli capax an apud ſponſum educari debeat, an verò apud tutorem legitimum, hoc pendet ex arbitrio iudicis, niſi ſponſa habeat matrem quæ non tranſiſſet ad ſecunda vota, quia apud illam debebit educari.*

3 *Impedimentum perpetuum in perſona tutoris vel teſtamentarij vel datiui legitimi eum ſubmouet à tutela, & facit admitti ſequentem in gradu.*

CONSILIVM XIX.

QVIDAM Pupillus habens cium carnalem monachum, & fratrem conſobrinum laicum. † Quæritur an eius ſiue patruus cùm fuerit ipſi pupillo in teſtamento paterno tutor relictus, vigore teſtamenti vel aliiure, poſſit excludere a tutela legitima dicti pupilli fratrem conſobrinum prædictum, uel non? Super quo videtur indubitanter de iure eſſe dicendum, quòd dictus patruus monachus non poſſit excludere dictum fratrem conſobrinum a tutela, pro hoc videtur expreſſum in auct. de ſanctiſs. epiſco. Deo amabil. in prin. & per eum ceſſat dubitatio Speculatoris poſita in tit. de tuto. & ita in foro ciuili puto de iure fore ſeruandum.

2 Super ſecundo quo quæritur, † an ſpõſa puella minor non doli capax debeat ali penes tutorem, vel ſponſum dico, ꝙ apud ſponſum debeat talis educari, non reperij iure cautum, ꝙ apud tutorem maximè conſanguineũ, ut in caſu propoſito puro, quòd motu iudicis, & eius arbitrio educanda ſit, vel non, ſecundum circunſtantias quas iudex reperetit, de tutore pro hoc l. j. C. vbi pupil. educa. debe. Niſi ſponſa haberet matrem, quæ ad ſecunda nota non tranſiuiſſet, quia tunc in dubio penes matrẽ, vt not. in d. l. j. Et ad hoc etiam facit quod notatur per Azo. in ſumma. C. ubi pup. edu. deb.

Et ita dico, & conſulo iuris eſſe Ego Franciſcus Tigrini de Piſis legum Doctor.

SVBSCRIPTIO.

3 Conſideratis, quòd † vbi in perſona tutoris ſiue legitimi, ſiue teſtamentarij ſubeſt impedimentum perpetuum, ut eſt in caſu propoſito, quia monachus tutor eſſe non poteſt, ut ſupra dictum eſt, ueniat in tutela ſequens in gradu, dum alij eum non præcedant, & impediant uenire ad tutelam, non obſtante, quòd in teſtamento fuerit prædictus monachus tutor datus, & cõſtitutus. Et hoc de primo. In alio uerò conſulo ut ſupra dictum eſt, per ſupradictum egregium Legum Doctorem D. Franciſ. per iura per eum ſolenniter allegata.

Et ita de ſubſcriptione requiſitus dico, & cõſulo Ego Paulus Simonis legum doctor.

CONSILIVM D. BARTOLI de Saxoferrato.

SVMMARIVM

1 *Reſpondens de iure litis debet primum conſiderare quænam actio intentata ſit.*

2 *Interdictum quorum bonorum adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdicitur.*

3 *Per hæreditatis petitionem petimus nos declarari, & pronuntiari hæredes.*

4 *Intẽtatio beneficij l. fin. C. de edic. diui Adria. toll. fundatur eo, quòd ſic ſcriptum apparet.*

5 *Occupator poſſeſſionis pro poſſeſſore, & ſine titulo tenet.*

6 *Fratres minores inſtitui hæredes non poſſunt.*

7 *Nec ideo ſyndicus eorundem.*

8 *Verba teſtatoris ſic interpretari debent vt actus ualeat, non vt vitietur.*

9 *Verba inſtitutio ſyndicum fratrum minorum, duplicem intellectum recipiunt.*

10 *Eccleſia Romana hæres inſtitui poteſt.*

11 *Inſtitutio fieri poteſt ad utilitatem Reipublicæ, Ciuitatis, caſtelli, certi loci ſacri, & publici.*

12 *Captatoria inſtitutio irrita eſt.*

Inſtitutio

13 *Inſtitutio ad pias cauſas conferri poteſt in alterius arbitrium.*
14 *Cauſa eccleſiaſtica, & ſpiritualis non poteſt agitari coram iudice ſeculari.*
15 *Libelli verba ſic ſanè accipi debent, vt ille valeat.*
16 *Cauſa temporalis dicitur in qua res temporalis vertitur, & nihil ſpirituale examinatur.*
17 *Cauſa non ideò eccleſiaſtica eſt, quòd ad eccleſiæ vtilitatem ſpectat.*
18 *Cauſa non ideò ſpiritualis dicitur, quia res petita in eccleſiam conuertatur, quæ ſpiritualis eſt.*
19 *Inſtrumentum publicum probat inſtitutionē, & ſubſtitutionem.*
20 *Verba, quòd poſt mortem talis ſit hæres, quem intellectum habeant.*

CONSILIVM XX.

IN CHRISTI NOMINE Amen. Factum tale eſt. Quidam nomine Buccarellus Ioannis Salmæ de ciuitate Caſtelli, & p. Sancti Aegidij, in vltimis conſtitutus ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inter alia, inſtitutionem, & ſubſtitutionem hæredis fecit in hoc modo, videlicet; In omnibus autem ipſius Buccarelli teſtatoris bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, vniuerſis Dominam Baldutiam filiam quondam Michaelis, & vxorem ipſius teſtatoris, inuita ipſius Dominæ Baldutiæ, ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, dummodo in vita ipſius Dominæ Baldutiæ, poſt mortem teſtatoris prædicti, de bonis dictæ hæreditatis, nec dicta bona vendere, permutare, & obligare non poſſit, nec aliquem contractum fieri quoquo modo, præterquàm ſuperius dictum eſt: & poſt mortem dictæ Dominæ Baldutiæ, ſyndicum, & procuratorem capituli, & conuentus loci fratrum Sancti Franciſci de dicta ciuitate Caſtelli concorditer creandum, & fiendum per dictum capitulum, & conuentum, ſibi hæredem vniuerſalem ſubſtituit, fecit, & eſſe voluit, qui ſyndicus, & procurator poſſit toties amoueri, & alium vnum vel plures conſtitui per dictum capitulum, & conuentum, quoties eidem capitulo, & conuentui videbitur, & placebit, & dicto capitulo, & conuentui videbitur expedire. Qui ſyndicus, & procurator prædictus omnia, & ſingula bona hæreditatis prædictæ, vendere, alienare, & obligare, & expendere debeat, & poſſit, & ea diſtribuire, & dare, & totum pretium conuerti in euidenti vtilitate nouæ eccleſiæ ſancti Franciſci de dicta ciuitate, ſecundum conſilium, & voluntatem fratris Ioannis de Sancto Andrea, ſi pro tempore vixerit, & ſi non vixerit ſecundum cōſilium guardiani, & conuentus dicti loci, qui fuerit tempore, & non aliter, nec alio modo, &c. Modo contigit caſus, quòd dicta Do. Balduția vita functa eſt antè mortem dicti teſtatoris, & poſt confectionem dicti teſtamenti: & dictus Buccarellus teſtator deinde mortuus eſt poſt mortem dictæ Dominæ Baldutiæ hæredis prædictæ, deinde capitulum, & conuentus fratrum Sancti Franciſci prędictus, nō uiuente dicto fratre Ioanne, reauerunt ſyndicum eorum Ser Ceccum Ser Vannis, de dicta ciuitate ad petendum ſe immitti, & poni in tenutam, & poſſeſſionem bonorum hæreditatis dicti Buccarelli teſtatoris, ſecundum formam teſtamenti prædicti, vt de dicta inſtitutione, ſubſtitutione, & ſyndicatu vobis fiet fides per inſtrumenta publica: & videbitis. rebus ſic ſe habentibus dictus ſyndicus, ſyndicario nomine dicti conuentus ſuam petitionem porrexit coram poteſtate dictæ ciuitatis, & petijt dicta bona hæreditaria, quæ petitio fuit negata per poſſeſſorem dictorum bonorum, & fuerunt factæ exceptiones. Et primò: quia dicta petitio erat inepta, & malè formata, & non concludebat; & quia dictus ſyndicus concludebat in dicta ſua petitione, quòd dicta cauſa erat eccleſiaſtica: & ſic opponebat exceptionem declinatoriam, & non competentis iudicis. Item opponebat exceptionem litis pendentis, quòd aliàs fuerit dicta cauſa uentilata, & adhuc pendebat, & negabatur per aduerſarium per dominum ſyndicum: quia ſyndicus negauit dictas exceptiones veras eſſe, & petijt ſuper dicta petitione procedi, abbreuiando iudex cauſæ, ad petitionem dicti ſyndici, pronuntiauit præſentibus partibus volentibus non obſtantibus obiectis, per Ser Colam procuratorem, aduerſarium fratrum Sancti Franciſci, litem fore conteſtandam, & pro conteſtata haberi, & lis conteſtata fuit, & datus terminus per dictum iudicem, fuit dictis partibus præſentibus, & volentibus decem dierum ad probandum, de iure eorum. Poſtremò dictus ſyndicus infra terminum ſibi datum ad probationem ſuæ petitionis, & ſui iuris, fecit intentionem ſuam nomine quo ſupra, & fecit articulos & capitula infraſcripta. In primis poſuit de inſtitutione, & ſubſtitutione prædictis. Secundò ꝗ dictus Buccarellus teſtator erat mortuus. Tertio, ꝗ dicta D. Baldutia hæres, mortua erat ante mortem teſtatoris. Quartò, ꝗ dictus Ser Ceccus eſt factus ſyndicus per dictum capitulum, & cōuentum. Quintò, quòd bona hæreditaria petita per dictum ſyndicum tempore mortis dicti teſtatoris, & ante, per ipſum teſtatorem, & ſuos laboratores, nomine ipſius tenebantur, & poſſidebantur: & etiam per ipſum tempus ad eum pertinebant, & expectabant. Sexto, quòd dictus Franciſcus aduerſarius fratrum prædictorum

rum dicta bona hæreditaria quantum ad di-
ctum ſyndicum bæredem ſubſtitutum, indebi-
tè, & iniuſtè tener oecupara. Septimò, quòd
dicta bona modò ſpectant uigore dicti teſtamen
ti ad dictum ſyndicum hæredem ſubſtiturum
dicti Boccarelli. Octauò, quòd eccleſia San-
cti Franciſci prædicta de nouo frabicatur. No-
nò, quòd dicta eccleſia eſt imperſecta, & indiget
ad perfectionem mille quingentorum floreno-
rum auri. Decimò de fama, poſt modum
prodnctis, & admiſſis dicta intentione & articu-
lis, per dictum iudicem, & datis terminis, & di-
lationibus ad probãdum legitimè, & citata parte
& teſtibus. prima, & ſecunda dilatione data, quia
impeditus in prima, & facta. legitima cõmiſſio-
ne teſtium examinandorum per dictum iudi-
cem in tres prouidos notarios præſente aduer-
ſario, & contradicente: qui teſtes legitimè cita-
ti, & examinati nixi ſunt probare, & meo uiſu
probant capitula ſignata per alphabetum. & te-
ſtes probantes dicta capitula ſignati ſunt per al-
phabetum, vt videbitis. reliqua capita proban-
tur per teſtamentum, & inſtrumendum ſyndica
tus, & per euidentiam inris, & facti: contra te-
ſtes ultimò fuerunt oppoſitæ exceptiones ge-
nerales; quòd erant varij, & ſingulares, & non
legitimè citati, & examinati, nec etiam parte
citata: & qui examinauerunt eos, non habue-
runt anctoritatem examinãdi, &c. quæ ſunt truf
fę: quia omnia conſtant ex actis. Vltimò ſu-
per prædictis Guardianus, & fratres Minores
conuentus dictæ ciuitatis Caſtelli obſecrant ue-
ſtram excellentiſſimam ſapientiam, quatenus
ſuper toto proceſſu conſilium veſtrum placeat
impartiri, nunquid foueant bonam cauſam, &
nunquid probauerint iura eorum. quid agen-
dum per eos, & eorum ſyndicũ. & allegationes
facere pro eis. acta vobis mittũtur ordinatim, &
ſignata ut poteritis videre.

IN NOMINE DOMINI Amen.

1 In quæſtione † prædicta ante omnia videndum
eſt, quæ actio ſit intentata in petitione prædi-
2 cta. ad quod dico, quòd intentatum † eſt in-
terdictum vtile; quorum bonorum, quod eſt adi
piſcendæ poſſeſſionis bonorum. quæ ad aliquẽ
de iure ſpectant. vt ff. quo. bono. l. prima, &
C. eodem. l. prima. non enim poteſt dici inten-
3 tata petitio hæreditatis: † quia per illam pe-
tit quis ſe declarari bæredem: vt ff. de petitio.
hæreditatis. l. licet minimam. Item non po-
4 teſt dici intentatum beneficium. † l. vltimæ. C.
de edict. diui Hadrian. tollend. quia hic non
ideo fundat ſe: quia ſic apparet ſcriptum, ſed
ideò, quia hæres eſt. apparet etiam, quòd inten-
5 tauit interdictum: † quia aſſerit poſſeſſionem
occupatam tenere, & ſic pro poſſeſſore, &
ſine titulo.

6 Secundò videndum eſt, † an libellus pro-
cedat ex parte perſonę petentis, & videtur quòd
non: quia fratres minores non poſſunt inſti-
tui hæredes. Immò ſunt bæreditatum penitus
non capaces, vt in capitulo exiui. de verbo-
7 rum ſignificatione. in Cle. † ergo eodem modo
ſyndicus eorum.

8 Contrarium eſt ueritas. Nam † verba te-
ſtatoris debent intelligi eo modo quo res va-
leat, non quo vitietur. ut ff. de rebus dubijs. l.
quoties. & l. & de uerborum obligation.
9 l. quoties, † ſed iſta verba, inſtituo ſyndicum
fratrum minorum creandum, &c. poſſunt in-
telligi duobus modis. Primò ut intelligatur
inſtitutus ſyndicario nomine fratrum: & ſecun-
dum hoc inſtitutio non valeret, ergo talem in-
tellectum non debemus aſſumere. Secundò po-
teſt intelligi, vt illa verba ſyndicum, &c. ponan-
tur cauſa demonſtrationis, hoc eſt, inſtituo il-
lam perſonam quam fratres nominabunt ſyn-
dicum eorum, ſicut ſi diceremus, inſtituo il-
lum qui prius intrabit eccleſiam, vel eum, qui
talem vxorem acceperit, vel aliquid ſimile, & ſe-
cundum hoc inſtitutio valet: ut ff. de conditio.
inſtit. l. ut ex fratribus. de rebus dubiis. l. ſi fue-
rit & ita fuit in propoſito, quod patet: quia fuit
viſus dictus ſyndicus nominandus totum con-
uertere in utilitatem nouę eccleſię Sancti Fran-
ciſci. ex hoc patet, quòd non fuit inſtitutus, vt
ſyndicus fratrum. nam eccleſia non eſt fratrum
minorum, ſed eccleſię Romanę: ut in dicto
capitulo; Exiui. & in conſtitutio. Nicolai, quę
incipit; Exiit, qui ſeminat. & etiam in cõſtitutio.
10 Papę Ioan. XXII. † ad utilitatem ergo eccle-
ſiæ Romanæ videtur inſtitutus non fratrũ mino
11 rum. † Item ad vtilitatem reipublicæ ciuita-
tis Caſtelli, ſpectat habere eccleſias, & certa lo
ca ſacra, & publica, bene ornata: vt ff. de le-
gatis primo. l. ciuitanbus. & l. ſi quid. & de au-
ro, & argento legato. l. Lucius. coniuncta l. pri-
ma §. publicũ ius. de iuſti. & iu. ibi in ſacris, &c.
& quod ibi not.

12 Tertiò videtur obſtare, quòd † dicta inſti-
tutio videtur captatoria, eo quòd inſtituitur il-
le, quem fratres creabunt ſyndicum, ergo, &c.
13 ut l. captatorię ad quod reſpondeo. † quòd cum
inſtitutio iſta fiat ad pias cauſas, poteſt in al-
terius arbitrium conferri, vt extra de teſta. cum
tibi. & ibi nota.

Quartò eſt videndum, an ei obſtet, quod in
14 fine dicitur, quòd † cauſa eſt eccleſiaſtica, & ſpi-
ritualis: & ſic videtur, quòd non poſſit agitari
15 coram iudice ſeculari. † ad quod dico, quòd
uerba libelli debent intelligi ſano intellectu: vt
ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iu-
rauero. de iudic. l. ſi quis intentione. Sed in
propoſito ex narratis apparet, quòd cauſa eſt
16 verè temporalis: † quia de rebus temporalibus,
& in ea nil ſpirituale uenit examinandum prin
cipaliter, uel incidenter. Illud ergo quod di-
17 cit † quòd cauſa eſt eccleſiaſtica, intelligitur
hoc

18 hoc eſt ad vtilitatem eccleſiæ ſpectans: † &
quod dicitur quòd eſt ſpiritualis: hoc eſt pro re
temporali conuertenda in eccleſiam, quæ eſt res
ſpiritualis, alium intellectum ſanum non poteſt
habere: ex hoc patet, quòd licitè potuit agitari
coram iudice temporali.

Quintò eſt videndum, an ſit tantum pro-
batum, quod ſufficiat ad victoriam, ad quod
indubitanter dicendum eſt, quòd ſic. Primò
19 enim probata † eſt inſtitutio, & ſubſtitutio
per publicum inſtrumentum. Secundo proba-
tum eſt, quòd dicta Domina Balduina inſti-
tuta, deceſſit ante dictum Buccarellum, & ſic
patet, quòd dictus ſyndicus remanet purè in-
ſtitutus, cùm fuerit purificata conditio, in ui-
20 ta teſtatoris: † iſta enim verba, quòd poſt
mortem Dominæ talis ſit hæres, habent locum
ſiue domina deceſſerit uiuo teſtatore, ſiue poſt:
vt ff. ad adimen. legat. l. tertia. in principio. &
expreſſius de liberis & poſthum. l. Gallus. §. pri
mo. & quod not. per Docto. ſcilicet Cyn. & Gu-
lielm. C. de impuber. & alijs ſubſtitutio. l. preci-
bus. in materia compendioſæ. Alia verò ſcili-
cet, quòd petitor ſit hæres. quòd bona fuerunt
poſſeſſa per teſtatorem ſunt clarè probata, &
quòd iſte conuentus nullo titulo poſſideat, appa
ret manifeſtè. Ex quibus concluditur pro dicto
petitore eſſe pronuntiandum.

Et ita videtur de iure mihi Bartolo de Saxo-
ferrato Legum Doctori. & ad fidem me
ſubſcripſi. & meum ſigillum
apponi feci.

CONSILIVM D. BARTOLI

De Saxoferrato.

SVMMARIVM

1 *Tacita vulgaris non continetur in ſubſtitutione extra-
neo pupillariter facta.*
2 *Regula ſi non valet ut ago, &c. locum habet quoties
in materia peccatum eſt.*
3 *Pupillaris facta extraneo non iure directo, ſed obli-
quo valet.*
4 *Tacita vulgaris an requirat aditionem.*
5 *Inſtitutio in re certa fieri poteſt.*
6 *Teſtamentum confirmatur per aditionem vnius hæ-
redis.*
7 *Declaratio ad l. pen. ff. de ventre inſpi.*
8 *Compendioſa fit per verba, quandocunque, & ſi-
milia.*
9 *Verbum, quandocunq;, quomodo accipiatur.*
10 *Hæreditas vigore vulgaris in compendioſa compre-
henſæ extraneo quæritur.*
11 *Plures inſtituti in re certa qualiter diuidant.*

CONSILIVM XXI.

NELLVS De Tuderto fecit teſta-
mentum, & Rogerium nepotem
ſuum ex fratre inſtituit hæredem, &
ſic ſubſtituit, quòd ſi dictus Roge-
rius deceſſerit in pupillari, vel poſtea quando-
cunque ſine filijs, &c. ſubſtituit ſibi hæredem
Angelutiam ſuam ſororem; & hæredes dictæ
Angelutiæ. qui Rogerius deceſſit antè teſtato-
rem, in pupillari ætate, ſuperſtite Angelutia,
demum deceſſit teſtator: dicitur per quoſdam
teſtamentum non valere. Quæritur quid iuris?
Dico teſtamentum valere, & Angelutiam hæ-
redem, tribus rationibus: quia licet Roge-
rius fuerit extraneus, tamen fuit ei facta ſubſtitu
tio pupillaris, quæ continet tacitam vulgarem:
vt l. iam hoc iure. & l. quamuis. & l. . . & l. preci-
bus. licet non ſit locus pupillari, & deceſſerit
antè teſtatorem, tamen eſt locus vulgari tacitæ,
1 ſcilicet ſi hæres non erit. † Sed occurrit dubiũ
an hic contineatur vulgaris, cùm pupillaris ſit
facta extraneo, cui non poteſt pupillariter ſub-
ſtitui, ergo videtur quòd nec vulgariter. Gu-
lielm. mouet hoc dubium in l. precibus, & tenet
quòd contineatur tacita uulgaris: quia non ui-
tiatur tacita, &c. in l. j. ff. quib. mod. pigno. vel
hypo. ſoluat. Item: quia peccatum eſt in mate-
2 ria: † ergo ſi non ualet ut ago, &c. & l. ſi unus.
§. acceptilatio. & hoc eſt uerum per caſum l. fi-
na. C. de hæred. inſtituend. not. §. extraneo. cum
3 materia. ubi † pupillaris facta extraneo, non ua-
let iure directo: quia non ualet iure directo pu-
pillaris pupillo hæredi exiſtenti. Sed non nega-
4 tur quin ualere poſſit iure tacitæ uulgaris. † Sed
dubium eſt, quia tacita uulgaris requirit aditio-
5 nem ſecundum quoſdam, † tamen hic fuit ſo-
lum inſtitutus in re certa, cuius aditione teſta-
6 mentum confirmatur. † ſufficit enim unum ex
hæredibus adire ut confirmetur. l. teſtamento
liber. de manu. teſta. Item pro ijs uidetur caſus
7 † in l. pen. ff. de uen. inſpi. ubi ſi aliquis ſubſti-
tutus eſt uentri, licet ex uentre nihil naſcatur
locus eſt tacitæ uulgari. Item & alia ratione:
8 † quia hic fuit compendioſa, ſcilicet quandocun
que, in qua compendioſa continetur uulgaris
ſecundum opinio. omnium. ſecundum Iacob.
de Rauen. & Petr. & Cyn refert in l. precibus.
& ſecundum Gulielm. & Rayn. eſt caſus in l.
Gallus. §. primo. ubi teſtator dicit filium inſti-
tuo, & nepotem ſubſtituo. dicta ſubſtitutio tra-
hitur ad caſum; quando filius uiuo teſtatore mo
9 ritur. Præterea † hoc inducunt illa uerba, dum
dicunt, quandocunque deceſſerit, illud uerbum
importat, ſiue decedat antè mortem teſtato-
ris, ſiue poſt, ſiue antè aditam hæreditatem. ff.
de adimen. legat. l. 3. in princip. & ſic conclu-
10 dit † quòd ex uigore uulgaris in compendio-
ſa comprehenſæ poſſet eſſe hæres dicta domina.
Item eſt hæres alia ratione: quia inſtituta in re

11 certa ergo, &c. vt l. 3. † & ſi dicit, & etiam epiſcopus erit hæres pro dimidia, quia fuit inſtitutus in re certa, ſcilicet in v. ſed reſpondeo nó eſt verum: quia fuit dictum in inſtitutione epiſcopi, quòd plus de bonis ſuis petere non poſſet. ſic enim voluntas teſtatoris manifeſtè requirit, vt l. quoties. §. ſi duo. de hæredib. inſtituend. ſed n inſtitutione illius Angelutiæ non fuit illud dictum. Bartolus.

CONSILIVM D. BALDI DE Vbaldis Vtriuſque Iuris Doctoris Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutioni an locus ſit conditione non in omnium inſtitutorum perſonis impleta.*
2 *Intellectus ad l. pen. ff. de iniuſt. rup. teſtamen. & l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia.*
3 *Subſtitutionis factæ per nomen collectiuum quæ interpretatio ſit.*
4 *Subſtitutionis factæ per verba diſtributiua quis intellectus ſit.*
5 *Subſtitutionis directæ, & fideicommiſſariæ differentia.*
6 *Rigor verborum teſtatoris & præſumpta eiuſdem voluntas, aliud & aliud ius inducunt.*
7 *Filij vel nepotes ex filio, vel filia prædilecti præſumũtur fuiſſe teſtatori.*
8 *Extraneі prædilecti non præſumuntur.*
9 *Prædilectio in cogitatione fuiſſe dicitur.*
10 *Intellectus ad l. quamuis. C. de impuber. & alijs ſubſtitutio.*
11 *Pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates.*
12 *Pupillaris, & fideicõmiſſaria ſubſtitutio interdum eodem iure cenſentur.*
13 *Hæreditates tot ſunt, quot ſunt pupilli, in pupillari ſubſtitutione.*
14 *Opiniones doctorũ quæ in iudicijs ſæpe ſeruata ſunt, ſequendas eſſe vt tutiores.*
15 *Aui memoria per nepotem manutenetur.*
16 *Filius in ſubſtitutione tacitus extraneo ſubſtituto præfertur.*
17 *Iure accreſcendi, & iure ſubſtitutionis aliqua peruenire, edifferunt.*
18 *Tranſmiſſio quando locum habeat.*
19 *Ius cõditionale pendente conditione nõ trãſmittere.*
20 *Tranſmiſſio quando per ius accreſcendi fiat.*
21 *Ius ſubſtitutionis fortius eſt, & potentius iure accreſcendi.*
22 *Intellectus ad l. generaliter. §. cùm autem. ff. de reb. dub. & l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom.*
23 *Noti dilectiores ignotis putantur.*
24 *Ius accreſcendi unitum cũ iure ſubſtitutionis tranſmittitur. & hoc verum eſt in puris ſubſtitutionibus. nu. 25.*
Secus in conditionalibus nu. 26.
27 *Intellectus ad l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.*
28 *Affectio non habetur maior erga ſubſtitutos, quàm venientes ab inteſtato.*
29 *Verbis teſtatoris inhærendum eſſe.*
30 *Quid iuris ſit ſi teſtator vtitur verbis collectiuis ſimul, & diſtributiuis.*

CONSILIVM XXII.

IN NOMINE Ieſu Chriſti Crucifixi
amen. Teſtator habens filias duas, nep-
tes tres, nepotes ex filio præmortuo, duos,
filiabus ſuis, & neptibus certam dotem
reliquit cuilibet ipſarum, & ipſas neptes inui-
cem ſubſtituit, & ſimiliter nepotes inuicem ſub
ſtituit, poſteà adiecit, quòd ſi omnes dicti ne-
potes, & dictæ neptes decederent ſine filijs,
dictæ ſuæ filię, & quidam nepos ex fratre ſint hæ
redes. Ambo, & vna ex neptibus ſine filijs de-
ceſſerunt, ſuperſtitibus duabus filiabus teſtato-
ris, & neptibus duabus ex filio teſtatoris, ſoro-
ribusque dictorum nepotum, & ſuperſtite ne-
pote ex fratre teſtatoris ſubſtitutis dictis nepti-
bus, & nepotibus ex filio. Quæritur modò,
quòd cùm conditio ſubſtitutionis ſit verifi-
cata in perſona omnium nepotum, & vnius
neptis, & non in perſona omnium neptum,
quis admittatur ad ſucceſſionem? cùm non ſit
verificata conditio in perſonam omnium no-
minatorum, videlicet neptum, & nepotum.
In iſto themate habemus præſupponere, quòd
de neptibus ad nepotes nulla eſt facta ſubſtitu-
tio, ſed de neptibus ad ſeipſas, & nepotibus
ad ſeipſos, & poſteà dictum eſt, quòd ſi om-
nes nepotes, & neptes deceſſerint ſine filijs,
tunc dictæ filiæ teſtatoris, & nepos ex fratre
teſtantis reperiuntur ſubſtituti, ſed caſus ſub-
ſtitutionis non venit in perſona omnium inſti-
tutorum, ſed aliquorum: ergo prouiſio teſta-
toris in caſu noſtro non videtur facta. pro hoc l.
commodiſſimè ff. de libe. & poſthum. & l. Gal-
lus. in princip. eodem titu. Sed hic habemus
1 ſubtilius intueri: quia † quando eſt facta ſub-
ſtitutio pluribus, & conditio euenit in perſona
vnius, & non omnium, an ſubſtitutus admitta-
tur in parte vel in nihilo. Diuerſa reperiuntur
2 in hoc paſſu iura, † nam l. penul. de inſtitu. &
ſubſtitu. ſub cond. fact. dicit, quòd ſubſtitutio
non habet locum niſi conditio euenerit in per-
ſona omnium, ſed l. pen. de iniuſt. rup. & irri. te-
ſtamen. & l. hæredes mei §. cùm ita. ad Trebel. di
cunt, quòd ſubſtituti admittuntur ad partem il
lius, vel illorum in quorum perſona euenit con-
ditio. Et ad ſolutionem iſtorum contrariorũ
Gl. & Doct. multũ vacillant in vtraq; illarũ legũ
3 & Cy. in d. l. pen. de inſti. & ſubſti. † ſed recitabo
dicta Doctor. meorum: ſic dicentium, quòd aut
ſubſtitutio fit per nomina collectiua, & tũc opor
tet, ꝙ omnes decedant, ut d. l. pe. de impub. & ali
4 ſubſtitu. † aut per verba diſtributiua, vt quilibet
& ſimil. & tunc admittatur ad partem vnius

tantum

5 tantum,† & hoc in ſubſtitutionibus directis. In fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus admittitur ſubſtitutus ad partem unius tantum, nec ſpectatur mors omnium inſtitutorum, & hoc ideò, quia tunc prouiſio dicitur facta pluribus hæredibus, & ita eſt in caſu dictæ l. hæredes mei. §. cum ita. .n hoc quidam ſtant contenti, ſed adhuc remanet dubium dictæ l. penulti. dicentis, quòd quando eſt facta ſubſtitutio cum adiectione nominis collectiui, tunc non admittitur ſubſtitutus, niſi omnes decedãt, & dictus §. cum ita. dicit contrarium.

6 Et ideò aliter dicendum: † quia ſi quæratur, an habeat locum ſubſtitutio altero decedente ſecundum rigorem verborum teſtatoris, aut ſecũdum præſumptam voluntatem. primò caſu ſecundum verba non habet locum ſubſtitutio, niſi in omnibus decidentibus, vt dicta l. penulti. In ſecundo caſu, quando quærimus de præſuppoſita voluntate teſtatoris, & tunc eſt recurrendum ad coniecturam, uidelicet ad perſonam ſuperſtitem, & ad perſonam ſubſtitutorum. Nam ſi illi qui ſuperſunt ſunt tales, quos teſta-
7 tor ſit uerisimile prędilexiſſe, † ut quia ſunt filij, vel nepotes ex filio, vel filia, & ſubſtituti ſunt
8 extranei, tunc nunquàm, † admittentur ſubſtituti, niſi inſtitutis decedentibus, ut dicta l. penulti. de inſtitut. & ali. ſubſtitut. & maximè
9 dum tex. dicit † cogitaſſe patrem, pro quo l. cũ auus. ff. de conditio. & demonſtratio. & l. generaliter. §. cum autem. ff. de rebus dub. l. ſi is qui ducenta §. idem ſi pater. Si verò non extat aliquis ex inſtitutis quem teſtator velit prœmittere, & tunc ſubſtitutus admittitur magis ex mente, quàm ex verborum ſignificatio. & ita loquitur dictus. §. cum ita. Si verò ſubſtitutio eſt facta ſimpliciter, & tunc aut loquitur in ſubſtitutione vulgari, aut in fideicommiſſaria, aut in pupillari, ſine vulgari, vno decedente, ſubſtitu-
10 tus non admittitur, ſed requiritur, quòd † conditio exiſtat in perſona omnium, vt nota. in l. quanuis. C. de impuber. & ali. ſubſtitu. & eſt ratio: quia quando pluralitas reſpicit unum effectum non reſoluitur in plures ſingularitates, vt d. l. quãuis. Si verò loquimur in fideicommiſſaria, vno decedẽte ſubſtitutus admittitur, vt l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. & ratio eſt, quia pluralitas hoc caſu reſpicit diuerſos effectus, ſcilicet plu-
11 rium hęreditates, † & tunc pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates, ut l. falſa. §. ſi. ff. de con. dit. & demon. & hoc eſt verum, niſi inſtituti, vel grauati per fideicommiſſum eſſent inuicẽ ſubſtituti, quia tunc ſubſtitutus non admittitur, niſi quando inſtituti omnes decedunt, ut l. codicill.
12 in princ. ff. de vſufru. leg. † Si verò loquimur in pupillari, dic idem, quòd in fideicommiſſaria, quia per illam reſpiciuntur plures, & diuerſi effectus quia per eam ſucceditur ipſis pupillis. In- ſtitu. de pupilla. ſubſtitu. §. quo caſu, quia quot
13 ſunt pupilli, tot ſunt hęreditates. † Pro hoc optimè, quod no. per Glo. in l. pater filiam. §. fina. ff. ad leg. Falcid. vbi eſt optimus caſus. ſi verò eſſet compendioſa, quæ continet vtrunque, vide per quam ſucceditur, & limita, ut ſupra dixi de pupillari. Verùm tamen in caſu noſtro iſtæ ſubſtitutæ ſunt filiæ, & nepos teſtatoris, nec ſupereſt aliquis quem plus teſtator prę́ſumatur diligere, & potius ad ſuam hereditatem vocare, meritò licet conditio ſubſtitutionis non euenerit in perſonam omnium aliquibus decedentibus, vocantur ipſę ſubſtitutæ, ut patet in d. §. cum ita. vbi erat ſubſtituta neptis. & ibi hoc tenet Glo. magiſtra in vlti. ſolu. quam facit d. l. penul. C. de im-
14 pub. & ali. ſubſt. † & ſecundum hanc opinionem eſt pluries iudicatum. licet Gl. in l. pater filiam. §. fi. ad legem Falcidiam. videatur velle aliam ſolutionem.

Sed ponamus aliũ caſum, ſi teſtator inſtituit filios, & ſi alter eorum deceſſerit ſine filiis ſubſtituit alterum, & ſi uel quilibet deceſſerit ſine filiis. ſubſtituit neptem ex fratre filij, vel filiæ; primus decedit cum filiis, alius filius decedit ultimus, & ſine filiis, vocantur ne neptes ſubſtitutę, vel nepos ex primo filio prœmortuo, & uidetur per dictas rationes, quòd pater uoluerit filium
15 filij, ſuumque † nepotem, quia per ipſum memoria aui manutenetur, ut l. liberorum. de verbor. ſignificatio. In contrarium facit ratio dicti § cum ita. vbi neceſſario admittitur ad partem quam teſtator vocabat ad totam, ſi ultimum filium decedentem contigiſſet habere totam partem ſui fratris, ſi primo ſine liberis deceſſiſſet, vt ibi. & in hoc reperio diuerſè conſultum maximè p D. Io. Pagliaren. & certos alios Doctores, ſed pro parte neptis ex filio facit l. generaliter. §. cum autem alleg. & l. cũ acutiſſimi. C. de fidei-
16 com. † vbi dicitur, ꝙ potius videtur vocari filius filij, quàm ſubſtitutus, etiam ſi teſtator de nepote non feciſſet mentionem. Item pro hoc quia ille filius primò decedens cum liberis erat coniunctus in hęreditate cum fratre ſuo, & ſibi ſubſtitutus, ergo iſtud ius ſubſtitutionis uidetur trans-
17 miſiſſe primus decedens filio ſuo, † potius ex iure accreſcendi quã iure ſubſtitutionis, ut l. qui patri. ff. de acqui. hær. & l. qui ex duobus. in prin. & l. qui liberis. & l. ſi filius. cum ſequen ff. de vulga. & pupilla. Glo. ſentit illud contrarium in d. l. hæredes mei. & dicit quòd in illo caſu ille primus decedens non tranſmittit illud ius ſubſtitutionis, quia ſubſtitutus erat ſub conditione, ſi vltimus frater decederet ſine liberis, igitur ſi primus moritur ante euentum conditionis non tranſmittit, ſecus ſi purè eſſet ſubſtitutus, vt in l. prima. C. de ijs qui ante aper. tabul. & ita etiam tenet Gloſſ. & Doctor. reprehendentes Glo. quæ eſt in l. is cui. de action. & obligatio. quam etiam Gloſſ. reprehendit Dyn. in l. Gallus. in di-
18 ſtinctione magna in quantum dicit. † quòd tranſmiſſio fit etiam ad conceptos etiam poſt mortem teſtatoris, &c. Ergo videtur quòd cum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

19 † illud ius accreſcendi,& ſubſtitutionis ſit cnn-
ditinnale, quòd pendente conditione non tranſ
mittatur ,ſed ſi hæreditas eſſet adita ab utroque
20 inſtitutntum , † tunc admittitur per ius accre-
ſcendi,vt tenet Gloſſ.in l.prima,§. ſin autem.in
Gl.quæ incipit;Quid autem ſi ciuiliter.C.de ca
duc.tollend & ibi per Cyn.in d.l. is cui. per Dy.
& Bartn.in l.ex pluribus.ff.de ſuis & legitim. &
quod plenè nnt.in dicta l. qui patri.de acqui-
21 ren.hæredita.in Glnſſ.magna.ubi tenet, † quòd
ius ſubſtitutionis eſt fortius qnàm ius accre-
ſcendi.

Ad caſum ſupra proximè prnpoſitum credn,
quòd admittantur nepies ſubſtitutę per dictum
22 §.cum ita.† Nec obſtant.l.generaliter, & l.cùm
acutiſſimi.quia ibi lnquitur, quandn ſubſtitutus
eſt extraneus.

Item nnn nb. quod dicitur de prędilectione,
quia immò potius videtur teſtatnr pędilegere
filiam ſuam,vel neptem, vel nepotes ex filin , iã
natas de quibus ipſe notitiam habuit, quàm ne-
23 pntes ex filio † nondum natos,nec conceptos,de
quibus auus nullam nntitiam habuit,vt patet in
d.§.cùm ita.ubi expreſsè dicitur , quòd uidetur
intentionem teſtatnris prætuliſſe neptem ſubſti
tutam nepnti,quem teſtator non cognnuit, ſe-
cus ſi ſubſtitutus eſſet de extraneis , ut ſupra
oſtenſum eſt.

Nnn nbſtat l. qui patri.& iura ſupra allegata,
24 † quòd ius accreſcendi träſmittitur,quãdo vni-
tum eſt cum iure ſubſtitutionis , &c. quia illud
25 eſt verum in † inſtituto...& ſubſtitutionibus pu
26 tis,† ſecus in conditionalib.ut ſupra dixi , iuxta
nota.de ijs qui ante aper.tab.& in dictn §.cùm
ita.per l.qui liberis.§ hæc verba.ff.de vulg.& pu
27 pilla. † Item dicta l.qui. & ſimiles loquuntur,
quando nnn eſt datus alius tertius ſubſtitutus,
ſed idem inſtitutus in parte ſubſtituto cohęre-
di.aliàs ſi alius eſſet ſubſtitutus , ſubſtitutus ad-
mittitur, & nnn hęres hęredis primi decedentis,
ut dicta l.ſed ſi plures.in princip.de vulga.& pu
pilla. & dicit Glo.magna in dicta l.qui patri.Nã
iura conditionalia non tranſmittuntur antecõ
ditinnis euentum , nt dictis iuribus, & ſi concur
rat in eadẽ hęreditate ius accreſcendi cum ſub-
ſtit.tertius ſubſtitutus præfertur de hęre.& falci.
§.ſin verò. in fin. de vulgar. & pupillar. l. qui
habebat.

28 Concludo tamen † qund in caſu in qun nõ eſt
plus affectio in ſubſtitutos , quàm in ueniẽtes ab
inteſtatn,vt quia ſubſtituti ſunt filij,vel nepotes
teſtatoris ex filin,& ſimiliter ſuper ſe inſtitutn,
alię ſornres , vel neptes , & nepotes ex alio ſuo
29 fratre , † quod debemus inhęrere verbis , Quia
aut teſtatnr dicit ſi omnes , vterque, quilibet, &
ſimili, & tunc debet uerificari in perſona om-
nium,vt dicta l.penul.aut ſimpliciter, vt ſi dicti
filij,vel ſi tales, & tunc prædecędit , & conditio
exiſtat in perſona unius, ita ſubſtitutus ad eius
partem admittitur, ut dicta l.Lucius.§.Caio.ad-
ducta ibi per Dyn.& nn. Gl.in d.l. pater filiam.
& ibi per Dyn.& ita ſentit Gln.in d l.pen.& Ia
co.de Ra.

In dubin autẽ aduertendum eſt , quib. verbis vtatur teſtatnr, qnia ibi dicit ſi omnes , quilibet, & ſimilia,& tamen in pari caſu affectionis ſubſtitutus nnn admittitur , niſi nmnes ſub conditinne decedant,vel in omnibus, uerificetur cnnditio,aut utitur verbo diſtributino , vt ſi aliquis deceſſerint,vel ſi talis deceſſerit, vel ſi dicat ſimpliciter,& ſi dicti mei hęredes deceſſerint, tamẽ verificatur in ſingulari,ut altern decedente ſubſtitutus ſtatim admittatur,in portinne illius , vt d.§.Caio.cum ſimil.

30 Sed quid † ſi utitur utroque vocabuln, col le-
ctino,& diſtribntiuo;nam dicit , ſi omnes dicti
mei filij, uidelicet talis, & talis deceſſerit ſine fi-
liis,talem ſubſtituo,an tunc debeat uerificari cõ-
ditio in perſnna nmnium,cogitabis.

Et ita dicn , & conſuln egn Baldus Domini Magiſtri Franciſci de Vbaldis utriuſque Iuris Doctor.&c.

CONSILIVM D. BALDI DE Vbaldis Peruſini V. I. D. Cum additio. D.Antonij Vrſati Patauini Legum Doctnris.

SVMMARIVM.

1 *Subſtituta bona vendi poſſe vſque ad legitimæ valorem,& Trebellianicæ.*
2 *Bona ſubſtituta alienata à quibuſcunque poſſeſſoribus , & emptoribus in parte dimidia peti poſſunt.*
3 *Legitima ſola, an in bonis ſubſtitutis alienatis retineatur.*
4 *Legiſtæ & Canoniſtæ in legitima , & Trebellianica variant.*
5 *Papa determinare poteſt dubia iuris ciuilis.*
6 *Alienatio à teſtatore prohibita, venditioque nullius eſt momenti.*
7 *Nudum præceptum quale ſit.*
8 *Teſtatoris uoluntas pro lege habetur.*
9 *Prohibitio teſtatoris,& legalis potentius aſtringũt. Intellectus ad l.fi.§.ſin autem auaritiæ.& authen.res quæ.C.commu.de leg.*
10 *Legalis prohibitio,quando intelligatur. Res reſtitutioni ſubiecta alienari non poteſt.*
11 *Prohibitio teſtatoris ex uerbis præſertim elicitur.*
12 *Decedens relictis poſt ſe filijs naturalibus legitimatis,an faciat deficere fideicommiſſum.*
13 *Nomen filij ſimpliciter, ad naturales potius , quàm ad legitimos refertur.*
14 *Legitimatus ſubſtitutum excludit.*
15 *Natura ſimul cum lege concurrens duplex vinculum facit.*
16 *Legitimatio maculam tollit.*
17 *Naturales legitimati adoptiuis fauorabiliores.*
18 *Legitimus & legitimè natus differunt.*

19 *Verba,*

19 *Verba, legitimè natis, ad tempus naſcendi referuntur,*
& eo verificantur.
20 *Ingredientis monaſterium, quæ iura ſint.*

CONSILIVM XXIII.

FACTVM ſic ſe habet, Dominicus
teſtatus eſt, quòd decedentibus natis
ſuis abſque filijs legitimis bona ſua per-
ueniant in Titium nepotem ſuum, aut
Seium filium dicti Titij. nati dicti Dominici
vendunt omnia bona ſua, & non tollitur per
teſtamentum quin ipſis viuentibus poſſint alie-
nare, & uendere ipſi filij dicta bona. Modo
quæritur vtrum ipſis decedentibus ſine filiis le-
gitimis, potuerint bona ipſius Dominici bene
vendere: & præſuppoſito, quòd vendere po-
tuerint, vtrum ipſa bona ſic alienata ab emptori
bus peti poſſint.
IN CHRISTI nomine amen. Reſpon-
1 detur † quòd valet venditio, ipſis qui vendide-
runt uiuentibus ſecundũ uerá opinionem, ſed ip
ſis mortuis ſine filijs legitimis ipſo iure uſque ad
medietatem reſcinditur, alia medietate alienata
propter legitimam, & trebellianicam firma per-
manẽte, vt not. C. commu. de leg. l. fin. §. fin autẽ
auaritiæ. & in auct. res quæ. & in auct. de reſtitut.
& l. ea quæ parit. § quamobrẽ. & ff. ad Trebe. l.
Marcellus. §. res quæ.
2 Et poterunt † peti res alienatæ à quibuſcũque
poſſeſſoribus, & emptoribus pro parte dimidia,
pertinẽte ad dictos fideicõmiſſarios vniuerſales.
3 Alij dicunt † quòd ſola legitima detrahitur, &
tunc poſſent vendicari ſuo tempore duæ partes,
4 † de hoc differẽtia eſt inter Legiſtas, & Canoni-
5 ſtas, tamen † quia Papa poteſt determinare dubia
iuris ciuilis, tutius eſt permittere detrahi duas
quartas, vt c. Raynutius, & c. Raynaldus, & c. ſi
pater, extra de teſtamen.
Et ita dico, & cõſulo Ego Baldus de Vbaldis
de Peruſio V. I. Doctor, &c.

ADDITIO D. ANTONII
Vrſati Patauini, LL: Doct.

QVIA Ego Antonius Vrſatus Doctor le
gũ Patauus, iura ciuilia legens ordinariè de ſero
in hoc ſtudio Paduano, requiſitus fuit huic con-
ſilio hanc facere additionem, addo infraſcripta
6 puncta; quorum primum eſt. † Quid ſi idem
Dominicus teſtator interdixiſſet, & inhibuiſſet
alienationem, & venditionem huiuſmodi alie-
nationem fieri non poſſe per ſuos natos hære-
des inſtitutos.
Ego dico, quòd ſic, & reſpondeo In nomine
Omnipotentis Dei, Dominicus teſtatus eſt in
hunc modum, quia inſtituit hæredes ſuos filios,
& voluit, quòd ipſis decedentibus ſine filijs legi
timis, & naturalibus bona deueniant in Titium
nepotem ſuum. Primò quæritur quid ſi dicti hæ-
redes vendiderunt, an teneat venditio: & poſito
q. teneat, an poſſit reuocari, & per quos, & quan
do, & pro quota portione, & in hoc ſuccurrit
conſilium Baldi.
Sed quid ſi teſtator ſtantibus terminis prohi-
buiſſet expreſsè alienationẽ, certè iſto caſu valet
probibitio, quia apparet cauſa ꝓhibitionis, ſcili-
7 cet fauor illius ad quẽ vult bona ꝑuenire, † & ſic
non erit nudum præceptum tex. eſt in l. filius fa-
milias. §. Diui. verſ. ſed ſi liberis. ff. de leg. j.
Sed dubitatur an poſſit reuocari talis aliena-
tio quæ facta fuit contra præceptum teſtantis &
iſto caſu nõ ſtando in verbis, non haberet locũ
conſilium Bal quia plus erit iſto caſu, quia ven-
ditio erit nulla ac ſi eſſet facta cõtra præceptum
8 legis: † quia iſto caſu habetur volnutas iſta pro
lege, auct. de nupti. §. diſponat. & not. Doct. in d.
§. Diui. & d. verſ. ſed & ſi liberis. in fi. immò etiã
plus erit, quòd ſtatim etiam ſuperuiuentibus ip-
ſis filijs qui alienauerunt, poterit iſta venditio re
ſcindi, allegatur tex. l. cùm pater. §. libert de leg.
2. nec iſto caſu expectanda erit mors eorum, qui
9 poſt mortẽ grauati ſunt, † qa ibi eſt duplex pro-
hibitio, ſcilicet legalis, & teſtatoris, ſtatim contra
ctus nõ valet, & ſtatim fit reuocatio, & ꝑ eos ad
quos debebat res ꝑuenire d. §. libertis, ſi aũt exta
ret ſola ꝓhibitio legalis, tũc valeret alienatio in-
terim, & interim nõ, poſſet reuocari, ita loquaꝰ
tex. l. fin. §. non autem auaritiæ. & auc. res quæ. C.
com de legat. quæ iura etiã allegat Bal. in ſuo cõſi
lio: & iſtam diſtinctionem etiam videtur ſenſiſſe
Gloſ. in d. §. libertis. Quod autem in caſu noſtro
10 ſubſit legalis prohibitio, patet quia res ſubiace-
bant reſtitutioni, quo caſu à lege probibentur
alienari, auct. res quæ. præallega. & l. Marcellus.
§. res quæ, ad Trebell.
11 Item † erat etiam prohibitio expreſſa, præſup-
ponẽdo vt dixi, quòd expreſsè prohibuerit, & ita
in terminis noſtris ſequiꝰ Pau. de Caſt. & Mod.
d. §. Diui, & hæc ſufficiant pro primo huiuſmo-
di puncto omittendo verba ſuperflua.
Nunc condeſcendo ad alium punctum, quod
12 eſt tale, † an ille qui decedit relictis poſt ſe filijs
naturalibus, ſed tamen legitimatis, faciat defice-
re fideicommiſſum; poſſent multa verba dici, &
videtur tex. quòd non. l. ſi quis teſtamẽto ſuo; in
13 fin. de legat. 2. † quia qui debet aliquid habere ſi
filios habuerit, intelligitur de naturalibus, & nõ
de legitimis. concordat tex. l. fideicommiſſum. ff.
de condi. & demonſt.
14 Contrarium eſt veritas † quòd talis excludit
ſubſtitutum, & quæſtionem format in terminis
Io. And. in additio. Specul. in tit. de ſucceſſio. ab
inteſtat. §. quoniam. verſ. ſed cùm ex eo facto, &
ibi diſputat, & refert antiquos, & tenet illã par-
tem, quæ eſt vera, quam etiam tenet Butr. in c.
per uenerabilem. qui fil. ſint legit. & allegãt mul
15 tas rationes, ſed ſumma ratio eſt: † quia hic cõ-
currit natura ſimul cũ lege, & ceſſat præſumptio
fraudis: quia in poteſtate noſtra non eſt habere
filios

filios naturales, ſic vt habere adoptiuos ſimplices, ideò vno caſu nõ ſufficit eos habere, ſcilicet legitimos tantũ, ita procedunt cõtraria ſupra allegata. Alio verò caſu ſatis eſt habere naturales
16 legitimatos, † quia legitimatio tollit maculam, & perinde eſt ac ſi eſſẽt legitimi, & naturales. Facit l. filio præterito. & quod ibi not. de libe. & poſthu. & l. cùm adoptiuis. C. de adoptio. in auct. quib. mod. natural. effi. legiti. §. illud. & auct. quib. mod natural. effi. sui. §. ſi quis autẽ. inſtit.
17 de hæred. quæ ab inteſta. §. j. cum ſimilib. † maximè cùm adſit illud quod voluit teſtator, ſcilicet natura filiorum, & ſic vt excludat adoptiuos, & legitimatio vt cõprehendatur ſola natura, benefacit text. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Treb.
18 & ibi per Bar. ſecus † autem ſi teſtator dixiſſet ſine filijs naturalib. & legitimè natis, qui teſtator
19 ſe retuliſſet ad tempus quo naſcuntur, † quia licet poſtea legitimetur, negari non poteſt eos fuiſſe illegitimè natos, & ita concludit Butr. in præallegato. c. p venerabilẽ. quod eſt tenendum.
20 Poſſent † etiã multa alia dubia occurrere circa prædicta, & maximè illud, quid ſi naſcatur filius legitimus, & naturalis, ſed ingrediatur monaſterium, de quo Barto. eleganter loquitur referens cõſilium ſuum quod incipit, Parmenſis quidam in l. ſi ita quis teſtamento ſuo. de leg. 2. & ibi. etiã per Modernos. Laus Deo.

Idem Antonius Vrſatus.

CONSILIVM D. BALDI DE Vbaldi Peruſini V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator quando legat quantitatem pro dote, & poſtea dat, vel promittit in dote dictam quantitatem, an de vna, & eadem quantitate intelligatur, vel de pluribus.*
2 *Teſtator non intelligitur hæredem pluribus oneribus grauare.*
3 *Adiectio certæ cauſæ finalis reſtringit diſpoſitionem.*
4 *Concurſus duarum cauſarum lucratiuarum nõ facile intelligitur.*
5 *Dos in perſona uiri cauſa onerosa intelligitur.*
6 *Verba augmentum dotis, quomodo interpretanda. & nume. 12.*
7 *Teſtamentum aliquando ex ſubtilitate verborum ſuſtinendum eſſe.*
8 *Mater non poteſt relinquere tutorem qui ſit tutor ipſo iure, ſed debet ſi eſt idoneus à iudice confirmari.*
9 *Tutor ſine iudicis decreto res immobiles pupilli alienare nõ põt, itẽ nec mobiles ſi tẽpore duraturæ ſunt.*
10 *Res quæ vſu conſumuntur, vel modico tempore deteriores redduntur, tutor diſtrahere cogitur.*
11 *Tutor negligentiæ periculum euitare debet.*
12 *Cauſa eadem in diuerſis voluntatibus inter eoſdem repetita vnam tantum ſummam conficere intelligitur.*

CONSILIVM XXIIII.

IN CHRISTI nomine Amen. Dicunt Doctores † quòd quando teſtator primò legat pro dote certam quantitatem, ſecundò dat, promittit dictam quantitatem in dote, quòd de vna, & eadem quantitate intelligitur, & non de pluribus: quia manifeſtum eſt, quòd in eandem cauſam eſt legatum, & datum ſeu promiſſum: vt ff. de leg. 2. l. Lucius. in princ. & de leg. j. l. huiuſmodi. §. cùm pater. & C. de leg. l. filia legatorum. Et ideò videtur, quòd debeant concordare ſponſus, &
2 ſponſa, & vna tantum ſolutio fiat: † nam non intelligitur teſtatorem pluribus oneribus hæredem grauaſſe. vt l. Titia. §. qui in vita. ff. de
3 leg. 2. Nam † adiectio certæ finalis cauſæ reſtringit ipſas diſpoſitiones ad vnam ſummam: ſecus ſi non eſſet legatum in eandem cauſam, vel diuerſas, vel unum eſſet ſimpliciter legatum puellæ, aliud eſſet dos data vel promiſſa viro:
4 † quia iſtæ non eſſent duæ cauſæ lucratiuæ, cùm
5 illa † quæ eſt in perſona uiri ſit cauſa oneroſa. ff. de actio. & obl. l. ex promiſſione. In quæſtione igitur propoſita videtur dicendum ſemel tantũ videri ſolui ducenta.

Sed certè dubiũ facit illud verbum, quod eſt
6 appoſitũ in teſtamento, † videlicet, in augmentũ dotis. Nam nomẽ augmenti ſignificat exceſſum ultra quantitatem cõſtitutam principaliter pro dote. vt C. de don. ante nupt. l. fina. Et ideò videtur, quòd vtraq; ſumma poſſit peti, ſcilicet promiſſa pro dote, & legatum in augmentum dotis.
7 & † de ſubtilitate verborum teſtamen ti iſta opinio videtur uera.

Super ſecundo pũcto dico, quòd domina Sourana non poteſt relinquere tutorem qui ſit tu
8 tor ipſo iure: † ſed debet per iudicem confirmari ſi eſt idoneus. ff. de confir. tuto. l. j. & de leg. 2. l. peto. §. mater.
9 Super tertio puncto dico † quòd tutor non poteſt alienare res ſtabiles, nec res mobiles quæ poſſunt in ſuo ſtato ſaluari, & non cõſumuntur uſu uel tempore, niſi cum iudicis decreto. C. de
10 adminiſtratio. tuto. l. lex quæ tutores. † Res autẽ quæ uſu conſummuntur, uel in modico tẽpore deteriores efficiuntur, uel uiliores redduntur, nedũ uendere poteſt, ſed etiam cogitur diſtrahe-
11 re, † ſi uult periculum negligentiæ euitare. l. magis puto. §. ne paſſim. de reb. eo.

Super quarto pũcto reſponſio patet ex actis.
12 Ego dubitãs in primo † puncto propter illud uerbum, in augmentum dotis, quod uidetur implicare, & augmentare quãtitatem: ut ff. de dote prælega. l. qui ita. dico, quòd ſi dicta domina Sourana habuiſſet aliã conſiderationem, puta quia credebat dictam puellam à ſuis parentibus dotari. Ideò dixit illa uerba in augmentum dotis, quòd habita iſta conſideratione, uel ſimili, dicta ducenta non deberẽtur, niſi ſemel. Ac hoc facit

quod notatur in l. quinquaginta. ff. de probatio.
3 quia in † diuerſis voluntatibus eadem cauſa inter eoſdem repetita, vnam tantum ſummam cõficere conſueuit, & non plures, vt ibi no. Credo tamen ꝙ illud verbum, in augmentum dotis, fuerit appoſitum propter imperitiam notarij.

Baldus de Peruſio.

CONSILIVM D. ANGELI DE Vbaldis Senioris de Peruſio Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *In diuiſione bonorum origo vnde profecta ſunt inſpicitur.*

2 *Ingratitudo non modo ab hæreditate, ſed ab omni bonorum adeptione repellit.*

CONSILIVM XXV.

PACTVM tale eſt. Vir habẽs filium ex ſua vxore, legauit dictę ſuæ vxori certa bona: demum mortuo dicto viro, vxor eius prædicta tranſiuit ad plura matrimonia ſucceſſiuè, demum deceſſit dicta vxor. Quæritur an ad bona legata ab eius primo viro vocetur filius dictæ Dominæ natus ex primo matrimonio, & per conſequens filius dicti vltimi matrimonij excludatur, etiam non adita hęreditate dictę ſuę matris.

IN DEI nomine, & ſuæ matris Virginis glorioſæ amen. Cùm mulier ad ſecunda, vel vl-
1 teriora uota tranſit, † quomodocunque quæſita titulo lucratiuo, exprimi viri ſubſtantia, ad ipſius viri, & vxoris filios communes, non ad filios vlterioris, vel poſterioris matrimonij mortua muliere pertinent. C. de ſecun. nup. l. fœminæ coniuncto. verſi. nec quicquam ei. l. & hæc bona ad ipſos filios pertinent, licet non ſint hæredes
2 patris, aut matris, † niſi ingratitudo eos repellat, vt in auct. hęc res. C. de ſecun. nupt. & in corpore vnde ſumitur. Et ideò dictis filiis matre mortua competit vendicandi potentia aduerſus poſteriores. C. de ſecund. nup. l. generaliter. §. hęc obſeruare pręcipimus. Ex quibus concludo, quòd hęredes dicti filij ex primo matrimonio nati ad dictum legatum veniunt, licet hęreditatem matris non adiuerint, quia eis, vt hæredibus filij debentur, non vt hęredibus hęredis matris.

Angelus de Peruſio legum Doctor conſuluit.

CONSILIVM D. ANGELI Senioris de Vbaldis Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ſimplex liberationis non extenditur ad condemnationem ratione doli, vel reliquorũ factam.*

2 *Id autem extenditur ad condemnationem ratione culpę adminiſtrationis factam.*

3 *Liberatio generalis non porrigitur ad ea, quæ vindicari poſſunt.*

CONSILIVM XXVI.

PVNCTVS ſuper quo petitur conſilium, talis eſt, Rigus Rigonis de Cortonio, ſuum condidit teſtamentum, in quo ſuum fratrem carnalem, tutorem ſuorum filiorum reliquit, & remiſit confectionem inuentarij, & voluit eum teneri ad reddendum rationem adminiſtrationis, & redditionis; cùm contingeret eum condemnari ex nunc prout ex tunc legauit, & reliquit ſibi omne id & totum in quo fuerit condemnatus.
1 † nam dictum legatum liberationis extenditur ad condemnationem, quæ fieret de eo ratione doli, vel reliquorum. Circa iſtum punctum breuiter dico de iure dicendum, quòd tale legatum ſe non extendit ad condemnationem,
2 quæ fieret ratione doli, vel reliquorum. † ſed ſolum ad condemnationem, quæ fieret ratione culpæ adminiſtrationis, quia aut dicimus tale legatum liberationis eſſe ab adminiſtratione ſutura, & non porrigitur ad adminiſtrationem, quæ dolo fit, nec ad reſtitutionem reliquorum. tex. eſt in l. quidam decedens. ff. de adminiſtra. tuto. aut dicimus liberationem relinqui ab adminiſtratione, & non facta conſideratio, quòd in liberatione legatur illud quod in condemnatione deducitur, & ſimile ad dictos duos caſus non porrigitur, ex quo teſtator ſine liberatione reliquit, text. eſt in l. Aurelius. §. j. ff. de lib. leg. & ibi per Barto. plenè. Poſſunt etiam re
3 liqua vindicari. † & generalis liberatio non porrigitur ad ea, quę uindicari poſſunt, vt in l. Aurelius. § Mæuiam. de lib. leg. & l. creditores. §. Titia. eo. ti. ſecus ſi hæredem ſpecificè ꝙ in cõdemnati deductis deberet eum liberare, ſic intelligitur. l. non. ff. de liber. lega. & l. ſi quis rationes, & idem ſi tale legatum liberationis ab adminiſtratione iam facta fieret, non comprehendit liberationem à dolo, & à reſtitutione reliquorum, vt l. Aurelius. §. Titius. de liber. lega.

Angelus de Peruſio.

CONSILIVM D. ANGELI Senioris Vtriuſque Iuris Doctoris Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum in terris in quibus eccleſia iuriſdictionem temporalem habet, coram parochiali ſacerdote, & duobus teſtibus valet.*

2 *Teſtamentum factum in ciuitate Piſtorij, uel eius comitatu, coram quinque teſtibus, an valeat.*

Teſtamentum

3 *Teſtamentum ruſticorum ex eorundem conſuetudine, quandoque viget contra iuris ciuilis ſolennia.*
4 *Perſona vxoris,& perſona filij in poteſtate poſiti, in diuerſo iure ſunt,quo ad validitatem teſtamenti.*
5 *Teſtamentum numero quinque teſtium factum, pro perſona vxoris,vt voluntas inteſtati tenet.*
6 *Inſtitutio de vxore non ritè facta,in fideicommiſſum conuertitur.*
7 *Idem iuris in inſtitutione directa facta filio de vxore in pupillari ætate defuncto.*
8 *Clauſula codicillaris inſtitutionem, & reliqua,ad cauſam inteſtati deducit.*
9 *Clauſula ſi non valet iure teſtamenti,intelligitur, id eſt,quatenus non ualet.*
10 *Ius ciuile non patitur,vt quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.*
11 *Teſtatus in totum,intelligitur cuius hæreditas ad inſtitutum peruenit,ſiue ex teſtamento,ſiue iure accreſcendi.*
12 *Quartæ duæ, & eadem reſtitutione retineri poſſunt, Trebellianica & legitima.*

CONSILIVM XXVII.

IN DEI nomine amen. Si teſtamentum
prædictum eſſet factum in terris eccleſiæ,
1 † in quibus eccleſia iuriſdictionem tempo
ralem haberet, valeret, cùm ibi ſuerit pa-
rochialis ſacerdos,& alij teſtes plures. de teſtam.
c.cùm eſſet. & c. relatum. At ciuitas Piſtorij
eſt Imperialis, vnde canonica conſtitutio non
opitulatur ad talis teſtamenti ſuſtentationem.
2 † Videndum igitur eſt quid iuris de iure Ciui-
li?& ſuper hoc dico,quòd cùm in ciuitate Piſto
rij vigeat peritia litterarum,licet non quanta Bo
nonia, quòd coram numero quinque teſtium
non poteſt condi teſtamentum in ſcriptis, nec
nuncupatiuum. & maximè, quia nec in Piſto-
rio,aut eius villis, vel caſtris viget conſuetudo,
quòd poſſit fieri teſtamentum coram quinque
teſtibus unde in caſu iſto non habet locum,l. vl
3 tima.C.de teſtam dicens† teſtamentum ruſtico-
rum coram quinque teſtibus valere,ſi in loco ru
ſticorum talis conſuetudo uiget,& maior nume
rus non inuenitur,dummodo vnus ex teſtib.pro
ſe,& aliis ſe ſubſcribat,quod etiam hic non fuit,
& iſtud fuit de mente Glo.ibi in verſi. leges no-
ſtræ,& in ver.ita tamen. Vnde concludo,quòd li
cet maior numerus non fuerit inuentus, tamē
4 dictum teſtamentum†quantum attinet ad per-
ſonam uxoris, eſt nullum, quantum attinet ad
perſonā filij,eſt aliud, & de iure ſubſiſtit.C.de te
5 ſtamen.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.† li-
cet autem in perſona vxoris non valeat vt teſta-
6 mentum, tamen valet vt voluntas inteſtati;† in-
ſtitutio facta de vxore, in fideicommiſſum con-
7 uertitur. Et eodem modo † inſtitutio directa fa-
8 cta filio de uxore in pupillari ætate defuncto:†&
hoc vigore clauſulæ adiectæ in teſtamento præ-
dicto, quæ, inſtitutionem, & reliqua ad cauſam
inteſtati deducit: ut ff.de iure codicillo.l.1.cum
ibi notatis.

Non obſtat, quòd dictum teſtamentum va-
luit, vt teſtamentum, ſaltem in perſona pupilli
inſtituti; vt d.§.ex imperfecto. vnde non uide-
tur uerificata,ſeu purificata illa conditio ſi non
9 valeret,&c.† quia illa verba intelliguntur, id eſt,
quatenus non valeret,ut ibi no.Bar. & ff.de le.j.
l.Stichum,qui meus erit. Sed pro parte Domi-
næ non valet teſtamentum ut teſtamentum, er-
go in cauſam codicillorum conuertitur, & per
fideicommiſſum ſumet uxor, quod fuiſſet perce
ptura directè teſtamento valido exiſtente.

Item non obſtat, quòd ſecundum hoc teſta-
tor inuenit ſe decedere pro parte teſtatum, ſcili-
cet pro parte filio relicta, & pro parte inteſtatū,
10 ſcilicet pro parte relicta uxori;† quod ius noſtrū
non patitur, vt in regula iuris, ius noſtrum,&c.
11 quia immò nego: † quia in totum reperit hic te
ſtator ſe decedere teſtatum: quoniam omnis hę
reditas ad filium confluit, & decurrit, partim
ex teſtamento, partim iure accreſcendi,ſed pro
parte accreſcendi ex perſona matris ſuæ du-
dum vxoris defuncti reſtituere tenetur pro
fideicommiſſum vigore dictæ clauſulæ codicil-
laris, quarta retenta, & Trebellianica. Et ſic
uiuo pupillo mater habitura fuit tres partes
vnius dimidiæ, totum reſiduum ad pupillum
pertinuit. Item eo mortuo uenientes ab inte-
12 ſtato pupillo illud reſiduum † ex Trebellianica
reſtituent uxori quarta retenta ex ſua legitima,
quæ ſimul iunctæ faciunt dimidiam totius. Vn
de rectè calculo computato qui pupillo ab inte-
ſtato ſuccedunt, vnam dimidiam dictę hęredita
tis ferent, reliquam vxor habebit. Et ſi mater
pupillo ſuccederet, quia non eſſet a ſucceden-
te potentia aliquo iure excluſa, totum dicta ma
ter haberet.

Angelus de Peruſio.

CONSILIVM D. PETRI DE Vbaldis de Peruſio V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Verbum vtrique, quid ſignificet,& quem valorem habeat.& nu.2.*
2 *Verbi propria ſignificatio,& interpretatio differunt.*

CONSILIVM XXVIII.

TITIVS ſuum condidit teſtamentum, in quo inſtituit hęredes ijs uerbis, in omnibus autem ſuis bonis hæredes vniuerſales inſtituit, Angelum & Nicolaum ſuos filios, & ſi aliquis ipſorum deceſſerit in pupillari ętate, vel poſteà quandocunque ſine hęrede ex ſe legitimè nato, ſubſtituit

ſubſtituit ſibi ſuper viuentem, & ſi ambo deceſſerint, vt in pupillari ætate, vel poſteà qoandocuoque ſine herede ex eis, vel eorum altero legitimè nato, ſubſtituit eis, & vtrique ipſorũ Andream, Panduciam, & Luciam eius filias, vel ipſarum heredes in capi. floren. pro qualibet in ſtirpes, & non in capita. Deinde mortuo teſtatore, deceſſit Angelus ſine filiis. deinde Nicolaus ſine filiis, & ſic extitit caſus ſubſtitutionis.

Quæritur vtrum dictis filiabus pro qualibet earum debeantor centum, an ducẽta, & videtur quòd ducenta: quia cuilibet eſt facta ſubſtitutio, eò quòd dixit vtrique earum: arg. de leg. 2. l. pluribus. de duo. reis. l. reos. §. cùm in tabulis. Sed

1 contrarium videtur: † quia dictio vtrique, nõ eſt huiuſmodi oatnræ, ut rem cuilibet inſolidum at tribuat, ſed ut coniungat. ff. manda. l. creditor. §. duobus. in Glo. parua. ſuper uerbo ab vtroque, quæ exponit, ſcilicet inter ambas. Nam quando refert ad perſonas uidetur coniungere, de impu. & ali. ſubſtitu. l. pen. Sed contra hoc nidetur q̃ rem inſolidũ cuilibet attribuit, & ideò poſt mortem duorum cuilibet, ſic facta ſubſtitutio incertum, & ſic ducenta. ff. de excuſatio. tut. l. ſi duas. §. j. ver. maiores. & auct. de iudi. §. ne autem, ſed

2 uidetur dicendum, † quòd aut loquimur de ꝓpria ſignificatione, & coniungit, aut de interpretatione, & tunc aut ratio non patitur coniungere, & ponitur diſtributiuè, aut patitur ſtare in ꝓpria natura, & tunc habet copulare. In dubio credo minus deberi, & ſic hic coniunctiuè ponitur, de leg. 2. l. Sempronius Proculo. & l. ſi ita relictum. §. vltimo. & de regu. iur. ſemper in obſcuris. Laus Deo.

Petrus de Peruſio Doctor Decretorum.

CONSILIVM D. PETRI DE Vbaldis de Peruſio Vtriuſque Iuris Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio euaneſcit ubi ſubſtitutus decedit ante eũ cui ſubſtitutio facta eſt.*

2 *Verba, hæres legitimus, quomodo intelligantur.*

3 *Dos cedit in locum debitæ legitimæ.*

4 *Mulier in dote, quæ legitimæ loco eſt, poſt pupillarem ætatem iure fideicommiſſi non poteſt grauari.*

5 *Verbum, deueniat, an ſit directum, an obliquum, vel commune. & nu. 6.*

7 *Subſtitutio compendioſa, pupillarem cõtinens matrem excludit.*

8 *Subſtitutionem non poſſe eſſe aliquo tempore directã & alio tempore obliquã, ſiue fideicommiſſariam.*

9 *Subſtitutio omni tempore eſt, vel directa, vel fideicõmiſſaria.*

10 *Verba ſubſtitutus capiat bona ſua auctoritate, vel manu, quòd omnia bona ad eum perueniant, quòd ſine aliqua diminutione perueniant, directam intra pupillares annos, poſt autem eam ætatem fideicommiſſariam faciunt.*

11 *Subſtitutio directa matrem excludit, non fideicommiſſaria.*

12 *Compendioſa facta ſine temporis diſtinctione, omni tempore pro fideicommiſſaria habetur.*

13 *Filius grauatus fideicommiſſo Legitimam, & Trebellianicam deducit.*

14 *Legitima & Trebellianica quarta medietatem bonorum comprehendunt.*

15 *Mater in legitimam, & Trebellianicam filij defuncti ſuccedit, & ſic ius legitimæ, & Trebellianicæ trãſmittitur.*

16 *Subſtitutio compendioſa facta per verbum commune, omni tempore fideicommiſſaria eſt.*

17 *Bona propria teſtatoris non aliunde quæſita, veniunt in fideicommiſſaria ſubſtitutione.*

18 *In fideicommiſſi reſtitutione, venit tantum, quod iure fideicommiſſi captum eſt.*

CONSILIVM XXIX.

PACTVM ſic ſe habebit, Venantius Bonnani de Bolognola fecit teſtamentum in quo reliquit Angelicæ eius filię pro dote ipſius centum florenos auri, & in dictis centum florenis, ſuam hęredem inſtituit, in omnibus autem ſuis bonis mobilib. & immobilibus, pręſentibus & futuris, Honofrium eius filium hęredem uniuerſalem fecit, & inſtituit. Et ſi dicta Angelica moreretur ſine filiis, vel filiabus non peruenientibus ad ætatem viginti quinque annorum, dicti cẽtum floreni deueniant in Honofrium ſupra dictum, vel eius hęredem legitimum. Et ſi dictus Honofrius moreretur ſine filiis, vel filiabus non peruenientib. ad ætatem ſupradictam, uoluit quòd omnia bona dicti Venantij, veniat in dictam Angelicam, vel eius hęredem legitimum. Et ſi dictus Honofrius, uel dicta Angelica morerentur ante tempus, vel ętatem vigintiquinque annorum ſine heredibus legitimis, omnia bona dicti Venantij, veniant in Vannuptium, Agorinm, Aegidium, & Chriſtophorom. Modò moritur teſtator ſuperuiuentibus ſuis filiis prędictis: demum moritur Honofrius in pupillari ętate, ſuperſtite dicta Angelica eius ſorore, & ſuperuiuente Cathelina eorum matre, demum moritur dicta D. Angelica, & teſtamentum fecit in quo hęredem vniuerſalem inſtituit dictam Dominam Cathelinã eius matrem, & moritur dicta D. Angelica ſine filijs. Quęritur ad quos pertineant bona dicti Venantij, an ad prędictam D. Cathelinam, & ſubſtitutos pręfatos. Et pro quaota parte.

In quęſtione iſta eſt primò ſubſtitutio, quę facta eſt D. Angelicę de pręfato Honofrio: iſta ſubſtitutio euanuit, quooiam Honofrius deceſ-

1 ſit viuente D. Angelica, & decretum eſt, † quòd vbi ſubſtitutus decedit ante illum cui ſit ſubſtitutio, quòd ſubſtitutio euaneſcit, vt l. 1. C. de cad. tollen.

tollē. Et ſi dicatur, quòd teſtator ſubſtiiuit dictę
D. Angelicæ Honofrium vel eins hęredem legi-
timum, ergo quicunque eſt hæres legitimus il-
lius Honofrij, ſicut eſt eius maiet, veniat ad dictã
ſubſtitutionem factam D. Angelica. Reſpondeo
2 illa verba, † hęredem legitimam, intelligũtur de
filiis Honofrij, vt ſi quos filios habuiſſet, illi filij
vocarentur ad ſubſtitutionem, ut ff. ad Trebel. l.
3 ex facto. in fi. Præterea † cùm illa dos cedat iu lo-
co legitimæ debitæ eidem D. Angelicæ, oon po-
4 tuit † ipſam poſt pupillarē ætaiem granare iure
fideicommiſſi, vt l. ex tribus. C. de inof. teſt.

Secũda ſubſtitutio eſt, quæ eſt facta Honofrio
de D. Angelica, modo eſt uidere, quę ſubſtitutio
fuerit iſta, eſt enim iſta ſubſtitutio facta impnbe-
ri, & de impubere eſt facta per verba deueniat,
an ergo ceuſebitur directa pupillaris, an cenſebi-
tur fideicommiſſaria, in hoc eſt diſcutiendum,
5 † an verbum deueniat, ſit verbum directum, vel
commune, vel obliquum, & quòd ſit obliquum,
videtur caſus in l. hęredes mei. §. cũ ita. ad Treb.
& l. hęredibus. §. fi. eo. ti In contrarium, quòd ſit
directum, vt l. 2. §. perueniſſe. de hær. vel act. ven
di. & l. hæredes mei. in priu. ad Treb. & omnes ll.
quę loquuntur de ſubſtitutione facta per verba,
quidquid ad eum deuenerit. ff. ad Treb. l. baliſta.
Et hoc uidetur tenere Innoc. in c. Raynutius. in
Gl. ſuper vet. deuenire. de teſt. Barto. in l. Centu
6 rio. ff. de vulg & pup. dicit quòd eſt † verbum cõ
mune, primò: quia ex prędictis apparet, quòd in
obliquo, & etiam in directo reperitur iſtud ver-
bum deuenire, ergo eſt commnne. hoc appatet ex
regula, quía ſiue de manu alterius habeat, ſiue de
manu ſua, directò dicitur peruenire. Si dicamns,
quòd uerbum pernenire, ſit verbnm merè dire-
ctum, tunc & in pupillari ętate iſta ſubſtitutio
valet ut pupillaris: vt verbis. & l. in pupillari. ff.
de vulg. ſubſt. hoc tenet Glo. in l. Centurio. eod.
ti. & in l. precibns de impube. & al. ſubſtit. & In-
ſti. de pupil. ſubſt. io Gl. magna. & Azo in ſum.
eo. ti. Iac. Bal. Pet. Cyn. Dyn. & Barto. in maieria
7 compendioſę. † & iſta compendioſa ſubſtitutio
quæ pupillarem continet, exclndit matrem, vt di
cit Bar. in l. Lucius. & io l. Centurio. de vulga. &
pupilla.

Si autem dicamus, quòd verbum deuenire, ſit
verbum commune, vt tenet Bar. tunc ioſurgit il-
la quæſtio, an cõpendioſa facta impuberi p verba
cõpendioſa, ualebit iure directo infra pupillarē
ætatem, an verò omni tempore erit fideicommiſ
ſariatio hoc fuerunt multæ opiniones, & prima
8 opinio eſt, † quòd omni tempore eſt fideicõmiſ-
ſaria, ut dicit Gl. in l. precib. & l. Centurio. Secũ
9 da † opinio, ꝙ infra pupillarē ætatē ualet iure di-
rectò, & poſt, iure fideicommiſſi. Alia opinio cũ
qua reſidet Bar. in materia compendioſę, quòd
debemus conſiderare, quæ uerba apponãtur in
10 ſubſtitutione; Nam † ſi teſtator diceret, quòd
ſubſtitutus capiat bona, ſua auctoritate, vel de
ſua manu, vel quòd tota hęreditas ad eum per-
ueniat, vel quod omnia bona perueniãt ad ſub-
ſtitutum, vel ſiue aliqua diminutione perueniant,
tunc infra pupillarem valet iure directo, & poſt
valet iure fideicommiſſi: ſi autem prędicta verba
non ponantur in ſubſtitutione, ſed ſimpliciter
ſubſtituat teſtator filio decedenti ſiue liberis, tũc
ſi mater eſt in medio, valebit omni tempore, iure
fideicommiſſi: ſi antem mater non ſit io medio,
tunc infra pupillarem ualet iure directo, & poſt
ualet iure fideicommiſſi. Secundum iſtam opi-
nionem Bart. quia teſtator diſpoſuit, quòd mo-
riente Honofrio, omnia bona teſtatoris dene-
11 niant in D. Angelicam, valeret † illa ſubſtitutio
iure directo infra pupillarem ætatem, & ſic ma-
ter excluderetur. Io. And. pleniſſimè diſputauit
in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. dicens, ꝙ compẽdioſa
facta per uerbum commune, ualet iure directo
inſra pupillarem ętatē, & poſt ualeret iure fidei-
commiſſi hanc opinionem ſi breuiter recitans,
12 † Ego ſemper conſequi, ꝙ iſta compendioſa fa
cta ſioe temporis diſtinctione per verba cõmu-
nia omni tempore ſit fideicommiſſaria ſequẽdo
opi. Gl. ut dicit Glo. in l. precibns. & io l. Centu-
rio. & Azo. de impu. & ali. ſub. & Glo. de teſta. ſi
pater. lib. 6. & in c. Raynutius. Concludo igitur,
ꝙ illa talis ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria omni
tempore, & inre fideicommiſſi valet infra pnpil
larem ętatem, & etiam poſt pnpillarem ętatem.
13 Et ex hoc infero, † quòd ille Honofrius ooere
fideicommiſſi grauatus deducit legitimã, & Tre
14 bellianicam, † quod eſt medietas totius hæredi-
tatis, de quo pleniſſimè per Gl. io c. Raynutius.
in Gl. retinebunt ergo. de teſta. Alia medietas de-
fertur D. Angelicę uigore dictæ ſubſtitutioois:
ut d. c. Raynutius.

15 Et ſciẽdum eſt, † quòd in illa Legitima, & Tre
bellianica, quę Honofrio reſeruata eſt, ſuccedit
pariter ab ioteſtato D. Cathelina eius mater, &
D. Angelica ſoror Honofrij, ut auct. defuncto, &
auct. ceſſante. C. de ſuis & legi. Tertio conſiderã
da eſt ultima ſubſtitutio, quæ facta eſt de Vannu
tio, Agorio, Aegitutio & Chriſtopboro, prędictis
Honofrio & D. Angelicę in caſu quo Hoоofrius
& Angelica decederent ſiue filiis, ex quo ambo
mortni ſunt ſine filii. Videlicet Honofrius in pu
pillari ætate, & D. Angelica poſt pupillarem ęta
16 tem, † & ſic pręſumendum, quòd illa ſubſtitu-
tio compendioſa facta eſt per uerbum commu-
ne, & ideò omni tempore valet iure fideicõmiſſi,
vt ſupra dixi.

17 Videndum ergo eſt † quid ueniat iu huiuſmo
di ſubſtitntione: & ſciendum eſt, quòd in ſubſti-
tutione fideicommiſſaria veniaor bona teſtato-
ris, non autem quod aliunde quęſitum eſt illi cui
ſit ſubſtitutio, & ſic in fideicommiſſaria ſubſti-
tutiooe noo ueniunt bona hęredis. ff. de vulg. &
pupil. l. cohęredi §. nec fideicommiſſum, & de
legat. 2. l. ſequens quęſtio: & per hęc concludo,
quòd cum D. Angelica ſucceſſerit ab inteſtato
Honofrio ſuo fratri i Legitima, & Trebellianica,

quę

quę Honofrio fuerunt reſeruata, & quatenus ex
illa ſucceſſione ad eā peruenit, quod illud nō ve-
nit in reſtitutione fideicōmiſſi, nec debet reſtitui
prędictis ſubſtitutis datis prędicto Honofrio &
18 prędictę D. Angelicę, † ſed ſolū debet eis reſti-
tui illud quod iure fideicōmiſſi venit ad D. An-
gelicam ex ſubſtitutione facta Honofrio de ipſa
D Angelica: quia in reſtitutione fideicōmiſſi ve
nit, quod quis capit iure fideicommiſſi, ut ff. ad
Treb. l. Scæuola. In hac tamen portione, quæ ve
nit in reſtitutione fideicommiſſi fienda prędictis
Vannutio, Agario, Aegidutio, & Chriſtophoro
reſeruata legitima, & Trebellianica dictæ D. An-
gelicę: ut d. c. Raymutius. de qua legitima, & Tre
bellianica potuit teſtari, & matrē in ea iſtituere.

Quid ergo ad matrem pertinet de hæreditate filius Venantij, & quid ad Vannutium, Agariū, Aegidutium, & Chriſtophorū. Reſpōdet quòd pertinet primò ad illam D. Cathelinam matrē quarta pars dictæ hæreditatis, ſibi debita ex ſucceſſione ab inteſtato dicti Honofrij ſui filii quo ad legitimā, & Trebellianicā Honofrio reſeruatā. Itē debetur ſibi alia quarta pars dictæ hæreditatis, in qua quarta parte ſucceſſit ab inteſtato D. Angelica Honofrio ſuo fratri in legitima, & Trebellianica Honofrio reſeruata. Itē debetur alia quarta pars dictæ hēditatis, q̄ ꝓ legitima, & Trebellianica reſeruata eſt dictæ Domi. Angelicæ, & ſic dicta mr̄ habebit tres partes dictæ hēditatis. Alia verò quarta pars dictæ hēditatis ptinet ad dictos ſubſtitutos, videlicet Vannutiū, Agariū, Aegidutium, & Chriſtophorum. Laus Deo,

Petrus de Peruſio V. I. D.

CONSILIVM D. PETRI DE Peruſio Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti ad validitatem tempus exiſtentiæ filiorū ſpectandum eſt.*

2 *Filius interim quo ad poſthumus naſcatur, hæres dicitur.*

3 *Intellectus ad auct. ex cauſa. C. de lib. præteri. & inſt. de exhæred. libero. in prin.*

4 *Tempora quæ conſideranda, ut fœmina nullum poßit teſtamentum dicere, in quo mares ex ſtatuto erant ſcripti. & nu. 10.*

5 *In ſucceßione ab inteſtato ille admittitur, qui proximior eſt teſtanti tempore mortis, vel tempore quo deſtituitur teſtamentum.*

6 *Filij ſunt hęredes patris exiſtentia ſui hęredis hoc operante.*

7 *Verba ſtatuti, quouſque vel donec filius maſculus ſuperuixerit, quid operentur.*

8 *Filiæ mortuis fratribus ex ſtatuto teſtamentario ſucceſſionem capientibus in portione ſuccedunt, quā habituræ eſſent, ſi per ſtatutum nō eſſent excluſæ.*

9 *Statutum facere poteſt quem hæredem ad tempus, & ut poſt tempus deſinat.*

10 *Teſtamentum ſemel validum, omni tempore validū habetur.*

11 *Teſtamentum aliquo tempore in pendenti eſſe poteſt.*

12 *Lex poteſt vno tempore teſtamentum validare, & alio annullare.*

13 *Quod aliquo mortuo annullatur, id eodem viuente ali quod fuit.*

14 *Clauſula, ſi non valet &c. in teſtamento poſita quid operetur.*

15 *Pauperibus legata relicta quam uim habeant.*

16 *Subſtitutus an intelligatur, qui ad ius nullum defuncti vocatur.*

17 *Hęres non intelligitur qui ad id vocatur, quod ex venditione bonorum, & hęreditatis reducitur.*

18 *Differt quē uocari ad uniuerſum ius defuncti, vel ad pecuniam inde redactam.*

19 *Intellectus ad l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & clericis.*

20 *Executorum poteſtas in electione pauperum legatariorum.*

21 *Executores ſecundum teſtatoris uoluntatem omnino debent exequi.*

22 *Maritus notarius poteſt in cauſa uxoris inſtrumentum conſcribere.*

23 *Pater notarius poteſt ſcribere inſtrumentum in cauſa filij emancipati: ſecus in poteſtate.*

24 *Ius, ut eſt quoddam accreſcendi, ita & quoddam ius eſt non decreſcendi.*

25 *Verba teſtatoris ſucceßiuè intelliguntur in his quorum unus ante alterum debet inſtitui.*

26 *Epiſcopus de legatis pauperibus relictis, & ad pias cauſas cognoſcere poteſt.*

27 *Epiſcopus teſtatoris uoluntatem non exequitur, niſi ex iure deuoluto poſt annum à die monitionis.*

28 *Mater defunctorū filiorū, an admittatur ad ſucceßionem quoad portionem ad quam uocati erant filij.*

29 *Teſtamentum nullum dicens, legatum ſibi factum perdit.*

30 *Improbans quod approbare poterat, aut debebat, non auditur.*

CONSILIVM XXX.

VISO puncto præfato, & teſtamen-
to. Super primo puncto, an teſtamē
tum ualeat, an poſſit dici nullum,
1 † eſt conſiderare tempus exiſtentiæ
filiorum maſculorum, quo tempore conſide-
rato, non poteſt dicere filia nullum teſtamen-
tum, cùm tunc non poſſit ſuccedere, quia exclu
ſa à iure municipali. Vt videmus in poſthumo,
quo præterito, nō poteſt dici teſtamentum nul-
lum ante natiuitatē eius, cū necante ſuccedat ff.
ſi pars hæred. peta l. antiqui facit. de contratabu.
l. j. §. penul. ff. de liber. & poſthum l penul. Eſt er-
2 go † filius interim hæres: quia nil impedit non
præteritio filiorū, propter rationē ſuperius aſſi-
gnatam non aliæ ſolennitatis omiſſio, quia nul-
la deeſt, per hoc patet reſponſio ad iura, quæ

3 filio prçterito annullant teſtamentum,† ut auct.
ex cauſa.de liber.prçteritis.& inſti. de exhæreda.
libero.in princ.quia loquuntur,quando talis eſt
filius,quem ius ad ſucceſſionem vocat. hanc au-
tem filiam lex municipalis in ſucceſſionibus ex-
clnſam facit exiſtentibus maſculis.

4 Secundò eſt conſiderare † tempus quo filij
ſunt mortui,& ſuperuiuit fœmina, an tunc talis
fœmina poſſit ſuccedere in bonis patris, & an
poſſit dicere teſtamentum patris nullum. Quo
ad primum,an poſſit ſuccedere non videtur, qa
5 † in ſucceſſione ab inteſtato ille admittitur, qui
proximior eſt teſtanti tempore mortis, vel tem-
pore quo deſtruitur teſtamentum, ut inſtitu. de
hære.quç ab inteſta.§.ita demum.§.cùm autem,
ſed filia à maſculo prçcedebatur.facit quod not.
de cond.inſt.l.ſi.

6 Præterea † filij ſunt hæredes patris exiſtentia
ſui hæredis hoc operante,ut inſtitu.de hçredum
qualita.& differen.§.ſui.de vulgar. & pupilla l ſi
filius qui patri.ff. de acquiren. hæredita.l.filius.
& l.Iulianus.de priuileg.credit.l.pater.Cçpit er
go hæreditas filii eſſe, ut l. ſed ſi plures.§. filio.
de vulgar.& pupillar.Non ergo de patris,ſed de
8 fratris hæreditate videtur agi.hæc † enim uerba
legis municipalis, uidelicet, quouſque uel do-
nec filius maſculus ſuperuixerit, non uidentur
operari deſinentiam hçredis per mortem filij,
quo ad filium qui fuerit hæres, & exiſtentia hç
redis quoad filiam poſt mortem filij.de manu
miſ. teſtamen.Imperatoris de excuſa. tutor.l.pe
nulti.de ſuſpec. tuto.l.tertia.§.quod ſi quis, &
quod no.Innocen. de æta & qualita.ca.cum bo-
nç.de decimis capi.primo.in Clemen. verius.vi-
detur,† quòd mortuis filiis, ſuccedant fœminæ
in ea portione quam habituræ eſſent, ſi per ſta-
tutum non forent excluſæ.ut l.prima.§.final. de
vent.in poſſeſſ. mitten.de condi.furt. l. ſine ma-
nifeſtus §. tam domini. de noxalibus. l. in deli-
ctis.§.ſi detracta de curatoribus furioſi.l. pri-
9 ma. Potuit † enim ſtatutum facere quem hære-
dem ad tempus, & deſinere poſt tempus.de te-
ſtamen milita. miles. in principio. Per hoc re-
ſpondetur ad l.Imperatores, quia ibi in liberta-
te, quç non poterat dati ad tempus. Ad dictum
Innocen.in cap.cùm bonæ.reſpondetur. per no-
ta.per Glo.in dicta Clemen.prima,de decimis.
10 in Gl.ſuſpenſi.Quo ad † ſecũdum an poſt mor-
tem filiorum poſſit fœmina,quæ ſupereſt, dice
re teſtamentum patris nullum ?. non uidetur:
quia à filio eodemque fratre, prçcedebatur ex
forma legis municipalis: unde ſi tunc teſtamen
tum validum eſt, ergo omni tempore validum,
inſti.de hçred quæ ab inteſta.§. interdum.verſic.
nam ſi,

11 in contrarium, & hoc fortè uerius, † quòd
poſſit dici teſtamentum nullum,cùm fœmina nõ
ſimpliciter excludatur, ſed donec vixerit ma-
ſculus, ergo teſtamentum eſt in pendenti: ut ſi
ante maſculum fœmina prædecedat teſtamen-
tum ualidum,& perpetuò ualidum, ſed ſi ma-
ſculus prædecedit,teſtamentum poteſt dici nul-
lum;pendet ergo teſtamentum ex futuro euẽtu.
12 de liberis, & poſthum.l.penulti. † Poteſt enim
lex validare teſtamentum vno tempore, & alio
annullare.ut dicta l.miles. per quç patet, quòd
ſuccedentes ab inteſtato filiabus, nihil capient,
ſi filiæ prçmoriantur ante maſculum: non enim
ex perſona fœminæ morientis venire poſſunt,
cùm nulla foret excluſa, ſed licet teſtamentum
13 ſit nullum,non tamen retro nullum:fuit † enim
aliquod uiuente filio, quod eo mortuo, an-
nullatur.

14 Ex hoc ſequitur, † quòd ui clauſulæ ſi non
ualet &c.non tenetur fœmina reſtituere ſucce-
dentibus ab inteſtato ipſi maſculo, cum illo ui-
uo non ceſſerit dies fideicommiſſi: ideò non
tranſmittitur, ut l.ſi in perſonam.C.de fideicom-
miſſ.l.unica.§.ne autem.C. de caduc.tollend. Si
ergo ponatur, poſſe dici teſtamentum nullum,
an erit inualida inſtitutio ? & quid de ſua ceſſio-
ne, & de legatis, & de inſtitutione non eſt du-
bium,quia fuit à princ. ualidè. Item de legatis
non eſt dubium,quæ conſeruantur per aucten.
15 ex cauſa.Item † de ſucceſſione, quæ uidetur fa-
cta de pauperibus in euentum mortis filiarum
ſine liberis,non eſt diſputandum, an fuerit dire-
cta, vel fideicõmiſſaria,quia re uera pauperes nõ
veniunt: vt inſtituti:quia inſtituti non ſunt,non
16 ut ſubſtituti: † quia ſubſtituti non ſunt, non. n.
17 uocantur ad ius uniuerſum defuncti, † ſed ad id
quod reducetur ex uenditione bonorum, & hæ-
18 reditatis: † differt aũt quem uocari ad uniuer-
ſum ius defuncti,vel ad pecuniam inde redactã,
ad Trebellianum.l.nam quod.§. non omnib. de
19 hçr.vel actio.uend.l.3.† per quod reſpondetur
ad capi.cùm inter.ad l. ſi quis ad declinandam.
quia ibi de inſtitutione, uel ſubſtitutione lo-
quitur. Non ergo habemus tractare, an au-
cten.ex cauſa conſeruet ſucceſſiones, aliàs ſub-
ſtitutiones: quia hic non de ſubſtitutione agi-
20 mus,cùm pauperes venient,† ut legatarii eligẽ-
di per executores teſtamenti, cùm ergo conſer-
uentur legata, & pauperes veniant, ut legatarij;
21 conſtat † executores poſſe exequi ſecundum te-
ſtatoris uoluntatem.

Quo ad aliud de legato facto Lenç cum filiis,
an ualeat ? quia notarius erat maritus Domi-
næ Lenç, & pater filiorum conſtat valere quo
22 ad perſonam Dominç Lenç, cùm † maritus
poſſit ſcribere inſtrumentum in cauſa uxoris,vt
23 l.uxori.de falſ. † & in cauſa filij emancipati: ſe-
cus ſi in poteſtate, de falſis.l.impuberem.§. ſi ei
filio.poſito tamen ꝙ legatum quo ad filios Do-
24 minç Lenç non ualeat, † tamen per ius non de-
creſcendi totum capit Domina Lena, cùm ſit
coniuncta re, & uerbis, de falſis.an l.filius. Glo.
fortè. Ad quod legatum non uocatur pri-
mo domina Lena, & ſecundario eius filij, immò
pariter: ut l.nullum.§. quidam, cum nemini il-
lorum

25 dorum tenebatur teſtator legare.† In his autem
quorum vnus ante alterum debet inſtitui, intel-
26 liguntur talia uerba ſucceſſiuè . An † autem
talia legata poſſint peti coram Epiſcopo, non
27 dubitatur de legatis ad pias canſas: † alia au-
tem non exequitur, niſi ex iure deuoluto poſt
annum à die monitionis, de teſtamentis nos qui
dem. Ex quibus uidetur concludendum, quòd
rupto teſtamento, ſola filia ab inteſtato patri
ſuccedat.

28 An † autem excluderetur mater defunctorum
filiorum, an verò admittetur quo ad portionem
ad quam uocati erant filij, eſt ſatis dnbitabi-
le. Si enim dicatur filios fuiſſe hæredes, nec deſi-
nere eſſe hæredes ad portionem eos contingen-
tem, æqualiter admittetur mater & filia: ut au-
ctent. defuncto. ſed ex quo lex municipalis po-
teſt teſtamentum facere valere, & poſt tempus
annullare, & hic ſumus in tempore quo nullum
eſt, & ſicq́ue de patri ſucceſſione agatur ſola fi-
lia admittatur excluſa ſua matre, cùm ſit in
gradn potior: ut in auctent. in ſucceſſione. Sed
dicas ſi viuentibus maſculinis potuiſſet fœmina
rumpere teſtamentum, non auocaſſet totum.
Qua ergo ratione maſculus habuiſſet partem ru
pto teſtamento, ea ratione ſnccedens ſibi ab in-
29 teſtato, videlicet mater, & filia, ſoror, † hęc au-
tem filia ſi dicat teſtamentum nullum, perdit le-
30 gatum ſibi factum. † quia improbat qnod appro
bare poterat: ut l. filio præterito. de iniuſto teſta-
mento & probatur in l. poſt legatum. §. j. de his
quibus vt indignis. & regula ex eo. in 6.

Petrus Decretorum Doctor de peruſio.

CONSILIVM D. GVLIELMI DE Peruſio Iuris Vtriuſque Doctoris.

In cauſa præcedenti,

SVMMARIVM.

1 *Filia quando præteritur in teſtamento, & ei relinquitur iure inſtitutiooìs, & eſt dotata, & per conſequens ſecundum ſtatutum excluditur ab inteſtato, an dicat teſtamentum nullum.*

2 *Mulier dotata non poteſt recurrere ad bona dotantis dum ſupereſt maſculus legitimus deſcendens.*

3 *Filia quæ dicatur dotata.*

4 *Quem teſtator non habet inſtituere neceſſe, is præteritus teſtamentum non infirmat.*

5 *Filia dotem loco ſucceſſionis à patre accipere intelligitur ex ſtatuti ſententia.*

6 *Pater non habet neceſſe inſtituere filiam à ſe dotatã.*

7 *Dotata vt aliqua dicatur, ſufficit certam quantitatẽ relinquere.*

8 *Pater ut filiæ recurſum ad ſua bona impediat, neceſſe habet eam dotare.*

9 *Suus hæres inhabilis ad ſucceſſionem ex cauſa ſuperueniente, quæ non retrotrahitur, ſi ſit habilis ad ſuccedendum præteritus teſtamentum nullum dicere non poteſt.*

10 *Filijs ab oſtibus captis ius ſuccedenti impeditum eſt.*

11 *Teſtamentum cùm ex cauſa præteritionis ſperatur poſſe dici nullum non poteſt ſuus hæres exiſtere, vel adire hæreditas per hæredem ſcriptum.*

12 *Intellectus ad l. hac conſultiſſima. §. inter liberos. C. de teſtamen. & l. fin. C. familiæ erciſcundæ.*

13 *Præteritio deſcendentium, qui modo in poteſtate fuerint, ut teſtamentum nullum facit, ſic aſcendẽtium præteritio.*

14 *Præteritus ut infirmet teſtamentum, neceſſe eſt eum à nemine in ordine ſuccedendi, antecedi.*

15 *Filiorum prima eſt cauſa ſuccedendi.*

16 *Subſtitutio iſta, ſi deceſſerit filius meus ſine filijs, bona vendantur, & dẽtur pauperibus, quæ ſit. & an ualeat, qualiſcunque ſit. & nu. 18. & 23.*

17 *Verba ſæpe obliquantur quæ directa erant, vel communia, ut actus teneat.*

19 *Defuncto per ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſucceditur, non pupillo aut hæredi.*

20 *Subſtitutio fideicommiſſaria donatio quædam eſt, à teſtatore procedens.*

21 *Subſtitutio fideicommiſſaria quibus modis indicatur, & probatur.*

22 *Verbum accipiat, commune eſt; & tam ad directam, quàm ad fideicommiſſariam trahi poteſt.*

23 *Adeſſe ſubſtitutionis pupillaris requiritur, quòd hæreditas ſit adita ex paterno teſtamento.*

24 *Manſio in domo paterna, & bonorum paternorum poſſeſſio, non facit aliquem hæredem.*

25 *Subſtitutio pupillaris per exiſtentiam ſui hæredis cõfirmatur abſque immiſtione, non dato cohærede extraneo.*

26 *Legata ex teſtamento nullo an debeantur.*

27 *Impugnans iudicium defuncti, indignus eſt omni commodo.*

28 *Inæqualitas vitioſa eſt.*

29 *Præteritus non debet plus habere quàm inſtitutus.*

30 *Verba legati facti vxori, & filijs, quomodo intelligantur.*

CONSILIVM XXXI.

PRO CONSEQVENDA ve-
ritate, quòd ad primum punctum in
quo quæritur, de robore, & valore
inſtitutionis factæ in dicto teſtamento,
notandum eſt, quòd ex eo colliguntur duæ ſpe-
cies præteritionis, una ſcilicet, quæ commiſſa
eſt erga filias dicti teſtatoris, alia erga matrem:
de ntraque igitur videndum eſt, an per eas, vel
alteram earum dictum teſtamentum cenſeatne
1 nullum vel non. † Primò itaque aſſumam pri-
mam ſpeciem, & præſnppoſito, quòd uerum
ſit, quòd filiæ dicti teſtatoris nihil iure inſtitutio
nis habuerint in dicto teſtamento, oſtendo, q

non poſſunt dicere nullum, ante tamen præmittenda ſunt duo, unum eſt, quòd colligitur
2 ex ſtatuto dictæ ciuitatis, videlicet, † quòd mulier dotata non poteſt recurrere à bona dotantis donec ſuperuixerit maſculus legitimus deſcen-
3 dens. Aliud eſt, † quòd illa filia dicitur dotata circa quam pater in teſtamento exercuit actum dotandi, relinquendo ſibi pro dote, vt ff. de adminiſtratio tut. l. cùm plures. §. tutor. & ibi nota. in Gloſ. ſecũdum quid. facit l. Titio. §. cùm Titio. de conditiou. & demonſtration. & quod ibi Bartol. ff de ritu nuptiarum. l. non ſolum. in principio.

4 Modò his præmiſſis, arguo ſic, † illius facta præteritio, non irritat teſtamentum, quam teſtator non habuit inſtituere neceſſe. ff. de iniuſto teſtamento. l. ſi quis exhæredato. in principio. & l. poſthumorum. & l. Gallus. §. in om-
5 nibus. † ſeſt filia dotata eſt huiuſmodi, quare non poteſt recurrere ad bona paterna: quia dotata, ergo ſi ſola dote contenta eſſe debet, igitur non eſt curandum de ipſius præteritione,
6 quòd eſt: † quia pater non habet neceſſitatem inſtituendi, poſtquam dotauit. At in propo-
7 ſito † dictis filiabus fuit certa quantitas pro dote relicta quod ſufficit, vt dicantur dotatæ, ut eſt dictum: ergo ut præteritæ non poſſunt conqueri, maximè cum earum legatum remaneat efficax, non obſtante præteritione, ut infra dicetur.

Nec obſtare videtur, quòd in propoſito caſu præteritio, & dotatio ex eadem diſpoſitione deſcendunt: nam ex quo ſtatutum prædictum prohibet filiam dotatam recurrere ad bona dotantis, videtur patri permittere, quòd non ha-
8 beat eam inſtituere neceſſe, † ſed ſolũ hæc immineat neceſſitas, ut velit pater, quòd ad ſua bona non recurratur.

9 Secundò arguo ſic, † quando ſuus factus inhabilis ad ſucceſſionem ex cauſa ſuperuenientis, quæ nõ retrotrahitur, fit habilis ad ſuccedendũ, præteritus non dicit teſtamentum nullum: ut l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. ubi ſi filius præteritus factus inhabilis ad ſuccedendum per deportationem poſteà reſtituitur ex cauſa, quæ non trahitur retro, non poteſt dicere teſtamentum nullum. Sic in propoſito, licet filiæ dicti teſtatoris fuerint prçteritæ, tamen quia dotatæ à patre, & per hoc factę inhabiles ad ſuccedendum, viuo maſculo; ſi quidem euenerit maſculum non extare, quod quidem eſt cauſa tollendæ inhabilitatis, quæ aderat filiabus: quia dotatis, tamen, quia hæc cauſa nouiter accidens non trahitur retro, non poſſunt dicere teſtamentum nullum.

In contrarium arguo ſic; Sicut mulier dotata propter dotem, habet ius ſuccedendi impeditum, & ſuſpenſum à futuro euentu, ſi deſierit extare maſculus, ut in ſtatuto prædicto diſpo-
10 nitur: † ita filius captus ab hoſtibus, habet ius ſuccedendi impeditum, & ſuſpenſum à reditu ſuo: & tamen conſtat, ſi quidem redierit, vt præteritus dicit teſtamentum nullum: vt dicta l. Gallus. §. in omnibus. & §. quid ſi his. & dicta l. ſi quis exhæredato. ſic ergo filia dotata, mortuo uel non, exiſtente maſculo, ut præterita dicit teſtamentum nullum.

11 Præterea, † quando ex cauſa præteritionis, ſperatur teſtamentum poſſe dici nullum, non poteſt ſuus hæres exiſtere, uel adiri hæreditas per hæredem ſcriptum: ut l. cùm quidã. §. quòd dicitur. ff. de acquirend. hæredi. Sed in propoſito ſic eſt: quia cõtingẽter, quòd filij teſtatoris deceſſerint, non extante maſculo legitimo ſucceſſore, filia præterita ſuperſtes teſtamentum illud rumpit. Ergo concluditur, quòd ex dicto teſtamento hæredes ſcripti non poterunt eſſe hęredes, & per conſequens teſtamentum fuit nullum, ex eo ſaltem: quia non fuit ex eo adita hæreditas, nec ſuus hæres extitit.

Breuiter cauſa breuitatis, puto, quòd dictum teſtamentum ex prçteritione filiarum fuerit, & ſit nullum. Conſtat enim, quòd nihil fuerit eius iure inſtitutionis relictum, ergo, &c. & in hoc iura ſunt uulgaria. Nec curo quod Gloſſ. dicit in l. filio prçterito. de iniuſt. teſtament. & in l. ſecunda. C. de bonorum poſſeſſio. contra bul. & in l. prima. ff. de teſtament. ubi Gloſſ. videntur velle, quòd teſtamentum ſit aliquod, niſi prçteritus dicat nullum: quia textus apertè probat contrarium. ff. ſi tabu. teſtamen. null. extat. l. j. in fin. Et hęc eſt communis opinio Doctorum, licet quidam contra.

12 Item non curo: † quòd teſtamentũ eſt factum inter liberos, ergo valeat, non obſtante prçteritione: ut l. hac conſultiſſima. §. inter liberos. C. de teſtamen. aliàs. §. ex imperfecto. & l fina. C. famil. erciſcund. quoniam iura illa non debent intelligi quando teſtamentum eſt nullum ratione prçteritionis, ſed alterius ſolennitatis omiſſę: ita no. in l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſth. in Gloſ. facit, quòd not. in l. ſi is qui. ff. de teſtam. Ad rationes ſupra factas non curo reſpondere.

Venio ad ſecundam ſpeciem prçteritionis.
13 Conſtat enim, quòd † nihil fuit in dicto teſtamento relictum matri teſtatoris iure inſtitutionis: prçſuppoſito igitur, quòd ita ſit, arguo, quòd dictum teſtamentum ſit nullum ex dicta prçteritione, nam ſicut ex præteritione filiorum, uel deſcendentium in poteſtate, teſtamentum eſt nullum: ita ex prçteritione parentum: ut in authenti. ex teſtamento. aliàs incipit non licet. C. ad Tertullia. & authen. ut cũ de appel. cogn. §. aliud quoque.

14 In contrarium arguo, ſicut † cùm prçteritus, qui eſt de linea deſcendentium, quem alius in ordine ſuccedendi, antecedit, talis prçteritio non facit teſtamentum nullum: ut l. Gallus. §. in omnibus. & l. poſthumorum. ita eſſe debet, ſi prç-

teritur

teritur aliquis de aſcendentibus, qui in gradu, &
ordine ſuccedendi, ab alio anteceditur: ſed con-
ſtat, quòd tempore dicti teſtamenti habebat fi-
15 lios, † quorum eſt prima cauſa ſuccedendi: vt
in aucten. de hęred. quæ ab inteſt §. primò. ergo
pręteritio facta de matre teſtantis noo debet red
dere teſtamentum nullum: & hoc verius.

Venio ad ſecũdum dubium quo quæritur de
16 ſubſtitutiooe, † an valeat, & hic ad plura eſt ad-
uertendum. Primò qualis dicta ſubſtitutio ſit
cenſenda: ſecundò an valeat qualiſcunque ſit?
Quòd autem dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſa
ria omni tempore, oſteodo ex ſui forma, dixit. n.
teſtator, & ſi dicti ſui filii, & hęredes deceſſerint
ſine filiis maſculis, &c. & proponitur, quòd fuit
facta filiis impuberibus, quos conſtat filios non
poſſe habere; igitur illa uerba priuatiua, ſine fi-
17 liis, † cùm non poſſint referri ad tempus pupil
laris ætatis, ſed ſolum poſt, & poſt pubertatem,
iure directo ualere non poteſt ſubſtitutio io pa-
gano, debet intelligi talis ſubſtitutio omni tem-
pore fideicommiſſaria, & hoc tenet Glo in l pre
cibus. & hoc etiam ibi tenet Iacob. Butrig. idem
tenet Iaco. de Belui. Dy. tamen tenet contrariũ
per l. Centurio. & eſt hodie caſus in cap. ſi pater.
de teſtamen. in 6. Breuiter uidetur uerius tenen
dum, quòd ex his uerbis, ſi deceſſerint ſine fi-
liis, dicta ſubſtitutio non ſit cenſenda fideicom-
miſſaria, filijs prædictis decedentibus impuberi
bus, per l. Centurio. & capit. ſi pater: ubi expreſ
sè hoc probatur, & hanc opinionem teoet
Bartol.

18 Sed eſt videndum, † an dicta ſubſtitutio ſit fi-
deicommiſſaria ex eo, quod poſteà ſubditur.
*Dixit enim, & eo caſu reliquit Dominæ Lenæ ſoro-
ri, &c.* Et poſteà ſubdit; *Et quòd omnia eius bo-
na vendantur per ſupradictos eius fideicommiſſarios,
& dentur, & expendantur pro anima ſua, & patris
& fratris, &c.* Et quòd ex his verbis ſubſtiutio
19 iſta ſit fideicommiſſaria oſtenditur. † Nam per
ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſucceditur
20 defuncto, noo pupillo, uel hæredi, † & eſt quę
dam donatio à teſtatore procedeos, ut l. lega-
tum. de leg. 2. Facit quod notatur in aucten. qui
bus mod. nat. effi. ſui. §. fina. ſed rectè teſtator in
propoſito teſtatus eſt ſibi, & ad ſui commodũ,
quod patet ex eo, quòd voluit omnia ſua bona
veodi, & diſtribui per fideicommiſſarios: ergo
21 &c. Prætereà, † quòd dicta ſubſtitutio ſit fidei-
commiſſaria omni tempore videtur, quia ius hę
reditarium a teſtatore noo transfertur in fidei-
commiſſarios, ſed ſolum actus executiuus eis
committitur, & hic actus executiuus eſt duplici-
ter declaratus à teſtatore: primò, ſcilicet quate-
nus ſibi commiſit veoditionem. Item quatenus
ei commiſit pretii diſtributionẽ, in cauſas quas
fideicommiſſarii uolueriot. patet ergo, quòd ius
hęreditarium eis non concedetur, ſed actus meri
facti, intelligantur ergo verba dictę ſubſtitutio-
nis, ut omnia bona dicti teſtatoris accepta tamen
de maou hęredis dicti fideicommiſſarii, vẽdant,
& diſtribuant: argumen. pro hoc l. fundi Treba-
tiani & quod ibi no. de vſufruc legat. In hoc paſ
ſu, D. Bartol. in d. l. Centurio. determinat, quòd
dicta ſubſtitutio ſit directa omni tempore, quaſi
ſubintelligatur io dicta ſubſtitutione, quòd fidei
commiſſarij accipiant booa, vendant, & diſtri-
buant: per l. alio. & quod ibi nota in fi. Glo. ma-
gnę. de alimeot. & cibar. legat. & l. denique. §. in-
terdum. de pecu. leg & in aucten. de eccleſi. titu.
§ ſi quis autem. coniungendo prædictis ſignifi-
22 cationem uerbi † accipiat quod trahitur ad dire
ctam pupillarem: ut d. c ſi pater. & oot. plenius
per Barto. in dicta l. Centurio. Ego autem in d.
l. Centurio reuocaui ſatis io dubium ſuum di-
ctum. & poſui aliquas limitationes, tamen quan
tum expediat ad propoſitum, licet iſte paſſus
ſit dubius, puto, quòd dicta ſubſtitutio ſit di-
23 recta infra tempora pubertatis. † Eſt ergo vi-
dendum, an dicta ſubſtitutio ualeat? & uidetur
quòd oon: quia adeſſe ſubſtitutionis pupillaris
requiritur, quòd hæreditas ſit adita ex paterno
teſtamento: vt l. 2. §. ideò ff de vulga. & pupilla.
Aut in propoſito filii dicti teſtatoris noo potue
runt ſe immiſcere hęreditati per ſe, uel per aliũ:
quoniam dictum teſtamentum ſperabatur dici
nullum: ergo &c. ut d. l cum quidam. §. quod di-
citur. vt ſupra dictum eſt.
24 Nec obſtat, † quòd remanſeriot in domo pa-
terna, & booa paterna poſſederint: primo, quia
hoc ooo faceret eos hæredes. l 2. C. de repudian
da hære. cum ſimilib. Item erant impuberes; er-
go &c. l. pupillus. & l. impuberis. ff. de acquit. hæ
re. & l. potuit. C. de iure delib. Breuiter dico, ꝙ
dicta ſubſtitutio valet, & cooſeruatur per auctẽ.
ex cauſa. pro hoc quod no. in l. 2. in princip. ff. de
vulg. & pupil.

Non obſtat, quod dixi, quòd ex dicto teſtamẽ-
to non poteſt adiri hęreditas, uel ſuus hęres exi
25 ſtere: quia ſecundum ueram opinionem † ta-
bulę pupillares confirmantur per exiſtentiam
ſui hęredis abſque immixtiooe, noo dato cohę-
rede extraneo: ut l. ſi filius qui patri. de vulgat. &
pupilla. & l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ad
Trebellia. Ex iis concluditur ad ſecundum quæſi-
tum, quòd dicta ſubſtitutio valet, & eſt directa
pupillaris, ut dixi.
26 Venio ad tertium, ſcilicet, † an dictum teſta-
mẽtum ualeat quo ad legata ſcripta in eo, & hic
eſt aduertẽdum, nam io eo reperiũtur legata du-
plicis generis, quædã ſunt, quę apparẽt facta filia
bus pręteritis quædam aliis perſoois. Circa pri
mum genus legatorum ſumi poteſt determina-
tio per not. per Gloſſ. io l. maximum uitium, &
per Doctores io aucten. ex cauſa. ubi determi-
nant, quòd per aucten. ex cauſa. non cooſeruao-
tur legata præteritis, & io determioando diſputa
uit Mart. Silima. Rationes motiuæ ad hoc ſunt,
primò, quia non eſt uerisimile, quòd teſtator hoc
27 uoluerit. Item, † quia impugnans iudicium de-

funƈti,eſt indignos omni commodo: vt l. Papi-
nianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic.teſtamen. Præ-
28 tereà contingens † inæqualitas: quia † plus habe
29 ret præteritus, quam inſtitutus, qnod eſt incõ
ueniens. Poſſunt etiam plores rationes adduci,
quas omitto:puto tamen in propoſi1o verum eſ
ſe, quòd non conſeruentur legata filiab. præte-
ritis, niſi forte vellent acquieſcere teſtamento:
ut l. filio preterito:hoc tamen examinare reqni-
rerer maiorem indaginem. In aliis verò legatis
puto verum, quòd conſeruentur per diƈtam au-
ƈten. licet aliqui alter teneant tn diƈta auƈtent.
ex cauſa.
30 Venio ad quartum, in quo quæritur † de ro-
bore legati faƈti dominæ Lenæ, & filiis, & hic
eſt aduertendum: nam verba dicti legati poſ-
ſunt dupliciter intelligi, uno modo ordine ſuc-
ceſſiuo, hoc eſt primo, vocando diƈtā D. Lenam:
deinde poſteà uocando filios: vt in ſimili not. in
l Gallus.§.quidam reƈtè.ff.de libe.& poſt. Alio
modo vocando ſimul & pariter diƈtā dominam
Lenam, & filios ſuos, qui ſunt coniunƈti per co-
pulam, & ſic pariter vocantur: ut l.vnica.§.his
ita. de caduc.tollend. & l. duobus. de legat. pri-
mo.Intelleƈtum verborum diƈti legati poteſt eſ-
ſe dubium propter opiniones, quę ſunt circa Gl.
diƈti §.fidem.Nam Iacobus de Aret. tenet con-
tra Gloſſ. illam Andreæ de Piſ.& etiam Barto.
tenet opinionem Glo.vnde inhęrendo opinio-
ni Gloſ.& ſequacium, quòd intelligatur ordine
ſucceſſiuo, ſecundum quam primò ſuccederat
ſoror, quàm ſui filij, non uidetur dubium, quòd
diƈtum legatum valet. Nam quòd uir poſſit
aſcribere legatum vxori non eſt dubium: per l.
vxori.in princi.ff. de fal. unde cùm demum poſt
mortem uxoris, legatum prędiƈtum uideatur ad
ſcriptum filiis diƈtæ dominę Lenę, & pręſuppo
natur diƈtum Ser Gorum iam deceſſiſſe, & ſic
nullum commodum ei ex diƈto legato acquiſi-
tum fuiſſe, nec acquiri potuiſſe, proculdubio
uidetur valuiſſe, & ualere diƈtum legatum. ſi ve
rò intelligantur verba diƈti legati, non ordine
ſucceſſiuo, adhuc uidetur quod diƈtum legatū
ſit efficax, quo ad uxorem, non eſt dubium, quo
ad filios uidetur idem, quia diƈtum legatum fuit
conditionale, non purum, nec de pręſenti ali-
quod ius fuit quęſitum filiis diƈti notarij, ſed de
mum in conditionis euentum, & adiunƈtū uni-
uerſali fideicommiſſo, per executores diƈti teſta-
menti, ſed proponitur iam diƈtum notarium pa
trem prędiƈtorum filiorum dominæ Lenę mor
tuum eſſe. ergo &c. Et ex his patet, quòd nō ob-
ſtat lex de eo.cum l.ſequen.ff.de fal.& hoc puto
uerum aliis omiſſis.

Gulielmus de Peruſio.

CONSILIVM D. CONTI DE Peruſio Legum Doƈtoris.

SVMMARIVM.

1 *Mater inſtituta hęres à filio in certa ſumma, an poſſit agere ad ſupplementum legitimæ. & nu.3.*
2 *Mater ex quibus cauſis hęreditate filij priuetur remiſſiuè.*
3 *Intelleƈt. ad l.non putaui.§.ſi quis ſua manu.ff. de bono.poſ.contratab.*
4 *Conſenſus hominis, conturbatæ mentis non tenet.*
5 *Filius matrem à legitima excludere non poteſt.*
6 *Filius an matrem exhęredare poſſit?*
7 *Conſenſus an ſit una ex cauſis propter quas mater à commodis hęreditatis filij repelli poſſit.*

CONSILIVM XXXII.

CASVS. Quidam in ultimis conſti-
tutus fecit teſtamentum in quo reli-
quit matri ſuæ decem, & in hoc eam
hæredem inſtituit, & quòd plus de
ſuis bonis petere non poſſit, diƈta matre præ-
ſente, & intelligente, & conſentiente, & acce-
ptante, alium inſtituendo hęredem uniuerſalē.
1 Modo quæritur † utrum dicta mater poſſit age-
re ad ſupplementum legitimæ. Et uidetur quòd
per dicta uerba, & per dictum cōſenſum matris
prędictę à ſupplemento quartę non repellatur,
ut in auc.ut cum de appell.cognoſcatur.§.aliud
quoque capitulum. ver.cęterum. qui uerſicul. eſt
poſt d.§. per 6.col.& aliter, & talis conſenſus nō
uidetur ipſi matri pręiudicare, cùm iſta non ſit
2 una de cauſis per quas mater † priuari non po-
teſt hęreditate ſui filii, quę cauſę ponuntur in d.
§.aliud, & §.ſeq.& in auct.non licet.de lib. pręte.vel ex.
3 In contrariū uidetur veritas, † ꝙ talis conſen-
ſus illi pręiudicet, & illa plus petere non poſſit,
& hanc quęſtionem mouet Glo.in l.ſi quando.
§.generaliter in Glo.magna.C.de inoffi.teſt.vbi
Glo.arguit pro & contra, & non ſoluit, ſed alibi
Glo.firmat iſtam opinionem, in l. non putauit.
§ ſi quis ſua manu. ff de bono.poſſeſ. contrata-
bul.ubi tex.optimè facit. Et hanc opinionem te-
nent Docto.in d.§ generaliter, quod eſt uerum,
4 niſi appareat, quòd dicta mater morte † filii tur
bata talem conſenſum pręſtitiſſet, ut l. quod ca-
lore.ff.de reg.iuris, ſed hoc ex uerbis dicti teſta-
menti non colligitur, quod mortis cogitatione
turbata talem conſenſum pręſtiterit.
Modo reſtat reſpondere ad allegata in cōtra-
rium. Et primò non obſtat dictus §. cęterum,
5 quia † concedo, ꝙ filius matrem excludere non
poſſit ab eius hęreditate inſtituendo eam in ali-
qua quantitate: & dicendo, quòd plus petere nō
poſſit, ut ibi dicitur, niſi matris conſenſus inter-
cedat, ut d.§.ſi qs ſua manu.& ita loquitur quæ-

ſtio

ſtio noſtra, vt ſupra dixi.

6 Non obſtat ſecunda ratio † quòd mater non poteſt exhæredari, ſeu extra hæreditatem filij po-

7 ni, vt ibi iuribus ſuperius allegatis, † & quòd iſta non eſt una de cauſis propter quas mater poteſt poni extra hæreditatem filij: quia illa iura loquuntur de cauſis exhęredationis, ſeu poſitionis extra hæreditatem, quæ exhæredatio, ſeu extra hæreditatem poſitio fit matre inuita, & nolente, ſed quæſtio noſtra loquitur de extractione ſeu poſitione extra hæreditatem quæ fit matre volẽte, & cõſentiente. Concluditur igitur ex præmiſſis dictam matrem excludi à bonis, & hæreditate filij, & ſolum poſſe legatum petere ſibi relictum in teſtamento dicti ſui filij, & vniuerſam hæreditatem pertinere, & expectare ad hæredem in teſtamento dicti filij ſcriptum.

Coutes de Peruſio Legum Doctor ita cõſuluit.

CONSILIVM D. CONTI DE Peruſio legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Volo, & mãdo, verba fideicommiſſaria ſunt, & idem de verbo rogo. & nu. 2.*

3 *Verbum, ſuccedat, commune eſt.*

4 *Verbum commune dicitur, quod modo obliquè, modo directè accipitur.*

5 *Pupillo quando eſt facta ſubſtitutio cum patris diſtinctione ſeu alteratione, ſi pupillus decedit intra tempus ætatis pupillaris, ſubſtitutio iſta eſt pupillaris expreſſa.*

6 *Bona undecunque quæſita pupillo, ueniũt in directam ſubſtitutionem.*

7 *Adiunctum ſignificationem verbis dat.*

8 *Verbum volo, & ſimilia adiecta directè verbo, directè accipiuntur: adiecta autem uerbo communi uel obliqua, obliquè interpretanda ſunt.*

CONSILIVM XXXIII.

PVNCTVS, Pater in teſtamento fecit filium hęredem, inſtituit, & ſubſtituit, per hęc verba, & ſi deceſſerit in pupillari ętate, vel poſteà quandocunque voluit, & mandauit quòd fiat vna capella, & in alijs bonis ſuccedat Suffiola ſoror ſua, poſt eius mortem deceſſit iſte filius in pupillari ętate, ſuperſtite Maria eius matre, quęritur quid debeat habere mater.

Viſo puncto prędicto, videtur, quòd dicta ſub-

1 ſtitutio ſit fideicommiſſaria per † verbum voluit, & mandauit, appoſitum in ſubſtitutione;

2 nam verbum volo, † rogo, & mando, & ſimilia, inducunt fideicommiſſum, vt l. 2. C. com. deleg. Inſtitu. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. §. fin.

In cõtrarium videtur veritas, quòd dicta ſubſtitutio ſit directa pupillaris, & per conſequens ſubſtitutus admittitur iure directo, & mater prędicta excluditur.

Pro cuius declaratione pręmitto duo, vnum

3 eſt † quòd uerbum, ſuccedat, eſt verbum commu

4 ne: quod patet, quia reperitur † in ſignificatione fideicõmiſſarię, ſeu obliquę, & in ſignificatione directę. Primum probatur in l. non tãtum. ff. de fideicom. lib. & ad Trebellia. l. reſtituta. §. fi. & l. ſequen. vbi dicitur, quòd reſtitutio eſt ſucceſſio. Secũdum probatur. C. de furt. l. ſi abducta. & de fideicommiſſ. l. ſi in perſonam, & C. ad leg. Falcid. l. quandocunque, cùm dictum verbum reperiatur in vtraque ſignificatione tam directa, quàm obliqua, cõcluditur quòd ſit verbũ commune. Facit optimè de teſtamen. c. Raynutius.

5 Secundo, quòd pręmitto eſt: † quando pupillo eſt facta ſubſtitutio cum patris diſtinctione ſeu alteratione, ſi pupillus decedat intra tempus ętatis pupillaris, ſubſtitutio iſta eſt pupillaris expreſſa. Ita not. Gloſ. in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſti. in fi. Gloſ. magnę in j. Gloſ. Ex iſtis duobus primis cõcludo dictam ſubſtitutionem factam dicto filio pupillo, ex quo deceſſit in pupillari ętate, eſſe pupillarem directam: fuit enim dicta ſubſtitutio cum temporis diſtinctione; videlicet, ſi deceſſerit in pupillari ętate, vel poſtea quandocunque, &c. fuit facta per verbum cõmune: videlicet per verbum ſuccedat, quod eſt verbum commune, ut ſupra probaui: ergo eſt pupillaris expreſſa, meritò ſubſtitutus admittitur iure directò ad dictam hęreditatem, & mater excluditur: ut d. l. precibus. & l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. de inoffi. teſta. & in c. ſi pa-

6 ter de teſta. lib. 6. † in qua ſubſtitutione veniunt non ſolum bona teſtatoris, ſed etiam bona unde cunq; quęſita dicto pupillo. l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitutio.

Non obſtat quòd allegatum eſt ſupra de uerbo, uolo & mando: videlicet, quòd ſit uerbũ obliquum, quod etiã uidetur tenere Iacob. de Are. in l. Sceuola ad Trebe. quia hoc non eſt uerum, ſed ueritas eſt, quòd uerbum uolo, mãdo, & ſimi-

7 lia, ratione adiuncti, nil important, † ſed eatenus important, quatenus importat id quod eis adiũ-

8 gitur. † Aut enim verbum uolo, adijcitur ad directum, ut puta quòd talis ſit hęres, & erit directũ, caſus eſt in l. quoniam indiguũ. C. de teſtamen.

9 Aut adijcitur verbum obliquum, † & tunc erit obliquum, ut in iuribus ſupra pro hac parte allegatis: ſed in propoſito, iſti verbo, uolo, eſt additum uerbum commune, ut uerbum ſuccedat: ergo erit in ſignificatione communi, & ſic dicta ſubſtitutio erit expreſſa, ut ſupra dixi.

Coutes de Peruſio legum Doctor.

CONSILIVM D. IOANNIS CAuemortuo V.I.Doct.

In cauſa precedenti.

SVMMARIVM.

1 *Bona filij in reſtitutione fideicommiſſi non ueniunt.*
2 *Volo, & mando, verba, ex ſua natura fideicommiſſum deſignant.*
3 *Verba rogo, uolo, mando, & ſimilia, vim habent pa-tem, ac ſi omnia à teſtatore eſſent expreſſa.*
4 *Verbum rogo, quando ſit ſubſtitutio fideicõmiſſaria.*

CONSILIVM XXXIIII.

SVPER dicto puncto dico, quòd poteſt mater petere tertiam partem bonorum pro legitima iure naturæ debita filio, quam tam trebellianicam pro reſtitutione facienda ſubſtituto prædicto, & ſic habebit me-
1 dietatem bonorum ſine onere legatorum, † cùm dicta ſubſtitutio ſit accipienda iure fideicommiſſi, in qua non ueniunt bona filij: ut ff. de uulga. & pupill. l. cohæredi. §. cùm filio, verſ. fidei-
2 commiſſo. quod patet ex illis verbis † voluit, & mandauit, quæ deſignant fideicommiſſum: vt C. commun. de leg. l. 2. & Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. §. fin. ubi dicit tex. quòd ſi in ſubſtitutione ponuntur, ſeu ponatur unum
3 verbum ſolum de uerbis illis ibi deſignatis, † perinde eſt ac ſi omnia verba appoſita volo, rogo, mando, & ſimilia per teſtatorem expreſſa fuiſſent, quo caſu non eſt dubium, quòd
4 in pupillari ætate expreſſa, verbum † rogo, eſſet ſubſtitutio, fideicommiſſaria. vt probat text. in d. §. cùm filio, verſi. quòd ſi hæredem, & hoc etiam patet in Glo. Io. Andræ. poſita in d. c. ſi patet. de teſtamen. lib. 6. in Gloſ. quæ incipit; hic decidit quæſtionem, vltra medium, ſi autem ſic dixiſſet: & idem Archid. & Ioan. Monach. in d c. ſi pater: & Iaco. de Are. in l. precibus, ſupra allegata, & in c. Raynutius. extra de teſtamentis.

Ego Ioannes Cauemortuo ita cõſulo.

CONSILIVM D. ANDREAE DE Alſerſijs de Cortona

SVMMARIVM.

1 *Filij maſculini, & fœminæ æqualiter ſuccedunt matri decedenti ab inteſtato.*
2 *Statutum excludens filias dotatas à ſucceſſione, quãdo habeat locum, & è contra v'que ad nu. 6.*
3 *Qualitas adiuncta verbo vel participio, debet intelligi ſecundum tempus verbi vel participij.*
4 *Suus hæres ad hoc vt quis dici poſſit, quæ requirantur.*
5 *Proximitas requiritur tempore quo ſucceſſio deſertur ad hoc ut proximus ſit.*
6 *Filia nupta, & dotata à patre, ſuccedit fratri unà cum patre. & nu. ſeq.*
7 *Pater ſuccedit filio in uirilem portionem unà cum alijs fratribus defunctis. & nu. ſeq.*
8 *Pater non habet uſumfructum in portione tam gente alteri fratri, quando ſuccedit unà cum ipſo, & nume. 14.*
9 *Statutum prohibens filiam dotatam ſuccedere fratribus aſſiſtentibus aliis fratribus, factum eſt cauſa conſeruandæ agnationis.*
10 *Statutum excludens filias dotatas à ſucceſſione fratris, & ſororis, an dicatur etiam excludere neptẽ, id eſt, filium dictæ filiæ dotatæ. & nu. 11. cũ multis ſequentibus.*
11 *Statutum excludens filias dotas à ſucceſſione fratris eſt odioſum.*
12 *Correctio legis etiam ex identitate rationis induci non debet.*
13 *Neptis de iure communi ſuccedit vnà cum auo, auunculo ſuo unà cum alys auunculis.*
15 *Neptis an poſſit donare patruo ſuo cum ſeq.*
16 *Pater non poteſt interponere auctoritatem uel licentiam filio donanti ſibi. & ſeq. & ſic filius patri donare non poteſt cum ſeq.*
17 *Iuramentum filiæ donanti patri nihil operatur.*
18 *Minor pubes poteſt quemlibet contractum, & diſtractum facere, & donare, iurando ad ſancta Dei Euãgelia non uenire contra.*
19 *Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uendi. an habeat locum, etiam in donatione.*
20 *Minor non poteſt donare rem in qua pater habet uſumfructum.*
21 *Ratio reddi non poteſt, quare filius non poſſit donare patri ſicut alijs cum eadem ſolemnitate.*
22 *Filius patre conſentiente donare poteſt.*
23 *Filia ſponte põt renuntiare patri omnibus bonis paternis, & maternis, & cõfiteri ſe plenè ſatisfactã eſſe in dote, & quibus uerbis excludat ipsã omninò à ſucceſſione, uel à petitione alicuius, & uſque in fi. & coram quo dictus contractus ſiue renũtiatio fieri debeat. ibidem.*
24 *Contractus celebratus coram iudice, & amicis, cenſetur carere dolo, & metu.*
25 *Iudex quando interponit decretum in aliquo contractu, quibus uerbis debeat uti.*
26 *Inſinuatio quomodo fieri debeat.*
27 *Donatio quingentorum aureorum debet inſinuari.*

CONSILIVM XXXV.

IN NOMINE patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. In quæſtione prædicta uiſo dicto puncto, & ſtatuto communis Chian
1 ciari, dicendum eſt in dubitãter † q; dictę dominę Catherinę defunctę ab inteſtato omnes dicti filij, & filię ſucceſſerũt eorũ matri uiriliter & æqua-

&æqualiter, licet ſine aliquę fœminæ.l. maxi-
mum vitium.C.de lib.præt.Inſti.de ſenatuſcō.
Orfi.in princ.in auct. de hęr.ab inteſtato vendi.
2 § primo,coll.nona,cum ſimil.† Non obſtat ſta-
tutum communis Chiantiani,quod excludit fi-
lias dotatas: quia eſt correctum, vt infra dice-
mus: ſed poſito,quòd eſſet correctũ,tamen non
habet locum in caſu noſtro, quia dictum ſtatu-
tum loquitur de illa muliere,quę eſt dotata tem
pore quo vocatur ad ſucceſſionem. & ſic tēpore
mortis illius de cuius ſucceſſione tractatur, quia
3 †.qualitas iuncto verbo, vel participio requiri-
tur ad eſſe, & debet intelligi ſecundum tempus
verbi, vel participij.ff.de noxal.l. in delictis.§.ſi
4 extraneus, & de teſta.mil.lege Titius. † hic pa-
tet ad ſenſum,ꝙ ſuus uocatur ad ſucceſſionē pa-
tris ab inteſtato, qui requiritur ſuus tēpore quo
patet patrem deceſſiſſe inteſtatum,hoc eſt vel tē
pore mortis, quādo nullum fecit teſtamentum,
vel tempore quo teſtamētum deſtruitur: quādo
teſtamentum irritatur,adeo quòd ſi tunc non in
eſt dicta qualitas,quia tunc ſucceſſio defertur, ta
lis non vocaretur vt ſuus,licet poſteà concipere
tur.inſt.de hęr.quæ ab iute.defer.§.cum autem.
& no.ff.de iniuſto irri.rup.teſt.l.ſi quis filio exhæ
5 redato.§.ſi filium.in fi.per Barto. † Similiter dici
debet de proximo, vt requiratur iſta proximitas
tempore quo ſucceſſio defertur.ff.de ſuis & leg.
l.j.§.fi.ſic & iſta qualitas,quę repellit eam à ſuc
ceſſione,ſcilicet quòd ſit dotata, debet intelligi,
quòd ſit dotata tempore quo ſucceſſio defertur,
ſcilicet tempore mortis dominæ Catherinæ ſuæ
matris,quæ qualitas tunc non aderat, licet po-
ſteà ſuperueniat non nocet ei.ff.ſi tab.teſt. nullæ
exta.& vnde lib.l.fi.cum ſimil. Reſtat ergo clarũ
de iure,quòd dictum ſtatutum non obſtat pari-
ter omnes filii,& filię dictę dominę Catherinæ
eidem pariter ſuccedunt.

Nunc ſupereſt uidere de ſucceſſione fratrũ,
6 & ſororum,† uidelicet,an iſta filia nupta,& do-
tata à patre,ſuccedat fratrib. ſuis, & videtur, de
iure communi non eſſe dubium, ꝙ iſta filia ſuc-
7 cederet,& etiam pater: † quia de iure communi
pr̄ ſuccedit filio,& in uirilem portionem unà cũ
aliis fratribus defuncti: quia pater dinumeratur
inter ipſos,ut C.ad Tert.auct.& cum ſolis.& in
corpore vnde ſumitur de hęre.ab inteſt.§.ſi igi-
8 tur defunctus.ver.ſi uerò.coll.9.† & tunc nō ha
bet patrem uſumfructum in portione contingē
te alteri fratri: quia pater habet illam ſuam uiri-
lē portionē,& recōpenſationem uſuſructus: quē
aliàs pater debet habere in bonis. filio.
9 † Sed dubium eſt hic propter ſtatutũ, quod pro
hibet filiam dotatam ſuccedere fratrib.exiſtenti-
bus aliis fratribus, quod ſtatutum eſt factũ cau
ſa conſeruandę agnationis: vt notatur per Cyn.
in l.prima.C.ad legem Iuliam.de adulter.& not.
in l.3.§.uidendum.ff. ad Tertul. per Barto. pro
hoc tex.in l.prima, verſicu.publicè intereſt.ff. de
10 vent.inſpi.† In hoc dicendum eſt attento dicto
ſtatuto, dictam filiam dotatam non ſuccedere
fratribus ſuis,nec ſorori,ſed filia illius filiæ dotā
tæ.ſ.neptis dicti Iacobi, bene ſuccedit auunculis
ſuis defunctis poſt mortē matris ſuę, ſcilicet di-
ctę filię dotatę,& hoc ſine dubio: quia ſecūdum
formā dicti ſtatuti ſolũ filia dotata excluditur a
ſucceſſione patris, & fratrum.de nepte.ſ. filia di-
ctę filię dictum ſtatutum nihil dicit: ergo rema-
11 net in diſpoſitione iuris communis.† pręcipuè
cùm dictum ſtatutum ſit odioſum.l.cum quidā.
ff.de lib.& poſthu.l.Gallus.§. & quid ſi tantum.
eo.ti.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cauſam.l. ſi ve-
rò.§.de uiro.ff.ſol mat. quod enim non muta-
tur quare ſtare prohibetur l.ſancimus.C. de te-
12 ſta.l.precibus.C.de app.† Nec ex identitate ra-
tionis debet induci correctio legis.C.de ſacro-
ſan.eccle.auct.quas actiones,facit quod no.in ca
pi.cum dilectus extra de conſuetudin. in Gloſſ.
13 † ſed de iure communi talis neptis ſuccedit ho
die vnà cum auo,& auunculo ſuo,ſcilicet fratri
matris ſuæ,unà cum aliis auunculis,ut in auct.
ut filii fratrum.in principio colla.9. & hoc tenet
Glo.in d.auct.de hęredit.ab inteſt. §. huiuſmo-
di, col.9.

Et ut ponamus rem in exemplo, ſcilicet quæ
pars, ſiue quanta eſt pars iſtius neptis, dicamus
quòd dos dictæ dominæ Catherinę fuerit quin-
gentorum florenorum,quilibet ex ſuis filiis ha-
bet centum tam fœminę,quàm maſculi: quia
tempore mortis dictę Dominę Catherinæ nul-
la eſt dotata,& ſic nulla à ſtatuto excluditur, vt
ſupra probaui.poſteà moritur unus filius, & ſic
eis ſupſunt duo fratres,& una ſoror non dotata,
illa dotata excludit̃ uigore ſtatuti a ſucceſſione
ſui fratris,cum quibus tribus,ſcilicet duobus fra
tribus, & una ſorore uocatur dictus Iacobus ad
ſucceſſionem filij, & ſic de portione iſtius filij
primò decedentis debent fieri quatuor partes,
ſcilicet una dicti patri,& tres fratribus,& ſorori,
& ſic dicto Iacobo veniunt in partem 25. flo-
renorum, demum moritur alia filia non dotata
ſuperſtitibus duobus fratribus, ad cuius ſucceſ-
ſionem uenit Dominus Iacobus, vnà cum di-
ctis ſuis filiis, & ſic de portione ipſius filiæ fie-
rent tres partes,& una obuenit Domino Iaco-
bo,& duę dictis fratribus: & ſic tertia portio di-
ctæ filię,quę erat 125.florenorum eſt 41.& duo
tertij alterius floreni. Nam filia dotata, ut ſupra
dictum eſt, non uocatur ad dictam ſucceſſio-
nem; demum poſt mortem dictæ filię dotatę,mo
ritur alius filius maſculus, ſuperſtite fratre, pa-
tre, & nepte, ſcilicet filia dictę filiæ dotatæ, &
ſic hæreditas iſtius filii penultimi decedentis,de-
bet diuidi in tres partes, ſcilicet una tertia pa-
tri, alia fratri, alia nepti, & ſic hæreditas,
quæ eſt 166.& duo tertii, diuiditur in tres par-
tes, & una tertia datur patri, ſcilicet 55. &
unum tertium alterius floreni. demum moritur
alius filius ſuperſtite D. Iacobo eius patre, & d.
eius nepote,& ſic hr̄ditas iſtius filij ultimo mo-
rientis

rientis

rientis, quæ eſt 222. florenorum debet diuidi in
duas partes, ſcilicet iij. florenorum pertinent ad
D. Iacobum patrem, & ſic, ſi bene computes ad
d. patrem pertinet uigore dictarum ſucceſſionũ
de dotibus d. Dominæ Catherinæ 233. floreno-
rum, & duo tertij, reſiduum verò eſt dictę neptis
14 ſaluo iure calculi.† Et attendatis bene hic: quia
dictus pater non habet uſumfructum de por-
tione contingente. d. nepti, niſi in ſola de 100.
florenis, quę obuenerunt in partem d. filię, quæ
poſteà nupſit: in aliis autem non debet habere
uſumfructum, quia ſuam uirilem habet in re-
compenſationem uſusfructus, ut in d. aucten. de
hęr. quæ ab inteſt. defer. §. ſi uerò. cum aſcenden
tibus poſita. C. de bonis quę lib. auct. item ſi hę-
redítas.

15 †Super ſecundo dubio, an dicta neptis poſſit
donare patri ſuo? dico quòd hoc dubium ſtat p
no in Glo. ff. de auc. tuto. l. j. & ibi Bar. uidetur te
16 nere, †quòd pater nõ poſſit interponere aucto-
ritatem, vel licentiam filio donanti ſibi. pro hoc.
Glo. in c. fi. de reb. eccle. non alienan. in Cle. adeò
quòd etiam iuramentum talis filiæ nihil opera-
tur, de pace iur. fir. ſeruan. §. item ſacramenta.
17 † ſed D. Baldus videtur tenere contrarium in l.
ſi quando. §. illud. C. de inoffi. teſtam & C. de col
la. l. pactum. in uigeſimaprima q. uidete, quæſtio
noſtra non eſt iſta, quia ibi loquitur in caſu vbi
requiritur ex forma ſtatuti, vel iuris communis
auctoritas, vel licentia, & etiam illa Gloſſa in §.
item ſacramenta non . . . . . nos verò ſu-
mus in caſu ubi talis ſolennitas non requiritur,
18 †unde cùm minor pubes poſſit quemlibet con-
tractum, & diſtractum facere, & donare iurãdo,
ad ſancta Dei Euangelia nõ uenire contra rõne
minoris ætatis: & c. ut C. ſi aduer. uend. auct. ſa-
19 cramenta. †quę habet locum etiam in donatio-
ne, qúod repugnat, ꝙ ſi poteſt donare alij, non
20 poteſt patri cum eadem ſolennitate, †non dico,
ꝙ minor poſſit donare alij rem in qua pater ha-
bet vſumfructum. l. cũ non ſolum. §. filiis autẽ.
21 C. de bon. quę libe.† Sed ipſi patri, ut dicit D.
Bal. non eſt dare rationem, quare non poſſet:
22 † quia poſſet donare alii patre cõſentiente: arg.
eius quod nor. in auct. de nuptiis. §. in nos. col. 4.
in fi. in eo. tex. tutius tamẽ eſſet, ut ſaluetur vtraq;
opinio, ꝙ donaret alteri conſentiente patre.

23 Super † ſecundo etiam dicũdum eſt, quòd ta
lis filia poteſt ſponte renuntiare patri de omni-
bus bonis paternis, & maternis, & cõfiteri ſibi fo
re, & eſſe plenè ſatisfactam in dote ſibi, & pro ea
data ſuo uiro: ut no. in d. l. pactum. C. de coll. &
de dicta dote uocet ſe tacitam, & contentam, &
iuret ad ſancta Dei Euãgelia corporaliter manu
tactis ſcripturis nunquã aliquo tẽpore ſe nullũ
ad bona patris, & matris velle habere regreſſum
& plus aliquid aliqua ratione, vel cauſa non pete
re in dictis bonis, & hęreditate dicti ſui patris
ſufficit, ut de pac. c. 2. lib. 6. & etiam contra præ-
dicta non uenire ratione minoris ętatis, nec ali-
qua alia ratione, uel cauſa, ut no. in d. auc. ſacra-
menta. & fiant talis contractus coram iudice: ut
l. j. C. de pręd. decuri. lib. 10. & C. de pręd. min. l.
ſi quidem. cum ſim. & etiam conſanguineis, &
amicis puellæ interuenientib. & ſic excludit om-
nis pręſumptio metus, & doli, & deceptionis C.
de tranſac. l. tranſactionem. quę. & quod no. in l.
25 non eſt uerisimile. ff. quod metus cauſa, † & ita
iſtis pactis iudex ſedens pro tribunali, auditis &
intellectis omnibus prędictis ſciens, & ſcienter
ſuam, & communis interponat auctoritatem, &
26 decretum. † Et ſi prædicta ualerent ultra 500.
florenorum quę donantur, & remittuntur per
27 d filiam d. patri debet fieri inſinuatio, †ita quòd
tunc factis prędictis dicatur, ꝙ talis pater tales cõ
tractus, & quemlibet eorum inſinuat d. domino
iudici, & eodem iudice pręſente, audiente, & in-
telligente, & in actis Curię dicti domini iudicis
in iudicio, & tunc ſimpliciter dicti dominus iu-
dex ſciens dictam inſinuationem coram eo in iu
dicio, & in actis legitimè factam dictis contra-
hentibus, & inſinuationi ſuam, & communis in-
terponat auctoritatem, & decretum.

Et ita dico, & conſulo ego Andreas de Alfe-
riis de Cortona.

CONSILIVM D. ANDREAE DE Alferijs de Cortona.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta, quandocunque filij decederent ſine liberis, eſt ſemper fideicommiſſaria propter adiectionem liberorum, & ratio, ſiue fiat per verbum directum, ſiue per verbum commune.*

2 *Adiectio liberorum facit obliquari ſignificatum verbi directi ciuilium.*

3 *Cap. ſi pater, de teſt. in vi. & c. Reynutius. extra eo. ti. in quo caſu loquantur.*

4 *Inueſtigare debemus, vt voluntates defunctorum habeant effectum.*

5 *Verba ciuilia obliquantur: quando teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit, quandocunq; talis ſit hæres mihi; ſecus ſi dicit, ſit filio meo.*

6 *Teſtator dicendo, ut ſupra; ſit mihi hæres. uidetur ſibi ipſi ſubſtituere.*

7 *Defuncto ſucceditur per ſubſtitutionem fideicommiſ.*

8 *Clauſula, quæ ſolet apponi in teſtamentis, ualet. quam ſubſtitutionem uoluit valere pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum. quid importet. et infra num. 13.*

9 *Contrahentes poſſunt facere, ut ſignificatum verbi poſitum in contractu extendat, & reſtringatur vltra ſuum ſignificatum, amplia etiam in teſtatore.*

10 *Argumentum bonum eſt de contractu ad teſtamentum.*

11 *Teſtator non poteſt facere quin leges non habeant locum in ſuo teſtamento, intellige ut ibi.*

Lex nemo poteſt. ff. de leg. 1. quomodo ſit intelligenda, dicto numero.

Voluntas

12 *Voluntas teſtatoris debet ſeruari quando de ea poteſt apparere.*

13 *Interpretatio in teſtamentis debet fieri larga, & benigna.*

14 *Tacita vulgaris ineſt pupillari.*

15 *Patruus utrinque coniunctus an præferatur patruo coniuncti ex vno latere tantum, in ſucceſſione nepotis filij fratris præmortui vtrinque coniuncto, & nu.16. cum multis ſequ.*

16 *Differentia ſexus, hodie non eſt in ſucceſſione.*

17 *Auct. ceſſante. & auct. ſeq. C. de legi. hære. in quo caſu loquantur.*

18 *Bar. vir lucidus, famoſus, & legum vertex.*

19 *ſucceſſiones ab inteſtato ſunt viciſſitudinariæ. numero 22.*

20 *Filius fratris mei utrinſque coniunctus præfertur in mea ſucceſſione fratri meo mihi ex uno latere tantum.*

21 *Tex. in § huiuſmodi. in auct. de hære. ab inteſt. ueni. in quo caſu loquatur.*

22 *Correctio legis eſt vitanda, quid quando correctio legis uenit per regulam legis antiquæ contra nouam.*

23 *Subſtitutus ex pupillari directa, ſuccedit impuberibus decedentibus.*

24 *Honoratus & grauatus, ſcilicet bonore fideicommiſſi tenetur reſtituere portionem ſibi tangentem.*

25 *Grauatus reſtituere hæreditatem, an detrahat Trebellianicam ante reſtitutionem.*

26 *Teſtator poteſt prohibere detractionem Trebellianicæ.*

Hæreditas debet diuidi in duodecim vncias.

Quæ pars debet remanere penès illum qui reſtituere debet in caſu prædicto vſque in fin.

28 *Leges ciuiles quæ iubent dotes conferre, & donationes propter nuptias, & aliquando ſimplices donationes, loquuntur vbi tractatur de ſucceſſione ſi enda aſcendentibus per deſcendentes.*

29 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*

30 *Ridiculum eſt petere rem ſine fomento legis.*

CONSILIVM XXXVI.

FACTVM ſic ſe habet. Quidam Petrus Ioannes de Scarlino ſuom condidit teſtamentum, in quo inter cætera ſic cootioetur poſt certa legata. In omnibus alijs meis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, & nominibus tam præſentibus quàm futuris Clementiam, & Catherinam filias meas mihi uniuerſales hæredes inſtitutio, & eſſe uolo æquali portione, & uolo, & iudico, & mando, quòd ſi aliqua ex dictis filiabus meis moritur ab inteſtato, vel ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ſine filio aut filia legitima, & oaturali, quòd una moriatur alteri, & altera alteri in ſuccedendo in hæreditate, & ſi omnes filiæ meæ moterentur vt ſupra iudico, volo, & mando, quòd tertia pars omnium booorum, & meæ hæreditatis poſt mortem d. Dominæ Gioeuræ matris meæ detur, & expendatur io diſtributiooem per infraſcriptos meos fideicommiſſarios, illis pauperibus, & miſerabilibus perſonis, & locis de Scarlino, quibus dictis meis fideicommiſſarij videbitur, & placebit ad ſalutem animæ meæ, meorumque parentum, contrarietate aliqoa oon obſtante. Et iudico io caſo prædicto, ſi dictæ filiæ meæ decederent, vt ſupra, dnminæ Minæ ſorori meæ, & filię dicti Ioaoois patris mei, & vxori domini Iannelli de Scarlino libras 50. de bonis meis iure inſtitutionis, & de prędictis libris 50. ipſam dominam Minam in caſu prędicto mihi hęredem inſtituo, & eſſe oolo, & iubeo ipſam eſſe cōtentam. Et in omnibus antem alijs meis bonis mobilibus, & immobilibus, inribus, & actionibus, & nnminibus ſi dictę filię meę decederent ut ſupra, & poſt ſorum d. dominę Gineurę uixiſſent dictas filias meas, mihi hęredē inſtituo, & eſſe uolo dominam Locretiam ſororem meam, & vxorem Nicolę Gucci de Plummioo. Demū moritur dictus teſtator ſuperuiuentibus dictis filiabus popillis, & d. domina Gineura matre d. teſtatoris, & domina Gilia vxore dicti teſtatoris, & matre dictarū filiarū, & d. dnmina Mina ſorore cōſanguinea tantum d. teſtatoris, & d. domina Lucretia ſorore utrinque cōiuncta d.. teſtatoris demum moritor d. Clementia in papillari ętate ſuperſtite d. Catherina eius ſorote, & pręd dictis ſupra ſpecificatis, demum moritur d. Catherina io pubertate, ſcilicet in ætate 15. an. hic ſuperſtite dicta domina Gilia eius matre, & dicta domina Lucretia, & domina Mina eius amitus, modo quęritur viſo dicto teſtamēto ad quē hęreditas dictarū Clementię, & Catherinę pertineat. Viſo ēt ſtatuto caſtri Scarlini infraſcripti tenoris; Statuerunt, & ordinauerūt ſtatuēdo inſcripti conſtitutarij, & approbatores cooſtituti commuois Scarlini pro vtilitate hominum, & perſonarum dictę terrę, oe & conſanguinei deſuocti damnificarentur in totum, quòd ſi quis uir pręmoriretur vxoris ſuę ab inteſtato, relictis poſt ſe filijs vel filiabus, & ſi dicta eius mulier ſurum dicti ſui viri cuſtodierit, & filios vel filias educauerit. ſi accideret dictas filias vel filios decedere ſine teſtamento, quòd ipſa mater agere vel petere oon poſſit, niſi quę dicantur ſua iura dotalia, & paraphernalia, ſed hęreditas dictorū filiorum perueniat, & peruenire debeat ad propinqoiores cooſanguineos dictorum filiorum ex latere paterno, non obſtante aliqua conſuetudine, lege, vel ſtatuto dicti communis Scarlini, ſeu aliqua alia conſuetodine vel conſilio.

1 IN nnı̄e Patris, & filij, & Spirit[9] ſancti Amē. In quęſtione pręedicta principaliter eſt uidendū, quę ſubſtitutio fuerit iſta: qoia dicit; Et oolo, & mando, ꝙ ſi aliqua ex dictis filiabus meis moriẽ ab inteſtato, oel ſine filijs legitimis, & naturalibus. &c. ꝙ vna moriaẽ alteri, & altera alteri in ſuccedendo in hęreditate, &c. & ſobdit; Et ſi omnes

filię

filiæ meæ morirētur ut ſupra, iudico, & volo,&
& mando, ſequitor,& in omnibus autem bonis
mobilibus, & immobilibus mihi hæredem inſti-
tuo,& eſſe volo Dominam Lucretiam, quæ ſub-
ſtituo'o ſit iſta? an ſit pupillaris, an verò fidei-
commiſſaria,& vt non inſiſtam in ſermone: quia
materia iſta eſt copioſè tractata per Doct. ut nō
occupem papyrum, veniam deciſiuè,& concluſi-
uè ad quæſitum, & Gloſſ noſtra mouit iſtā quę-
ſtionem. C. de impub.& alijs ſubſti. l. precibus.
in Glo. magna. ibi, ſi verò ita ſubſtituat. ubi Gl.
tenuit propter adiectionem liberorum, qui
non poſſunt baberi regolariter in pupillari æta-
te dictam ſubſtitutionem ſemper fideicommiſ-
ſariam, ſiue fuerit facta per uerbum directum,
ſiue per verbum cōmune,& Gloſſ in c. Raynu-
tius. extra de teſtamen & ibi Innocen. idem te-
2 net. † & ſic iſta adiectio liberorum facit obliqua
ri ſignificatum verbi directi ciuilium, ſcilicet hę-
redem inſtituo, quæ ſunt verba directa ciuilia: ut
not. Barto. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. in
prima principali quæſtio. circa effectus ſubſtitu-
tionis compendioſæ, ibi neſcio quod dicam, ta-
men mihi videtur, &c. Sed Bart. in d l. & q ibi,
quid ſi teſtamentum tenet contrarium, ſcilicet
quòd infra tempora pubertatis ſit directa, & po
ſteà non obliquetur. Idem tenet Bald. in l. pre-
cibus præallegata, ibi tertiò Gloſ. &c. Ex qui-
bus verbis ſatis patet deciſio quæſtionis propoſi
tæ, quòd dicta ſubſtitutio quæ valuit iure dire-
ctò, ſcilicet infra tempora pupillaris ætatis, po-
ſteà non obliquatur, & ſic non valet iure fidei-
3 cōmiſſarię ſubſtitutionis. † Et vt nō videam non
vidiſſe. c. ſi pater. de teſtamen in 6. & dict. cap.
Raynutius. non obſtant quia loquontur quan-
do ſubſtitutio eſt facta per verba directa non ci-
uilia: vt not. Bartol. in dicta l. Cēturio. ſiue dire-
cta directo: vt not. Ioan. And. in dicto c ſi pater.
4 de teſtament lib. 6. in nouella. † Sed quia iuxta
poſſe debemus defunctorum voluntates habere
effectum vt ueriſimile. ſatis eſt dictum teſtato-
rem voluiſſe omni tēpore in ſuis bonis ſibi pro
uideri. Ideò vlterius inueſtigans inuenio domi-
5 num Bal. aliter diſtinguentem &c. † Videlicet quod
aut teſtator dixit; Quōcunq; filius meus deceſſerit
talis ſit hęres filio meo,& tunc verba directa ciui-
lia nunquā obliquātur, aut dixit, ſit hęres mihi,
& tunc dicta uerba obliquantur. ita not. dicit io
d. l. precibus. in mataria compendioſę, ibi dein-
de opponitur &c. quòd dictū eſt nouum, & no-
6 ta & menti teſtatoris congruit: † quia dicendo
7 mihi ſit hęres, videtur ſubſtituere teſtatori † Sed
per ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſuccedit
defuncto: vt l. cohęredi. § cum filię. ff. de vulga.
& pupilla. ergo videtur dicta ſubſtitutio fidei-
commiſſaria. ſed in dicto teſtamento ſunt talia
verba, videlicet, mihi hęredem inſtituo, & eſſe
volo dnm nam Lucretiam,&c. & per conſequēs
debemus concludere dictam ſubſtitutionem va
lere in perſona dictę dominę Catherinę iure

8 fideicommiſſi. † Pro hoc optimè clauſula quę
ſolet apponi in teſtamentis, videlicet, quam ſub-
ſtitutionem voluit valere pupillariter, vulgari-
ter,& per fideicōmiſſum: vt not. Barto. in dicta
l. Centurio. in quęſtio. principali. ibi, idem ſi te-
ſtator dixit,& Bal. in dicta l. precibus. verſic. ſed
9 quid ſi teſtator inſtituit,&c. † Cùm enim contra
hētes poſſint facere, quòd ſignificatum verbi po
ſitum in cōtractu extendatur, & reſtringātur vl-
tra ſuum proprium ſignificatum: ut l. iuriſgen-
tium. §. quod ferè. ff. de pact. Idem debet poſſe
teſtator: vt in auctenti. de nuptijs. §. diſponat.
10 † quia bona eſt argumentatio de contractibus
ad teſtamenta. l. illud. C. leg. l. ſeruum filij. § cum
qui chirographum. ff. de lega. j.
11 Non † obſtat l. nemo poteſt. ff. de legat. pri-
mo. quia fateor, quòd teſtator non poteſt facere
quòd leges non habeant locum in teſtamento
ſuo, ſcilicet circa ſubſtantialia ſolennia in teſta
menti, verbi gratia, quòd ualeat teſtamentum ſi
ne teſtibus, uel ſine hęredis inſtitutione,& ſimi-
lia: quia eſſet oppoſitum in obiectum, ſed circa
res ipſius teſtatoris bene poteſt diſponere: ut eſt
12 uidere in prohibendo Falcidiā. & ſimilia. † Pro
hoc: quia ubi poteſt apparere de uoluntate teſta
toris, ipſa eſt ſeruanda, ut no. in dicta l. precibus.
in Glo. planè. ff. de lega. primo. l. cùm ita. § fina.
& l. non proponebatur. ff de legat. ſecundo. Pro
hoc l. in conditionibus. ff de condition. & dem.
Cùm ergo dixit, quòd uolebat ualere pupill. & fi
13 dei. iure † ut fiat larga, & benigna interpretatio,
ſecundum l. in teſtamentis ff. de regul. iuris. di-
camus, quòd uoluit ualere iure pupillaris tempo
re pupillaris ętatis, & iure fideicommiſſi poſt
pupillarem ętatem, poſt quàm poteſtas teſtato-
ris in hoc poteſt facere, quòd eius uoluntas ſer-
uetur quę eſt honeſta,& rationabilis,& ueriſimi
lis; nam ſi uult teſtator prouideri ſibi, & filio in
pupillari ętate filij, hoc eſt, quòd filius ſuccedat
ſibi, & dicto filio ſuccedat ſubſtitutus in pupil-
lari ętate morienti: & ſic per mediam perſonā
filij inſtitutus eſt hęres etiam teſtatoris: quare
non eſt pręſumendum, quòd uelit ſubſtitutum
ſibi ſuccedere tempore quo pupillo non poteſt
ſuccedere, pręcipuè cū nō ſatis pareat uoluiſſe teſta
torē, quòd ſemper ſubſtitutus ſibi ſuccedat, etiā
14 in pupillari ętate, † ſcilicet per tacitam uulga-
rē, quę ineſt ipſi pupillari, ubi pupillus hęres nō
eſſet, poſſet ſubſtituto ſuccedere, ex uulgari ſe-
quimur iſtā uoluntatem teſtatoris honeſtā. l. cū
quęſtio. C. de legat. ut per ſubtilitates iuris ciui-
lis, uoluntas defuncti non ſubuertatur. Cōcluda
mus ergo quòd dicta ſubſtitutio, dictę Domina
Catherinę,& ipſi, reſtituat hęreditatem dicti te
ſtatoris dictis ſuperſtitibus per fideicōmiſſum,
iuxta planè no. in d. l. precibus.

Reſtat uidere qui ſuccedāt dictę dominę Ca
therinę ab inteſtato.& in hoc non inſiſtendo in
ſermone; quia mater D. Catherinę eſt excluſa
per ſtatutum Scarlini, reſtat quòd ſolū iſtæ amitę
ſcilicet

ſcilicet dicta domina Mina ſoror cõiuncta d.te-
ſtatori ex latere patris tantum,& domina Lucre
tia ſoror coniuncta d.teſtatori ex vtroque latere
ſcilicet patris , & matris pariter ſuccedunt dictæ
dominæ Catherinę eorum nepti;quia ſunt in pa
16 ri gradu,† nec eſt differentia ſexus.text.videtur
in l.patruo.C.de legi hęr.& ita tenet Bar.ĩ l.poſt
cõſanguineos.§.legitima.ff.de ſuis.& legi.hære.
17 & ita dicit de facto cõſuluiſſe.† Nec ob in auc.
de hęr.ab inteſt.§.reliquum.colla.9.poſita.C.de
legi.hær.auct.ceſſante.& auct.poſt fratres.auctẽ,
ex vtroque,quia dicit ipſe illa auct. loquitur vbi
tractatur de ſucceſſione fienda per iſtos nepo-
tes propriè,& unà cum fratribus defuncti, non
autem vbi tractatur de ſucceſſione ulteriorum:
vt d.auct.§.huiuſmodi.ita tenet ipſe ibi: Et quia
18 ſunt tantæ† temeritatis,quòd audeam,vel aude
re pręſumam à determinatione tanti lucidi, fa-
moſi,vt ſic loquar vertex legum,& prudẽtorum
reſponſorum , iuxta illud Modeſtini in l. ſcire
oportet §alind.ver.ſed & ſi maximè. ff. de excu.
tut. de iure tamen uidetur fortè poſſe dici con-
19 trarium validã ratione hoc modo. † Succeſ-
ſiones ab inteſtato debent eſſe viciſſitudinariæ.
C.de legit.hęre.l. ſi ab eo.vt ſicut ego ſuccedo ti
bi,ita & tu mihi ſuccedere debeas,ita quòd ſi in-
ducatur lex,quòd tu mihi ſuccedas ita,& ego in-
telligor ſtatim vt ſuccedam tibi. vt ibi, & l.ſi eo.
20 ti.Modo ſic† filius fratris mei mihi utrique con
iunctus pręfertur in meæ ſucceſſione fratri meo
mihi ex uno latere tantum,ut d.§. reliquum, &
d.auc.ceſſant.ergo, & ego debeo in ſucceſſionẽ
filij fratris mei utrinque coniuncti præferri fra-
tri meo coniuncto patri d.filij ex uno latere tan
tum:cùm enim iſta domina Catherina ſucceſſiſ-
ſet inſolidum dictę dominę Lucretię ſi fuiſſet
mortua ab inteſtato ſine deſcendentib.& aſcen-
dentibus excluſa dicta domina Mina ſorore di-
cti teſtatoris.ita debet etiam dicta domina Lu-
cretia excludere dictam dominam Minam à ſuc-
ceſſione dictæ dominę Catherinę.
21 Nec † obſtat d.§.huiuſmodi,quia dicit quòd
illud priuilegium datur filiis fratrum tantum,&
nulli alij perſonæ.ſ.vlterioribus,hoc eſt,non ex-
tenditur ad nepotes dicti fratris defuncti vtrin-
que coniuncti,non tñ negat, ꝙ frater utatur ex
iure pręlationis in ſucceſſione nepotis, quo vti-
tur nepos in ſucceſſione patrui,ſiue auunculi.
22 Nec† obſtat ſi dicant correctio legum eſt vi-
tanda:quia dico,quòd iſta correctio , ſine exten-
ſio fit per regulam legis antiquæ.ſ.d.l. ſi ab eod.
C.de legi.hęre.quæ dicit & inducit,quòd eodem
modo quo quis ſuccedit,eodem modo alter ſuc
cedat ſibi : cùm ergo illa ſit diſpoſitio legis anti-
quę.& per legem nouam,ſcilicet per auct.de hę
re ab inteſta.defer.inducatur, quòd filius fratris
vtrinque coniuncti pręferatur patruo ex uno la
tere tantum coniuncto in ſucceſſione fratri de-
functi,ut d.§.reliquum.ergo iſta diſpoſitio legis
nouæ,ſcilicet.§.reliquum.trahitur per rationẽ,
d.l.ſi ab eo.cum concor.trahitur, vt eodem mo-
do patruus ſiue amita pręferatur in ſucceſſione
nepotis amitæ coniunctæ ex uno latere tantum,
per Glo.l.quod uerò.ff. de legi. auct. offeratur.
C.de litis conteſt.l.ſi quis verò.C. de furt.tenet
Barto in l.Marcellus.in princip.ff. ad Trebel. in
penultima q.Pro hoc optimè : quia nulla ratio
diuerſitatis poteſt aſſignari. Nam ſi propter du-
plicem vinculum paternum, filius qui eſt in ter-
tio gradu uincit illum,qui eſt in ſecundo gradu:
qui eſt tantum uno uinculo cõiũctus defuncto:
quare non debet ille qui eſt coniunctus patri di-
cti nepotis duplici uinculo non debet pręferri
illo qui eſt in pari gradu, & non eſt coniunctus,
niſi vno uinculo patri defuncti , immò potius
debere ipſum repellere pro hoc text.l. his ſolis.
C.de reuo.dona.& quod no.Bald.C. de ſacroſ.
eccl.auct.quas actiones.in 3.q.& ſic ex prędictis
uidetur mihi,quòd dicta domina Lucretia debe
ret pręferri in ſucceſſione dictę dominę Catheri
næ ipſę dominæ Minę, tamen à deciſione Bart.
nolo diſcedere, & collationis gratia nolo prædi-
cta ſcripſiſſe,ut ſi cõtingeret hęc ab aliquo intel
ligente uideri,videat quid ſentiam,& iuxta ſuum
ſcientificum iudicium decidat.
Reſtat ergo,ut cõcludamus dictas amitas pa
riter dictę dominæ Catherinæ i bonis ipſius Ca
therinę ſuccedere: ſed quia tenetur reſtituere di-
ctis ſubſtitutis per fideicõmiſſum , ſcilicet fidei-
commiſſarius ad diſtribuendum.pro anima , &
dictę dominę Lucretiæ, eſt uidendum quæ ſint
bona dictę dominę Catherinę,& quę ſint illa, q̃
23 debent reſtitui.†Et quia ſine dubio dicta domi
na Catherina ſucceſſit dictę dominæ Clemen-
tiæ ſorori ſuæ ex pupillari ſubſtitutione directa
l.qui duos.ff.de vulg.& pup.& extra de teſta.c.ſi
pater.lib.6.& dubium, an portionẽ dictæ domi-
næ Clementiæ dicta domina Catherina debeat
reſtituere per dictam ſubſtitutionem fideicom-
24 miſſariam, † & veritas eſt, quòd ſic, cùm primò
fuerint honorati, poſtea grauati, ſcilicet honore
fideicommiſſi, ſecundum Bar in l. Marcellus.§.
quidam,& l.ita tamen.§.qui ſuſpectã.ff. ad Tre-
bellia.per Bar.l.cùm uirum.C. de fideicommiſ.
per Bald.
25 †Quid ultra eſt uidendum,an iſta domina Mi
na hęres pro dimidia dictę dominę Catherinę in
reſtitutione dicti fideicommiſſi, poſſit detrahe-
re quartam Trebellianicã . & veritas eſt ſecundũ
communem opinionem Gloſſ.& Doctor.quòd
teſtator poteſt eam hodie prohibere,ſe-
26 cundum Glo. † de hęre. & falci.in auct.Cyn.in
auct.ſed cùm teſtator.C.ad legem Falci.Bar.in l.
Marcellus.in princ.ff.ad Treb.Bal.C.fam.erci.l.
filium quem habentem.in 6.quęſtione.
Reſtat ergo cõcludẽdũ, ꝙ dicta dña Mina hẽt
ſolũ medietatẽ partis, q̃ contingit dictę dominæ
Catherinę de bonis paternis, & quinquaginta li
brarũ de aliis bonis obuentitijs dictę dñę Catho
27 rinę de bonis dictę dñę Clementiæ, † & ut hoc

clarè oſtendã ſcindamus iſtã hæreditatẽ Petri p fruſtra.ſ.in 12. vncias: vt l.interdum.§. pater.ff. de hęr.inſt.eo.ti.§.hæredita.& habebit iſta Clementia pro dimidia ſex uncias,& Catherina habebit alias ſex uncias quarum ſex vnciarum,quę obuenerunt in parte dictę dominæ Catherinæ tres ſunt pro eius legitima,& Trebellianica aliæ tres vnciæ veniunt in reſtitutione fideicõmiſſi, unde iſtæ amitæ,videlicet Mina,& Lucretia tanquam hęredes ab inteſtato æqualiter dictæ dominæ Catherinæ habent illas tres vncias debitas dictę dominæ Catherinæ iure naturę, & Trebellianici,iux.no.in c.Raynutius, & ca.Raynaldus. extra de teſtamentis,& in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inof.teſt.per Bar.& C.ad leg. Falcid.l. quanquã.per eundẽ, & ſic quęlibet dictarũ amitarum habeat dimidiã dictarum trium unciarũ, quæ eſt una unciã cum dimidia. Reſiduũ verò.ſ. alias tres uncias debet reſtitui ſubſtitutis per fideicommiſſum uniuerſaliter, per l.cohęredi.§. cũ filiæ.ff de vulg.& pup. & no. in d.l.precib.ſimiliter.& aliàs ſex vncias debent reſtituere,quæ fuerunt dictæ dominæ Clementiæ per no.in d.l. Marcellus.§.cùm quidem,& ſic iſta domina Mina,tanquam hæres dictæ dominæ Catherinę,habet vnam cum dimidia hęreditatis dicti Petri, & pro eius Trebellianica habebit libratum 50.

Reſtat ergo vt totius dictę hęreditatis dicta domina Mina debeat habere ſolam vnam vnciã cum dimidio, & lib.50.& domina Lucretia debet habere unam unciã cum dimidio,ut hęres dictę dominę Catherinę,& reſiduũ dictę hęreditatis debet diuidi inter dictã dñam Lucretiã & dictos fideicõmiſſarios,ut in dicto teſtõ cõtinetur.

28 Super† eo quod quęritur; videlicet an dicta domina Mina poſſit petere ſe ęquari in dote ſua ad dotẽ datam pro dicta domina Lucretia: ſine dubio dicendum eſt, quòd nõ: quia prętor & lex ciuilis,quę iubent dotẽ conferri,& donationẽ propter nuptias , & etiam aliquando ſimplices donationes,loquuntur vbi tractatur de ſucceſſione fienda,aſcendentibus per deſcendentes: ut eſt videre in toto ti.C.de coll.& ff.de colla.bon.& de colla.dotis. Nos verò tractamus de ſucceſſione

29 tranſuerſali, † & erubeſcimus ſine lege loqui.C. de coll.l.illam.in auct.de trien. & ſemiſ.§. cum fideicommiſſum. col.3. cùm ergo de tali ſucceſſione non ſit lata lex,collationem vel æquationẽ

30 inducẽs, nõ eſt de hoc tractandum, † quia ſine fomẽto legis peteret,quod eſt rediculum dicere.

Et ita dico,& conſulo Ego Andreas de Alferiis de Cortona.

CONSILIVM D. ANDREAE DE Alferijs de Cortona V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata,an poſſit in dotę inſtitui,& per fideicommiſſum ſubſtitui.per totum conſi.*

2 *Filia in dote inſtitui poteſt.*

3 *Subſtitutio fideicommiſſaria id dote an,& quando ualeat cum ſeq.*

4 *Grauamen de legitima, quæ filio debetur iure naturæ reijcitur.*

5 *Fideicommiſſi ſpes non tranſmittitur ad filios,ſi decedit ante euentus reſtitutionis.*

6 *Lucrum dotis, quod facit maritus ex forma ſtatuti, computatur in legitima vxoris ſuæ.*

7 *Legitima eſt ſemis:quando ſunt ſeptem filij.*

8 *Filia detrahit etiam Trebellianicam:quando ſubſtituta eſt per fideicommiſſum,& ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs.*

9 *Filius poteſt teſtari de legitima,& Trebellianica,& etiam obligare.*

10 *Per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur defuncto teſtatori relinquenti, non autem ei qui grauatur , & cui facta fuit ſubſtitutio fideicommiſſ.*

CONSILIVM XXXVII.

FACTVM ſic ſe habet. Quidam Nicolaus Cecchi Beſere de Cortonæ ſuũ vltimum condidit teſtamẽtum, in quo inter cætera ſic diſponit. Item reliquit iure inſtitutionis dominæ Conſtantiæ filiæ legitimę , & naturali ipſius teſtatoris, & uxori Pauli Beneuenuti de Senis dotes ſuas: quas pro ea dixit dictus teſtator dediſſe, & ſoluiſſe eidem Paulo, & fratri ipſius Pauli ; quas dotes eſſe dixit in quantitate quingentorum triginta florenorum auri: de quibus dotibus patere dixit publicum inſtrumentum manu Ser Britij Chancianelli de monte Politiano,vel alterius notarij. Itẽ ſibi dicto iure reliquit ultra prędicta, decem libratũ monetæ Cortonenſis , in quibus legatis ſibi dicto iure factis,eam ſuam hęredem inſtituit in bonis , & mandans dictus teſtator eidem dominæ Conſtantiæ filiæ ſuę de prędictis eſſe tacitam,& contentam,& quòd plus de bonis ſuis petere nõ poſſit,vel habere aliqua ratione, vel cauſa. Et ſi contigerit eam decedere, quandocunq; ſine filiis legitimis,& naturalibus uno,una,vel plurib. ſubſtituit eidem dominę Conſtantię eius filię ſic decedenti in dictis legatis ſibi dicto iure ſupra factis vulgariter, & per fideicommiſſum,& omnimodo quibus melius potuit infraſcriptos filios hęredes ipſius teſtatoris, & ſuperuenientes ex eis,&c.

Et demum in dicto teſtamento inſtituit ſibi hęredes uniuerſales Baptiſtam,& Carolũ adultos,& Deo datum, & Vrbanũ impuberes filios ipſius teſtatoris legitimos,& naturales, etiã ventrem ſuę uxoris ſi eſſet pregnans, & filium maſculum pareret: demum moritur dictus Nicolutius ſuperſtite dicta domina Conſtantia , & d. quatuor

quatuor filijs maſculis hæredibus vniuerſalibus
inſtitutis. Demum moritur dictus Deodatus &
Vrbanus ſine filijs ſuperſtitibus dicto Baptiſta,
& Carolo. Demum moritur dictus Carolus ſu
perſtite Antonio & Thoma eius filijs legiti-
mis, & naturalibus, & hæredibus, & ſuperſtite
dicta domina Conſtantia, & dicto Baptiſta. De-
mum dicta domina Conſtantia fecit teſtamentũ
ſuum in quo ſibi inſtituit hęredem dictum Pau
lum eius maritum in omni reſto ſuarum dotiũ
& donamentorum, & poſt mortẽ dicti domini
Pauli voluit ſuccedere in dicta eius hæredita-
te. Ac Baptiſtam germanum ſuum, & Antoniũ
Lucam, Thomam ſuos nepotes, & ad ipſos dicta
eius bona voluit puenire ęquis portionibus, &c.
Et ita dicta domina Cõſtãtia deceſſit ſuperſtiti-
bus dicto Baptiſta eius fratre, & hęrede d. Nico-
lutij. & ſuperſtitibus d. Antonio, Luca, & Tho-
ma, filijs d. Caroli filij, & hęredis dicti Nicolutij
& ſuperſtite dicto domino Paulo eius marito,
nũc dictus Baptiſta petit dotes datas per dictum
Nicolutiũ pro dicta domina Cõſtãtia & ſibi re-
lictas in dicto teſtamẽto vigore teſtamenti dicti
Nicolutij, & ſubſtitutionis fideicommiſſariæ in
dicto teſtamento factę dictę dominę Conſtantiæ
vltra illud quod dictus dominus Paulus lucra-
tus eſt per formã ſtatuti ex iſtis dotibus, & dicit
quòd illud quod dictus dominus Paulus lucra-
tur debet intelligi, quòd computetur & ſi legi-
tima dictę dominæ Conſtantiæ, & quòd in reſi-
duo nõ potuit teſtari in dictis bonis ſibi per di-
ctum Nicolutium relictis, quæritur quid iuris?

IN NOMINE patris, & filij, & ſpiritus ſancti
amẽ. In qõne iſta verſatur ſimpliciter principa-
1 liter. † Videlicet: an pater poſſit ſubſtituere per
fideicommiſſum filię in dote pro ea data, licet nõ
2 fuerit ſibi ſtipulatus, † & in hoc paſſu dico primò
quòd filia potuit in illa dote, & in alijs rebus in-
ſtitui, ſecundum Glo. ff. de minor. l. 3. § ſed vtrũ.
& hoc tenet Specu. in tit. de inſtru. edi. §. ut au-
tem. verſ. ſed ſuper forma, & ſuper hoc paſſu nõ
inſiſtam in longo ſermone: quia per noſtros
maiores iſta q eſt determinata, ſcilicet per Mar.
Silli. qui eam diſputauit: vt refert Cyn. C. de rei
vxor. actio. l. unica. §. accedit. & in effectu in iſta
3 quęſt. ſic diſtinguit, † quòd quanti eſt legitima
4 ꝙ in illa non teneat talis ſubſtitutio † quia om-
ne grauamen reijcitur de legitima debita filię iu
re naturæ. C. de inofficio. teſtamento. l. quo-
niam in prioribus. cum ſimilib. Si verò mulier
ſit inſtituta, habet in dote, & in illis bonis ultra
legitimam, tunc in illo pluri tenet dicta ſubſtitu
tio fideicommiſſaria. Ita not. dicit Cyn. in dicto
§. uideamus, in l. filia. ff. ad Trebellian. & Bartol.
in l. fin. §. filię ff. de legat. ſecundo, & l. Lucius.
§. maritus. ff. ad Trebellia. licet aliqui Moderni
aliter dixerint, cùm ergo in caſu noſtro dictus
teſtator reliquerit dictæ dominæ Conſtantię do-
tem, & decem librarum, & in dictis legatis ei-
dem ſubſtituerit, patet quòd ſpecificè in doto
per fideicommiſſum ſubſtitui, ſic quãti eſt in di-
ctis relictis vltra legitimam tenet in eo pluri di-
cta ſubſtitutio fideicommiſſaria, ſecũdum Mar.
Silli. Cyn. Dyn. & Bar.

Secundum dubium eſt an filij dicti Caroli ve
niant ad dictam ſubſtitutionem fideicommiſſa-
riam, ſcilicet in illo pluri, quod eſt ſupra legiti-
mam, & in hoc ſine dubio dicendum eſt quòd
non: quia ipſi non fuerunt ſubſtituti, & tempo-
re quo cedit lucrum dicti fideicommiſſi, ſcilicet
tempore mortis dictę dominę Conſtantię, Do-
5 minus Carolus nõ viuebat † & ante decedens. d.
ſpem fideicommiſſi prędicti non tranſmittit ad
filios ſuos: ut eſt Gloſſ. in l. vnicã. C. de bis quæ
ante aper. tab. & ibi per Docto. & clarius. ff. ad
Trebell. l. hęredes mei. § cùm ita, & ibi per Bart.
vnde in caſu noſtro eſt magis clarum, quod ex-
preſsè dictus teſtator ſubſtituit ſpecificè filios
ſuos, & ſuperuenientes ex eis. Cũ ergo tempore
mortis dictę dominæ Conſtãntię ſupereſſet ſo-
lum ex filijs dicti Nicolutij teſtatoris d. Bapti-
ſta: ergo ipſe ſolus ad dictum fideicommiſſum
quatenus eſt ſupra legitimam venit, & petere po
teſt, & non filij dicti Caroli. §. cum ita, per Bart.

6 † Tertiũ dubiũ eſt quæ debeat eſſe in dicta le-
gitima, & ueritas eſt, quòd lucrum quod facit di-
ctus dominus Paulus maritus dictę dominę Cõ
ſtãtię vigore ſtatuti cõmunis Senarum, eo quòd
dictus dominus Paulus ſuperuixerit dictę domi-
nę Cõſtantię, debet computari in legitima dictę
dominę Conſtãtię, quę dicitur eptronodomo-
dos dictus dominus Paulus, id eſt, creditor dictę
dominę Conſtantię, in dicto lucro, ſi dimidia di-
ctę dotis: ut not. dicit Bal. C. de cond. ob cau. l. ea
7 lege. † Vnde hic in iſto paſſu eſt dicẽdũ quòd cũ
iſta domina Cõſtantia non fecerit iſtam aliena-
tionem (vt ita dixerim) malitioſè, ſed uirtuoſè,
ſcilicet, contrahendo matrimonium, ex quo ſe-
quitur obligatio ad dictum lucrum, ſcilicet dimi
dię dotis quòd dicta dimidia dotis obligata di-
cto domino Paulo eius marito remanet valida,
& eſt legitima portio debita iure naturę, & etiã
in debita iure trebellianicę cõputatur extra de
teſt. c. Raynaldus. & c. Raynutius. & ff. ad Trebel. l.
Marcellus. § res quę & p Bal. in terminis nſis. C.
fam. erciſ. l. Titiũ quẽ habẽtẽ. in 2. q. circa tertiam
lec. & C. com. de leg. l. 2. §. ſed qa noſtra. Vnde ad
ꝓpoſitũ reducẽdo cõcluſiuè omnia ſupradicta,
debet attẽdi ĩ caſu nſo patrimoniũ dicti Nicolu
tij teſtõris tẽpore eius mortis, & videre quę ſiue
quãta erat debita iure naturę dictę dominę Con
ſtantię quę erat dimidia eius quod ſibi cõtinge-
bat ab inteſtato: quia vt apparet ex teſtõ, erãt ſe-
ptẽ filij, ſcilicet quatuor maſculi & tres fœminę,
& ſic legitima portio debita iure naturæ erat ſe-
mis, ſcilicet dimidia pars eius qđ ſibi cõtingebat
ab inteſtato. C. de inoſ. teſt. auc. nouiſſima, & in
8 corpore vnde ſumit̃ † Et quia in caſu iſto, ſcili-
cet, quia filia erat rogata per fideicõmiſſum ſub
conditione, ſcilicet ſi deceſſerit ſine liberis, de-

trahit etiam aliam quartam, ſcilicet trebellianicam, extra de teſta. c. Raynutius, &c. Rainaldus. C. ap leg. Falcid. l. quanquam, & ibi per Gloſ. & d. l. Papi. §. meminiſſe. ff de inoffi. teſta. per Bart. & io d. l. filinm quem habentem. per Bald. 9 † & ſic iſtæ partes ipſius dominæ Conſtantiæ ſunt liberæ, & de eis poteſt diſponere obligando, teſtando, prout ſibi placet. Reſiduum verò integrum eſt dicti Baptiſtæ, de quo ipſa nihil potuit diſponere, vt in d. §. ſed quia noſtra, cùm multis ſimi. & ſic de illis, ſcilicet debita iure naturæ & trebelliaoicæ deducetor lucrum dotis factæ per dictum dominum Paulum maritum dictæ dominæ Conſtantiæ vigore ſtatuti communis Senarum &c. Alia relicta per dictam dominam Conſtantiam & ſi quid erit reſiduum ad. do. de lucro de relictis de dictis partibus iure naturæ & trebellianicæ, diniditur inter dictos Baptiſta, Thomam, Lucam, & Antonium hæredes dictæ dominę Conſtantiæ.

Illud verò quòd dicta domina Conſtantia habuit pluſquàm dictam legitimam, & trebell. ha10 bet ſolus dictus Baptiſta: † quia per ſubſtitutionem fideicommiſſariā ſuccedirur defuncto teſtatori relinquenti, non autem ei qui grauatur, & cui facta fuit ſubſtitutio fideicommiſſaria. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pupill. ad quod fideicommiſſum non ſunt vocati filij dicti Caroli, nec ad eos fuit tranſmiſſum per dictū Carolū decedeotem antequam dicta domina Conſtaotia per d. l. hęredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell. per Bart. Laus Deo.

Andreas Alſerius de Cortona.

CONSILIVM D. FRANCISCI de Ramponibus, Bononienſis V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Vxor iure legati inſtituta in dote ſua ab eius viro, & relicta domina, maſſaria, & uſufructuaria omnium bonorum eius, donec vitam vidualem, & honeſtam in domo ipſius teſtatoris ſeruauerit, inſtituto eius filio legitimo, & naturali hærede omnium bonorum ſuorum, quid habere debeat.*

CONSILIVM XXXVIII.

BLASIVS de Samijs condidit teſtamentnm, in qoo inter cætera iure legati reliquit dominæ Magdalenæ vxori ſuę dotem ſuam. Prętereà eam reliquit dominam, maſſariam, & uſufructnariam omnium bonorum eius mobilium, & immobilium, vnà cum inſtaſcripta domina Maria, dooec ipſa domioa Magdalena vixerit, & vitam vidualem, & honeſtam in domo dicti teſtatoris ſeruauerit. lo omnibus alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, tam pręſentibus, quàm futuris, Nannem eius filium legitimom, & naturalem ſibi heredē vniuerſalem inſtituit. Tutores eius filij ſui ordinauit ſer Petrum de Samijs, & Nannū de Samiis. Quęritur qđ ius pretendat habere dicta D. Magdalena in bonis prędicti teſtatoris vigore legati.

IN CHRISTI nomine amen. Dicendū 1 eſt, † quòd dicta domina Magdalena debet habere ſolum alimenta, & hoc de conſuetudine ſcripta in curia Bulgari ſic interpretantis verba, de quibus ſupra, fauore filiorum, ex quo fuit filios teſtatoris heres inſtitutus, vt not. per Gloſ. in l. j. C. ſi ſecnn. nuli. nupſe. quę conſuetudo communis obſeruatur, & opinio illius Glo. ut & ibi no. per Cyo. & plenè per Bar. in l. Titia cum teſtamento. §. ſi. ff. de leg. 2.

Et ita conſulo Ego Franciſcus de Ramponiſbus de Booonia, & manu propria ſcripſi. L. D.

CONSILIVM D. CIVFFICTI Cautij de Aſculo legum Doct.

SVMMARIVM.

1 *Hæres infra annum non adiens hæreditatem poſſeſſ decedens, illam ad ſuos hæredes non tranſmittit, nec etiam ius deliberandi.*

2 *Actus qui fieri non poſſunt citra ius & nomen hæredis, aditionem inducunt.*

3 *Mulier prohibita per ſtatutum contrahere ſine certa ſolennitate, illa non ſeruata, hæreditatem ſibi delatam adire non poteſt.*

4 *Adiens hæreditatē cum legatarijs, & creditoribus defuncti quaſi contrahit, & ſe illis obligat.*

5 *Hereditate ex teſtamento non adita, illud efficitur inefficax, niſi adſit clauſula, ſi non valet nec valebit, &c. cum tunc uenientes ab inteſtato uocentur. nu. 6. Nec heres inſtitutus tranſmittit fideicōmiſſum uniuerſale, quaſi repetitum ab iſtis: qui ab inteſtato ueniunt. nu. 7.*

7 *Subſtitutus non admittitur ſi inſtitutus deceſſit nō adita hæreditate.*

CONSILIVM XXXIX.

FRANCESCHINVS quondam Vitalis de Anchona ſuum coodidit teſtamentum in hac forma; In omnibus autem ſuis bonis, &c. vniuerſalem heredem inſtituit, & reliquit dominam Catherinā ſuam vxorem, ſaluo quòd ſi ipſa eius vxor trāſiret ad ſecūda uota in caſu ipſo inſtituit ipſam heredē quādiu ipſa in uiduitate ſteterit, & honorē dicto ſuo viro cum uiduitate ſeruauerit & noo vltra. Et poſt tranſitū dictę dominę Catherinę ad ſecunda uota ſubſtituit ſibi generalē & uniuerſalem heredem opus, & fabricam Sanctę Marię maioris de Anchona ordinis minorum, uolens dictus teſtator, quatenus dicta D. Catherina eius heres cum fratribus ſeu operario

aut

aut ſyndico dictæ eccleſiæ, aut alia quauis perſo-
na pro ipſa eccleſia nullam compoſitionem, cō-
cordiam, pactum, contractum vel cōuentionem
faciat, propter quod in caſu ipſo prędicto tranſi
tus dictę D. Catherinę ad ſecunda vota, omnia &
ſingula bona hęreditatis dicti teſtatoris ad dictū
opus, & ſabticam non perueniat, vel nō valeant
peruenire, & ſi ſecerit dictus teſtator talē cōpoſi
tionē, vel cōcordiā, nō ualere nec tenere, ſed tuc
in caſu ipſo, dicta domina deſinat eſſe hęres dicti
teſtatoris, & in ipſo caſu ſubſtituit ſibi generalē
& uniuerſalē hæredem opus, & fabricam ſupra-
dictam. Et eandem dominam Catherinam fecit
fideicommiſſariam ad ſolnendum relicta dicti
teſtamenti. Caſſans &c. Defuncto dicto teſtato-
re, remanſit dicta domina Catherina in poſſeſ-
ſione dictæ hęreditatis, nulla tameu aditione
hęreditatis aliter facta, vel cum beneficio inuen-
tarij, niſi, quòd pro hęrede ſe gerebat, & poſſide
bat, & teſtamentum ſui viri, vt hęres, recollegit,
& ſoluit legata, & recepit de bonis hæreditatis
prædictæ, & reſutauit, ut hęres, & fideicommiſſa
ria. Poſtque dicta domina Catherina volens ire
Romam, condidit teſtamentum in quo hæredes
uniuerſales ſibi inſtituit dominā Angelam eius
ſororē, deinde dicta domina Catherina fuit in-
terempta. Modo quidam conſanguinei dicti te-
ſtatoris proximiores ab inteſtato dicunt hęredi-
tatem pertinere ad eos, conſideratis verbis dicti
teſtatoris, ſcilicet expreſſis, & dicunt dictū Fran
ceſchinum deceſſiſſe ab inteſtato, & dicūt dictā
dominam Catherinam non adiuiſſe hæredita-
tem dicti teſtatoris, & ſic aditione non facta, re-
manet uenientibus ab inteſtato dicti Franceſchi
ni. Non obſtant actus facti per dictam dominam
Catherinam inductiui aditionis hęreditatis ob-
ſtante forma ſtatuti Communis Anchonę diſpo
nentis, quòd mulier nullum contractum, dona-
tionem, vel quietationem, vel aliam quamcūq;
obligationem, teſtamentum, ſeu ultimam volun
tatem facere, uel inire non poſſit, niſi cum præ-
ſentia, & conſenſu conſanguineorum, &c. & ali-
ter factus contractus, donatio, obligatio, quieta-
tio, teſtamentum, ſeu alia ultima uoluntas, non
valeat, nec teneat de iure, nec pro ipſa, nec con-
tra, ſi in ipſo actu mulier appareret modo aliquo
obligata, & vt largè loquitur ſtatutum, adeò ꝙ
nec iurām confirmat, &c. & dicit ꝙ pręſumatur vi
& metu extortū, &c. Quęritur modo quid iuris.

IN CHRISTI nomine Amen. Super quęſi
tis in dicto themate breuiter reſpondeo, pręmit
tens, quòd non uidetur alia ratio dubitandi, alio
non dato; q̄ quod ſupra narratur, præſuppoſito
tamen quòd eadem domina temporæ ſuæ uitæ
habuit perſonas coniunctas, quarum pręſentia,
& conſenſus nominatur in dicto ſtatuto deceſſe
1 rit hęreditate dicti ſui uiri non adita, & conſe-
quenter dictam hęreditatem ad ſuos hæredes nō
tranſmiſerit, nec etiam ius deliberandi, ſi annua
tráſierit ex quo Franciſchinus deceſſit, & ſe eius
hęredem cognouit per l. cum antiquioribus. C.
de iure deliberan. Nam licet actus facti per ip-
ſam dominam pręſuppoſiti, ut ſupra alle. de iu-
re communi aditionē induxiſſent, & conſequen
ter hęreditatis tranſmiſſionem ad dictos hære-
2 des ipſius dominę, † quia fieri per eam non po-
tuiſſent circa ius & nomen hęredis, & ſic aditio
nē induxiſſent, per l. pro hęrede §. Papinianus.
& l. gerit. ff de acqui. hęredit. & quod ibi notant
Doc. tamen propter dictum ſtatutum eiuſdem
ſtatuti ſolennitate non ſeruata, dicta domina
3 † non potuit aditionem, & actus ad aditionem
4 inductiuos efficaciter exercere: quoniā † per ip-
ſam aditionē, & dictos actus, dicta domina quaſi
contrahere dicitur cum legatariis, & creditorib.
defuncti, & ſe illis obligare in damnum ipſius
mulieris, ſuper quo rectè prouidere intendit di-
ctum ſtatutum. l. apud Iulianum, & l. ex malefi-
ciis. § hęres ff. de actioni & obligationib. dictum
enim ſtatutum rectè diſponit de quacūque obli
gatione intelligatur à muliere inheunda, & con
tractu per eam fiendo, quod comprehendit om
nem obligationem: ut l. omnem. ff. de iudi. & ſic
in noſtris terminis determinat Bar. in l. more no
ſtrę ciuitatis. ff. de acquiren. hęredita. & ſic dicta
domina nō adiuit hæreditatem dicti ſui uiri, nec
ipſam per conſequens ad hæredes ſuos tranſmi
5 ſit ex dicto teſtamento, & per conſequens † ip-
ſum teſtamentum fuit inefficax. l. eam quam. C.
de fideicom & l quia autem. ff. ſi quis omi. cau. te
ſta. Concluditur ergo dictam hęreditatem perue
nire aduenientes ab inteſtato dicti Franciſchini:
quoniam ipſe Franciſchinus in fine deductus
in ſua diſpoſitione ad cauſam inteſtati, & ipſi ab
inteſtato venientes dictam hęreditatem eis dela
tam adiuerunt, & maximè ſi in teſtamento foret
adiecta clauſula, ſi non ualet, uel ualebit, &c. con
6 ſueta apponi in teſtamentis per quam † in dicto
caſu propoſito uidentur ipſi ab inteſtato veniē-
tes uocati, &c. l. ex teſtamento. & ibi Glo. C. de fi-
deicom. & quod notatur in auct. ex cauſa. C. de
7 liber. pręteri. Non tamen † hoc caſu dicta domi
na tranſmiſiſſet fideicommiſſum uniuerſale hæ
reditatis ad ſuos hęredes, quaſi repetitum ab il-
lis qui ab inteſtato ueniunt. per ea quę Bar. not.
in hoc puncto in l j. ff. de iure codicill. quod eſt
8 etiam no. dignum. Nec uidetur mihi † dictam fa
bricā uocari ad dictam hęreditatem ex ſubſtitu-
tione de ſe facta: quia in caſu prępoſito ſubſtitu-
tio non habet locum in caſu prorſus diſſimili &
extraneo aliam rationem habenti, & in nullo
ęquipollenti, propter quod non obſtat l. 3. C. de
inſtit. & ſubſt ſub con fact & quod Barto. ſcribit
in l Gallus & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu.
Et ſic concluditur in fauorem prędictorum ab
inteſtato venientium dicto Franciſchino.

Et ut ſupra concluſum eſt dico, & conſulo.
Ego Ciuſſutus Cauutius de Aſculo minimus
legum doctor, ſaluo iudicio ueriori ideò me ſub
ſcripſi, & ſolita corniola ſigillaui. Laus Deo.

CONSILIVM D. HONOFRII de Peruſio Legum Doctoris.

S V M M A R I V M.

1 *Omnia dicens, nihil excludit.*
2 *Tranſactio generalis, generalem parit exceptionem.*
3 *Tranſactio virtute extenſiua eſt.*
4 *Cogitatio generalis, quando dicatur.*
5 *Verborum generalium etiam eſt certa natura.*
6 *Semper idem videtur eſſe in mente, quod in verbo.*
7 *Tranſactio reſtringitur ad cogitata.*
8 *Sibi imputet, qui non conſiderauit ſub verbis generalibus omnia comprehendi.*
9 *Generis eſt ampliare.*
10 *Dolus in generali tranſactione non comprehenditur.*
11 *Dolus non præſumitur.*
12 *Ignorantia quęlibet à dolo excuſat.*
13 *Alieni facti iuſta eſt ignorantia.*
14 *Tranſactio de re teſtamentaria non valet, quia inſpecta & cognita ſint verba teſtamenti.*
15 *Codicillorum notitia non infertur, ex notitia teſtamẽti. & nu. 30.*
16 *Tranſactio contractus eſt inter uiuos alterius naturæ, quàm ultima uoluntas.*
17 *Teſtamentum propter odium occultatum putatur.*
18 *Vltima voluntas fauorem publicum meretur.*
19 *Publicè intereſt teſtamenta executioni mandari.*
20 *Obligatio naturalis, nec ciuilis oritur ex contractu cuius cauſa, uel naturæ lex reſiſtit.*
21 *Verba, non poteſt, uim contractui adimunt.*
22 *Homines decipi, non paciſci leges uetant.*
23 *Fauori publico renuntiari non poteſt.*
24 *Legi diſponenti formam dando non renuntiatur.*
25 *Actio omnis, & obligatio ſpacio xxx. annorum tollitur.*
26 *Hæres cenſetur ſcire quæ in teſtamento ſcripta ſunt.*
27 *Scientia alicuius curſum præſcriptionis impedit.*
28 *Scientia malam fidem redarguit.*
29 *Hæres ut tuto quis eſſe poſcit, certior eſſe debet de uiribus teſtamenti.*
31 *Agere quis prohibetur duabus de cauſis, vel propter impedimentum iuris, vel propter impedimentum facti.*
32 *Iure impediente præſcriptio non incipit currere.*
33 *Reſtitutio quando contra præſcriptionem detur.*
34 *Præſcriptio facto impedimentum currit, nec aduerſus eam reſtituit.*
35 *Præſcriptio caſu fortuito impedita currit, ſed reſtitutioni locus eſt.*
36 *Præſcriptio impedita facto eius contra quem quæſcribitur, non currit.*
37 *Theorica impediendæ præſcriptionis.*
38 *Præ,criptio continua differt à præſcriptione utilium dierum.*
39 *Ignorãs ſiue impeditus impedimẽto facti reſtituitur.*
40 *Ignoranti tempus non currit, niſi quatenus in ſui commodum tendit.*
41 *Clauſula generalis reſtõnis ignorãtes etiam reſpicit.*

CONSILIVM XL.

QVIDAM Puccinus quondã Fortuni de Piſis, in anno Dominicæ natiuitatis Mccclvj. die 19. Iulij. ſuum ſine ſcriptis condidit teſtamentum, & poſt ipſum teſtamentum die 30. dicti menſis condidit codicillos, in quibus codicillis tale fecit legatum, videlicet; Item dixit, aſſeruit, & recognouit Puccinus præfactus, quòd ipſe tenetur dare Ioanni q. Petri nepoti ſuo florenos trecentos de auro, quos uoluit, & iuſſit, quòd eius hęredes eidem Ioanni dare, & tradere teneantur, & ad ipſos reſtituẽdum obligati ſint, deceſſit dictus Puccinus anno prædicto ſuperuiuente dicto Ioanne Petri eius nepote, qui dictus Ioannes Petri nepos deceſſit in anno Domini Mccclvij. non ſibi ſatisfacto de dicto legato florenorum trecentorum relicto Baldo eius filio, & hærede, in ſeptimo ſuæ ætatis anno, tempore mortis dicti ſui patris exiſtente. Poſteà in anno Dominicæ natiuitatis Mccclxxvj. Die 8. Iulij prædictus Baldus hæres dicti Ioannis hæreditario nomine dicti eius patris ex parte vna, & Puccinus de Piſis nepos ex filio ſupradicti Puccini Fortuni teſtatoris, & hæredis dicti Puccini Fortuni dicto hæreditario nomine ex parte altera deuenerunt ad tranſactionem, concordiam, & pactum de certis litibus, quæſtionibus, & differentiis uertentibus, inter ſe nulla habita mentione in dicta tranſactione de dicto legato florenorum trecentorum, liberauerunt & abſoluerunt ſeſe inuicem uiciſſim, uidelicet, una pars alteram, & èconuerſo, ab omni eo quod una pars alteri, & èconuerſo petere, & exigere, aut conſequi poſſet, vſque in præſentem diem occaſione mutui, depoſiti, & pro penſione ſeu penſionibus, vel alia quacunque ratione, vel cauſa, cum ſcriptura, uel ſine ſcriptura publica, vel priuata, & generaliter alia quacunque ratione, vel cauſa, quę dici, vel cogitari poſſet, & occaſione cuiuſcunque legati facti alteri prædictorum, & quibuſcunque perſonis quocunque hæreditario nomine, & fecerunt ſibi ad inuicem pactum de ulterius non petendo aliquid, quacunque ratione, vel cauſa: & hoc fecerunt dictæ partes, quia dixerunt ſibi uidelicet, una pars alteri, & èconuerſo, forè integrè ſolutum, & ſatisfactum de omni eo quod ſimul facere habuerunt vſque in præſentem diem. Modo quæritur utrum dictus Baldus hæres dict ſui patris poſſit dictum legatum trecentorum florenorum petere ab hęredibus in bonis ſupraſcripti Puccini Fortuni ſtante ſupraſcripta liberatione facta ſub forma, & tenore præſcriptorum uerborum. Secundò utrum legatum præfactum trecentum florenorum ſit præſcriptum, adeò quòd nullo iure peti poſſit, aut ſub aliqua forma exigi. Placeat conſulere quid iuris.

CHRISTI Nomine inuocato. Super præ-

ſenti puncto duo breuiter ſunt diſcurienda, primum eſt, utrum prędicta tranſactio facta, ſeu diuiſio, & refuratio præiudicet dicto Baldo legatario ex perſona patris ſui, & ſuper hoc uidetur di-
1 cendum, quòd ſic. Nam † ut proponitur generaliter deuenerunt ad tranſactionem reſpectu cuiuslibet obligationis, ſiue ex cõtractu inter viuos ſiue ex ultima voluntate deſcẽdat, dicit enim occaſione cuiuſcunque legati facti alteri prædictorum à quibuſcũq; perſonis, ſed illud quod uult petere eſt legatũ, ergo, &c. quod ita ſit caſus eſt. C. de tranſac. l. ſub prætextu. & l. 2. vbi dicitur, ꝙ
2 † generalis trãſactio parit generalẽ exceptionẽ in eo quod tunc poterat ſub trãſactione includi, ſed tale legatũ cũ eſſe purũ, tũc poterat includi, igitur operatur trãſactio, & ad illud uires ſuas extendit, quinimmò etiam ſi nõ cogitauit de tali le-
3 gato, † tamen virtute tranſactio eſt extenſiua
4 ad illud: † quia licet non fuerit cogitatum ſpeci-
5 ficè, tamẽ fuit generaliter cogitatum, † quod apparet per certam naturam verborum generaliũ.
6 arg. ff. de re mili. l. qui iure. † ſemper idem videtur eſſe in mente, quod in uerbo. ff. de ſupellecti. lega. l. Labeo. §. idem Tubero.

Per hæc reſpondetur ad argumẽta quę in cõ-
7 trarium poſſent formari, videlicet: † quòd tranſactio reſtringi poteſt ad cogitata. ff. de tranſ. l. cum Aquiliana. ff. de condi. indeb. l. fin §. item quęſitum. licet enim cogitatum non eſſet, tamen
8 debuit, † vnde ſibi imputet, qui nõ conſiderauit ſub verbis generalibus omnia comprehendi. ff. de verbo. oblig. l. quidquid aſtringendæ. ff. de pact. l. emptio. §. Lucius. niſi ſit tale quid, quod per præcedentia reſtringatur: vt d. § Lucius. hoc
9 etiam maximè oſtenditur: quia † quando procedunt ſpecies inter ſe & genus; nam generis eſt ampliare. ff. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. fin. ſolet no. ff. ſi quis cautio. l. ſed & ſi quis. § quæſitum,
10 cũ ſimili. † eo excepto ſi dolus aduerſarij ..... ff. de pact. l. tres fratres, quo caſu generalis tran-
11 ſactio reſtringitur, † qui dolus hic nõ allegatur, nec præſupponitur. ff. de abige. l. j. in fin. & ſic
12 quælibet ignorantia excuſat à dolo, † maximè in
13 facto defuncti, † prout hic fuit trãſigens, ut l. qui in alterius. ff. de reg. iur.

Quid dicendum? certè in præſenti quæſtione
14 puto contrarium eſſe verum per regulam † quia de ijs controuerſijs quæ in teſtamento proficiſcantur neque tranſigi, neque experiri veritas aliter poteſt, quam inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti, ita eſt caſus. ff. de tranſactio. l. de iis. ita dicitur in Gloſſ. quod eſt etiam in relicto in codicillis, tranſactio non amplectitur legatum non cognitum, nec viſis codicillis. Pro
15 tranſact. plus dico, quòd † ex notitia teſtamenti, nõ infertur notitia codicillorum. ff. de tranſact. l. non eſt ferendus. Nec obſtant in contrarium allegata, quia loquũtur in contractibus inter vi-
16 uos: † ſecus in vltima voluntate: ratio eſt duplex.
17 Primò † pp odiũ occultantiũ teſtamẽta: ut dicit
18 Glo. in d. l. de ijs. Secundò † fauor publicus,
19 † qui eſt vt vltimæ voluntates defunctorũ executioni mandentur vt l. vel negare, quemadmo. te-
20 ſtamen. aperiant. eo. tit. l. j. adeò quòd † nec naturalis, nec ciuilis obligatio oritur, rùm lex reſtrin-
21 gat contractum, dicens † quòd tranſactio nõ poteſt, ergo nil valet. ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem. in prin. ff. de fideiuſſo. l. cum lex. ex quibus apparet, quòd prædictæ legi nõ potuiſſet renun-
22 tiari: † quia non tam paciſcitur, quàm decipitur. l. qui cum tutoribus. eo. titu. §. 2. Idem etiam tenet Iacob. Butriga. nam dicta lex non eſt facta in fauorem legatarij tantum, ſed in odium occul-
23 tantium teſtamenta, ut dictum eſt. † Item fauore publicæ vtilitatis: ergo non valuit renuntiari l. tam & ſi. ff. ad Macedonian. l. ius publicum. de
24 pact. † Item: quia lex diſponit formam dando: ergo, &c. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Item iſta lex cum prohibitiua: ergo, &c. vt l. j. & 2. ne fide. do. Cũ ergo talis tranſigens, nec viderit codicillos, nec ſciuerit legatum ſibi relictum, euidenter apparet, quòd talis tranſactio ſibi nõ obfuit, & prædicta in ijs quæ dependent ex diſpoſitione pura. In ijs quæ de * . in l. qui Romę §. duo fratres. ff. de ver. oblig. ff. de leg. 3. l. Paulo Callimacho. § Pomponius. l. j. C. de pactis, quia nõ noſtra materia, & concludo in pręſenti puncto prędictam tranſactionem petitum legatum non excludere, ne ſub inuolucro verborũ decipiatur.

Secundò principaliter eſt videndum, an non obſtante pręſcriptione poſſit agi? & videtur, ꝙ
25 nõ cum effectu † cùm ſaltem ſpacio triginta annorum regulariter omnis tollatur actio, & obligatio. l. ſicut. & l. cùm notiſſimi. de pręſcrip. 30. ann. ſiue pro legato intẽtetur hypothecaria, ſiue rei vendicatio, ſiue pſonalis cui meta eſt 30. an. C. de conſti. pecu. l. 2. § hac. & l. j. C. de ann. exc.
26 In cõtrariũ facit: quia † hęres cẽſetur ſcire quę in teſtõ ſcripta ſunt, ut l. eius qui in prouincia. ſi
27 cert. pet. † ſciẽtia ergo eius facit qđ nullo vnquã
28 tẽpore pręſcribat, † propter malam fidẽ. ut in c. poſſeſſor. de re. iur. li. 6. licet Bart. in pſonalibus ut non requiratur poſſeſſio, aliter intelligat d. c. vt. ipſe no. ff. de uſucap. l. ſicut §. ſi uiam. Sed certè ad pręſcriptionem hanc non facit ad propoſitum: quia tractatur de legato relicto in codicillis, unde licet hęres extranei neceſſario ha-
29 beant ſcire quę in teſtamento ſunt: † quia aliter nõ poſſunt hęredes eſſe, niſi ſint certi de uiribus teſtamẽti. l. ſed ſi de ſua. de acq. hęre. ideò pręſupponitur ſcire quę cõtinẽtur in teſtamento, eo ꝙ pręſupponitur hęres. facit l. quidam ita. §. matri.
30 ad Trebel. † tamen ad notitiam teſtamenti non ſequitur notitia codicillorum: ut l. non eſt ferendus. de tranſ. allegata. Item quia ſummus in terris Imperij, vt in ciuitate Piſana & ſimilibus, & ſic prędicta non uidentur obſtare.

Quid dicendum? uidetur mihi dicendũ, quòd prędicta pręſcriptione non obſtante poſſit peti dictum legatum, & ad huiuſmodi notitiam, pręmitten-

31 mittendum eſt, quòd † quandoque quis impedi-
tur agere propter impedimentum iuris, interdū
propter impedimentum facti. primo caſu refert,
32 † aut impedimētum fuit ab initio præſcriptionis
& non incipit currere, ut l. j. in fi. C. de anna. ex-
33 ceptio. † aut poſt inchoatam præſcriptionem, &
currit, ſed datur reſtitutio, ff. ex quib. maior. ſed
& ſi per prætorem. §. ſi feriæ, aut eſt impedimen-
34 tum facti, † & tunc aut accidit propter factū ter
tij, & currit, nec datur reſtitutio, niſi iſte tertius
eſſet non ſoluendo. ff. de eo per quem fac. erit l.
35 fin. §. præ poſt prin. † Aut impedimentum acci-
dit propter caſum fortuitum, & tunc currit, ſed
datur reſtitutio. ff. de ſeruitur. ruſti. prædio. l. &
36 Atilicinus, aliàs Cæſarem. † Aut impedimentū
accidit propter factum illius contra quem debet
præſcribi, & tunc nō currit: ut in auct. de appel.
§. vlti. C. de præſcrip 30. anno. l. malè agitur. iſta
eſt theorica Pet. in l. quæritur. de preci. imper of-
37 fer. licet in aliquo † mēbro poſſet ſuppleri: quia
quādo impedimentum emergens reſpicit ſolam
inſtantiam litis, aut eſt inductum ſingulari bene
ficio rei, aut de inre communi, primo caſu ipſo
iure non currit præſcriptio. ff. de indi. l. 2. §. in
omnibus. Secūdo caſu, aut lex vltra procedit ſta
tuendo, quòd interim non currat præſcriptio, &
tunc non currit. C. de inre deliberan. l. fin. §. do
nec. aut non procedit, & non currit, ſed reſtitui
tur ff. de offi. præſid. l. Senatuſconſulto. & d. §. ſi
feriæ. Item in eo quod dicit Pet. circa impedimē
38 tum facti † eſt verum in pręſcriptione continua,
ſecus in pręſcriptione vtilium dierum: vt not.
de tempo. in integr. reſtitu. l. ſuper uacuam. in
Gloſ. nota,

His pręmiſſis redeūdo ad propoſitum dico,
quòd talis tranſigens ignorans legatum codicil-
lorum, quòd legitimè potuit, ut pręallega. iuri-
39 bus primę partis, & facit. ff. de leg. 2. l. fi. §. j. † p-
pter iuſtam ignorantiam. & ff de l. fi. merito
talis igoorans tanquàm impeditus impedimen-
to facti, reſtitutionem implorare poteſt, & pręſ-
ſcriptionem reſcindere, vt in pręalleg. iuribus,
hoc etiam plenè tenet Bar. ff. de ite. actuq; priua.
l. j. §. ſi quis autem propter inundationem. text.
illius §. & ita intelligitur cum hac limitatione.
C. de pręſcrip. lōgi temp. l. fin. Quid plus quòd
ſi facto aduerſari hoc cōtingiſſet ipſo iure tutus
40 eſſet. ut ſupra pręmiſſum eſt, † ignorāti enim nō
currit tempus, niſi quatenus in ſui commodum
41 tendit. l. genero. ff. de ijs qui not. infa. † & ſi cur-
rit iuſtū eſt ex clauſula generali reſtitui, ait enim
pręτor, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur, re-
ſtituam.

Honofrius de Peruſio legum Doctor.

CONSILIVM D. DIONYSII de Bariſgianis Petnſini V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio legalis per adoptionem, & arrogationem inducitur.*
2 *Adoptio ab arrogatione ſpecie, & effectibus differt.*
3 *Poſitus in patria poteſtate arrogari non poteſt.*
4 *Adoptari poteſt.*
5 *Arrogatus acquirit quaſi omne ius quod filius naturalis atque legitimus habet.*
6 *Differentia arrogati, & adoptiui.*
7 *Adoptio naturam imitatur.*
8 *Mera liberalitas quæ dicatur.*
9 *Neceſſitas cauſatiua, & neceſſitans differunt.*
10 *Verba, velle tractare tanquā ſuum verum filium, & legitimum, quam ſignificationem habeant.*
11 *Verbum falcidia, pro legitima habetur.*
12 *Relictum pro legitima, intelligitur iure inſtitutionis.*
13 *Baldus doctor illuſtris. & nu. 26. & 43.*
14 *Stipulatio de donando non turpis neque contra bonos mores eſt, ſed tenet.*
15 *Verba, quæ tuc habebat, referūtur ad bona pſentia.*
16 *Donatio cum reſeruatione uſusfructus bonorum toto tempore vitæ ſuæ valet.*
17 *Donatio totorum bonorum præſentium non adimit teſtamemti factionem.*
18 *Sibi licere vti frui toto vitæ tēpore, dicitur ſibi uſum fructum retinere.*
19 *Obligatio actiuè, & paſſiuè tranſit ad hæredes pro hę reditarijs portionibus.*
20 *Pactum vt reale eſt ad hæredem, & in hæredem trāſitorium.*
21 *Confeſſio omnem ſpeciem probationis ſuperat.*
22 *Confeſſio eſt probatio in qua nec ſubornatio, nec teſtium falſificatio timetur.*
23 *Fama in probando quam uim habeat.*
24 *Famæ diffinitio.*
25 *Fama à rumore differt.*
26 *Rumoris diffinitio.*
27 *Promiſſio de donando vtrum ſit inter viuos, an poſt mortem collata, ex verbis aperitur.*
28 *Donatio, & promiſſio de donando differunt.*
29 *Contractus aliqui ſunt ſtipulatione veſtiti, aliqui certi, ſed innominati.*
30 *Pœnitentiæ in contractibus innominatis quando locus eſt.*
31 *Innominatorum contractuum natura, & uis.*
32 *Implicatio contradictionis maximè abſurda.*
33 *Veſtitę voluntatis, & actus inter viuos differentia.*
34 *Iteratio actuum magis operatur, quàm vnius tantum actus.*
35 *Duæ confeſſiones plus vna operantur ad obligandum.*
36 *Quicque ſibi volenti ſcripto præiudicare poteſt.*
37 *Præſumptio loco probationis ſuccedit.*
38 *Notarius non præſumitur ſcribere niſi id quod à partibus iniungitur.*

Literis

39 *Litteris cuiuſque creditur de ijs, quæ facere debet uel poteſt ratione officij.*
40 *Veriſimile multum appropinquatur vero.*
41 *Extraneum à ueriſimili non præſumitur.*
42 *Pacta extranea non præſumuntur.*
43 *Iuramentum in defectum probationis non defertur ſuper extraneis.*
44 *Veriſimilitudo dictum teſtis confirmat.*
45 *Naturalis ratio, et æquitas conformat, & fouet actũ naturali rationi conformem.*
46 *Veritas ex auctoritate, & perſona ſcribentis deprehenditur.*
47 *Sententia quæ in rem iudicatam tranſiuit de indebito facit debitum.*
48 *Agnitio bonæfidei quanti ſit momenti.*
49 *Iuris ueteris, & noui, quæ conſideratio eſſe debeat.*
50 *Intereſſe quando ſuccedat in locum pœnæ.*
51 *Obligatio ad intereſſe ſuccedit in obligationibus facti.*
52 *Intereſſe non attenditur, vbi pœna ſtipulatur.*
53 *Actor forum rei ſequitur.*
54 *Diœceſanus uel rector ad piũ uſum, uel ad piam cauſam iudex idoneus eſſe poteſt.*
55 *Vſurarij manifeſti teſtamentum non tenet.*
56 *Clauſula codicillaris teſtamentum vſurarij non conſeruat.*
57 *Cautio de non exercendis uſuris, an teſtamenti factionem tribuat.*
58 *Vſurarij manifeſti definitio.*
59 *Probatio quomodo clara ſit, & indubitata, quòd quis ſit manifeſtus vſurarius.*
60 *Vſurarius facilioribus probationibus conuinci debet.*
61 *Vſurarij manifeſti non poſſunt etiam pro anima relinquere niſi præſtita cautione.*
62 *Vſurarum cognitionem iudex eccleſiaſticus habet.*

CONSILIVM XLII.

1 IN CHRISTI noie. Amen. † Cognatio
legalis inducitur per adoptionem, & arro-
2 gationem, † & ſunt diuerſæ ſpeciei, & di-
uerſos producunt effectus, & de arrogatio-
3 ne non quæritur: † quia poſitus in poteſtate, &
4 non ſui iuris arrogari non poteſt. † ſed adopta-
ri, vnde arrogatur paterfamilias, & tranſit in po
5 teſtatem patris. † & acquirit quaſi omnes ius
quod habet filius naturalis atque legitimus.
6 † Adoptatur filiusfamilias, & remanet in po-
teſtate patris naturalis, & ab inteſtato tantum
ſuccedit legitimo, niſi adoptio fieret ab auo:
nam quia tunc iura ſanguinis, & ciuilia ſimul
concurrunt, tranſit in poteſtatem adoptantis:
vt probatur in l. cùm in adoptionis. C. de adop.
7 Iſta autem † adoptio eſt quædam ciuilis legaliter
facta, licet non naturaliter, ferè naturam immi-
tans. ff. de adop. l. adoptio. inſt. eo. §. licet, & corã
magiſtratu competente. ff eodem titu. l. 2. & ad-
fuit præſentia adoptantis, & adoptati, & eius pa
tris naturalis, ſicut habetur in l. fina. C. eodem
ti. Et ubi extraneus adoptat aliquem, non tene-
8 tur aliquid relinquere adoptiuo, † & ſi relinquit
illa eſt mera liberalitas. d. l. cùm in adoptiuis. §.
9 ſed ne articulum, † non autem teſtando cogitur
etiam neceſſitate cauſatiua relinquere, nec legi-
timam debet habere. Ex ijs dilucido innoteſcit
teſtamentum dicti Colæ valere, & hæredes inſti-
tutos iuxta formam teſtamenti pacificè poſſe te
nere, & quod obtulit dictus Cola dum adopta-
10 uit, † velle tractare Petrum filium D. Vgolini
tanquàm eius verum filium legitimum, & na-
turalem hoc fecit, quia ſibi iure inſtitutionis re-
liquit, quod eſt proprium erga filios per patres,
pro parte, & falcidia, quod idem eſt dicere, quàm
pro legitima. immò ſi illa verba non adiecisſet iu
re inſtitutionis, hoc ſufficeret, quia verbum falci
11 diæ accipitur, pro legitima, & legitima non põt
12 relinqui, niſi iure inſtitutionis, † & ideò ſi pr̃ di-
cit relinquo pro legitima, intelligitur iure inſti-
tutionis vt uoluit Bar. in auct. unde ſi parens. &
13 ibi † Doctor illuſtris Dominus Bal. & hic fuit
utrunque: ideò nõ poteſt dici talem Colam non
feciſſe, & non obſeruaſſe, quod promiſit dum
adoptauit: Item & dixit in teſtamento pro par-
te. prout no. Barto. in l. filium. §. fina. ff. de legat.
præſtan.

Ad prædicta facit quod idem notat. ff. de ver.
oblig. l. quidam cum filium, quando quis adopta
tur in filium, & adoptatus, tanquàm demeritus,
& ingratus eſt exhæredatus, an ſtipulatio com-
mittatur, & an habeat querelã inofficioſi, quod
hic non eſt diſcutiendum, cùm ſibi iure inſtitu-
tionis, ut dixi, reliquerit, & eum ut filium tracta
uit ſic faciendo. Sed conſiderando promiſſionẽ
facti per dictum Colam qui ſimpliciter promiſit
D. Vgolino patri legitimo, & naturali Petri ſui
filij, nomine & uice dicti Petri, dare omnia ſua
bona, quæ tũc habebat titulo donationis irreuo-
cabilis, dum tamen eis poſſet gaudere, uti & frui
toto tempore vitæ ſuæ. ſi & in quantũ dictus D.
Vgolinus ſibi daret dictum Petrũ in filium ado-
ptiuum, & ex parte dicti D. Vgolini fuit imple-
tum: quia dedit, ut ex inſtrumento adoptionis ſe
rius continetur. igitur ſtipulatio committitur,
14 non enim eſt turpis, † nec cõtra bonos mores di
cta ſtipulatio de donando, & titulo donationis
irreuocabilis dare omnia bona, tũ quia de præ-
15 ſentibus tantum locutus fuit. † propter illa ver-
ba, quòd dum dicit, quæ tunc habebat, & ſic ad
præſentia ſe retulit. ff. de condi. & demonſtr. l. 4.
Quin etiam, & ſi non dixiſſet futura nõ include-
rentur: ut no. Glo. C. quæ res pign. obliga. poſſ. l.
16 fi. † & quia ſibi reſeruauit vſumfructum bono-
rum toto tempore vitæ ſuæ, igitur promiſſio do-
natoris valida: ut plenè no. C. de pac. l. fin. & ibi
17 per Gloſſ. † nam poterit habere hæredem in ac-
quirendis, quæ non ueniunt in donationem. ff.
manda. l. ſi tibi mandauero. §. is cuius bona, ſed
non ſolum in propoſito acquirẽda non venirẽt,
ſed nec uſusfructus, cùm ſibi dictus Cola reſerua
18 uerit † dum dixit uti, & frui toto tempore vitæ
ſuæ

ſuæ, cũ nihil eſt aliud quàm uſusfructus, de quo
etiam potuit diſponere. addit ergo, quòd obliga
tus fuit dictus Cola, obligati ſunt eius hæredes:.
19 †qa obligatio actiuè, & paſſiuè trãſit ad hęredes
ꝓportionib. hæreditariis. C. de hære. actio. l. pro
20 hęreditariis, †& pactũ, ut reale eſt ad hæredẽ, &
in hæredem tranſitorium. ff. de probatio. l. ſi pa-
ctũ, & licet de hoc fieri non poſſit ꝓbatio per te-
21 ſtes qui interfuerũt actui: quia mortui ſunt, †tñ
ſi probatur confeſſio dicti Colę omnẽ ſpeciem
probationis confeſſio ſuperat. ff. de iureiur. l. ſed
& ſi poſſeſſuri. § ſi cum de hęreditate, & qđ ibi p
Gl. quod no. C. de fideicom. l. ſi omnem quidem
22 † probationis certitudinem ſuperat confeſſio
aduerſarij ubi non timetur ſubornatio, nec con
23 fictum teſtimonium. † Adeſt & fama, quæ licet
de per ſe non inducat probationem, tamen ad-
iuuat: ut plenè no. in l. de minore. §. plurimum.
24 ff. de quęſtioni. ubi per Bar. † Et fama quidem
eſt dictum gentium, ſiue dictum vulgare à uoce
25 populi tractum, † & diſtat à rumore: quia fama
26 propriè dicitur vox perſeuerans, †rumor autem
dicitur inſtentaneus clamor. ff. de hęr inſt. l. fi. de
accuſ. qualiter. ita no. Doctor illuſtris Dom. Bal-
dus in rub. de proba. habent ergo obſeruare hæ
redes teſtamentarii, quod per eorum defunctum
fuit promiſſum. Cùm ex aduerſo, quod extitit
ei fuerit obſeruatum, quia hincinde fuit promiſ-
27 ſio legitima & honeſta, †& à iure permiſſa in vi
ta dictorum paciſcentium non poſt mortẽ colla
ta; vnde non fuit donatio cauſa mortis, ſiue pro
miſſio donatoris cauſa mortis, quę ſtipulatione,
vel pacto conficitur. ff. de lega. 2. l cum pater. §.
Męuio, nec promiſſio poſt mortem, quæ habeat
afficere hæredem. G. ut act. ab hęrede, & contra
hære. procedant. l. unica. nec contra bonos mo-
res fuit dicta promiſſiu de donãdo, ſicut ut dixi,
28 †ſi donàtio eſſet non promiſſio de donando in-
firma non eſſet, nec eſt locus reuocationi, vel
pœnitentiæ tacitè, vel expreſsè. Nã etiã ſi iſte con
29 tractus non eſſet ueſtitus ſtipulatione, † ſed eſſet
30 certus innominatus, † tamẽ non haberet locum
pœnitentia ex contractu, quando ex parte utriuſ
que celebratus eſt, ſed ſi gratia pœnitentis tãtum
locus eſt pœnitentiæ per l. ſi cùm fundum. ff. de
31 pac. ſecundũ quoſdã. Sed verius, † ꝙ aut ex con-
tractu innominato nondum eſt nata obligatio,
vel actio, & tunc habet locum pœnitẽtia hincin-
de, ut l. j. ff. de rer. permuta. in fi. & no. in l. fi. ff. de
cond. ob cau. Aut eſt nata actio ex una parte tan
tum, & tunc habet locũ pœnitentia ex parte eius
in cuius fauorem eſt nata, ut l ſi pecuniã in prin.
ff. de cond. ob cau. & no. ff de pac. l. iuriſgentiũ.
in prin. Ex parte verò obligati non habet locum
pœnitentia: quia non eſt obligati ſoluere uincu-
lum, aliàs obligatio non eſſet obligatio ſi eſſet in
32 poteſtate debentis: quia ſic eſſet †implicatio co-
tradictionis, vnde licet non eſſet veſtita iſta con-
uentio quæ fuit, ut mihi præſupponi-
tur, dum dicit, quòd promiſit ſolenniter, ſed rei

interuentu, & obſeruatione facta promiſſorum,
per dictum D. Vgolinum actio eſt nata: ut dictis
iuribus probatur, nec per teſtamentum ſubiacet
33 reuocationi, †quia non ex ultima uoluntate, ſed
ex actu inter uiuos, qui non eſt reuocabilis, ſubſi
ſtentiam, & fomentum recepit. Obſeruatio n. ex
parte dicti Domi. Vgolini liquida eſt ex tenore
inſtrumenti adoptionis, & vt præſupponitur, ꝓ-
babitur dictæ Colę confeſſio, non ſolum ſemel,
ſed multiplicatam eſſe in præſentia dicti Domi.
Vgolini & dicti Petri eius filij: & ad eorum in-
ſtantiam in pluribus, & diuerſis locis, ab ipſa er-
34 go non potuit reſilire: † iteratio actuum magis
operatur, quàm unius actus tantum. C ad Vell.
35 l ſi mulier, unde † plus operantur duæ confeſ-
ſiones, quàm una quo ad robur obligationis. li-
cet non quoad obligationis ſolutionem. Ad hoc
quod no. Bar. ff de verbo. obliga l. triticum, facit
quod no. de diſcuſ. l ne caſu. lib. 10. Roborantur
& prædicta, & manifeſtantur eſſe uera, quia ap-
parent poſita fuiſſe, & deſcripta omnia bona im
mobilia dicti Colæ exiſtentia in ciuitate, & dioe-
ceſi Fanenſi in æſtimo, & cataſtro dicti D. Vgo-
lini, tanquàm bona ad eum pertinentia, & ſpe-
ctantia iuſſu, & mandato M. & Ex. D. Domini
Pandulphi in cuius iuriſdictione, & dominio
vtraq; pars eſt, ſiue erat, cũ dictus Cola ſit mor-
tuus, hoc. n. non contigiſſet ſi dicta promiſſio à
dicto Cola non emanaſſet. Et ſi hoc uoluntate
36 Colæ fuit factum in præiudicium † faciẽtis fieri
talem ſcripturam abſque dubio teneretur. l cen-
ſualis. C. de don Quin etiam & ſi hoc non ꝓba-
37 retur, tamen multum † præſumitur, ex quo p of-
ficiales ad hoc deputatos ſcribitur. Ad quod fa-
38 cit qđ no. l nn de fi. inſtr. ex litteris. †non. n. præ-
ſumitur notarium ſcribere, niſi id quod à parti-
bus iniungitur, vt idem no. in c. j. de fid. inſtrum.
39 † Creditur. n. litteris cuiuſque de iis, quæ facere
debet, uel põt, ratione officij, ut idem ipſe ibi no
tat. Quin etiam hoc magis manifeſtatur, quia &
dictus Do. Pandulphus in pręiudicium ſui non
iuſſiſſet: cùm bona Colæ affecta eſſent ſolutioni
datiuarum, & aliorum munerũ, & nõ bona Do
mi. Vgolini, quæ libera & francha ſunt, ut p̃ſup-
ponitur, niſi quia ex promiſſione, & titulo dona
tionis in dictum Domi. Vgolinum, ſiue Petrum
40 eius filium erant trãslata, veriſimile. n. † multũ
41 appropinquatur uero, † & extraneum à ueriſi-
42 mili non pręſumitur. Hinc dicimus, † quòd pa-
43 cta extranea nõ præſumũtur, † nec ſup eis eſt de
ferendum iuramẽtum in defectum probationis,
quod reputat ſingulare Doctor illuſtris D Bal.
in c. ſi verò uaſallus § præterea. quid ſit inueſti
tura. Pactum enim de aſſocianda uxore in dieb.
feſtiuis extraneum eſt a natura feudi, valet tamen
ſi apponitur, ut ibi no. illud autem non eſt ex-
traneum, immò actui conformæ, & ideò ueriſi-
44 mile, †& ſicut veriſimilitudo dictum teſtis con-
firmat, ut ff de teſti. l. 3. §. tu magis, ita naturalis
ratio, & æquitas conformat, & fouet actum natu

rali

ſrali rationi conformem. Ad hoc † vehementer
adducitur, & quaſi notorium, ſeu in veritate rei
patente hoc deducitur ex litteris præfacti M. &
Ex. D. Domini Pādulphi dū ſcripſit officialibus
ſuis ſuper ęſtimo dicti Colę ut ad æſtimum dicti
Domi. Vgolini notarentur cauſam adijciēs, quia
dictus Cola iura ſiue bona omnia tranſtulerit, in
46 ipſum Domi. Vgolinum: quia † veritas rei ex
hoc multum deprehenditur, ex auctoritate, & p-
ſona ſcribentis, ad hoc de priuileg. c. cùm olim
eſſemus. ꝙ not. de præb. c. venerabilis. Et quia ut
dixi hoc vergebat in præiudicium ſcribentis,
quia modo non ſunt functionibus onerata, & ex
ſcientia, & patientia dicti Colæ fuit facta dicta
deſcriptio ex cauſis prædictis, quæ multū urget,
& præſumitur hoc eſſe ex pluribus uериſimilibus
ut ſuperius dixi. Eſt & ſententia prolata contra
dictū Colam, ad quam non arbitror fore neceſ-
ſe recurrere, licet tranſiuerit in rem iudicatam,
47 † & indebito facere debitum. ff. de pignori. l.
ſi fundus. §. ſi plures, cùm ſint & alia quæ verita-
tem rei demonſtrant, & nulla tergiuerſatione
poſſint celari.
48 Eſt & confeſſio vltimaiè dicti Colæ † agno-
ſcentis bonam fidem, & aſſerentis uelle obſerua
re omnia quæ ſupra promiſit dicto Domi. Vgoli
no præſenti in pręſentia plurium teſtium. Sed ꝙ
pręfactus D. Pandulphus nolebat, ideò alios inſti
tuebat, unde ex hoc deprehēditur veritas rei, &
promiſſionem fuiſſe veram. & ſic hęredes ex te-
ſtamento non poſſe uenire contra dictam pro-
miſſionē, immò dicta ꝓmiſſio ipſos habet obli-
gare. Rurſus & dictus Cola promiſit ſolenniter
tractare dictum Petrum filium adoptiuum tan
quàm filium ſuū verum, & naturalem, & ex cor
pore ſuo genitum, tam in uita, quàm poſt eius
mortem, & ipſum non præterire vel exhęredare
ſub pœna & obligatione omnium bonorum. vn
de ultra ꝓgreſſus fuit quàm notetur in d. l. qui-
dam cū filium, quia ibi non promiſit non præte-
rire vel exhæredare: & ſic non eſt dubium pœnā
committi: quia non habet dictus filius adopti-
uus, iura quæ cōpetūt filijs adoptius per iura ue-
tera, ad quæ dictus Cola ſe retulit. Inſt. de adop.
§. ſed hodiè, quia per cōſtitutionem nouam, ſci-
licet per prædictam l. cùm in adoptiuis. aliquid
inducitur ut ſupra dixi. ff. de adop. l. qui in ado-
ptionem. affert ei adoptio ius agnationis licet nō
ius ſanguinis, licet hodie hoc locum habeat tan-
tum in arrogatore, non in adoptione, vbi datur
extraneo, ut not. Glo. in d. l. qui in adoptionem,
49 & quod not. per Gloſ. in d. l. quidam, † & ſic iure
ueteri ſaltem legitimam debet habeŗe quam ſibi
per pactum reſeruauit, ut in inſtrumento ado-
ptionis dilucido innoteſcit, uel pœna committe
tur: vt dicit Bar. in d. l. quidam cum filium, & pœ
na, ut dixi, eſt commiſſa. ex quo dictus Cola con-
trauenit, quæ pœna licet quātitas non fuiſſet ex-
preſſa, niſi quia dicitur ſub pœna, & obligatione
omnium ſuorum bonorum, tamen nō eſt dubiū
50 † quòd ſaltem intereſſe ſuccederet, ex quo con-
51 trafecit, & promiſſa nō obſeruauit, † quia in obli
gationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.
ff. de verb. oblig. l. ſtipulationes non diuiduntur
52 §. Celſus. † & ubi eſſet pœna non inſpicitur in-
53 tereſſe, eo. tit. l. ſtipulatio. §. alteri, & pro ijs † cū
actor ſequatur forū rei. C. de iur. omn. iudi. l. 2.
54 de ſo. cōpe. cùm ſit generale, † & ad pium uſum,
& ſic in piam cauſam, eſt facienda diſtributio,
ideò diœceſanus iudex erit.
55 Verum, quia dicitur † ut dixi teſtamentum eſ-
ſe cōditum per dictum Colam, & ubi fuiſſet ma
nifeſtus vſurarius teſtamentum eius non tenuiſ-
ſet. de uſur. c. quanquàm. lib. 6. ſunt enim prohi-
biti teſtari, niſi cautionem præſtent, immò ſunt
56 uetiti ipſo iure, ut d. c. quanquàm. in fi. † nec cō-
ſeruatur teſtamentum ex clauſula codicillari. &
ibi not. Gloſſ. ut fuit opi. Guil. & Gar. Decedit
57 enim inteſtabilis, ideò dubitatur † utrum ſubſe-
quens cautio habeat teſtamentum facere conua-
leſcere. quod diſputauit Nicola. de Matarel. de
qua not. Io. And. in Nouella in d. c. quanquàm.
circa fin. & per Bar. in l. filio præterito. de iniu-
58 ſto teſta. † Quis autem ſit manifeſtus uſurarius,
ita quòd eius teſtamentum ſit irritum? Feder. de
Senis in conſilijs ſuis conſi. 17. videtur velle, ꝙ
ſi eſt facti euidentia, vel eſt notorium iuris ut
confeſſio, vel ſententia, vel iudicis publicatio,
vel clara & indubitatio probatio, dicatur manife
ſtus uſurarius, de ver. ſig. c. olim. & c. ſuper qui-
buſdam, vel ſi eſt famoſus & publicus. de uſur. c.
cum tu. & quo ad propoſitum noſtrū licet quis
nō exerceat palā & publicè uſuras, tn̄ ſi per mo-
dicam examinationem facilè poteſt deprehendi,
uſurarius manifeſtus dicitur, vt quia apparent li-
bri rationum, de quibus minimè dubitatur ſuos
59 eſſe. talis enim † probatio dicitur clara, ut uoluit
Archi. in d. c. quanquàm. Item manifeſtus qui co
ram ſacerdote & teſtibus publicè fatetur ſe uſu-
rarium, præcipuè librū ſuarum rationum traden
do, præſertim ſi talem confeſſionem facit in ar-
ticulo mortis. Et ſi per conſtitutionem Epi-
ſcopalem aliquis modus facilior eſſet inuentus
vt quis manifeſtus uſurarius diceretur, hoc non
60 improbaretur, † cùm iura ſtudeāt uſurarios cō-
uinci facilioribus probationibus, de pignori. illa
uox. de emp. & uendi. c. ad noſtram. & epiſcopi
poſſunt fortificare, & pœnarum appoſitionibus
vallare, ad hoc quod not. Hoſti. de offi. ordi. c. fi.
Vnde ſi teſtes dicunt aliquid per quod non pro-
betur notorietas, tamen ſufficit probare aliquid
per quod deducatur in manifeſtum: ad hæc facit
quod not. in Clem. j. de uſur. Hinc dixit D. Bal.
61 in l. j. C. de ſacroſ. eccleſ. † quòd in deteſtationē
ipſorum vſurariorum, uſurarij manifeſti nō poſ
ſunt etiā pro anima relinquere, niſi præſtita cau-
tione, ut in d. c. quāquàm. & ſubſtit manifeſtum
autem intelligi, quando communis opinio eſt
quòd ipſe ſit uſurarius, per duos autem vel per
tres teſtes, licet probetur uſurarius, ſi non pro-
batur

batur communis opinio, vel actus publicè facti
nõ dicitur uſurarius maniſeſtus, unde ſi hoc ꝓ-
batur, licet in pium uſum reliquiſſet, & nulla cau
tio præſtita fuit, teſtamentum dicti Colæ irritũ
fuit, & diœceſanus loci domicilij iudex erit, &
probationes habebit recipere, & pronuntiare
prout ei conſtiterit, tam ratione eorum qui poſ-
ſident, qui ad pium vſum debent erogare, licet
relictum nõ teneat, ut dixi, ex quo uſurarius ma-
62 nifeſtus deprehẽditur. ex ijs quæ ſupra dixi † tũ
ratione criminis eccleſiaſtici, ſcilicet uſurarum,
de quo eccleſiaſticus habet cognitionẽ, de pur-
gat. cano. uos inter alia. not. in l. Titia. ff. ſol. mat.
& in Clem. j. de uſur. & ibi plenè per Pau. de Lea
zar. irrito autem teſtamento dicti Colæ ratione
uſurarum cũ habeatur perinde ac ſi teſtatus nõ
eſſet: quia perſona inhabilitatur, vt dixi, ſuccedit
iuris diſpoſitio: quia dictus filius adoptiuus ſuc-
cedit ab inteſtato ipſi patri, licet non ſuccedat
agnatis & cognati, adoptantis talis filius adopti-
uus. ut d. l. cùm in adoptiuis. §. ſed nec articulũ.

Et ita ut ſupraſcriptũ eſſe dico, & cõſulo Ego
Dionyſius de Barigianis de Peruſio, minimus
utriuſque iuris Doctor, & ad fidem me ſubſcri-
pſi & ſigillari feci, ſaluo iudicio melius ſentiẽtis.

CONSILIVM D. DIONYSII DE Barigianis de Peruſio V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vbi non ſcribitur indictio, nullum eſt & omiſſione vitiatur.*
2 *Error in indictione regulariter inſtrumẽtũ nõ vitiat.*
3 *Quod non eſt viſibile, non eſt legibile.*
4 *Manuum diuerſitas ſuſpecta eſt.*
5 *Imbreuiati definitio.*
6 *Tabellio rogatus protocollum ſua manu ſcribere debet, niſi cauſa neceſſaria impediatur. nu. 7.*
8 *Tabellio ſuo ſigno inſtrumentum munire debet.*
9 *Tria ſunt quæ tabellio per alium non poteſt.*
10 *Notariorum officium.*
11 *Exemplar quoties deficit, toties deficit exemplum, vel exemplandum.*
12 *Scriptura ſuſpecta non dicitur munda.*
13 *Nullum & ſuſpectum, differunt.*
14 *Solennia requiſita à lege municipali, neceſſitatem habent obſeruationis.*
15 *Mulierum imbecillitati & fragilitati fauetur.*
16 *Diſpoſitioni iuris municipalis ſtandum eſſe.*
17 *Con'uetudinem loci ſeruandam eſſe.*
18 *Conſuetudo legem alterat.*
19 *Conſuetudinis definitio.*
20 *Teſtatoris recognitio, & quaſi ratihabitio hæredis per notarium nominati, confirmat actum.*
21 *Teſtes teſtamentarij quomodo examinandi, & de eorum numero.*
22 *Filius emancipatus poteſt ſcribere pro patre teſtamentum.*
23 *Filius poteſt conficere inſtrumentum pro matre.*

CONSILIVM XLII.

IN CHRISTI Ieſu nomine Amen.
De nullitate ſcripturæ diſpoſitionis teſta-
mentariæ deprehenditur ex ipſamet ſcri-
1 ptura ipſam oculis ſubijciendo, † vbi non
videtur indictio cuius omiſſio uitiat inſtrumen-
2 tum. † licet ſi error in dictione non viciet. vt
conſuluit Dy. quia vno caſu eſt omiſſa for-
ma. ubi eſt omiſſio, in alio uerò non: quia non
eſt omiſſa forma, licèt in indictione ſit erra-
tum. in conſ. 304. & eſt nota omnium Do-
ctor. Et refert Doctor illuſtris Bal. opinionem
Dy. C. de Iuſti. codi. compo. in ſua conſtitu-
tione. & not. in c. inter dilectos. de fi. inſtru. per
Doctor. Indictio autem non apparet, unde le-
3 gi non poteſt. † quod non eſt uiſibile, non eſt
legibile abſque dubio. l. j. §. ſed ſi legi. de ijs
quæ in teſta. delen. Patet etiam de nullitate in-
4 ſtrumenti, † quia ipſa prima materia eſt diuer-
ſarum manuum ſcripta, quia totum nego-
cium eſt ſcriptum, id eſt, tota quaſi voluntas
manu Maphæi filij dominæ Franciſcæ unius
ex hæredibus ſcriptæ, vſque ad verſiculum; Et
ſe in eſſo teſtamento, & altra vltima volon-
tà. Quæ uerba ſunt derogatoria alterius diſpo
ſitionis ſequentis, ibi autem incipit, Ser Mat-
thæus notarius ſcribere. & omnia ſequentia
ſunt ſcripta manu ipſius Ser Matthæi: pauca
pro parte ſcripſit tabellio ꝓ parte alius, iſta ſcri-
ptura munda non dicitur, ſed ſuſpecta. ut dixi in
auct. de trien. & ſemiſ. §. & quod ſępè, & illũ tex.
allegat ſingulariter præfatus D. Bal. in l. contra
5 ctus. C. de fi. inſtru. † Imbreuiatura quidem eſt
abbreuiata ſcriptura rei ſubſtantiam continens,
cum loco, & tempore debitis, & teſtibus neceſ-
ſarijs: quam imbreuiaturam plurimi appellant
6 matricem ſcripturam. † Et tabellio rogatus non
poteſt protocollum facere ſcribere per alium,
ſed de ſumpto ex protocollo propria manu ſcri
pto. inſtante neceſſitate, vel negotiorum multi-
7 plicitate, † poteſt facere ſcribi per alium, † dum
8 tamẽ ipſe per ſe ſubſcribat, & ſigno proprio mu
niat. C. de aſſeſſo. l. fina. & inſtit. de publ. iudi. §.
9 item lex Sunt etiam † tria quæ per alium nõ po-
10 teſt, ſed ſolum per ſeipſum notarium † rogatũ.
Primum eſt audire, & intereſſe. Secũdum eſt ꝓ-
tocollũ ſcribere. Tertium eſt ſcribere cum ſigno,
& iſta ut dixi nõ poteſt per alium ſed ſolum per
ſeipſum, ſumptum autem ex legitimo protocol-
lo poteſt per alium ſcribi facere, & ſeipſum ſub-
ſcribere & ſignare: hoc voluit idem D. Bald. in
rubr. C. de fi. inſtrum. Vnde apparet, quòd dicta
ſcriptura facta per dictum notarium, & per aliũ
ſcilicet Maphæum, cùm nõ ſit manu dicti nota
rij, nõ facit fidẽ: Et ideò dictũ ſumptũ nihil ope-
ratur, ex quo deficit protocollum ſeu imbreuia-
tura: Statutum enim de imbreuiaturis per no-
tarium imponendis, intelligitur de prima matri
ce, de ipſa imbreuiatura. quod eſt ſummarium

continens

ſontinens rei negocium ,& ſobſtantiam.per ta-
bellionem ſcriptum , non per alium qui non ſit
tabellio : quia non eſſet inſtromẽtum publicum
nec ſcriptura auctentica , ſed prioata.Habent.n.
notarij quibus committitur protocolla notario
rum defunctorum in publicam formam redoce
re ipſa protocolla petẽtibus : quibus reductis in
poblica forma datur plena fides , ex forma ſtatu-
ti ſub rubrica de abbreuiaturis per notarios,&c.
Si ergo deficit abbreuiatura, non põt committi
11 vt publicetur: † qola ſi deficit exemplar,deficit
exemplandom.ff.de cond & demon.l.in teſtamẽ
to. Vnde tam de iure quàm ex forma conſtitu-
tionis iuris municipalis dum diſponit de imbre
uiaturis,non oidetur eſſe locom , vt dicatur de-
ceſſiſſe iſtam D. Andream teſtatam vigore in-
ſtrumenti, ſiue rogationis dicti Ser Matthæi. de
quo rogitu mihi in pũcto præſupponitur , q̃ nõ
12 ſit imbreniatura,vt dixi, † & etiam quia munda
13 non dicitur,ſed ſuſpecta.Iudicari ergo† debet di
ctum teſtamentum nullom,vel ſaltem ſoſpectũ.
Porrò cùm in teſtamentis mulierum , & ultimis
earum voluntatibus adeſſe debeat ſolennitas prę
ſentię certarum perſonarum quodam ordine in
ſtatuto expreſſo reqoiſito , & fuerit præſens,im-
mò ſcribens filius filiæ ; vt ſupra dixi, & non re-
quiſitus filius , qui primo debebat requiri , ergo
14 & ſi aliud obſtans non eſſet,hoc obſtaret,† quia
deficit ſolennitas reqoiſita à iure monicipali, q̃
eſt forma ſubſtantialis ipſius ultimæ oolontatis.
15 Propter† imbecillitatem enim mulierum,& fra
gilitatem ſexus hoc inductum eſt, ad hoc facit
quod notat idem D.Bal.in l.2.C.de fideicom.in
ſua prima lectura.facit qood idem no. in l.j.cir-
ca fi.C.qui admit.ad bon.poſ.& in l.in coniun-
ctione.C.de nup.

Sed in contrarium, quòd poſſit ſuſtentari ta-
lis vltima voluntas, ſiue teſtamentum.nam no-
tarius fuit rogatus,& ex diſpoſitione iuris muni-
cipalis , ſi contingat etiam in foleis reperiri non
ęſſe ſactas publicationes , ſiue ſubſcriptiones per
notarios rogatos , qood notarij quibus eſt facta
commiſſio poſſunt publicare imbreuiaturas in
16 foleo repertas. † Standum eſt ergo diſpoſitionĩ
iuris municipalis,quæ in loco militat,& plenum
robur babet,ut l.omnes populi.ff.de ioſt.& iu.&
licet non ſit ſcripta manu eiuſdem notarii,& ſic
17 non uidetur eſſe abbreuiatura. † ſi tamen con-
ſoetudo loci ſeruat contrariom,illa eſt ſeruanda.
ff.de legib l.de qoibus verſic.nam cum ipſe.cum
ſimilibus,& qood no.in l.2.C.quæ ſit longa cõ-
18 ſuetu.† Alterat enim conſuetodo legem:† quia
19 eſt tacitus conſenſus hominum loci , ſicut ſi eſ-
ſet expreſſus, vt per ſtatutum, vt d.l.de quib.con
iuncta.d.l.omnes,& l.nam Imperator. de legib.
Et conſidero,quòd totum negocium, & diſpoſi
tio fuit ſcripta manu dicti Matthęi,ut prę'ſoppo
nitur , & dicta clauſula poſtea adiecta venit ma-
gis roborando prima verba , quàm de nouo ali-
quid diſponẽdo:unde ſi notario datur , quòd te-
ſtator diſponit,& de illo eſt rogatus,& legit prę
ſentibus teſtibus , teſtatore volente hoc ſofficit,
etiam ſi nomen hæredis ab ipſo tabellione ſit ex-
preſſum ſua locutione,& teſtator hoc intellexit,
20 † & agnouit ea quæ erant lecta: ſufficit enim q̃
taſtator dicat , quòd facit hæredem illum quem
notarius nominanit, qui ſcriptus erat , de quo
21 not.in l.iubemus.C.de teſtamen.Sont † & tres
teſtes,qui dicunt recordari illud eſt eſſe teſtamẽ
tum , quod condidit dicta Domi. Andrea.lecto
dicto teſtamento eis , & quòd rogatus fuit di-
ctus Ser Matthęus,hoc autem teſtamentom fuit
inter liberos: quia inſtiuti fuerunt filius, & filia
ab eorum matre, licet granatus fuerit filius ma-
ſculus , quod tamen onos vſque ad legitimam
abſque dubio reiicitur : ut l. quoniam. C. de
inofficiò. teſtamento . Inter liberos autem va-
let teſtamentum non ſolenne abſque numero
teſtiom requiſitorum . in teſtamentis aliorum.
C. de teſtament. l. hac conſultiſſima.§. ex im-
perfecto. C. famil. erciſcund. l. fina. Cùm igi-
tur conſtet de uoluntate , & perfecta ſit vo-
luntas , ideſt , completa , valebit illa vltima
voluntas.

Nec obſtat,quòd ſcribens fuerit filius fillę,cui
filię magis prooidit, quàm filio , quia hoc non
22 repugnat tum, quia & iam filius † emaocipa-
tus poteſt ſcribere pro patre.ff. de falſ. l.ſi. pater.
& ibi Bar.& quod no.in l.quod dicimus § fina.
23 de auctorita.tutorum† filius enim poteſt confi-
cere inſtrumentum pro matre. ut ibi not. Bar-
to. & licet quæratur matri, non tamen propter
boc ſcribere non poteſt. Si ergo conſuetudo
loci eſt, vt mihi præſupponitur. quòd licet ſcri-
batur per alium , & notarius rogatur de toto,
ſcilicet de eo quod ſcripſerit ille alius, & ipſe, &
legerit coram teſtibus ad hoc adhibitis, tale te-
ſtamentum valebit dictæ matris , vbi depo-
nunt.& pro quo deponunt tres teſtes,& de aliis
mentionem faciunt. Et per hoc non obſtant ſu
pra allegata in cõtrarium facta , nec etiam quod
dixi de omiſſione indictionis. Vnde concludo ſe
cundum mihi propoſita dictum teſtamentum
valoiſſe,nec ſtatutom de ſucceſſionibus ab inte-
ſtato locum ſibi nendicare, cùm non ſit tractan-
dum de ſucceſſionibus inteſtati, vbi eſt locus ſuc
ceſſiooi teſtati.C.common de ſucceſſion.l.ante-
quam ff.de acqoiren. hęredita.l.quandio poteſt
ex teſtamento.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt dico, & conſu-
lo Ego Dionyſins de Barigianis de Peruſio,
minimus Vtriuſque iuris Docto. & ad fidem
me ſubſcripſi, & ſigillari feci, ſaluo iudicio me-
lius ſentientis.

CONSILIVM D. MATTHAEI de Miraldolo Peruſini Legum Doctoris per viam ſubſcriptionis.

In caſu ſupraſcripto.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum poteſt tam teſtib. quàm ſcriptura fieri, & nihil refert vtrum per teſtes, an per ſcripturam probetur.*
Duo teſtes in teſtamento inter liberos in poteſtate, vel emancipatos ſufficiunt.
3 *Fratres minores teſtimonium dicere poſſunt cum licẽtia cuſtodis.*

CONSILIVM XLIII.

1 CVM teſtamentum † nuncupatiuum
poſſit tam teſtib. quàm ſcriptura fieri.
vt C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. p
nuucupationem. & ibi Gl. & inſt. eod.
§. fi. & argu. C. qui teſta. fa. paſſ. l. hac cõſul. nihil
refert utrũ per teſtes, an per ſcripturam probe-
tur. arg. ff. de li. & poſth. l. Gallus. §. ſi eius. Omiſſis
ergo allegationib. an teſtamentum prędictũ pro-
betur per rogitum dicti Ser Matthęi, ſiue p in-
ſtrumentum in publicam formam ex rogitis di-
cti Ser Matthęi redactũ per Ser Marium. Breui-
ter propter nuntij feſtinantiam dicendum puto
teſtamentum dictę dominę Andreę duob. ſaltẽ
teſtib. adhibitis iure ciuili conſtitutum, perfectiſſi
2 mumque eſſe. † Nam teſtamentum non ſolum
inter liberos qui ſunt ſui, vel emancipati probatᷣ
per duos teſtes: vt C. fam. erc. l. fi. & ibi Gl. nec ẽt
inter liberos, qui nec ſui, nec emancipati ſunt,
vt ex linea fœminina, ſicut in càſu noſtro. vt C.
de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. &
3 tenet Gl. in d. l. fi. Et cùm teſtes in caſu nr̃o † di-
cantur eſſe fratres minores, qui cõpelluntur teſti
ficari, & dicere veritatẽ, obtenta licẽtia cuſtodis,
debebũt deponere ꝓpoſitis ſacroſanctis ſcriptu-
ris, ſed nõ tactis. ut C. de epi & cle. auc. ſed iudex,
quę eſt poſita ſuper. l. nec honore. Et ex ijs clarè
demonſtratur allegationes factas contra dictum
teſtm̃ non obſtare, cùm ferè oẽs tendãt ad inuali-
ditatẽ probationis teſtamẽti per ſcripturã. Et ſic
ſimiliter nõ obſtat ẽt ſtatutũ poſitũ ſub rubrica
qualiter fęmina, &c. quia in teſtõ prędicto fuit p̃-
ſentia nepotis teſtatricis, quę ſola ſufficit. Cõclu
do igitur ijs potiſſimè proximis allegationib. di-
ctum teſtm̃ probari poſſe ſaltem per duos teſtes,
& firmum eſſe, & validum de iure ciuili, nec ſta
tutum de ſucceſſionibus ab inteſtato locum ſibi
vendicare, vt ſupra per famoſiſſimum in vrbe
Doctorẽ dominum Dionyſium concluſum eſt.

Et ita ut ſupraſcriptũ eſt dico, & cõſulo Ego
Matthęus de Miraldolo de Peruſio minimus le-
gum Doctor. & ad fidem me ſcripſi, & ſigillaui,
ſaluo ſemper iudicio melius ſentientis.

CONSILIVM D. DIONYSII de Bariſgianis Peruſini V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri, an ex confeſſione dotis recepta facta in teſtamento per maritum ſit ius quęſitum, ita quòd ex ea non obſtante promiſſione agere poſſit cõtra hęredes uiri. & nu. 2. cum ſeq.*
2 *Bal. illuſtris Doctor.*
3 *Ceſſio actionis, quando pro ſolutione admittatur.*
4 *Veritatis ſubſtantia ex numerationis interuentu procedit, ſiue ex actu naturali.*
Stipulatio potentior eſt, quàm ulla confeſſio.
5 *Actio ſolum ex ſtipulatu oritur ex numeratione, & ſequuta ſtipulatione.*
6 *Nomen dotis veritatem ſignificat.*
7 *Falſa cauſa quoties in promiſſione apponitur, ipſe contractus uitioſus eſt.*
8 *Iure debiti, quòd non tenet, ſępe iure legati tenet.*
9 *Legatum dotis non numeratę, vt legatum petitur, non vt dos.*
10 *Mulier dotata non pręſumitur.*
11 *Diſpoſitio ultimę uoluntatis, à diſpoſitione inter uiuos differt.*
12 *Confeſſio facta in ultima voluntate non pręſumitur ſimulata, niſi fiat verſus non capacem.*
13 *Adiectio falſę cauſę non eodem iure cenſetur in vltimis voluntatibus, & in contractibus.*
14 *Falſę cauſę adiectę quomodo iudicandum.*

CONSILIVM XLIIII.

1 IN CHRISTI nomine, Amen. † Circa
primum quęſitum, legum vertices in di-
uerſa fuerunt opinione: quia Iaco. de Aret.
& Barto. in l. in his. §. ſi uir. ff. ſol. mat. fue-
runt concordes, ꝙ mulieri ſit ius quęſitum ex cõ
feſſione mariti, licet appareat promiſſio dotis, nõ
obſtante confeſſione, licet in quæſtione propoſi
ta videatur differentia: nam ſecũdum pręfatum
Iacu. pater promiſit primo genero dotem, vel
certam quantitatem pro dote, poſtea genere cõ-
feſſus fuit ſe illam quantitatem recepiſſe, & de
hoc fecit ſocero inſtrumentum, poſteà ſocer eũ
nõ dediſſet niſi certã partẽ illius dotis, ꝓmiſit il-
lã partẽ, quę reſtabat, ſoluere termini verò Bart.
ſunt ubi primò nulla ſoceri p̃ceſſit promiſſio, ſed
uiri confeſſio, vnde non fuit ſecunda ꝓmiſſio,
ſed contra confeſſionem promiſſio, & ſecundũ
Iac. in terminis ſuis non ſufficeret actionum ceſ-
ſio; ſed periculum eſt viri, & hęredes viri tenen
tur. ff. de iur. dot. l. dotis à patre. Barto. in d. l. his.
alios terminos ponit, de quibus ibi per eum. In
2 effectu tñ eadem uidetur eſſe determinatio. † Do
ctor illuſtris D. Bald. in l. legem. C. de pac. format
iſtam quęſtionem, & determinauit dicens, ꝙ aut
poſt illam confeſſionem, & refutationem ſequu
ta extitit promiſſio incontinenti, aut ex interual-
lo: & ſi ex interuallo, uera ſit opinio Iacobi de
Are. ſi

Are.ſi incótinéti: quia non interuenit numeratio illa confeſſio pôt dici fictitia: argu. l. ſi ventri. §. ſi. de pri. credit. ut ſi eodem loco, & tẽpore fuit ſecuta promiſſio. arg. ff. de ſol. l. ſi ex pluribus, & q. format in patre. & idem uidetur tenere in d. l.
3 ex his. §. mulier. † & ſic cedendo tuta hæredes vi ri liberantur, ſi incontinenti fuit ſecuta promiſſio. Si ex interuallo facta fuiſſet promiſſio, tali caſu, & tempore quo poterat opponi exceptio, non numeratę dotis, & idẽ, ac ſi eſſet ſtatim poſt confeſſionem, aut non ſumus in illo caſu, vel tẽpore, tunc ius queſitũ mulieri per iſtam promiſſionem impediri non poteſt ſecundum eum: in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. dicit quòd quãdo præcedit refutatio, ſtatim ſequitur promiſſio: illa refutatio uidetur ſpe futurę promiſſionis alleg. ff. de minorib. l. min. 25. annis, cui per fideicõmiſ.
4 quia † per ſubſtantiã veritatis apparet, quòd non interuenit numeratio: potentior enim eſt ſtipulatio, quàm nulla confeſſio: argum. C. qui por. in pig. hab. l. aſſiduis. in Glo. dum loquitur de dote confeſſatã: facit, quia ex illa confeſſione cùm nõ habeat in ſe ſubſtantiam veri, datetur confitenti exceptio doli, cùm ſit ſine cauſa efficaci ff. de exce. doli. l. 2. §. circa.

Preterea vbi præcedit numeratio, & ſequitur
5 ſtipulatio, oritur † actio ſolum ex ſtipulatu: vt ff. de nouatio. l. ſi ita & l. cùm enim. & de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & l. certi con dictio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. Fortius vbi pręcedit confeſſio uidetur enim ſpe illius promiſſionis celebrata confeſſio, & quidem ab illa confeſſione uidetur eſſe receſſum, ex quo incontinenti interpoſita eſt promiſſio. Vnde tantorum Doctorum diuerſitate in præſenti non eſt quid diſſentire, cùm aliud pręſupponatur, cuius determinatio poteſt dilucidum haberi. Conſtat nanque ex præſuppoſitis, quòd dictus Ioannes maritus prædictus, veniens ad mortem, reliquit dictę dominę Antoniæ eius uxori centum floren. pro reſtitutione ſuarum dotium, quas aſſeruit, & confeſſus fuit, ſe habuiſſe, & recepiſſe partem eius, non obſtante, quòd appareat inſtrumentum promiſſionis ſolutionis reſidui dictæ dotis.

Vnde an hęredes dictę mulieris uigore dictorum uerborum in teſtamento expreſſorum, poſſint præter edicta centum, eſt inueſtigandum: & uidetur quòd non, ſi non appareat aliter veri-
6 tas rei. † Nam nomen dotis ſignificat veritatem.
7 C. de fal. cau adie. lega. l. ſi. † Item ubi in promiſſione apponitur falſa cauſa, & contracto ipſe vitiatur. ff. de cond ob cau. l. 3. §. ſi libero ff. de con di. indeb. l. damus. Sed arbitror contrarium de
8 iure fore verum. † Nam ſi non poteſt probari de debito, tranſit in viam legati, & relictis: ut C.
9 de falſa cau. adie. leg. l. ſi non deſignata. † Nam legatum dotis, quæ numerata non probatur, nõ vt dos, ſed ut legatum petitur, ex quo certa quantitas exprimitur ff. de lega. 2. l. Lucius. §. quiſquis.
10 † Et licet mulier non pſumatur dotata, niſi ap-
11 pareat, tamen † iſta eſt diſpoſitio vltimæ voluntatis, non inter viuos, facit. ff. de liber. leg. l. Aurelius. §. ſi. cùm igitur ſit certitudo per expreſſionẽ cauſæ, & quantitatis, ſi non poteſt tranſire in debitum, quia non probatur, tranſit in legatum: cauſa enim hic fuit emiſſa, & confeſſio in diſpoſi
12 tione vltimæ voluntatis, † nec præſumitur cõfeſſus in ultima voluntate ſimulata, immò præſumitur vera, aut gratuita, niſi fieret verius nõ capacem: vt no. ff. de probationib. l. qui teſtamenta. vnde concludo, quòd tranſit in uiam ultimæ voluntatis, ex quo non poteſt fieri aliter probatio dotis, & tanquam legatum dotis poterit peti: vt d. l. ſi non deſignata. & d. l. quiſquis.

Non obſtant allegata in contrarium: quia cõſiderandum eſt, vtrum teſtator ſe retulerit ad dotem, an verò expreſſerit certam quantitatem nomine dotis. Primo caſu habet locum contrariũ: quia nomen dotis ſignificat veritatem: ſecundo caſu habet locum quid dixi.

Non obſtat, quòd dixi de falſa cauſa, quia mul
13 tum refert, † an in vltimis voluntatibus loquamur, an in contractibus: & ſi in contractib. aut in contractibus in quibus requiritur aliqua im-
14 pletio aduerſarij falſa, vel futura, † & tunc falſa cauſa uitiatur d. §. ſi libero. & d. l. damus. aut nõ requiritur aliqua impletio aduerſarij, ut in contractu donationis, & nunc, aut eſt expreſſus dolus donationis, & valer. l. 2. §. ſi. ff. de donatio. aut non eſt expreſſus & idem ſi hoc eſt ex certa ſcientia: arg. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. fin. de ver. ob. l. ſi diuortio. Sed ſi per errorem, & tunc aut eſt nudum pactum, & ipſo iure non ualet, aut ſtipulatio, & nunc obſtat exceptio; ut d. l. 2. §. circa. ſi verò falſa cauſa exprimeretur in ceſſione actionum, tunc ſiue per errorem, ſiue ex certa ſcientia, non valeret ceſſio facta inter viuos: vt C. mandati. l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. idem diſtingnit dominus Bal. in l. fin. C. de fal. cau. Nec expedit de prædictis inueſtigare quo ad propoſitum, cùm ſit determinatio præciſa in d. §. quiſquis. & d. l. ſi non deſignata; niſi probaretur teſtatorem per errorem ſcripſiſſe, ut dicto §. quiſquis. dicit Glo. ex quibus omnibus conclu do, vt legatum peti poſſe dictam centum, per hæredes dictæ mulieris, ſi ut proponitur dictæ petiæ terrę, fuerunt nomine dotis poſſeſſæ, per dictum uirum, & poſtea legatæ fratri dictę vxoris, probatur quo ad dictas petias, ſiue earum valorem, verum fuiſſe id quod confeſſatur poſtea in teſtamento, eatenus quatenus, ad hoc ff. depoſiti. l. Publia. in ſi. C. de non nume pecun. l. generaliter.

Et ideo concludo, quòd cùm poſſit trãſire indebitum, reſpectu dictarum petiarum terræ, vel valoris earum, quòd probatur dotem fuiſſe, & ut dos peti poteſt uſque ad dictam petiarũ quantitatem, vel valorem. Laus Deo.

Dionyſius de Bariſgianis de Peruſio.

CONSILIVM D. MATTHAEI Philitiani, Peruſini, V. I. Docto.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an in uita ſua tantum poſſit agere, & conueniri pro debitis, & creditis hęreditarijs.*
2 *Aditione hęreditatis, omnia iura actiua & paſſiua quæruntur, & in omnibus hęres defunctum repręſentat.*
Hæres caput eſt teſtamenti,
3 *Hæres ut pro debitis hęreditarijs agere poteſt, ita creditoribus ſatisfacere tenetur.*
4 *Hæres & uſufructuarius ex diametro differunt.*
5 *Natura primæuę obligationis contractę cum defuncto, in prę iudicium creditorum per pactiones hęredis, & eorum qui lucra de hęreditate ſentiunt, mutari non poteſt.*
6 *Hęres cogi poteſt ad uenditionem bonorum hęreditariorum, ob ſolutionem ęris alieni.*
7 *Hęres directus bona reſtitutioni ſubiecta, ut ſatisfiat creditoribus vendere, modo bona fide poteſt.*
8 *Hęreditatem qui ſine inuentario adit ſimpliciter ad ſolutionem à creditoribus cogi poteſt: quia ſine inuẽtario adeundo cum ipſis contrahere uidetur.*
9 *Fideicommiſſarij negligentes quomodo cogantur.*
10 *Dies adiecta pro homine interpellat.*
11 *Quando ad dilationem arbitrariam recurrendum eſt. Recedendum non eſt à verbis.*
12 *Grauatus reſtituere hęreditatem, inuentarium facere tenetur.*
13 *Inuentarium caput eſt reddendę rationis.*
14 *Grauati reſtituere, neque diſcipare, neque malè uti bonis reſtituendis, debent.*
15 *Iura in retinendis priuatorum iuribus, non minus laborant quàm in quęrendis.*
16 *Grauatus reſtituere hęreditatem, an & quando Trebellianicam detrahat.*
17 *Detractio Trebellianicę prohiberi poteſt tam expreſſè, quàm tacitè.*

CONSILIVM XLV.

1 IN CHRISTI nomine. Amen. † Dubia de quibus quæritur in puncto, trahunt
originem a teſtamento teſtatoris. Secundo
à promiſſionibus & conuentionibus factis
inter dominam Lucretiam hæredem in uita ſua
dicti ſui mariti, & dictos ſubſtitutos eiuſdem do
minæ, & quo ad formam dicti teſtamenti notan
2 dum puto, quòd dicta domina non eſt † vſufru-
ctuaria, ſed hęres, ex quo per ipſam adita eſt hære
ditas omnia iura actiua & paſſiua in ipſam tran
ſeunt, & in omnibus repręſentat defunctum,
quoad onera, & commoda hæreditaria. C. de rei
vendic. l. cùm à matre, de ſolutionibus. c. ſi. cum
ſimilib. Ex hoc cauſatur duplex effectus, unus,
quòd ipſa in continenti poteſt adire non expe-
ctata alterius aditione, cùm ſit caput teſtamenti,
& ſic ſumus extra dubitationem, de qua ſubti-
liſſimè per Bal. C. de hęred. inſt. l. extraneum. fa-
cit quod notatur in l. hęreditas ex die. ff. eod. titu.
3 Alius effectus eſt, quia † pro debitis hæreditariis
poteſt agere, & etiam tenetur creditoribus ſatiſ-
4 facere, † cùm in uita ſua ſit heres, non ſimplici-
ter uſufructuaria, & ſic ſumus extra dubium, de
quo in l. ſi. ff. de uſufr. leg. Et ex his concluditur,
quòd creditores hæreditarij, poſſunt agere con-
tra dictam dominam hęredem, ut ſatisfaciat cre
ditoribus hęreditariis, & ipſa exiſtente contuma
ce, recurratur contra ipſam ad remedia iuris, de
quibus plenè per Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. de
dam. infec. ut lit. non cont. c. tuę. & ca. quoniam.
5 & ff. de bon. auct. iudi. poſſid. cum unus. † Nec
pactio, vel conuentio habita inter ipſam domi
nam, & ſubſtitutos, mutant naturam primæuæ
obligationis contractæ cum defuncto in præ-
iudicium creditorum. l. 2. §. ex his. de verbor.
obliga.
6 Ex his etiam apparet † reſponſum ad illud du
bium, an uidelicet ipſa domina poſſit cogi ad vẽ
dendum de bonis hęreditariis pro ſolutione de-
bitorum: quia dicendum eſt, quod ſic: ipſis cre-
ditoribus agentibus contra ipſam dominam. Im
7 mò plus ex hac cauſa † poſſet ipſa mulier aliena-
re bona ſubiacentia reſtitutioni, videlicet, pro ſa
tisfaciendis debitis, reſpectu fideicommiſſi vni-
uerſalis, in quem tranſit onus debitorum; dum-
modo hęc alienatio bona fide fiat. ff. de lega. 3. l.
pater. § idem quæſijt facit quod no. Bal. in auct.
res quę. C. commun. de lega. & hęc quod ad pri-
mum dubium.
Quo ad ſecundum dubium cùm quęritur, an
debita ſint in dicta hęredite liquida, & credita,
non poſſit ad præſens exigi, utrum dicti ſubſti-
tuti poſſint ad ſolutionem dictorum debito-
rum, uigore dictæ promiſſionis per eos factæ,
cogi ad ſoluendum, an debeat cogi dicta domi-
8 na: & ad hoc breuiter dico, ut ſupra dixi, † quòd
ipſis creditoribus agentibus ipſa domina cogi-
tur: ex quo adiuit hęreditatem ſine aliquo in-
uentario, quia adeundo contrahere uidetur cũ
creditoribus: vt dicit Gl. de interrog. actio. l. fin.
de ſeparat. l. quoties. facit quod not. ex quibus
cauſ. in poſſeſ. eat. l. Iulianus. de actio. & obligat.
9 l. ex maleficio. § hęres quoque. Dico tamen, † quod
ipſa domina poteſt agere contra ſubſtitutos, ſi
negligẽtes eſſent in exigendo debita hęreditaria,
vt promiſerunt, quę negligentia non poteſt dici
commiſſa, vel contracta, niſi primo per iudicem
cõpetẽs terminus aſſignetur, cũ nulla dies in di-
10 cta promiſſione ſit ſtatuta † adeò quòd dies inter-
pellet pro homine: ut l. magna. C. de cõtrahen. &
11 cõmit. ſtip. immò neceſſario † recurrit ad dilatio-
nẽ arbitrariam, ut mora & negligentia contraha
tur, & ſic competit ius agendi ad intereſſe. l. j. in
fin. ff. de iu. delib. vel neceſſaria eſt interpellatio
congruo

congruo loco, & tempore fienda: & per prædicta concludi debet, quòd dicta domina inuita cogi poteſt ad ſoluendum debita: ſubſtituti autem non licet mulier poſſit agere contra eos modo prædicto.

Quò ad tertiũ dubium quo quæritur, utrum dicti ſubſtituti, uigore dictæ conuentionis factæ cum domina, teneantur ad ſoluendum alia debita, quàm declarata, inſtrumento dictæ conuẽtionis; & dico quòd non: quia quo ad alia verba dictæ conuentionis deficiunt. de verb. obligatio. l. quidquid adſtringendæ. & à verbis non eſt recedendum. de neg. geſt. l. 3. §. hæc verba. de exerci. l. 1. §. his qui nauem.

12 Redeundo ad primum dubium dico, † quòd grauatus de reſtituendo hæreditatem, debet fa-
13 cere inuentarium, † quod inuẽtarium eſt caput rationis reddendæ, & ideò omnis ille qui tenetur rationem reddere, debet inuentarium facere: l. cum tale. §. Titius. de condi. & demonſt. & not. Bal. in l. fi. §. his igitur. C. de iure deliber. & facit quod not. Barto. in l. in ratione. §. quod
14 uulgo. ad leg. Falci. Et alibi dicit Bal. † quòd grauati de reſtituendo: debent eſſe cauti de non diſſipando, nec malè vtendo bonis ſubiacentibus reſtitutioni, quia tenentur reddere rationem
15 de dilapidatis, † & in hoc multum prouident iura in certis caſibus, ut not. in l. Imperator. ff. ad Treb facit. C. vt in poſſ. leg. l. cum Atiberni-dorum Puto tamen, quòd ex quo dicta domina dedit fideiuſſionem dictis ſubſtitutis, de utendo & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo hæreditatem adueniente caſu, &c. quòd ſatis ſit cautum illis. Si tamen eſſet euidens fraus dictæ dominæ, quæ fraudulenter ſe gereret dictis bonis, & non cultiuando, & aliàs ſe gerendo, ut bonus paterfamilias, tunc puto quòd non eſſet cõtrarium iuri, & rationi talem æſtimationem fieri ſecundum formã. l. ſi æſtimatis. ff. ſolut. mat. C. de iure dot. l. quoties eo. tit. l. plerunque. §. quoties. ff. de iure dotium.

16 Quo ad ultimum, dum † quæritur an tota hæreditas ſit reſtituenda, vel pars ipſius, adueniente cauſa fideicommiſſi, dico breuiter, quòd eſto, quòd hæres regulariter grauatus de reſtituendo, poſſit detrahere Trebellianicam, quæ eſt quarta pars eius quod venit in reſtitutionem, nihilominus ſi teſtator ipſam Trebellianicam prohibuit, non eſt locus detractioni, & tota hæreditas venit
17 reſtituenda. † Hęc autem prohibitio quãdoque fit expreſsè, ut in auct. ſed cũ teſtator: quandoq; tacitè, ut quando teſtator utitur verbis æquipollentibus, per quæ colligi poteſt uoluntas ipſius teſtatoris: ut uoluerit totam, & integram hæreditatem ad ſubſtitutos peruenire: quia tunc intelligitur prohibere Trebellianicam: ut eſt text. expreſsè in l. 10. de fideicommiſ. liber. ubi de uerbo totam hæreditatẽ. & Bar. plenè in l. Centurio. de uulgar. & pupilla. Bald. in l. precibus. Sed in caſu noſtro teſtator inuitauit, & expreſsè voluit ſubſtitutos plenè iure ſibi ſuccedere, quæ verba ſatis demonſtrant prohibitionem Trebellianicæ: quia non poteſt dici habere plenum ius hæreditatis, ſi deficeret eſſet per Trebellianicã. Vnde talia verba inducunt prohibitionem Trebellianicæ, facit optimè tex. de bon. quæ lib. l. cum oportet, in prin. ibi, in plenũ ſicut ante erãt. &c. Et hoc vltimo dubio.

In eo autem quòd quæritur de morte unius ſubſtituti, viuente teſtatore dico, quòd portio ſua vel accreſcit ſubſtitutis, vel cùm habeatur pro non ſcripta, vel ſit caduca, uel in cauſam caduci, quòd ipſis ſubſtitutis nõ decreſcit. Vnde totam hæreditatem adueniẽte ſubſtitutionis caſu, ſubſtituti debent conſequi, ut dixi.

Matthæus Philitiani de Peruſio.

Loyſius de Peruſio.

CONSILIVM D. FRANCISCI Bonore, de ciuitate Caſtelli. V. I. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in comitatu factum coram quinque teſtibus, an valeat. & nu. 6*

2 *Copiam teſtium adfuiſſe, vel defuiſſe, quis probare debeat. & nu. 12*

3 *Non eſt credendum quiſquam teſtandi genus eligere, ad impugnanda ſua iudicia.*

4 *Præſumitur pro manu publici notarij, etiam quo ad ſolennitates.*

5 *Voluntas cuiuſque talis eſſe putatur qualis eſſe debbet.*

7 *Teſtamentis ſemper fauendum eſt ne pereant.*

8 *Ruri & ratione peſtis, teſtium penuria præſumitur.*

9 *In dubijs, quo veriſimilius eſt, inſpici debet.*

10 *Teſtatoris voluntas qua tenet ſeruanda eſt.*

11 *Teſtamẽtũ quoties valet, cauſa inteſtati locus nõ eſt.*

13 *Teſtes in teſtõ deſcripti an in dubio pſumãtur rogati.*

14 *Deſcriptus in teſtamento rogatus præſumitur: quia patiendo ſe deſcribi conſenſiſſe videtur.*

15 *Teſtis non deſcriptus non præſumitur rogatus.*

16 *Notarij præſentia & annotatio teſtium, ſolennium interuentum indicat.*

17 *Verbum promitto, à notario prolatum, de ſolenni promiſſione intelligitur.*

18 *Ruſticorũ pprię eſt cõſuetudo ſine ſolẽnitate teſtari.*

19 *Baldus illuſtriſſimus doctor.*

20 *Scripturę notarij ſtatur & verum præſumitur, quod in ea continetur.*

21 *Notarij rogare teſtes ſolent.*

CONSILIVM XLVI.

IN CHRISTI nomine Amen. Super dubio prędicto de numero teſtium, his diebus elapſis conſului, & nunc conſulo, ut
1 infra ſequitur. † Tex. enim in l. fi. C. de teſtam. dicit, quod ſi ibi poterant haberi ſeptem teſtes,

teſtes, tunc ſeptem erant perhibeodi, aliàs teſtamentum non nalet, ſi autem illo loco minimè inuenti fuerint ſeptem teſtes, vſque ad quinque, modis omnibus teſtes adhiberi debent, mious autem nullo modo conceditur. ot d. l. fin. C. de
2 teſtam. Stat modo dubium, † quis debeat hoc probare? quòd plures teſtes, ſcilicet ſeptem fuerint ibi inuenti, vel tantum quinque. Super hoc videtur dicendum, quòd volens impugnate teſtamenta prædicta, hoc probare debeti arg l. ſi ſcriptum. C. de probatio. videlicet, quòd tempore conditorum prædictorum teſtamentorum, teſtes ſeptem uel plures fuerint inuenti: quia in dubio uidetur, qnòd iſti teſtatores ruſtici, & in rure habitantes, & maximè tempore peſtis, adhibendo quinque teſtes tantum, vidẽtur elegiſſe viam per quam eorum teſtamenta valeant, non
3 antem uiam per quam oon valerent: quia † in dubio non eſt credendum, quiſquam genus teſtãdi eligere, ad impugnanda ſua iudicia: vt dicit text. in l. 3. ff. de teſta. milit.
4 Pręterea hic † apparet publica ſcriptura manu publici notarij, vnde in dubio pro ea præſumitur etiam quoad ſolẽnitates: ut l. cum precibus. C. de probationib. & ibi D. Bal. Facit: quia in du-
5 bio † voluntas alicnius præſumitur eſſe talis qualis eſſe debet: ut ff. de pact. l. tale pactum. §. fin. &
6 C. de reuoc. dona. l. ſi unquam. In † caſu igitur noſtro ſi non poterant haberi plures teſtes, ſcilicet ſeprem, ut valeat dicta teſtamentatio, debent ad minus eſſe quioque: quia talis debebat eſſe uoluntas teſtamentum in iure, & ita factum fuit.
7 Pręterea † in quantum poſſumus, fauere debemus teſtamentis, ne pereant: ut ff. de libe. & poſthu. l. Gallus §. uidendum. Nam & iura aperta ſunt ad fauendum teſtamentis, & ultimis uoluntatibus: ut oot. in c. tua. de teſtamẽ. & c. ex litteris
8 de proba. † Et maximè procedunt, quia veriſimile eſt, quòd ratione loci, quia in rure, & ratione
9 peſtis ibi ſit penuria hominum. † In dubijs enim inſpici debet quod ueriſimilius eſt: ut l. in ob-
10 ſcuris. ff de reg. iur. Item facit: quia † voluntas teſtatoris, quæ teneat pro lege, eſt ſeruanda: ot in auctẽn. de nup. §. diſponat. In caſu igitur ooſtro valere poteſt iſto modo, ſcilicet facta cum quinque teſtibus, & ratione loci, & ratione perſonarum, & ratione peſtis: ergo valet: ut d. l. fin. C.
11 de teſtamen. & ualere, & tenere poteſt: † igitur quandiu poteſt ualere teſtamentum, non habeat locum cauſa inteſtati: vt l. quandiu. de regu. iur. cum ſimilibus. Item ſi inſpiciatur baſtardelus iſtius notarij. quia vt plorimum cõficiebat teſtamenta in Comitatu, in omnibus ſuis teſtamentis pouebat iſtum numerum quinque teſtium, & hoc ſolum propter penuriam hominũ, & maxi-
12 mè illo tempore peſtis. Et † ſic uidetur, quòd uolens impugnate teſtamẽta, probare debet de inuentione maioris numeri teſtium, hoc maximè inducant numero perſonarum ruſticarum, & locus ſcilicet vilicus, & ruralis, & peſtis ibi ingens: facit pro iſta parte conſideratis dictis circunſtãtijs. d. l. fi. C. de teſtam.
13 Super ſecũdo dubio videtur dicendũ, † quòd teſtes oon præſumantur rogati: ut dicit Cyn. in l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & Bar. in l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. eo. ti. & in l. ſcieodum. de verb. oblig. D. autem Bal. in auth. rogati C. de proba. dicit, ſic limitanda, aut eſt teſtis de-
14 ſcriptus in teſtamẽto, & p̃ſumitur rogatus † quia patiendo ſe deſcribi conſenſiſſe videtur: arg. ff.
15 de fide tuto. l. cùm oſtendimos. §. fi. † ſi autẽ nõ eſſet teſtis deſcriptus, non præſumitur rogatus. Idem D. Bald. in d. l hac conſulniſſima. ſic dicit, ſi teſtis ſe ſubſcribit, præſumitur rogatus, & idẽ ſi paſſus eſt ſe ſcribi per notarium. Si autem ſunt teſtes non ſubſcripti, nec deſcripti, nou præſumootur, quòd ſint rogati, ut dicit Bal. in d. l. hac
16 conſnltiſſima. pro hac parte: quia † notarius dicit præſentibus talibus teſtibus, & ſic notarius ponit hoc uerbum teſtes teſtamentarios: ergo
17 præſumuntur teſtes ſolenoiter adbibiti, † ſicut dicimus de uerbo p̃miſit, prolato à notario: quia intelligitur de ſolenni promiſſione, & effectuali, ſcilicet cum ſtipulatione: ut l. j. C. de contrah. & cõmitten. ſtip. & inſt. de inutilib. ſtipu. §. ſi ſcriptum. ſecus ſi proferatur à teſte: ut l j. C. de uſut. Facit d. l. fin. C. de teſta. ubi uidetur iſtis ruſticis teſtantibus in rure, remiſſa omnis ſolennitas iu-
18 ris ciuilis, † & arat conſuetudo ruſticorum ſine ſolennitate teſtari, ſolum ob iſtas cauſas, & circunſtãtias perſonarum, & loci, & propter penuriam perſonarnm literatarum: ibi tamen Imperator uult, quòd teſtẽtur cum quinque teſtibus, & oõ minus: Voderatio illius legis uidetur ſub ſiſtere quoad rogitum teſtium, tamen hoc dico
19 ſub dubio fortè. Tenendo ergo dictũ † illuſtriſſimi Doctoris, D. Baldi, cõcludi poteſt in hoc ultimo, quòd quia teſtes ſunt in teſtamento deſcri-
20 pti per notarium, & † ſtetur ſcripturæ dicti ootarij: ut d. l. cum precibus, ſcilicet quod uerum ſit, quod continetur in ea, quòd pręſumuntur rogati, poſito quod opus eſſet.
21 Præterea aduertẽdum eſt, quòd iſte † notarius ſolet rogare teſtes, ut patet in alijs rogitis, ſeu protocollis dicti notarij in eodem ſcilicet protocollo, ubi ſunt teſtamẽta prędicta, de quibus quęritur, & fortè notarius in complendo poſuiſſet, licet morte pręuentus hoc mioimè facere oon poſſet. Vnde uidẽtur uenire & intelligi q̃ ſunt de more ipſius notarij: ut d. l. in obſcuris. de reg. iur.

Ex quibus omnibus cõcludo, ſalua meliori deliberatione, q̃d aliàs conſului, uidelicet, ꝙ uolẽs impugnare teſtamẽta p̃dicta, debeat probare, ꝙ in illa uilla tũc tẽporis potuiſſent inueniri, & inuẽti fuerint plures teſtes, ſcilicet, 7. ſeu ſaltem, 7. hoc aũt p̃bando, teſtamenta eſſet nulla, aliàs tenẽt teſtamẽta p̃dicta, & teſtes ſecũdũ Bal. quia deſcripti ſunt in teſtamẽto, pręſumuntur rogati.

Franciſcus Bonore de ciuitate Caſtelli.

Dionyſius de Bariſianis.

CONSILIVM D. ROSELLI DE Roſellis Aretini. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio ſimplex alienationis cum cauſa facta in ultima voluntate, impedit tranſlationem dominij rei per teſtatorem relictę.*

2 *Dominium rerum, quæ teſtatoris tempore mortis fuerunt, recta uia in illum tranſit, ad quem teſtator pertinere voluit.*

3 *Fauor nominis gentilis, vt ne quid de eo exeat ad alienos, ſemper multus inijſſe fuit.*

4 *Poſterorum conſideratio habenda eſt.*

5 *Libellus generalis, an concludat ad abuocandam rem alienatam, alienari prohibitam.*

6 *Filius de bonis paternis legitimam ſine aliquo grauamine habere debet.*

7 *Onera legitimæ impoſita ipſo iure nulla ſunt.*

8 *Legitima intelligitur ęre alieno deducto, & funeris impenſa.*

9 *Legitima eſt tertia, vel dimidia eius, quod quis eſſet ab inteſtato accepturus, ſecundum filiorum numerum.*

10 *Iudex inculcationem terminorum in proceſſu ex cauſa facere poteſt.*

11 *Iuſta cauſa ferè ſemper eſt, iudicis laborantis ne litis inſtantia pereat.*

12 *Teſtator rem alienari vetans ſuorum poſterorum fauore, eandem uidetur relinquere.*

CONSILIVM XLVII.

IN CHRISTI nomine. Amen. In cau
ſa vertente corã tribunali terrę Burgi, &c.
Primò venio ad terminandum quid iuris
ſit ſi petitio eſſet probata, & omnia ſolen-
niter obſeruata. Secundò veniam ad liquidatio-
nem proceſſus, & probationum in dicta cauſa fa
1 ctarum. Et primò præmitto, † quòd ſimplex pro
hibitio cum cauſa facta in ultima voluntate im
pedit tranſlationem dominij rei per teſtatorem
relictæ. ff. de leg. 2. l. peto §. fi. & l. cum pater. §. li
bertis. & de leg. j. l. filiusfamilias. § diui. & de leg.
2 3. l. cum pater. §. Iulianus. cum ſimilibus. † Et re-
cta via tranſit in illum ad quem teſtator voluit
pertinere alienatione facta, vt dictis iurib. Nam
videtur per fideicõmiſſum relinquere eis, quo-
rum ratione fit probibitio, vt dictis iuribus,
meritò in illos tranſit recta via dominium, vt ibi
patet, & ff. de furt. à Titio. C. commun. de lega.
3 l. j. cum ſimilibus. † Item eſt aduertendum, quia
4 hic fuit inſerta ſufficiens cauſa, † quia voluit
perpetuo in ſuo nomine permanere, & ad ſuos
poſteros peruenire, vt d. §. diui. & nota quòd te
ſtator dixit in teſtamento, ſi contrafacere atten-
tauerit, &c.

Non obſtat prędictis. ff. de manumiſ. teſtam. l.
Stichus ſeruus. & quod notat Bar. in d. §. diui. &
C. de condic. ob cau. l. ea lege.

5 Modo reſtat uidere, † an libellus generalis cõ-
cludat ad abuocandã dictam rem alienatam, phi
bitam alienari, vt ſupra. & videtur quòd non cõ
6 cludat: † quia cum filius debeat habere legitimã
7 ſine aliquo grauamine, † in qua ſi fuerit appoſi-
tum ipſo iure remouetur, ut l. quoniam in prio-
ribus. C. de inoffi. teſtamen. & teſtator priuauit
8 alienantem hęreditate à legitima ſupra, † & legi
tima ſit deducto ære alieno. & funeris impenſa. l.
Papinianus. §. quarta, ff. de inoſ. teſt. & in libello
non dicitur quòd vltra eam rem probibitam in
hęreditate teſtatoris fuerit, tantum quòd ſuffi-
ciat ad legitimam, ære alieno deducto: ergo vi-
detur ꝙ libellus non procedat. Sed iſtud nõ ob-
ſtat, quia licet non dicatur de ære alieno ſpecifi-
cè, tamen ibi talia narrat, quę hoc concludunt,
quia dicit, quòd talis venditio non valuit, nec fie
ri potuit, vel debuit de iure, & quòd ex hoc di-
ctus alienans fuit omni hęreditate priuatus à le-
gitima ſupra, per quę verba includit legitimam
in aliis eſſe: quia aliàs valuiſſet venditio, & po-
tuiſſet fieri, nec potuiſſet priuari hęreditate à le-
gitima ſupra, cùm ipſa ſit ære alieno deducto, &
9 funeris impenſa, ut dixi, † & eſt tertia, vel dimi-
dia eius, quod quis eſſet habiturus ab inteſtato,
ſecundum numerum filiorum, ut C. de inoſ. teſ.
l. cum quæritur. & l. parentib. & auct. nouiſſima.
Patet ergo libellũ aptum, & cõcludere, ut decet.
10 Item non † obſtat de alienatione, & inculca-
tione terminorũ, quia iudex poteſt hoc ex cauſa
facere, ſecundum doctrinam Doctorum in l. j.
C. de dilat. C. quomodo, & quando iudi. auc. qui
11 ſemel. Bar ff. de re iud. l. 2. † & iſta eſt cauſa in
inſtantia pereat. C. de temp. in int. reſt. l. petendæ.
Nec reddunt hoc iudicium nullum, nec habent
prolationem ſententiæ impedire. Et eſt notan-
12 dum, † quòd eo ipſo, quòd teſtator vetuit rem
alienari reſpectu ſuorum poſteriorum videtur
eis relinquere in caſu alienationis, & pro hoc le-
gatum, ſeu fideicommiſſum, & eius dominium
ſtatim transfertur in alios, qui contra prohibi-
tionem nõ fecerunt, vt patet in iuribus ſupra al-
legatis. Item uoluit teſtator, quòd faciens contra
prohibitionem priuetur etiam hæreditate. & in
hoc dixit à legitima ſupra, & ad hęreditatem re-
ferentem, ſed de domo in totum priuat, cùm vo
luit ipſam in ſuo nomine permanere, & ad po-
ſteros deuenire, &c.

Roſellus de Roſellis de Aretio.

CONSILIVM D. CIVFFICTI Cauutij de Aſculo V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes cùm recipiuntur ad probationem teſtamenti, dupliciter fieri, & quomodo.*

2 *Teſtamentum ſi extat in publica forma, ad illud probandum non admitti teſtes.*

3 *Inſtrumenta publica exemplari, priuata verò, &*

non

non auctentica publicantur.
4 *Teſtes rectè recipi, & publicari ad confirmationem teſtamenti.*
5 *Teſtes quando recipiendi contra teſtamentum, remiſſiuè.*
6 *Scriptura priuata teſtamenti, ut probet, indiget publicatione.*
7 *Teſtium receptio, & publicatio, fauore ultimæ voluntatis conceditur ad perpetuam rei memoriam.*
8 *Teſtium numerus, & multitudo refrenanda, ſi aliàs ſufficiens, & idonea extat probatio.*
9 *Teſtium receptione facta ad perpetuam rei memoriam; antequàm pronuntietur illa publicandas, & eis fidem eſſe dandam; diſputandum eſſe ſuper illis.*

CONSILIVM XLVIII.

QVOD publicatio teſtium de qua
in themate non ſit fienda, apparet.
Nam teſtes, aut recipiuntur ad pro-
bationem teſtamenti, aut ad confir
mationem, aut aduerſus teſtamentum, Si ad pro
1 bationem † teſtamenti, & duplicater inuenio con
cedi, vel quando de teſtamento apparet tantum
priuata ſcriptura, vt eſt caſus in l. 2. C. de teſtam.
Nam tunc illa per teſtes iuuari poteſt, ſecun-
dum terminos dictæ l. & practicam Doctorum.
ibi. & in l. geſta. C. de re iudic. & in auc. ſi quis in
aliquo. C. de edendo. & in ca. Albericus. extra de
teſtib. Aut teſtes tantum in mente habent volun
tatem teſtatoris, & ſimiliter concedo per ipſos
illud probari poſſe, & publicandos eſſe modo
quo ſupra: quando apparet priuata ſcriptura li-
cèt difficilior, & magis periculoſa ſit talis proba
tio deficiente exemplari priuatæ ſcripturæ. Aut
2 † extat teſtamentum in publica, & ſolenni forma
manu notarij, & tunc nemo ponit hanc practicã
quòd teſtes ad probandum illud recipi, & publi
cari debeant, eſſet enim ſuperflua, & onerosa; &
3 valde periculoſa. Ad quod facit † quòd instrumé
ta, aliàs publica propriè petũtur exẽplari, & non
publicari, cùm ex ſe publica ſint, idcircò Inno. in
c. fin. extra de fide inſtru. notabiliter dixit, quod pro-
priè loquendo auctentica, & publica exemplan
tur, priuata verò, & non auctentica, publicantur.
cùm ergo in terminis noſtris, ut aſſeritur, ſæpius
allegatum ſit pro parte dicti D. Vincẽtij de Sga-
riglis extare teſtamentum publicum, & ſolenni-
ter conditum manu Ser Ventidij Grimaldi, nõ
uideo quid voluerit ſibi petendo talem examina
tionem, & publicationem fieri, certè aliquis la-
tet anguis in herba; dolus ſiue error, & ipſe no-
tarius cùm non neget penes eum extare teſta-
mentum in publicam formam.
4 Aut † teſtes petuntur recipi, & publicari ad cõ
firmationẽ teſtamenti, & tunc concedo, quòd li
ceat, auctoritate Bal. in d. l. 2. Sed hic non eſt ca-
ſus noſter; nam non apparet teſtamentum dicti
D. Rogerij de Maſſeis eſſe productum in publi
cam formam manu dicti notarij; nec teſtes ex ea
cauſa eſſe receptos, vt teſtamentum cõfirmarẽt,
vt facile apparet ex petitione dicti D. Vincentij,
qui ſolum petiit dictos teſtes examinari, vt veri-
tas teſtamenti innoteſceret ad perpetuam rei
memoriam.
5 Aut † teſtes recipiuntur cõtra teſtamentum,
& tunc non eſt materia noſtra, de qua per Cynũ
& Doctores in l. in exercendis. C. de fide inſtru-
men. & in l. 2. §. ſi quis neget. per Bar. & D. meũ
Angel. & Doctores. ff. quemadmod. teſtamen.
aperian. & per Specula. in titulo de inſtrumen.
edit. in §. reſtat. & in c. præſentia. per Glo. & Do-
ctores, & in ca. cùm Ioannes eremita. de fide inſtrum. Non enim dicit ſe aliquid velle probare
contra teſtamentum, nec illud velle redarguere
de falſo, vel aliter, vnde hic caſus prætermitten-
dus eſt.
6 Quòd autem † ſtante tali teſtamento in publi-
ca, & ſolenni forma, talis receptio, & publicatio
fieri nõ debeat, plura me mouent: & primũ au-
ctoritas Bal. in d. l. 2. vbi dicit quod ſi petitur publica
tio ſcripturæ teſtamenti, quod peti poteſt, cũ ſcri
ptura priuata indigeat publicatione, ſed ſi eſſet
publica ſcriptura, ſuperuacaneè, & fruſtratoriè
peteretur, niſi ad confirmationẽ ad quem finem
diximus ſupra non reperiri fore actum, aut peri
7 tum: ſecunda ratio ſpecialitatis: nam † ſi ſpeciale
eſt fauore ultimæ uoluntatis, ne probatio depe-
reat, ut talis receptio, & publicatio fiat ſecũdum
Bal. in d. l. 2. in ver. ſeptimo, quæritur. ergo in cõ
trarium eſt ius commune: ut l. ex eo. ff. de teſtib.
8 Tertiò † nam ſi propter ſufficientem, & idoneã
probationem refrenatur multitudo, & nume-
rus teſtium, ut in c. ſignificauerunt. extra de teſti
bus. ergo & pariter cum plenè probetur nego-
cium, aut voluntas per inſtrumentum, aut teſta-
mentum non debet admitti, vel recipi probatio
per teſtes, maximè cùm periculoſa ſit; nam facile
contingere poſſet, ut ex aliquali varietate teſtiũ,
aut inter ipſos, aut cum teſtamento, vltima vo-
luntas rueret, & irritaretur.
Sed dato, quòd talis publicatio facienda eſſet,
9 quod minimè reor, dico † illam nec paſſim, vt
petitum eſt, fiendam eſſe, ſed ſolum primò ape-
riendos teſtes, deinde examinata eorum fide, &
diſcuſſis atteſtationibus, aut illas reiiciendas, aut
pronuntiandum in publicam formã redigendas
ad perpetuam rei memoriam, & eis fidem adhi-
bendam: & hoc apertè uoluit Bald. in d. l. 2. in
verſiculo ultimo quæritur. ibi, poſt quam aper-
turam teſtium iudex uiſa, & examinata eorum fi-
de. & c. & ibi in eodem verſiculo, & quod ſemel
ventilatum eſt, & ſopitum, & clarius in dicta au
cten. ſi quis in aliquo. C. de edend. verſiculo, vlti-
mò reſtat ibi. Sed hic quæro, pone quòd iudex,
publicauit, quando debuit declarando dicta In-
nocen. in d. c. Albericus. extra de teſtib. dum di-
cit quòd commodum, & utilitas pronuntiatio-
nis ſuper adhibenda fide facta tempore publica-
tionis,

tionis hoc imponat, ut ſtetur teſtibus iure rei iudicatæ, & quodammodo non poſſit opponi contra teſtes in dictis perſonis. ſubdens, quòd dicta pronunciatio non requiritur, eſt enim magni præiudicii, niſi prius diſputatum ſit ſuper validitate dictarum atteſtationum, unde cùm adhuc atteſtationibus clauſis nihil diſputatum de ipſarum atteſtationum uirtute, & validitate, conſequenter dicendum eſt quòd non debent ſimul et ſemel atteſtationes aperiri. & publicari, & approbari, ne ex eo inreparabile præiudicium fiat illis de Valomeis venientibus ab inteſtato, & præteodentibus intereſſe aliquo modo ex dicta cauſa inteſtati. Nec vbi enim reperitur aliquo ſpeciali iure indultum ut teſtibus eo modo receptis nihil opponi poſſit contra eorum perſonas vel dicta, ſed potius contrarium, igitur facienda eſt copia partibus cum termino, &c. ut ſuper ipſis atteſtationibus diſputetur, & allegetur ſecundum Speculatorem in titulo de teſte in §. publicatis.

Nam ſi teſtamentum poteſt reprobari, quare & non teſtes inuicem aduerſantes, vel minus plenè concludentes admoueri? officium ergo erit boni iudicis eniti vt teſtamentum producatur, de quo notarius ipſe rogatus non ſuſciabitur copiam feciſſe dicto domino Vincentio in publicam formam, & apparebit illud laborare graui morbo.

Et ita iuris eſſe videtur mihi Ciuffiłcto Cauutio V.I.D. ſalua rectius ſentientis ſententia.

CONSILIVM D. LVDOVICI DE Peruſio legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Tutela defertur proximiori in gradu agnationis vel cognationis.*
2 *Hæreditas defertur proximiori agnato.*
3 *Tutor eſſe non poteſt niſi maior ſit 25. annis.*
4 *Tutela, legitimam excuſationem non habet.*
5 *Tutela datiua, à legitima differt.*
5 *Tutor à iudice dari poteſt quicunque qui habilis eſt.*
7 *Vocatus ad tutelam, eã non aſſumẽs videtur renuere.*

CONSILIVM XLIX.

QVIDAM deceſſit condito teſtamento filijs relictis pupillis abſque tutore, remanet mater pupillorum, quæ renuntiauit ipſam tutelam, & in tutorem dari filijs ſuis petijt Petrum Puzarelli patruum in ſecundo gradu patris pupillorum, & Franciſcum Puccij conſanguineum pupillorum cognationis gradu longiorem Petro prædicto. coguntur à curia ſicut electi ad ſuſcipiendum tutelam, reſpondetur per Petrũ quòd non debet cogi, cùm ſint alij proximiores eo, ex cognationis gradu, & quòd eſt ſexagenarius, & infirmus. Per Franciſcum uerò allegatur quòd ſunt alii proximiores eo, tam agnati quàm cognati & quia eſt creditor pupillorum in 70 flor. auri. Quæritur an curia poſſit eos cogere, uel alterum eorum ad dictum onus tutelæ ſuſpiciendũ, & ad quem dicta tutela deferatur de iure.

1 IN CHRISTI nomine. Amen. † Onus
tutelæ defertur proximiori in gradu agnationis
2 vel cognationis, † ſicut deferuntur hæreditates:
eſt enim ſublata differentia agnationis & cognationis in tutelis, ſicut in delatione hæreditatis. C. de legi. hære. auctẽ. ſicut hęreditas. Et ideò cùm tamen pręſupponatur in facto, quòd proximior in gradu dictorum pupillorum vltra matrem eſt quidam eorum auunculus, videlicet, frater carna-
3 lis matris. Dico † quòd ad dictum auunculum
pertinet dicta tutela ſi eſt maior vigintiquinque annorum, & non prohibetur à lege tutelã ſuſcipere, & legitimam excuſationẽ non habet, prout
4 dicit tex in d. auct. † Et quòd alij in gradu remo-
tiores ad dictam tutelam ſuſcipiendam cogi nõ
5 poſſunt: Prædicta † vera de tutela legitima, in
tutela verò datiua nõ conſideramus gradus nec parentelam ſiue agnationem vel cognationem.
6 † Quicunque aliàs habilis poteſt enim à iudice
dari. C. qui da. tut. poſſ. per tot. Sed de hac tutela datiua nil ad propoſitum noſtrum: nam in caſu noſtro cum mater pupillorum, ut mihi pręſupponitur, nunquàm aſſumpſerit tutelã, patet
7 quòd cùm ipſam tutelam † renuit, ut in themate
dicitur, quòd eſt locus tutori legitimo: ut patet ex not. per Bartol. ff de teſtam tutel. l. ſi quis ſub conditione. Et ideò concludo quòd ad dictum auunculum pertinet dicta tutela, ſi eſt maior 25. annis, prout ſuperius dictũ eſt. De alijs excuſat. de quibus in themate dicitur, non expedit dicere, cùm prædicta ad deciſionem ſufficiant.

Ego Ludouicus de Peruſio Legum Doctor ita conſului.

CONSILIVM D. BARONI GVALferducij de Peruſio Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Qui ex linea paterna ſunt prius, quàm qui ex materna, ad tutelam vocantur, & hoc veteri iure.*
2 *Legitima tutela defertur ſecundum gradum, & rationem quoad hæreditates, & quiſq; vocatur nullo diſcrimine inter agnatos, & cognatos habito.*
3 *Mater & auia teſtamentarijs tutoribus præferũtur.*
4 *Onus collocatur, vbi eſt emolumentum.*

CONSILIVM L.

QVIDAM Laurentius & fratres minores 12. annis caret curatore, matre eorum petente tutorẽ dari, quæritur qui ſunt cogendi tutelam ſuſcipere, an Vannus Iacobi, qui eſt proximior con-

ſangui-

ſanguineus ex linea materna, an Petrus & Franciſcus qui ſunt in ulteriori gradu ex linea paterna.

IN DEI nomine. Viſo puncto quo queritur quis iſtorum cogi debeat ad tutelam ſuſcipiendam, an Vaninus qui eſt proximior vt ſupra, an Franciſcus & Petrus, qui non ſunt ita proximiores? Et primò uidetur dicendum, quòd Petrus & Franciſcus, qui non ſunt ita proximiores, & ſunt

1 ex linea paterna, ſint † cogendi ad onus dictæ tutelæ ſuſcipiendæ, quia illi videntur vocari ad tutelam, qui ex linea paterna ſunt, non autem ex linea materna: vt l. j. C. de legi. tuto. vbi not. quòd ſolum ad tutelam vocantur agnati cōiuncti per lineam maſculinam.

Contrarium eſt verum, quia iſtud hodie eſt correctum per auct. ſicut hæreditas. C. de legiti. tutori. & in auct. de hære. ab inteſta. §. ex ijs. col.

2 9. vbi not. † quòd tutela legitima defertur legitimis ſecūdum gradum, & orationem quo ad hæreditates, vocantur ſi idonei ſunt, ſublata differētia agnationis, & cognationis mulieribus expul

3 ſis, † matre & auia exceptis, vt in auct. matri, & auię C. quan mu. offi. tut. fun. poſſ. & in corpore unde ſumitur, quæ omnibus ex latere cognationis præferuntur teſtamentariis; eas ſolas præſentibus. pluribus in eodem gradu exiſtentibus, idoneor eſt eligendus, ut in prædic. auct. de hæred. quę ab inteſt. §. ex ijs. Sic aūt in caſu noſtro ꝓpoſito, quia licet Vannin⁹ ſit ex linea materna, & ſit proximior; vt proponitur omnibus aliis tam ex linea paterna, quàm materna: ipſe cogendus eſt ad onus tutelæ ſuſcipiendę: ratio au-

4 tem eſt, † quia ubi emolumentum, ibi onus collocatur, ut C. de legi. hęre. l. ſi. & l. ſecundum naturam, de regu. iuris.

Baronus Gualferducij de Perusio legum Doctor conſuluit.

CONSILIVM D. PASQVALINI de Pincetis de Mutina Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis facta per carentem viſione oculorum ſine ſolennitate l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. face. poſſ. & per eum in ſuo vltimo teſtamento confirmata, an valeat.*

2 *Donatio cauſa mortis, quid ſit.*

3 *Filiusfamiliàs licet non poſſit teſtari, neque codicillari, poteſt tamen, patre conſentiente, cauſa mortis donare.*

4 *Prohibitum in vno, in alio conceſſum videtur.*

CONSILIVM LI.

1 PAVLINVS. † Venturini, oculorum uiſione carens, fecit donationem cauſa mortis, non ſeruata ſolennitate. l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. ce. poſſ. quam donationem poſteà in eius ſolenni teſtamento valido confirmauit, quæritur an valeat. Et deciſiuè ſine argumentationibus reſpōdendo videtur valere, quia licet cęcus non poſſit teſtari, neque codicillari ut d. l. hac cōſultiſſima, tamen poteſt donationem cauſa mortis facere. iſtud tangit Cyn. in l. Senium; eo. ti. Bar. in l. tam

2 is. § j. ff. de dona. cau. mor & per eundē in l. qui in poteſtate. ff de teſtam. † Gloſſ. in d. l. Senium dicit, quòd donatio cauſa mortis ſequitur naturā legatorum, ut not. inſtit. donatio. in prin. Dyn. dicit quòd mortis cauſa donatio, non eſt merè & propriè vltima voluntas, unde magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati, ſicut not. ff. de do. prælega. 2. in prin. Et ſic ex ea parte quæ contractui accedit, poteſt reſpōderi quòd poſſit dependere ex alieno arbitrio, quemadmodum contractus, vt C. de contrahen. emp. l. ulti. ff. de verbo. obliga. l. ſi quis arbitratu, quod non eſt in alia vltima voluntate, quæ propriè, & merè eſt vltima voluntas, ita quòd ex nulla parte ſapit naturam contractus.

3 Præterea † & filiusfamiliàs nō poteſt teſtari, codicillari, legata vel fideicommiſſa facere: ut in d. l. qui in poteſtate ff. de teſtamen. & tamen patre conſentiente, poteſt donationem cauſa mortis facere ut d. l. Senium. C. qui teſta. face. poſſ. & per not. in d. l. qui in poteſtate. in Glo. d. l. & text. in d. l. tam is. §. j. ff. de donatio. cau. mor. vbi Bart. dicit idem quod Dyn. & etiam idem dicit idem Bar. in d. l. qui in poteſtate. Et ſic non inuenitur lege prohibitum quòd cæcus non poſſit donationem cauſa mortis facere, ſine ſolennitatibus

4 de iure ſibi permiſſis, &c. † Nam quod in vno ꝓhibetur, in alio videtur eſſe conceſſum; vt l. cum prętor. ff. de iudici. apparet etiam quòd in teſtamento ſolenniter facto, confirmat dictam donationem. Et dicendum eſt, quòd bona donata cauſa mortis non veniunt communicanda cū aliis bonis hæreditatis, nec de eis debet detrahi legitima, vel debita iure naturæ. Laus Deo.

Paſqualinus de Pincetis de Mutina legum Doctor allegauit.

ADDITIO D. IACOBI DE RVberijs, V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias teſtari non poteſt ſine conſenſu patris.*

2 *Filiusfamilias clericus ordinatus, teſtari poteſt.*

3 *Teſtamentū factū per filiumfamilias in habitu nouitiatus alicuius religionis ante profeſſionē, an ualeat.*

1 QVIA ſupra in verſ. Præterea, dicitur † quòd filiusfamilias non poteſt teſtari, &c. ſine conſenſu patris. Aduerte quòd me præſente D. Bartholomæus Cæpolla magnæ ſcientię doctor Padue in domo ſua in ſtudio ſuo, interrogatur à certis nobilibus

nobilibus an filio familiæ, qui ſe à patria abſentare volebat, eſſet dare remedium, quòd teſtari poſſet ſine ſcientia, & conſenſu patris, reſpondit † quòd ſic, & quòd facerent ipſum ordinari clericum: & quòd ſic effecto clerico poſſet ad ſtatim vel poſteà quandocunque ad libitum ſuum teſtari ſine conſenſu patris, & eius teſtamentum eſſe validum de iure, dicens ſe hoc tenere, & declaraſſe in ſuis cautelis & cõprobaſſe per multa iura & Doctor. & quòd hoc etiã tenuit excellentiſſimus Docto. D. Iaco. de Zochis de Ferraria: & de hoc nullũ penitus eſſe dubiũ, ideò nota iſtam q. quia eſt vtilis, & bonum ſcire.

Item ego uidi Paduæ, quòd † dum quidam iuuenis aſſumpſiſſet habitum nouitiatus in monaſterio Sancti Spiritus Venetiarum, congregationis Sancti Saluatoris Canonicorum regularium ordinis Sãcti Auguſtini, antequam profeſſionẽ emitteret, teſtatus fuit, & poſteà ꝓfeſſione emiſſa, mortuus eſt, fuit conſultum per D. Alexandrũ de Neno doctorem celeberrimum teſtamẽtũ nõ ualere tãquam factum per filium familiàs ſine cõſenſu patris, non obſtante quòd eſſet in nouitiatu conſtitutus.

Iacobus de Ruberijs Parmenſis V.I.D. minimus præſens omnibus prædictis.

CONSILIVM D. FRANciſci de Albergotis de Aretio V.I. Doctoris.

SVMMARIVM

1 *Legatum pro dote conditionem non continet, nec modum. & nu. 2*

3 *Item, nec relictum cum cauſa intelligitur, ſcilicet de futuro.*

4 *Legatum pro dote mulieri factum, ob cauſam de futuro relictum intelligitur.*

5 *Dictio, pro, denotat cauſam.*

6 *Cauſa reſpiciens alterius fauorem quàm legatarij, ſeu donatarij, præſumitur finalis. & ea deficiente, deficit effectus.*

7 *Cauſa reſpiciens legatarij ſeu donatarij fauorem, impulſiua præſumitur, & eius defectus non vitiat legatum.*

CONSILIVM LII.

LAMBERTVS legauit Margaritæ centum pro dote ſua. Modo mortua eſt dicta Margarita legataria antequàm nuberet: quæritur an legatum prædictum ſit tranſmiſſum ad hæredes ipſius Margaritæ legatariæ. Ad quod dicendum eſt, quòd dictum legatum non fuit legandum ſub conditione † quia tunc haberet locum materia. l. j. C. de inſtitu. & ſubſtitutio. ſub condi. fact. & l. legatum. de conditio. inſert. & l. in teſtamento. de conditio. & demonſtra. & quod not. Dy.
in c. imputari. de. reg. iur. in 6.
2 Item † non fuit factum ſub modo qui fit:
prout l. ſi tibi legatum. ff. de leg. 3. & l. Titio. in
princ. ff. de conditio. & demonſtra. & l. quibus
diebus. §. ſi. eo. tit. & C. de his quæ ſub modo. l. j.
3 Item † non fuit dictum legatum relictum cum
cauſa, ſcilicet de præterito: quia tunc haberet locum l. cum tale. §. falſa. ff. de conditioni. & demonſtra. & §. quod autem. Inſtit. de legat. §. lon
4 gè magis. Veritas ergo eſt, † ꝙ dictum legatum
factum fuit ob cauſam de futuro, ſcilicet matri-
5 monij contrahendi. †. Nam dictio, pro, denotat
cauſam, vt in c. cùm olim. de cenſibus & per
Bar. in l. ambitioſa. ff de decret. ab ordi. facien. &
in c. in noſtra. extra de iniur. & dam. dato. & iſto
caſu, recurrimus ad diſtintionem. l. 2. in fi. ff. de
6 donatio. quæ eſt, † quòd cauſa reſpiciens fauorem alterius, quàm legatarij, ſeu donatarij, præ-
ſumitur finalis, & ſic ea deficiente, deficit effe-
7 ctus † Si verò reſpicit fauorem legatarij, ſeu donatarij, & præſumit impulſiua, & ſic eius defectu
non uitiat legatum, vt dictis ll. & l. ſi mulier. ff. de
iure doti. & l. ſi mors. §. ſi ff. de donatio. inter uir.
& vxor. & ſic tranſmiſit ad hæredem. §. meminiſſe. C. de cadu. tollen.

Franciſcus de Albergotis de Aretio.

CONSILIVM D. IOANNIS De Ricijs de Florentia. V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa præteritionis non expreſſa, reddit teſtamentum nullum.*

2 *Nepos ex filia non poteſt præteriri ab auo, decedente teſtatore, relictis filijs maſculis, ſeu maſculo.*

3 *Subſtitutiones, quæ conſeruentur per auct. ex cauſa. C. de liber. præterit.*

4 *Clauſula, ſi, non valet iure teſtamenti, & c. quem intellectum habet.*

5 *Decedente infra tempora pubertatis is cui ſubſtitutio facta eſt per verbũ cõmune ſubſtitutio, eſt pupillaris ſi poſt, eſt fideicommiſſaria, niſi de voluntate teſtatoris aliquibus coniecturis aliud appareat.*

CONSILIVM LIII.

IN DEI nomine. Amen. Viſo puncto prædicto, & ſtatuto communis Piſtorij, ſub rub. de modo ſucceſſionis mulierum ab inteſtato, & alio ſtatuto ſub rub. quòd filia dotata non poſſit pro dote matris ſuæ, vel auiæ agere cõntra bona alienata, vel obligata per patrem, vel fratres. &c. dico quo ad pri-
1 mum, quòd † propter prætentionem Conradi
nepotis ex filia dicti teſtatoris cauſa non expreſſa dictum teſtamentum dicti Ioannis aui dicti Conradi nullius eſt momenti. vt l. j. ff. de iniuſto teſtam.

ſto teſta.l.maximum vitium.§.ſancimus.C.de li
be.prę.& in auct.vt cum de appe.cogno.§ aliud
quoque capitulũ.& hoc maximè patet per dictũ
2 ſtatutum, † de modo ſucceſſionis mulierũ ab in-
teſtato in verſ.ſi verò teſtatus.in quo verſ.cõpre-
hẽditur caſus iſte, videlicet, ꝙ nepos ex filia, non
poſſit prętereri ab auo decedẽte teſtatore, relictis
filijs maſculis, ſeu maſculo: ſi igitur in iſto caſu de
bet ſeruari ius commune, dictum teſtamentum
nullum eſt, ut in iuribus ſupra allegatis. & ex hoc
3 ſequitur, quòd † ſubſtitutio facta de conſortibus,
& conſanguineis dictis Dominico, & Michaeli
filijs dicti Ioannis, ſi, vel quatenus diceretur eſſe
vulgaris: quia per vulgarem teſtatori directo ſuc
ceditur, eſt ipſo iure nulla: vt in auct. ex cauſa. C.
de liber. præter & l.2.§.j ff.de uulg & pup. Sin-
autẽ vel quatenus diceretur eſſe pupillaris, cõſer
uatur per auct ex cauſa. vt no. Gl. in l.j. §. ſi ff de
uulg. & pup. & Bar. ibi. & in l. filio pręterito. de
iniuſto teſtam. licet Dyn. ibi. aliter dixerit, & nõ
bene. Si autem diceres eſſe fideicommiſſariam,
conſeruatur etiam per dictam auct. ex cauſa. &
4 maximè ſi eſt † appoſita clauſula conſueta, ſi, non
ualet iure teſtamenti. &c. per quam videtur quili
bet ab inteſta. veniens rogatus reſtituere hæredi
tatem inſtitutis, vel ſubſtitutis, qui iure directo
admitti non poſſent. l. poſthumus. §. ſi. ff de iniu.
teſt. ad Trebell. l. ſi quis priore. & l. ita tamen. §.
quoties. & l. nam quod. §. j. eo. ti. & eſt Glo. not.
in l. ex ea. ff. de teſta. & ibi ſcribit Bar. & proba-
tur in l. quæritur. §. vtrum autem, de teſt. mil. &
l. codicillis. §. ſi. de leg. 2. Ex qbus ſupra proximè
dictis patet dictum Conradum nepotem dicti
Ioannis ex dicta filia, vigore dicti ſtatuti, de mo-
do ſucceſſionis mulierum ab inteſtato, ſucceſſio
nem dicti Ioannis eius aui admitti in tertia. In
alijs duabus tertijs, admitti dictos Dominicum,
& Michaelẽ filios dicti Ioannis, & dictis Domi-
nico, & Michaeli in pupillari ætate defunctis, ad
mitti in dictis duabus tertijs hæreditatis dicti
Ioannis eorum patris, & in alijs quibuſcunque
dictorum filiorum bonis dictos conſortes, & cõ
ſanguineos ex latere maſculino eis ſubſtitutos,
dictũ autem Conradum iſto caſu in nihilum vl-
tra admitti. Si autem diceremus dictam ſubſtitu
tionem eſſe fideicommiſſariã, vel ad fideicõmiſ-
ſariã redigi vigore d. clauſulæ, tunc in dictis dua
bus tertijs contingentibus dictis Dominico, &
Michaeli, admitterentur pro parte dimidia dicti
conſortis, & cõſanguinei ex latere maſculino: in
alia dimidia admitteretur dictus Conradus, hoc
eſt pro legitima, & trebellianica competẽti dicti
Dñico. & Michaeli, & ſimiliter in alijs quibuſcũ
que bonis dictorum Dominici, & Michaelis, tan
quã eis proximitur, quod probatur; quia dictum
ſtatutum de modo ſucceſſionis, &c. nõ prohibet
nepotes & cõſortes ſuccedere auunculis, niſi di-
ctis auũculis extarent filij, vel nepotes ex eis, ſeu
frater, vel filij fratris: vt patet in dicto ſtatuto: in
verſ. item quòd nulla mulier.

Videndum eſt ergo, an dicta ſubſtitutio facta
de dictis conſortibus, & conſanguineis, ſit dire-
cta pupillaris, vel fidecommiſſaria, & quia iſta
quæſtio eſt per Glo. & Doctores, tam iuris Cano
nici, quàm ciuilis, variè & diffusè tractata: nõ in
ſiſto in allegationibus pro & contra: ſed ſolũ ve
5 niam ad veritatem, quæ eſt, quòd † ſi infra tpa pu
bertatis decedat is cui ſubſtitutio facta eſt per
verbum commune, prout eſt verbum ſubſtituo,
eſt pupillaris, ſi poſt eſt fideicommiſſaria, niſi de
voluntate teſtatoris aliquibus coniecturis aliud
ctores iuris ciuilis, & textus de iure canonico
apertos, & dilucidos habeamus illorum eſt deter
minationi ſtandum, & in foro ciuili. arg. no. per
Ioan. And.in c.j.de ope.no.nunc.& quæ haben-
tur in l.per hanc.C.de temp.appel. Nam & au-
ctoritates Docto.cedere debent auctoritati Pe-
tri Apoſtoli. Itaque concludendum eſt ipſum
Do. Iaco. ſeu eius hęredes, ex perſona ſua poſſe
detrahere duas quartas Legitimam, & Trebellia
nicam, reliquum verò, quod ex hęreditate ſuper-
eſt ſubiacere reſtitutioni fideicommiſſariæ. Ac-
quiſita verò aliunde per dictum Do.Iacobum q̃
ex patris hæreditate, ad hæredem ipſius D.Iaco.
pertinere uidelicet ad D.Floremontem.

Et quoniã in pręcedentib. concluditur ipſum
D.Iacobum, ſeu hęredes eius poſſe duas quartas
detrahere, Legitimam.ſ.& Trebellianicam, uidẽ
dum eſt ad quotam partem eius partis: quæ ipſi
Do.Iacob.ex hæreditate eius patris obuenit, le-
gitimam & Trebellianicam aſcendant: & in hoc
breuiter eſt concludendum illam eſſe dimidiam
ſuæ partis, quę ad eum peruenit, & ſi in tota hæ-
reditate demonſtraretur hoc erit & in parte con
9 fitendum, † ut idem iuris ſit de parte, quo ad par
tem. l.quæ de tota ff.de rei ven. l.qui ſic. in princ.
ff.de vſur. Ponamus ergo filium in ſolidum inſti
tutum, & grauatum reſtituere hęreditatem ex-
traneo ſi morietur ſine liberis, eueniente fidei-
commiſſariæ ſubſtitutionis condictione, ſucce-
dente ab inteſtato filio, detrahunt duas ſalcidias.
Primum detrahunt legitimam, quia illa detrahi-
10 tur, ut æs alienum, quod ante † omnia detrahi-
tur. l.Papinianus.§.quoniam autem quarta.ff.de
inof. teſtamẽ. legitima ergo eſt triens, & ſic qua-
tuor vncię. Vnde deducendo quatuor uncias de
tota hæreditate remanent octo unciæ, quę cadũt
in fideicommiſſum, de his octo reſtituendis de-
trahenda eſt Trebellianica, quę eſt quarta pars,
& ſic duæ vnciæ. Vnde iſtę duę detractiones aſcẽ
dunt dimidiam hęreditatis, habet ergo fideicom
miſſarius ſolum dimidiam.

Et hic modus calculãdi clariſſimus eſt, & ꝓba
tur auctoritate Gloſſatoris Bernardi in Glo. in
uerbo medietatem in ca. Raynutius. extra de te-
ſtam.& ibi per Innocentium, & Io. And.in ca. ſi
pater extra de teſtam.lib.6 per Bal.in l.iubemus.
C.ad Sen.Con.Treb. per Ang.in l.in ratione.§.
quod vulgo.ff.ad leg. Falcid. Sed hęc res cùm ſit
notiſſima, auctoritate non eget. Vnde in caſu no
ſtro: cùm ad hunc Iacobum peruenerit tertia
pars bonorum teſtatoris, ſcilicet quatuor uncię,

ex detra-

ex detractione legitime, & Trebellianicæ detrahentur duæ vnciæ, quæ ſunt legitima, & Trebellianica ſuæ portionis. Et ſic præfata D. Floramons hæres inſtituta à prædicto Do. Iacobo, primo debet habere liberè, & expeditè, omnia bona vndecunque ab ipſo Do. Iacobo acquiſita præterq̃ ex hæreditare ipſius D. Aloyſij patris dicti D. Iacobi. Idemq́ue de tertia parte hæreditatis D. Aloyſij, habebit legitimam, & Trebellianicam, quæ ſunt pars dimidia. Ad ipſum. ergo D. Azonem dumtaxat virtute ſubſtitutionis pertinebit dimidia pars eius partis, quæ ex hęreditate patris ad ipſum D. Iacobum peruenit.

Sed circa pręmiſſa talis annectitur dubitatio. An præfata D. Floramons hæres ſupraſcripti D. Iacobi teneatur reſtituere iure fideicommiſſariæ ſubſtitutionis factæ à D. Aloyſio ĩ ſuo teſtamēto filijs ſuis D. Ambroſio, Azoni, & Iacobo eã partem, quam conſequutus eſt D. Iacobus in hæreditate Do. Ambroſij ſui fratris, qui mortuus eſt, nullis rectis liberis maſculis; ſed tantum duab. filiabus. Et ſic uirtute teſtamenti ipſius D. Aloyſij, tertia pars hæreditatis D. Ambroſij, quam habuerat à D. Aloyſio eius patre peruenit, & peruenire debuit in ſupraſcriptos Do. Iacobum & Azonem ſuperſtites. An ergo dimidiam huius partis tertiæ partis tenebitur ipſa D. Floramona deductis deducendis reſtituere? In hoc quidem
11 paſſu in illam cadimus dubitationē. An † hęres inſtitutus & de reſtituenda hęreditate ſub conditione grauatus, videatur etiã grauatus in ea parte hæreditatis, quam à cohærede ſuo iure fideicōmiſſi percepit. In quo articulo, quoad caſum noſtrum pertinet dicendum puto, quòd non. Nam iſti tres filij D. Ambroſius, Iacobus, & Azo fuerunt ita à Do. Aloyſio eorum patre ita ſubſtituti, ut unus alteri ſuccedat, quæ ſubſtitutio in ipſis maioribus annis in dubio eſt fideicommiſſaria. Vnde vnus uidetur alteri grauatus ſi deceſſerit ſine liberis de reſtituenda hęreditate. Sed in hoc tali grauamine, non continebitur q̃ unus habuit ab altero iure fideicommiſſ. l. ſi Titius. ff. de leg. 3. ergo nec hoc caſu veniet.
12 Secundo per iſta verba dubia † unus ſuccedat alteri. Iſti grauati videntur ut hęredes. l. qui plures in prin. ff de vulg & pup. aliter enim grauati non potuerunt. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. ergo ſola ſua portio hęreditaria ueniet. Et non quod unus ab altero iure fideicōmiſſario percepit. l. pr filium. § quindecim. ff. de leg. 3. l Marcellus §. quidē liberis. à ſenſu contrario. ff. ad Treb.

Tertiò ex ordine ſcripturę teſtamenti. Primò quidem eſt facta ſubſtitutio inter filios, qui ſine liberis moriuntur. Deinde ſecundo loco, quãdo moriuntur cum filiabus, ergo illud quod percipiunt ipſi fratres ex hæreditate alterius fratris mortui cum filiabus, non poteſt dici venire in prima ſubſtitutione, quæ fuit primo loco facta. l. Titia. ff. ad leg. Falc. & iſtam ſententiam tenuit. Glo. ordin. in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Treb. & in l. cum uirum. C. de fideic. & ita tenet Bar. in d. §. quidam liberis, in fine ſul appa. ratus: & in l. liberto. §. filium. ff. de ann. lega.

Quartò, ubi verba ſubſtitutionis ſunt dubia quemadmodum in caſu noſtro, quòd unus alteri ſuccedat, &c. debet attēdi id quod eſt minus, ut quis minus videatur eſſe grauatus: argu. l. unũ ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. & l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. l. nummis. ff. de leg. 3. Item & in dubio fauendum eſt. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. & hanc ſententiam tenet in terminis noſtris D. Angelus in l. cùm uirum. C. de fidei. & in l. ita tamē. §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebel & dicit Rayneriũ, ita diſputando tenuiſſe Bononiæ. Nec reperio contradicentem. Et pro hac parte allegat idem Ang. quia debet inſpici illa portio, quam iſte fratres tempore teſtamenti habuerũt ab eorum patre. l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg.

Circa ſecundum principium articulum, an dictam legitimam, & Trebellianicam, quę ad dimidiam hæreditatis aſcendũt, ut ſupra uiſum eſt, & de quibus ipſe D. Iacob. ex teſtamento patris ſui non fuit prohibitus diſponere, poſſit ipſe D. Azo, uirtute ſententiæ arbitramentalis, de qua ſupra, & tranſactionis, inter ipſum quondam Iacobum & Azonem celebratæ, pretendere ad eum ſpectare, & pertinere, pro quo quidē dubio clarius determinando formabo mihi duo principalia dubia. Primum eſt, an talis prohibitio alienationis facta à ſupraſcripto arbitratore D. Paulo de Lera & tranſactio inter D. Iacobum & Azonē celebrata tranſitum Dominij in ipſam dominam Floramontem ex aditione ipſius D. Iacobi factum reſpectu rerum, quæ in prohibitionem venerant, mero iure impedire habuerint. Secundum principale dubium erit. An præſuppoſito, q̃ mero iure dominij tranſitus non impeditus ſit, an poſſit ipſe D. Azo & filiæ q. D. Ambroſij eius fratris agere ab intereſſe, pro reb. ipſis alienatis, in ipſam D. Floramontem, ex inſtitutione hęredis in ipſam facta.

Circa primum dubium formo mihi talē concluſionem, quòd nec prohibitio P. arbitratoris, nec tranſactio facta inter D. Azonem & Iacobũ tranſitum dominij, qui factus eſt in ipſam Do. Floramontem per aditionem hæreditatis, ut l. cũ hæredes. in principio. ff. de acqui. poſſ. impedire habuerũt. Quod ſic clarè deduco. Nã prohibitio arbitratoris, & prohibitio partium à pari procedunt.
13 † Poteſtatē n. quã habet arbiter, & arbitrator, à partib. cōſequitur. l. nō diſtinguemus. §. ex compromiſſo. ff. de rece. arb. c. cùm dilectus. eod. ti. extra. ſed
14 † pactum prohibitiuum alienationis à partib. interpoſitum, non impediet translationem dominij: vt l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligatio. & l. ea lege. C. de condic. ob cau. Ita
15 † nec arbiter poterit impedire translationem dominij in ſuo laudo, vel arbitramento, cùm
16 † non ſit maior poteſtas eius, quàm partium: vt d. c. cum dilectus. & d. §. de officio. Et ita tenent

Innoc.

Innoc & Io. Andreæ in c. Raynaldus. extra de te
ſta, vbi videtur textus de qõne noſtra, vbi ageba
tur de ꝓhibitione reſpectu legitimæ, & Trebel-
lianicę. Hanc eãdẽ ſententiã tenuerũt Bar. Bal.
& Ang. in l. filius familiàs. §. diuus. il 2. ff. de leg.
j. & omnes Moderniores, & eſt cõmunis opinio
nemine quem memoria teneam diſcrepante.

Sed contra hanc qõ oppono. Nã ex forma ſta
17 tutorũ ciuitatis Mediolani, quibus cauetur † ꝙ
arbitramenta, quemadmodum ſententiæ execu-
tioni mittantur, arbiter, ad inſtar iudicis videtur
18 eſſe reductus, ſed † preceptũ iudicis impeditiuũ
trãſlationis dominij impedit ne dominiũ tranſ-
feratur: ut l. ſi ſcien. ff. de contrah. empt. & l. di-
uus. ff. de pet. hæred. & l. hac lege. ff. de manu. &
in omnibus legibus, quæ dicunt interdictionem
factam à iudice operari nedũ transferatur: vt l. j.
ff. de cur. furio. l. is, cui bonis. cum ſimil. ff. de
verb. obliga. per conſequens dicemus ex laudo
iſtius arbitratoris impeditam eſſe dominij tran-
ſlationẽ in ipſam D. Floramontem ex aditione
hæreditatis per ipſam facta.

Solutio multiplex huius difficultatis dari po
19 teſt. Et primum † quòd verum non eſt præce-
ptum iudicis prohibere dominij translationem.
Nec leges allegatæ per Bart. hoc probant; quia
leges loquũtur in eo, cui iudex bonis interdixit
ex certa & legitima cauſa, puta, furoris, vel ꝓdi-
galitatis, dando illi curatorem, tum planè fateor,
quòd impeditur dominij tranſlatio & ita loqui-
20 tur dicta † l. ſi ſciens. ff. de contrahenda emptio-
21 ne. & † l. j. ff. de cur. fur. cum ſimili. Similiter,
22 & in † l. diuus, erat probabilis cauſa pendentiæ
litis iudicij petitionis hæreditatis. Sed in caſu no
ſtro nulla erat probabilis cauſa iſtius Pauli de Le
ra arbitratoris interdicendi iſtis nobilibus de
Aliprandis adminiſtrationem rerum ſuarum &
alienationis, per conſequens talis prohibitio nul
la, & hoc expreſsè voluit idẽ Bar. in l. filius fami-
liàs. §. diui. in finali quæſtio. ff. de leg. j. Dum
23 † cõcludit, quòd nudum præceptum iudicis, nõ
eſt tranſlationis dominij impeditiuũ. Nec enim
24 † alicui ſine exactiſſima cauſę cognitione rerum
ſuarum eſt deneganda adminiſtratio: arg. l. obſer
uare. ff. de cur. fur. & fuit de mẽte Cyni in l. quo
ties. C. de fideicõmiſ. & habetur in l. is cui bonis.
ff. de ver. oblig. & Bal. in l. j. C. de cur. furio. Et
25 hanc opinionem † quòd iudex indiſtinctè non
poſſit impedire translationem dominij tenuit
Inno in d. c. Raynaldus. extra de teſta. Bald poſt
Nicolaum de Mattarellis in l. ea lege. C. de cond.
ob cauſam. Qui & ſecũdò reſpondet ll. per Bar.
26 allegatis in quibus † uidetur dici iudicem impe-
dire trãſlationem Dominij, quod ideo illud eſt,
quia iudex illud facit ex præcepto legis, ergo
quando iudex non faceret ex præcepto legis, ſe-
cus eſſet, quemadmodum in caſu noſtro.

27 Tertiò modo poteſt reſponderi, † quòd licet
ſtatutum dicat ſententias arbitratorum executio
ni mãdari poſſe, non tamen ex hoc ſequitur, er-
go ipſi arbitratores æquiparati ſunt iudicibus.
Iſta enim non eſſet cõſequentia Peruſina. Statu-
tum enim ita eſt intelligendum, quod in his caſi-
bus in quibus arbiter notionẽ habere poteſt, &
facultatem cognoſcendi, & pronuntiandi, quòd,
tunc eo caſu, ſua notio, & pronũtiatio, ita mitta
tur executioni ſicut ſententia Iudicis. Non ta-
men ex hoc ampliatur poteſtas arbitri vel arbi-
tratoris: vt poſſit prohibere tranſactionẽ domi-
nij vbi ante nõ poterat, nec ex hoc datur iuriſdi-
28 ctio ipſi arbitro: † quia priuatorũ cõſenſus &c.
l. priuatorum. C. de iuriſdict. omni. iudic. Et ita
determinant Petrus & Cy. in l. j. C. de arbi. Si er
go vt ſupra concluſi arbiter ſeu arbitrator, cuius
poteſtas dependet à partibus, non poteſt virtute
ſui laudi, vel arbitramenti impedire translatio-
nem dominij, vt ſupra dixi, nec per dictum ſtatu
tum etiam poterit, quia ſupra tactum fuit, quòd
ex hoc nõ ampliatur poteſtas arbitri, ſeu arbitra
29 toris. Aliàs enim ſequeretur † quòd arbitrator, &
arbiter ipſi de cauſa famoſa, & de cauſa meri, &
mixti imperij cognoſcere poſſent cõtra l. nõ di-
ſtinguemus. §. Iulianus. ff. de recep. arb. indiſtin-
ctè ſcribit. & in § de liberali. De quibus cauſis iu
dices ordinarij Ciuitatis Mediolani cognoſcere
30 poſſunt. Et maximè q͂a hmõi † interdictio aliena
tionis bonorũ fit officio iudicis nobile: & ꝑ ma-
iores iudices: ut d. l. j. & l. obſeruare ff. de cur. fu. l.
j. l. nec mãdante. iuncta l. is qui. §. ſui. ff. de tut. &
31 cu. dat. ab his. † ꝙ officium iudicis nobile nõ ca
dere in arbitrum exploratiſſimum eſt. Et hanc
ſentẽtiam tenet etiam Raph. Fulg. in l. j. C. de ar
bi. & hæc ſolutio optima eſt, nec aliqua ratione
morderi poteſt.

Sed & quarto reſpondetur, quòd ſentẽtia hu
ius arbitratoris ipſo iure nulla eſt, pronuntiauit
etenim ipſe arbiter, ſuper eo de quo non fuerat
in eo compromiſſum. Nam non fuerat compro
miſſum, vt deberet pronuntiare ſuper poteſtate
32 alienãdi vel nõ, † per conſequens talis ſententia,
quãtum ad hoc pertinet eſt ipſo iure nulla, cùm
ſuper hoc pronuntiandi non habuerit poteſtatẽ
à partibus d. ca. cùm dilectus. extra de arbitris &
l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi. Cui
33 etiam accedit, † quòd ſententia ipſius arbitrato-
ris, petitioni partium debet eſſe conformis l. vt
fundus. ff. cõ. diui. ubi eſt caſus de quæſtione no-
ſtra l. fin. C. fide. liber. ſed tantum partes petie
runt diuiſiones fieri, reſpectu nonnullorũ bo-
norum, quæ ab ipſis pro indiuiſo tenebantur, &
poſſidebantur. Non antẽ petierunt vt interdice-
retur ipſi alienationi bonorũ Per cõſequẽs ſen-
tentia arbitratoris, in quantum pronuntia ip-
ſos, D. Iacobũ & Azo. nõ poſſe alienare &c. ip-
ſo iure nulla eſt. tũ quia lata ſuper eo de quo nõ
eſt in eo cõpromiſſum, tũ ẽt, quia lata ſuper eo,
de quo ab eo petitum non fuit. caſus eſt in d. l.
ut fundus. cui non poteſt cõgruè reſponderi. Et
pro hoc videtur deciſio Bar. in ſimili in l. Aqui-
liana, ibi dum dicit, ſecundo facit ſi compromiſ

ſum eſt

51 tor.§.fina.† fortius enim ad impedlendam alie-
nationem afficit rem hypotheca ſpecialis, qnàm
generalis l. ab eo. vbi eſt caſus notabilis. C. de
ſer.pig.dat manu. vbi hypotheca ſpecialis impe
dit manumiſſionem, & ſic alienationem ſerui,
non hypotheca generalis, facit etiam l. eſt diffe-
rentia ff. in quibus cau pig.taci. contraha. facit
optimè lex ſi is qui rem. in principio, cùm ibi
notatis.ff. de furtis. Ex quibus omnibus clariſſi-
mè concludo, nec ex ſententia arbitrabili, nec
ex tranſactione poſtea inter ipſos Domin. Iaco-
bum, & Azonem, ſubſeqnuta impeditũ eſſe tran
ſitum dominij in ipſam Domi. Floramontem,
qnod illi acquiſitum eſt in omnibns bonis dicti
quondam Do Jacobi, ut l. cum hæredes. in prin.
ff. de acq. poſſ.

Reſtat nunc, vt deueniam ad ultimũ articu-
lum. An licet non ſit probibita translatio domi
nij in ipſam Domi. Floramontem agi poſſit cõ-
tra eam ad intereſſe hoc eſt ad ęſtimationem re-
rum d.q. Dom. Iacobi quę ad illam peruenerunt.
Et hic prima fronte uidetur dicẽdum, qnòd ſic.
l. ſi ita quis. §. ea lege. cum ibi nota ff. de ver. obl.
& l ea lege. cum ibi notatis. C. de condi. ob can-
ſam. & ex notatis in l. nemo, & in l. traditionib.
ff. de pactis.

His tamen non obſtantibus partem oppoſitã
dico ueriorem eſſe de iure, uidelicet, quòd D. Flo
ramons nullo pacto ad intereſſe conueniri poſ-
ſit, quod ſic, & multiplici ratione deduco. Nam
ſi contra ipſam Domi. agi poſſet ad intereſſe
alieno ex duobus capitibus agendnm eſſet, vel
ex capite ſententię arbitramentalis, ſi non eſſet
appoſita pœna. l. diem proferre. §. fi. ff. de arb. vel
ex capite ſubſequutæ poſtea tranſactionis. Sed
ex neutro iſtorum capitum poteſt agi, igič, &c.
antecedens de ſe patet, quia nullum aliud eſt ne-
gotium celebratum inter iſtos Domi. Iacobum
& Azonem, ex quo oriri poſſet actio ad intereſ-
ſe, niſi negotium ſententiæ arbitramentalis, &
& negotinm tranſactionis. Quòd autem ex eo-
rum neutro ad intereſſe agi poſſit hoc ſic proba
tur. Nam primum ex capite ſententiæ arbitramẽ
talis, quæ quo ad hãc partem prohibitiuam alie-
nationis attinet, nulla fuit. Tum quia ipſi arbi-
tratori à partibus poteſtas data non erat, tum
quia nec partes coram ipſo arbitratore hoc pe-
tierant, tum quia nec de hoc erat lis aliqua, aut
dubium inter partes, tum & ultimò, quia euiden
tiſſimam iniquitatem continebat, quòd libero
homini, tam in morte, quàm in uita ſuarum re-
rum adminiſtratio interdiceretur: ut hęc omnia
in ſuperioribns clariſſimis rationibus compro-
baui, Nec qnidem & ſecundo agi poteſt, ex capi
te tranſactionis poſteà ſubſequutæ, nec emologa
tionis ipſius ſententiæ arbitramentalis factę, qa
52 dicta † emologatio non poteſt operari, quòd di
cta ſententia arbitratoris nulla ualeat, niſi in vim
nudi pacti: ut eſt Gloſſ. notabilis in l. ſecunda, &
ibi per Doctores. C. communia utri. iudic. quia
oſtenſo, quòd ex ipſa promiſſione facta in tran-
ſactione agi non poſſit, clariſſimè etiam conſta-
bit, quòd ex ipſa arbitramentali ſententia confir
mata in uim nudi pacti agi non poſſit. Quòd au
tem non poſſit agi ad intereſſe, ex promiſſione
poſtea facta in ipſa tranſactione boc expreſsè
53 probatur ex l. nemo ff. de pactis. † ubi non valet
promiſſio, ne quis inuito vicino rem ſuam alie-
net. Sed tunc fortiter obſtat, quòd talis promiſ
ſio de non alienando facta in traditione rei pro
prię bene nalet, quo ad boc ut poſſit agi ad in-
tereſſe ſi contra fiat: ut l. fina. C. de pactis in-
ter empt. & vendito. Item & ualet in re aliena,
quando paciſcentium intereſt: ut notatur in d.
l. nemo. per omnes. non igitur, quòd valeat ad
impediendam translationem dominij, ſed valet
quo ad boc: ut agi poſſit ad intereſſe: ut habetur
in d l. nemo. & in l ea lege. & in § ea lege. Sed in
caſu noſtro utrunque erat. Pactum enim fuit ap
poſitum in traditione rei propriæ, cum in diui-
ſione unuſquiſque ſociorum tradat partẽ domi
54 nij, quam habet in re, alteri. Et † ſic talis diuiſio
eſt ſimilis cuidam permutationi. l. cum pater. §.
hæreditatem. il 2 ff. de leg. 2. l. qui Romæ. §. duo
fratres ff. de uer. ob l. j. C. commu. utriuſque iud.
Item interſuit etiam & ipſius Do. Azonis: quia
cùm ipſe eſſet de proximioribus venientib. ab
inteſtato ipſi D. Iacobo, per conſequens inter-
erat ſua, res diuiſas nun alienari, vt iure ſucceſ-
ſionis illas obtinere poſſet.

Solutio, dico primum, quòd talis promiſſio
de non alienando facta in tranſactione, non fuit
appoſita in traditione rerum obnentarũ in par-
tem nnicuique ipſorum fratrum de Coyris, cũ
etiam longè ante ipſam tranſactionem fuiſſet fa-
cta diuiſio per uiam ſententiæ arbitramentalis
55 inter ipſos D. Iacobum, & Azonem ſtatim † ac-
quiſitum fuit dominiũ vnicuiq; ipſorum D. Ia-
cobi, & Azonis. §. ſi inſt. de oſ iud. l. Pomponius.
§ ſi iuſſu. cum ibi notatis. ff. de acqui. poſſel. & ex
notatis in l. j. C. commu. utri. iudic. maximè, cum
uterq; eornm eſſet in poſſeſſione partis. ſibi ob-
ueniæ. Vnde, cùm iam plenum dominium tran
ſiuiſſet in vnumquemque ipſorum fratrum ante
tranſactionem factam, non poteſt dici pactum
appoſitum in ipſa tranſactione fuiſſe appoſitum
in traditione rei propriæ, & ipſam traditionem
qualificaſſe, cùm tradens deſijſſet eſſe in totum
dominus: & ſic non ſumus in caſu. l. fina. C. de
pactis inter empto. & uendito. Et ita tenet Bald.
56 in dicta l. nemo. Quando † enim pactum ap-
ponitur tempore traditionis, tunc dominium
tranſit qualificatnm: ut dicta l fina. & habetur in
dicta l. nemo. Pro ijs facit optimè l. prima in fi.
cum l. ſequenti. ff. de rebus eorum. Item ſaltem
tale pactum etiam ſi diceremus in ipſa traditio-
ne appoſitum ualuiſſe, non diceretur appoſi-
tum reſpectu rei ſuæ ipſius D. Azonis, niſi reſpe
ctu medietatis rerum, quę ad dominum Iacobũ
57 peruniſſent, unuſquiq; † n. ſociorũ diuidẽs in re

ſibi adiudicata, & in partem obuenta habet par-
tem iure proprio,& partem à conſocio:nt d.l.cũ
pater.§ hæreditatem,il 2.ff.de leg.2. & in l.j.C.
com.viri.iud.& in l.qui Romæ §.duo fratres.cũ
ibi no.per Glo.& Doc.ff.de verb.obl. Vnde re-
ſpectu dimidiæ bonorum illud pactum: nullo
modò dicitur appoſitum in traditione rei pro-
priæ,& faciunt not.in l.ſi familiæ.C.fam.erc.Itẽ
hoc caſu propriè,pactum non dicitur apponi in
re propria:quia illa pars rerum, quam tradidit
D. Azo. D. Iacobo in diuiſione ſuccedit loco
partis rerum,quam è contra tradidit D.Iacobus
d.Azoni.Et ſic unuſquiſq; eorum,quodãmodo
58 uidetur habere iure proprio, & ſuo,cũ † in iſtis
vniuerſalib. vna res ſuccedat loco alterius.l. Im-
perator.in fine.& l.ſequenti.ff. de leg.2.& l.ſi rẽ
& pretium. cum ibi notatis.ff. de peri.hære.

Pari modo etiam non poteſt agi ad intereſſe,
ſi dicamus hanc promiſſionem eſſe factam ſu-
per re aliena non alienanda:quia non bene com
prehendi poteſt,quod intereſſe potuerit præten
dere ipſe D.Azo.Et ſi dicitur,quòd D.Azo po
tuit ꝑtendere intereſſe:quia ſucceſſurus erat ipſi
59 D.Iacobo ab inteſtato.Quia reſpondeo,† quòd
iſtud eſt improbabile intereſſe, expectare aduer-
ſam fortunam liberi hominis.l.inter ſtipulantẽ.
§.ſacram.ff.de ver.ob.& l.Iulianus.ff.qui & à q-
bus.Item,ut, ſit aliquod intereſſe oportet, quod
intereſſe habeat aliquam cauſam de pręſenti,
quia ſpes ſuccedendi eſt vana, & fallibilis. Pote-
rat enim D.Azo decedere antequam.Do.Iaco-
bus.Item poterat.D.Iacobus habere filias,vnde
varia fuit ſpes huiuſmodi intereſſe. Nec de hoc
intereſſe debet dici eſſe cogitatum à partib.quia
iſta eſt ſpes,non iuridica,& uana.Ita ad litteram
dicunt Bar.& Bal.in l.fi.C.de pac. Idem Bart.in
l.poſt emancipationem.ff.de libe.lega.l. qui cum
tutoribus.ff.de tranſac.& ideò dixit idem Barto.
in l.is poteſt.ff.de acquirend. hæredita. quòd ſpe
ſuccedendi non dicitur eſſe alicuius æſtimatio-
nis. Quod etiam ratione conuincitur: quia non
poſſumus dicere eſſe cogitatum de intereſſe, ra-
tione.ſpei ſucceſſionis ab inteſtato,quia ſuper il
60 la non poteſt fieri pactum, † cùm eſſet pactum
de futura ſucceſſione, quod eſt improbatum.l.
fi. C.de pac.& l. ſtipulatio hoc modo concepta,
cum ibi notatis.ff.de verb.ob.

Tandem & ultimo,& in hoc ſtat omne fun-
damentum pręſentis quęſtionis dico, quòd etiã
ſuppoſita validitate ſententiæ arbitri, quæ tamẽ
valida non fuit,ut dixi,quo ad prohibitionẽ alie-
nationis, præſuppoſita etiam validitate tranſa-
ctionis,dico ex huiuſmodi ſentẽtia, & trãſactio-
ne prohibitiua alienationis, non contineri alie-
nationem uniuerſalem, quæ fieret ex teſtamẽto,
vel ab inteſtato. Cuius rei demonſtrandæ gratia
capio in primis theoricam Bar. & aliorum Do-
ctorum in l.ita quis.§.ea lege.de verbo. obliga.l.
peto.§.fratre.ff.de leg.2.ubi ipſi faciunt tres ca-
ſus. Quòd aut prohibitio de nõ alienando facta
à lege, vel à contrahentib.eſt facta ſimpliciter,pu
ta nõ demonſtratis perſonis, in quas non poſſit
alienari. Aut eſt facta prohibitio in certas ſingu-
lares perſonas. Aut & tertio caſu eſt facta prohi
bitio in certum genus perſonarum. In primo
61 † caſu,qñ eſt facta probibitio ſimpliciter à lege,
vel à contrahẽtib. tũc tenẽt indiſtinctè Doc. vbi
ſupra,ꝙ nõ cõtinetur prohibitio ex teſtõ, vel ab
inteſtato.l.prima.ff.de fun.dota.l. quædam.ff. de
acquir.rer. domin. & huius rationem aſſignant:
quia cum quis omni tempore viuere nõ poſſit,
oportet vt hæredem habeat. Vnde illa talis pro-
hibitio de non alienando, ad alienationem,quæ
fieret ex teſtamento, vel ab inteſtato, non porri-
gitur: quia hoc eſſet impoſſibile, quin tunc mo-
riens alienaret,& hæc eſt communis opinio,quã
tenet Bar. Bald. Ioan. de Imola, & cæteri nouio-
res,in dicta l.peto.§ fratri ff.de lega. ſecundo, &
in dicta l.ſi ita quis.§.Seia.ff.de uerb.obligat. Et
hanc tenuit Iacobus de Arena ibidem, & alle-
gat Guido.de Suza.idem tenentem,& diſtinguit
62 Iacobus de Arena formaliter,quòd vbi † prohi
bita eſt alienatio, non uidetur prohibita hęredis
inſtitutio.ff. de lega. ſecundo, l. qui ſolidum.§.
prædium.& ff.de alien.iudi.mut.cau.fac.l.ex hoc
63 edicto.§. ſed ſi. Secus † ſi dictum ſit, ne perue-
niat in certam perſonam: quia tunc contine-
tur hęredis inſtitutio. d. §.ea lege. Cui opinio-
ni optimè congruit ſententia Bald. in d. l. pe-
to.§.prædium. Et ex hac communi opinione, à
qua in iudicando non eſt recedendũ, ut habetur
in c. j.& in c.ne innitaris.de conſtit.& in l.fina. de
pen.iud. qui mal.iudi.reſultat clariſſima deciſio
q̃onis noſtræ,ut cũ ꝓhibitio D. Pauli de Lera ar
bitratoris, & trãſactio ſubſecuta à partib.fuerint
ſimpliciter factæ, ne res obuentæ in partẽ alter-
utrius eorũ D.Iacobi & Azonis alienarentur,ꝙ
ex hac ſimplici prohibitione, & gñali nõ cõtinet
ſucceſſio uniuerſalis,ex teſtõ, vel ab inteſtato.

Nec huic ſententię refragatur auctoritas Glo.
in l.peto.§.fratre,quia illa Gl.debet intelligi, qñ
eſſet facta prohibitio in certas perſonas, vel ĩ cer
tum genus perſonarum, & hoc manifeſtè appa-
ret:quia Gl.dicit nunquid impunè hæredem ex-
traneum inſtituet,& quid iuris in his duob. caſi
bus ſit,tractant Doc.ubi ſupra.

64 Secundò † ꝓ ſuperiore ſñia adducitur auctori
tas.Glo.in l.j.C.non lic.habi. metromic. lib. 10.
ubi Gl.tenet hanc opinionem, quòd prohibita
alienatione non prohibeatur hæredis inſtitutio.

Tertio,ſi diceremus in caſu noſtro, contineri
hæredis inſtitutionem,ſequeretur, vel quòd di-
ceremus ipſum D. Iacobum decedere ꝓ parte
teſtatũ,& pro parte inteſtatũ, vel metu pœnę ꝓhi
beri à teſtamẽti factione. Primum, ſic deduco, ſi
diceremus, ipſa bona non pertinere ipſi D.Flo
remonti hęredi inſtitutę. Iam D.Iacobus decede
65 ret, ꝓ parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.† cõ
tra regulã.l.ius noſtrum.ff.de reg.iu. Vel ſi dice-
remus ipſum teſtando contrafacere arbitramẽ-

to,&

to & tranſactioni,& pœnis in ipſis contentis:ec
ce, quòd metu pœnę ſibi libera teſtamenti factio
66 interdicereturꝭ contra l.ſtipulatio boc modo cõ
cepta.cum ibi no.ff.de verb.ob.& contra l.ſi C.
de pac. Inſtituendo enim hæredem, neceſſe eſt
ut ipſa hæres omnia bona habeat, ne teſtator de-
cedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,
& hoc caſu, tunc contrafaceret arbitramento,&
tranſactioni,& incurret pœnã ibi contentã:quia
alienatio,ſeu teſtamenti facti pro illa parte erit
nulla,& bona taliter alienata peruenięt in eum,
qui non alienauit,quæ erat pœna contenta in ar
bitramentali ſnia,& ſic ipſi D.Iacobo metu pœ-
næ fuiſſet ablata libera teſtamenti factio.

Quartò,ſi diceremus talẽ prohibitionẽ aliena
tionis cõprehendere ſucceſſionẽ ex teſtõ, vel ab
inteſtato,induceretur per indirectum pactum de
ſuccedendo, & pactum de futura ſucceſſione in
omnibus bonis, quæ in partem obuenerant ipſi
D.Iacobo:quia aut neceſſe habuiſſet D.Iacobus
hęredem inſtituere D.Azonem,aut ipſi D.Iaco
bo morienti ab inteſtato ſucceſſiſſet ipſe D.Azo
tanquam agnatus proximior & ſic iſta talis pro-
hibitio uidetur eſſe facta in fraudem pacti de ſuc
67 cedendo: quod† eſt reprobatũ:ut l.ſi.C.de pact.
& l.pactũ C.de coll.& ideo nõ valet, vt dictis iu
rib. probatur ne per indirectum concedatur, ꝙ
directo prohibetur.l. quod de bonis.§.j.ff.ad le.
Falc.ſcire oportet.in prin.ff.de excu.tu.

68 Quintò facit † nam laudum arbitri generale,
& tranſactio partium nõ debet referri ad caſum
à lege prohibitum,ut iuribus uulgaribus proba-
tur.Nunc ſi diceremus talem prohibitionẽ trahi
ad ſucceſſionem teſtati,vel inteſtati,ſequeretur,
quòd Do.Iacobus habuiſſet teſtari neceſſe cum
licentia D.Azonis.Erant.n. duo præcepta arbi-
tratoris,vnum negatiuum,quòd non liceret alie
nare res ſine licentia. Aliud affirmatiuum,quòd
ſequebatur, ex primò quòd liceret cum licentia,
ſed hoc non põt adaptari ad vltimam voluntatẽ,
69 maximè ad hęredis inſtitutionem,quæ† non po
teſt ex alieno arbitrio pendere.l.illa inſtitutio.l.
captatorias.& l.captatoriæ.ff.de hæred.inſt ergo
neceſſario concludendũ apparet talẽ prohibitio
nẽ nõ trahi ad ſucceſſionẽ ex teſtõ,vel ab inteſta-
to,vt uua determinatio, &c.l. iam hoc iure.ff.de
vul.& pup.& l.precibus.C.de impu.& ali.ſubſti.

Non obſtat, ꝙ in dicta arbitramentali ſenten
tia continetur,ꝙ d.Domi.Iacobus & Azo nihil
poſſint gerere, nec alienare inter uiuos,nec in vl
tima uoluntate. Conſtat aũt ultimæ voluntatis
appellatione ẽt hęredis inſtitutionẽ contineri:
quia primũ reſpondeo.ꝙ & ſnia & tranſactio in
hac parte,quantum ad teſtamenti factionem at-
tinet,nullæ ſunt,tum quia metu pœnæ auferũt li
beram teſtamenti factionem.Item quia conſtrin
gunt libertatem ſupremi iudicij. Item quia per
indirectum inducunt pactum de ſuccedẽdo. Itẽ
quia ultima uoluntas ab alieno arbitrio non de
pendet. Vel & ſecũdo reſpondeo, quòd dum il-
la prohibitio loquitur de ultima uoluntate, de-
bet intelligi de alienatione quæ fieret titulo ſin
gulari in vltima volũtate: Via legati particularis
vel fideicommiſſi, non autẽ via alienationis vni
uerſalis, quæ fieret ex teſtamento,vel ab inteſta-
70 to. Multa †enim impediuntur alienari titulo ſin
gulari,quæ titulo uniuerſali non prohibentur.l.
quædam.ff.de acqu rer.domi.l.j ff de fundo do.
Et ad hoc optimè facit,quod notant Doctor.in
d.l.ſi ita quis.§.ea lege.& in l.ea lege.C.de cond.
ob cau. ubi tenent,quòd prohibitio ſimplex im-
pedit rem alienari titulo ſingulari,ſaltem,quoad
hoc ut agatur ad inte. eſſe. Non autem impedit
alienationem uniuerſalem, quæ fieret ex ſucceſ-
ſione teſtati, vel inteſtati. Sed & tertiò reſponde
ri poteſt.quòd illa uerba in ultima voluntate de-
terminant verbum infinitiuum facere, & gere-
re,quod præcepit,& eſt ſenſus,quòd ipſi Domi
ni Iacobus & Azo nihil poſſint facere, vel gere-
re in vltima uoluntate, per quod res alienetur.
71 Noto verba facere,& gerere,quæ† pertinent ad
contractum.l.uerba contraxerunt.ff. de ver. ſig.
& ſic effectus illorum uerborum eſt, ꝙ non poſ-
ſint contractum facere in ultima uoluntate, per
72 quem res non alienetur. Nam † & contractus
in ultima uoluntate celebrari poteſt.l. hæredes
palàm.§.ſi.cum ibi notatis ff. de teſta Et etiam
in hoc membro poteſt contineri donatio cauſa
73 mortis Nam †illa propriè eſt contractus in ulti-
ma volũtate Nam participat de contractu, quia
requirit præſentiam partis utriuſq;.l.inter mor
tis & l.tam his.§.j.cum ibi no per Bar.ff de don.
cau.mor.& habetur in l.illud.C.de ſacroſ.eccle.
& l.cum patet.§ donationis.ff. de lega.2.& hoc
eſt,quod voluit Gol.in l.j.in prin.ff. de dot.præ
lega.& in alijs verò iſta donatio ſapit naturam vl
timæ uoluntatis.l.fin.C.de dona.cau mor.Et de
hac materia plenè per Bald.ultra alios. in l.2.ff.
de lega j.

Confirmantur & omnia præcedẽtia incõuin-
cibili ratione Nam generalis ſermo ita debet in-
telligi,ut non contineat impoſſibile,vel probro
74 ſum;quia † generalis ſermo recipit interpreta-
tionem ex indẽnitate.l.inter omnes.cum ibi no.
ff.qui ſat.cog.l.j.§. nunciatio.ff.de oper.noui nũ
cia.Sed ſi diceremus hanc generalitatem de non
alienando trahi ad alienationem,quæ fit per ſuc
ceſſionem ex teſtamento,vel abinteſtato,promit
75 teretur impoſſibile, quòd impoſſibile eſt, † ꝙ
moriens non alienet,vel tacitè moriendo ab in-
teſtato.l. conficiuntur. in princip.ff. de iur.co-
dicill.& l.j.in fine. & l.ſequenti.ff.de legat. 3.vel
expreſſè faciendo teſtamentum. Conſtat au-
76 tem † impoſſibilium, nullam eſſe obligatio-
nem. l. impoſſibilium. ff. de regulis iuris.
Laus Deo.

Et ita dico, & conſulo Ego Chriſtophorus
de Caſtillione Legum Docto.

CONSILIVM D. RAPHAELIS Fulgoſij V.I.D.cum ſubſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Sororis hęreditas vtrinque coniunctę abinteſtato ad fratres pertinet.*

2 *Quietantia, ſeu renunciatio, quantumcunque generalis, non porrigitur ad ius nouum.*

3 *Sententia ſuper petitione hęreditatis contra actorem non nocet eidem, eandem ex noua cauſa petenti.*

4 *Hęreditas non adita, non tranſmittitur.*

5 *Filij ſuo nomine non ex perſona matris pręmortuę, an poſſint auunculorum hęreditatem iacentem, & à nullo aditam ſucceſſorio capite apprehendere.*

6 *Filij ſororis vtrinque coniunctę pręmortuę pręferendi in ſucceſſione auunculorum conſanguineis ex latere patris tantum.*

7 *Concepti poſt mortem eius de cuius agitur hęreditate, ad illam nullatenus admittuntur.*

8 *Filia (cui & patri delata erat hęreditas) ſi eam non adierit, eius portio iure accreſcendi ad patrem ſpectat.*

9 *Gradus poſterior ceſſat in ſucceſſionibus, quandiu ſint aliqui ex priori gradu.*

10 *Filij fratrum pręmortuorum in hęreditate, & ſucceſſione ab inteſtato defuncti per ius cum defuncti parente obtinent.*

11 *Adeundi animus nonnunquam ex non factis probatur.*

12 *Remittens, ſeu pacto finem faciens de hęreditate, illam adiuiſſe cenſetur.*

13 *Minorum hęredes in integrum reſtituendi in adeundis hęreditatibus per defunctos non aditis, ſed contrarium.nu.15.& 16.*

14 *Militum & aliorum reipublicæ cauſa abſentium, hęredes reſtituendi in adeundis hęreditatibus per defunctos non aditis, & in eis hoc ſpeciale.nu.17.*

15 *Intellectus ad l.qui duos.ff.de vulg.& pupilla.*

16 *Intellectus ad l.qui duos.ff.de reb.dub.*

17 *Filius contra patrem in adeunda hęreditate, an reſtituendus.*

18 *Renunciatione generali reſpiciente etiam ius futurum efficaciter quis ſibi præiudicat.*

19 *Ius niſi præſens in iudicijs deducitur.*

20 *Ius etiam futurum in pactis deducitur.*

21 *Pactum de futura ſucceſſione uiuentium reprobatur, quod verum eſt ſi de ſucceſſione certi hominis viuentis paciſcatur, ſecus vbi incerti.*

CONSILIVM LIX.

IN NOMINE Domini nſi Ieſu Chriſti amen. In propoſita quæſtione quo magis veritas eluceſcat videretur dictam D. Antoniam, & conſequenter hęredes eius petere poſſe uniuerſam q. hęreditatem dictę matris ſuę, & ſic & trecenta q̃ in dotem dicta mater eius dederat, & omnem hęreditatem quę ad ipſam matrem vitę eius tempore perueniſſet, non quidem ex perſona ſua, hoc eſt ipſius Do Antonię immediate ſine ſuo nomine, eo quòd finem fecerit patri, prout in ſupra relato finis inſtrumẽto pręſcribitur, ſed ex perſonis fratrum ſuorum Franciſci, & Nicolai, ad quos hęreditas matris inſolidũ, renuntiante dicta D. Antonia ſicut renuntiauit, per fidem ſupra factum, pertinuit, vt
1 C.ad Orſi. non pro numero. † quorumq́ue Franciſci, & Nicolai hęreditas ad dictam D. Antoniã tanquam ſororem vtrinque coniunctã delata eſt ab inteſtato, ut C.ad Tertu.auct.defuncto. & de legi.hęre.auct ceſſante. ad has nanq; fratrũ hæreditates, quę poſt finem ad ipſam dominã Antoniam iure legitimo ab inteſtato delatę ſunt,
2 finis † eiuſmodi, pactũ ſeu renunciatio, minimè pertinent, quantumcunque generales fuerint: quia non porrigãtur ad eius nouum, & ex noua cauſa ac ſuperueniente delatum, de qua non fuit cogitatum, nec probè cogitari potuiſſet de futura uidelicet hęreditate, & ſucceſſione viuẽtium. arg. ff. de tranſact. qui cum tutorib. in prin. ſecũdum vnam lecturam, & quòd ibi no. per Doc. & penè ex tota l. ipſa. qui cum tutoribus. & l. cum Aquiliana & l. Aquiliana. & quod not. per Bar. ff de conditio. ob cau. quod ſeruus & de ver ob. l. qui Romæ §. fi. Et confirmatur hoc per l. hæ-
3 reditas. C. de hęredi. peti. ubi † ſententia lata ſuper hęreditatis petitione, & generaliter prolata contra actorem non nocet ei eandem hęreditatem ex noua cauſa, & alterius perſonæ ſucceſſionem petenti Rurſum ipſa D. Antonia finem fecit de matris bonis, & hęreditate, nunc autem non matris, ſed fratrum poſtulat ſucceſſiones, de quibus in finis inſtrumento nulla protinus mentio facta eſt. Ex quibus concludendum videtur dictam D. Antoniam & hęredes eius, uniuerſa bona, quæ fuerunt quondam matris ſuę poſſe utiliter petere ex perſonis quondam fratrũ ſuorum, quemadmodum poſſet ex perſona cuiuſcũque extranei ad quem bona matris, & hęreditas perueniſſent, & quòd poſt ipſam dominam Antoniam in uniuerſum reliquiſſet hęredem.

In oppoſitum facit, quòd nec ſuo nomine poſſit propter finem, hoc nanque palam eſt, nec ex perſonis fratrum, quoniam non proponitur, nec apparet, quòd ipſa Domina Antonia
4 fratrum hęreditates adierit † non adita quippe hęreditas non tranſmittitur, ut C. de iure delibe. quoniam ſororem. & de cadu. toll. §. in nouiſſimo. non igitur hęredes ipſius D. Antonię ex perſonis dictorum Frãciſci, & Nicolai, matris eorũ uidelicet D. Bartholomeæ poterunt bona, vel hæreditatem vẽdicare cùm ad ipſos hæredes D. Antonię dictorum Franciſci, & Nicolai nõ adita per dictam D Antoniam nõ tranſmittatur hæreditas. Porrò ſi hęredes dictæ D. Antonię ꝓponantur filij legitimi, & naturales extitere, insurget
5 dubitatio, † an ſuo nomine non ex perſona matris, hoc eſt D. Antonię auunculorum ſuorũ poſſint iacẽtem hæreditatem, & à nullo prio-

re

re aditam,tanquam ſibi ex ſucceſſorio capite delata apprehendere: vt C. de ſucceſſo edic.l.j.& 2.
6 Præferuntur † nanque filij ſororis vtriuſque coniunctæ præmortuæ, quanquàm tertio gradu ſint fratribus,& ſororibus defunctorum auunculorum Franciſci,ſcilicet & Nicolai ex uno tātū latere,hoc eſt patris, & conſanguineis tātum,licet ſecundo gradu conſtituti ſint, ut C.de legiti. here.auten.cùm ceſſante.& in corpore vnde ſumitur. Verum hic duo in cognitione verſantur. Primum an hij filij D. Antoniæ, uiuis ipſis Franciſco & Nicolao ſaltem concepti fuerint in utero matris. Nam ſi poſt mortem dictorum Nicolai,& Franciſci concepti fuiſſent, nullo iure cognationis dictus Franciſcum, & Nicolaum con-
7 tigiſſent † qui tempore mortis eorum, nec dum in rerum natura, ſeu animal fuiſſent, ſicq; ad eorum hæreditates nullatenus uocarentur, ut ff. de iniu.rupto & irrito teſtā. ſi quis filio.§. ſed hoc ita & de ſuis,& legi. here.Titius.& l ſeq.& unde cogna.l.j.§. ſed ita.& in inſtitu.de hæred.quę ab inteſta.§. cùm autem. Secundum quoque ſpe-
8 ctandum eſt, † quia cum patri ſimul cum ipſa filia ſua,hoc eſt D.Antonia, dictorum Nicolai & Franciſci hæreditates ab inteſtato filiorum ſuorum delatæ, fuerint, & ipſa D. Antonia non adierit,portio eius iure accreſcendi ad ipſum Ioannem,eundemque patrem pertineret, non enam ad ſequentem in gradu,hoc eſt ad filios ipſius D.Antoniæ ex ſucceſſorio capite tranſeat. quod vtique verum exiſtimo,per l.cum emancipatus.§.qui duos.ff.de contratabul & in Inſti.de here ab inteſt. §.admouendi. quādiu nanque locū habere poteſt ius accreſcēdi ceſſat caput ſuc
9 ceſſorium, Nam quandiu † ſunt aliqui qui ex priore gradu venire poſſint, ceſſat ſequens gradus poſterior, vt not.C.quan. non peten. par. l. vnica.Ità tamen ſi pater ipſe hoc eſt dictus Ioannes filiorum hæreditatem adierit, licet nanque
10 † filij fratrum præmortuorū in hereditate & ſucceſſione ab inteſtato defuncti,par ius cum defuncti parente obtineāt,in auct.fratrum filij.in prin. cum tn ipſi fratres defuncti ſuperſtites ſint cum patre defuncti filij fratrum ſuperſtitum nullum ius in ſucceſſione defuncti patrui vel auunculi ſibi vendicant patribus eorum eos antecedentibus, vbi verò filiorum pater ſuperſtes hæreditates minimè cognouiſſet,ſicut nec filia D.Antoniæ,tunc procederet vt prius vocatis prorſus ceſſantibus filijs D.Antoniæ qui viuentibus Franciſco & Nicolao concepti fuiſſent,fratribus defunctorum ſuperſtitibus & conſanguineis, cùm mater eorum fuiſſet illis vtrinque coniuncta præferantur. Illud itaque diſpiciendum erit, num dictus Ioannes filiorum ſuorū Franciſci & Nicolai hæreditates adierit, ex eo quòd egerit vel non ege-
11 rit. Nam † & ex non factis nonnunquam probatur animus aditionis, ſecūdū ea quæ tradit Bar. eleganter in ijs terminis. ff. de acqui.here. gerit. & l recuſare. ubi per Iacob de Are. nam cùm filiorum hęreditatē adijſſe deprehenditur,(quod facilè eſt, ſi bona quondam vxoris ſuæ poſt mortē filiorum detinuit, ut colligitur ex doctrina Bar. in d.l gerit.eo videlicet articulo, cùm quid geſſit quod vtroque modo licitè facere potuit, ubi præſumendum quod ei eſt utilius,aut ſui hęredis declarationi ſtandum diffinit,)filij dictę D. Anton.à ſucceſſione auunculorum protinus excluduntur. Illud quoque tractari poſſet,num parentes hęreditates deſcendentium non agnitas trāſferant ad alios ſuos deſcendentes,quod non nouū.Sed & illud occurrit quòd dicti Franciſcus & Nicolaus matris hęreditatem adiſſe minimè proponuntur,quo fit ut eorū portiones prędictæ
12 Do. Antoniæ accreuerint,quę probatur † matris hęreditatem adijſſe, ex fine, pacto, & remiſſione quæ patri fecit, quę fruſtra fuiſſent facta patri niſi adiſſe intelligeretur; & per conſequens cùm matris hæreditas uniuerſa ad dictam D. Antoniam peruenerit, pater cui filia remiſerat ius omne,occaſione dictę hereditatis maternę, ad eā pertinens,uel in futurum pertinere poterit,cùm iam tunc cauſa præſens foret: quia ſuam partem adierat, in omnibus bonis & hęreditate uxoris ſecutus ſit,& cōſequenter heredes eius,dixerit ali-
13 quis: † nonne heredes minorum qui non aditis hęreditatibus ſibi delatis mortui ſunt,in integrū reſtitui poſſūt? ut ff. de minor & pupilla. qui duos. ubi p Bar.poſt Iaco.de Are. & de rebus dubijs,
14 qui duos.in prin.exemplo † militum & aliorum abſentium Reipublicę cauſa:ut ff.de acquirē. hæredita.l.Pāponius & l.cum quidam. in prin. filij itaque D.Antonię,quibus delatæ fuerint hæreditates auunculorum ſecūdum præſcripta, reſtituētur ex perſonis eorum ad portiones hæreditatis maternæ nō aditas per dictos Franciſcum & Ni
15 colaum. Sed certè nō eſt expeditum † minorū
16 hæredes ut præfertur reſtitui, Nec pallegatę † ll. qui duos.hoc probant. Et Iacob. de Belui.tenet oppoſitum per l.ſi infanti. C. de iure deliberan. quod mihi ſemper ſtricta diſputatione uerū apparuit,tum per l illā ſi infanti, tum quia cū ille caſus frequētiſſimus eſſet,debuiſſet profectò aliqua iuris parte nominatim exprimi, tum quo-
17 niā † ſpeciale uidetur in militia ſeu abſente Reipublicę cauſa:ut ff. de acquiren. here. Pamponius. Deinde & ſi uera ſit illa ſententia,quoniam contra patrem ipſi filij ſi uiuerent, non reſtituerentur,ut C.qui,& aduerſ.quos.l.fin.ne igitur reſtituantur heredes,præſertim cum ſecūdum ſententiam Gloſſarum liberi ipſi matris hęreditatem non aditam ipſo iure ad patrem,& per eā ad ſororem utriuſque coniunctam,quibus ſimul eorū delatę fuerunt hęreditates tranſmiſerint, ſecundū ea quę not.per Glo. & cęteros Doctor. C. de ijs qui ante apert.tabul.l. unica. Vnde nec reſtitutione opus eſt,ut ff.de minori.in cauſę.l a. 2. in prin. Nec ex perſona matris ſuę uenire poterunt filij dictæ D.Antonię & heredes, quoniā ipſa uenire nō poſſet propter finem quem fecit, ut præ

18 fertur. Nam† & ſi dicti Franciſcus & Nicolaus matris hæreditatem pro ſibi delatis portionibus ſolenniter adijſſent, & ipſa D. Antonia fratrum ſuorum hereditates agnouiſſet, non poſſet eo nomine patrẽ ſuum, vel hæredes eius inquietare ꝓpter finem, pactionem, & remiſſionem ſupra relatas, quæ ex verbis generalibus omne ius tã tũc in bonis matris dictæ dominæ Antoniæ competens, quàm competiturũ, & tam ex cauſa tunc præſenti, licet in futurũ ſuſpenſa vel dilata, quã futura & ſuperuẽtura cauſa nomina, quod apparet, quoniam & de paterna hæreditate, & bonis quę nec dum tunc fuerant delata, cùm pater viueret, ſimul & eiſdem verbis atque conuentione comprehenſum eſt, & adhuc aditum eſt, & alia quacunque ratione vel cauſa in bonis maternis ius præſens vel futurum: unde & ſi bona matris eidẽ D. Antoniæ ex alia ſucceſſione, puta fratrũ ſuorum, fortè delata ſunt prędictis generaliſſimis verbis, finis, pactionis atque remiſſionis, cõprehenſum eſt. futuro nanque iuri, & ex futura etiã cauſa derogari poſſe pacto non eſt dubitandum. Cùm etiam cũ ipſa D. Antonia de hæreditate & bonis dictę matris ſuæ ſpopõderit patri ſuo nullam vnquam mouere controuerſiam quacũque ex cauſa, perinde eſt ac ſi ipſam hæreditatem & bono promiſiſſet habere liceret. Vnde ꝓ ea quoque parte hæreditatis & bonorũ quæ ad eã tempore promiſſionis minimè pertinebat: ſed ad fratres tunc ſuperſtites, Poſteà verò ex ſucceſſione fratrum cœpit pertinere tenetur habere licerę, & nullam mouere cõtrouerſiam, vt ff. de verbo. obliga l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum.

Et per hoc apparet reſponſum ad allegata in aduerſam partẽ, quæ procedunt, cũ verba pactionis ita concepta ſunt, ut non nominatim futurum ius, ex futura cauſa comprehendant, ſicut in re propoſita apparet propter id quod de bonis & paterna hęreditate cõuentum eſt. argum. in l. fina. §. cui dulcia. ff. de vino, tritic. & oleo legat. & quod not. in l. ſed & ſi quis. §. quęſitum. ff. ſi quis cautio. & de procura. Cle. nõ poteſt. & de reſcri. ſedes Apoſtolica. Et conſimiliter reſpon-

19 ſum eſt ad l. hęreditas. C. de hære. peti. † quia in judicijs non deducitur niſi ius præſens: ut ff. de iudic. l. non quemadmodum. & l. non poteſt. In

20 pactis † autem etiã ius futurum: ut d. §. quęſitũ. & ff. de euiction. l. vendicantem. cum legibus ſe-

21 quentibus. Nec mouet† quod allegabatur de ſutura hæreditate viuentium: quia illud cũ de certi hominis uiuentis ſucceſſione caueretur, ſecus ubi incertum ut ff. pro ſocio. l. 3. §. de illo. & d. l. uẽdicante. Quibus ex omnibus relinquitur concludendum dictam D. Antoniam, uel hæredes eius quoſcunq; nihil prorſus ex dictis trecentis ducatis, qui fuerunt dotis dictæ D. Bartholomeæ, aut ex alijs bonis, vel hæreditate ipſius D. Bartholomeæ, ab hæreditatibus dicti quondã Ioãnis poſſe petere efficaciter, uel auferre. Quod tunc maximè expeditiſſimum & indubitatiſſimum fiet, ſi filij dictæ D. Antoniæ poſt mortẽ dictorũ Frãciſci & Nicolai concepti ſunt: tunc & enim non niſi ex perſona matris uenire poſſunt quã ſupra ſuboſtendimus. Aut quia ipſa non adijt fratrum hæreditates, nec tranſmiſit non aditas, & conſequenter fratribus conſanguineis tantũ, qui proponuntur ſuperſtites, nũc deferuntur, ſi nec pater adijt. Aut etiam ſi ipſa fratrum hæreditates adijſſet ut tamen finis & pactorum patris cũ iuramento fratrum remanſiſſet, excluſa, uti ſupra deductum eſt, non obſtantibus propoſitis in diuerſum.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgoſius I. V. Doct. & ad fidem ſubſcripſi, & ſigillum meum imprimi iuſſi.

SVBSCRIPTIO.

IDEM dico & conſulo Ego Raphael de Raymundis Iuris Vtriuſq; Doct. Conſtat enim Do. Antoniam quæ maternæ hæreditatis finem fecit patri: non potuiſſe de bonis matris quicquã ex perſona matris petere, multoque minus heredes dominę Antonię, petere poſſunt, cũ nec ex perſona dominę Antonię, ut pręmittitur pacto excluſę admittãtur, nec ex perſona ſua, cùm poſt mortem auiæ conditio impleta fuiſſet. Rurſum nec ex perſona Franciſci & Nicolai auunculorum admitti poſſunt filij dominæ Antonię ad bona quondam auiæ maternę. Primum: quia nõ proponitur Franciſcum & Nicolaum adijſſe hæreditatem maternam, quam uerò nõ aditam nõ tranſmiſerunt, niſi forſan ad patrem, nec beneficium reſtitutionis, ratione ętatis tranſmiſerũt, tum quia tranſmiſerunt iure communi ad patrem, tum quia minor non tranſmittit reſtitutionem ad adeundum, ut ſupra eleganter per pręclarum Dominium Conſulentem eſt deductũ. Deinde: quia & ſi idem Franciſcus & Nicolaus maternam hęreditatem adijſſent, tranſmiſiſſent pariter ad patrem & dominam Antoniam ſororem. Si igitur pater prędictorum filiorum hæreditatem adijſſet, nullus locus relinqueretur filijs D. Antonię ex perſona dominę Antoniæ uenire uolentibus ad hęreditatẽ memoratorum auũculorum, & quia dominam Antoniam non proponitur adijſſe fraternam hęreditatem, nec uериſimile eſt adijſſe, cùm renuntiauerit, ſiue finem generalem patri fecerit, & quia ſi adijſſet pacto uidebatur excluſa, multoque minus uenire poſſent filij D. Antoniæ ex perſona ſua ad hęreditatem auunculorum ex edicto ſucceſſorio, cùm pater & ſoror, uel ſaltem pater ſucceſſiſſent. Cæterum ſi Franciſcus & Nicolaus, maternam hæreditatem adijſſent, nec pater eorum hæreditatem adijſſet, non adijſſet etiam ſoror, uocarentur filij dominæ Antoniæ ad ſucceſſionem Frãciſci & Nicolai ſucceſſorio iure, & conſequenter ad bona maternæ auiæ ex perſona auunculorum: ſi tamen uiuis auunculis concepti fuiſ-

ſent

ſent, non aliter, hoc tamen caſu aduertendum fo ret, an domina Antonia maternam & ipſa hæreditatem adijſſet, vel finem patri faciendo videretur adijſſe, tunc enim partem tertiam ad matrē ſpectantem, quæ patri finem fecit petere non poſſent, ſed partes duas, quæ ad auunculos pertinuiſſent. probatio omnium prædictorum, & veritas patet ex his, quæ ſupra pulcherrimè tacta ſunt per Dominum Conſulentem, quibus contentus iura ſuperuacuo non allegantur, licet rogatus, vt aliquid ſcriberem concluſiuè attigerim omnia ferè membra repetens, in teſtimonium igitur ſubſcripſi, & ſigillum meum imprimi iuſſi.

SVBSCRIPTIO

IDEM dico & conſulo in caſu præmiſſo, ego Proſdocimus Excellentiſſimus Iuris Vtriuſque Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo conſueto muniui.

SVBSCRIPTIO.

ET idem ut ſupra conſultum eſt, & deciſum per ſupradictos Excellentiſſimos Iuris Vtriuſque Doctores, dico & confirmo Ego Henricus de Alano Iuris Vtriuſque Doctor, & ad fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillaui.

CONSILIVM D. RAPHAELIS Fulgoſij V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Puella annorum 12. cum dimidio, condito teſtamento cum clauſula codicillari, auia paterna apud quam quam educabatur vniuerſaliter inſtituta matri ſolidos quinque legauit, & iure legati reliquit, & quod foret tacita, & contenta de omni hæreditate paterna, teſtamentum nullum eſt, quoad inſtitutionem tantum, nec ex clauſula codicillari tantum mater ab inteſtato ſuccedens quicquam reſtituere, vel ſaltem vltra tertiam hæreditatis. & nume. 2. con ſequen.*

2 *Teſtamentum filij in quo mater eſt præterita, nullum eſt.*

3 *Mater à filio exhæredata, ingrata nominari debet, & cauſa ingratitudinis inſerenda eſt, aliâs teſtamentum ipſo iure vitiatur.*

4 *Ingratitudinis cauſa, vt in teſtamento inſeratur de ſubſtantia teſtamenti eſt.*

5 *Legata & fideicommiſſa, quando valeant licet teſtamentum quoad imputationem ſit nullum.*

6 *Authen. ex cauſa locum habet etiam ſi præteritus ſit præſens, vel etiam exhæredatio non inſerta. & numero 7.*

7 *Clauſula codicillaris in teſtamento nullo appoſita, an aliquid operetur.*

8 *Veronæ extat ſtatutum, quòd deficientibus legis Romanis, ſecundum Gloſſas Accurſii iudicetur.*

9 *Legitima eſt tertia totius hæreditatis, ſine vllo onere legatorum, ſeu fideicommiſſorum.*

10 *Legitimæ nullum onus imponi poteſt.*

11 *Gloſſę auctoritas in iudicijs maxima eſt, adeò vt ſecūdum eam iudicari oporteat, maximè ſi ſit ab aliquibus Doctoribus confirmata, niſi communis obſeruantia ſeruaret contrarium.*

12 *Teſtamento rupto ex cauſa præteritionis, an debeant ſuccedens reſtituere ex cauſa codicillari.*

13 *Mater tranſiens ad ſecunda vota priuatur gubernatione filiorum.*

14 *Matri multum debent filij.*

CONSILIVM LX.

IN NOMINE Domini nři Ieſu Chri
1 ſti; Quędam puella pubes † fecit teſtamen-
tum in quo legauit, & iure legati reliquit
Antonię eius matri quinq; ſolidos dena-
riorum, & quod ipſa ſit tacita, & contenta de omni
hæreditate paterna, ſuam autē hęredem uniuer-
ſalem inſtituit D. Margaretam eius auiam pa-
ternam; mater mortua filia conqueritur tāquam
præteritā, auia contradicit. Quæritur de tribus,
primo utrum teſtamentum ſit nullum: ſecundò
utrum ſit nullum in totum, an quo ad inſtitu-
tionem duntaxat. Tertiò nunquid ex clauſula
codicillari ſi non valet &c. mater ab inteſtato ve-
niens teneatur iure fideicommiſſi reſtituere hæ-
reditatem auiæ.
2 † Ad primum de quo ſupra quæritur, dicendū
eſt teſtamentum eſſe nullum, ſiue matrem dica-
mus eſſe præteritam eo quod non ſit inſtituta, neq;
exhæredata: ut Inſt. de hære. ab inteſta. §. eadem.
& no. C. de li. pręt. auctē. non licet. ſiue dicamus
exhæredatam propter illa verba, quibus eam iuſ-
ſit eſſe tacitam, & contentam de omni hæredita-
te paterna, quæ totum puellę patrimonium veri
ſimiliter continebat: arg. C. de lib. præt. l. 3. & ff.
3 de hære. inſti. qui nolebat. † Cùm ipſa filia matrē
nec quidem ingratam uocauerit, & dato quod uo-
caſſet, nullam tamen protinus cauſam ingratitu
dinis ſuo ſpecialiter inſeruit teſtamento: quo fit,
ut teſtamentum ipſo iure nullum reddatur: vt
in auctē. ut cum de appella. cognoſc. §. ſanci-
mus. & §. ſi tales igitur. & C. ad Tertul. anct.
4 ex teſtamento † eſt nanque cauſæ ſpecialis in-
gratitudinis inſertio de ſubſtantia teſtamenti:
ut notat. ff. de teſtamen. l. prima, & ideo eius
omiſſio ipſo iure uitiat teſtamentum: argu. ff.
de tranſac. cum hij. §. ſi prætor. & ita notatur
per Glo. & Docto. omnes concorditer in auct.
ex cauſa. C. de libe. præte. vel exhæred. & hæc
de primo.
5 † Ad ſecundum dicendum eſt teſtamētum nul-
lum eſſe quo ad inſtitutionem duntaxat, cætera
verò capitula teſtamenti, hoc eſt legata, & fidei-
commiſſa, & alia huiuſmodi valent in præall. §.
ſi tales

ſi tales igitur in auc. ut cùm de app.cog.& C.ad
6 Tertu. auct. in teſtamento,& de lib. præt.† auct.
ex cauſa.& hac facit utimur, & ita communiter
obſeruatur & hæc de ſecundo.
7 † In tertiò verò propoſitę conſultationis arti-
culo plus dubitationis exiſtet & variæ ſunt in ea
re magnorum Doctorum ſententiæ, & iure qui
dem veteri expeditiſſimum eſt, ꝙ ea clauſula co-
dicillaris nihil operabatur in eiuſmodi teſtamen
to, nec mater ab inteſtato, facta hæres filiæ. tene-
tur hæreditatem auiæ ſcriptæ hęredi reſtituere,
iure verò nouiſſimo auctenticorum Gl ordina-
ria.in auct.ex cauſa.in Glo.ſuper verſi.cætera in
fi.decidit idem eſſe, vt nihil operetur ea clauſu-
la, cùm teſtamentum deficit ratione præteritio-
nis, ſed cū deficit ratione ſolennitatis fortè nunc
teſtamentum, & ſic mater ab inteſtato veniens
non tenebitur hæreditatem reſtituere. etſi hæc
8 quæſtio tractaretur† Veronæ vbi eſt ſtatutum ꝙ
deficientibus legibus Romanis, iudicetur ſecun
dum Glo. Accurſij res eſſet in expedito, quia ma
ter vniuerſalem hęreditatem filiæ caperet, nec
quicquam reſtitueret auię, & hanc ſententiã Gl.
expreſſim comprobat. Iac. But.& Gul. de Cu. ſu
per ipſa auc. ex cã. Glo. nihil pro tūc contradicit
quo ipſo vr Cy. ei ſententię conquieſcere. Alij ve
rò plurimi Docto.& maximè Moderniores. hoc
eſt Bar. Bald.& Ang. contradicunt Glo dicentes
per eam clauſulam debere reſtitui hæreditatem
teſtantis ſcriptis hæredibus, velut ex fideicōmiſ-
ſo eis venientibus ab inteſtato. Qua ſententia re
cepta, mater in quæſtione propoſita, quæ ab inte
ſtato venit deduceret in reſtitutione fideicom-
miſſi legitimam ſibi debitam iure naturæ, & pie-
9 tatis, † quæ eſt tertia totius hæreditatis, ſine vllo
10 onere legatorum, ſeu fideicommiſſorum. † Cū
in legitima nullum onus poſſit imponi. C. de
inofficio. teſtam. l j. Quoniam in prioribus, & ad
Treb. l. 2.& quod ibi no. & de inofficio. teſtamē.
11 auct. nouiſſima, & quod ibi no. † Et cùm in iudi-
ciis maxima ſit auctoritas Gloſſatoris, adeò ut ſe-
cundum Iac. Butrig. oporteat ſecundum eum iu-
dicari, præſertim ſi ſit aliquibus Doctoribus cō
firmata. niſi communis obſeruantia ſeruaret op-
poſitum: ut notauit ipſe Iacob. Butrig. in l. pri-
ma. C. qui pro ſua iuriſdic. videretur, aut ſecun-
dum Gl. iudicandum. & ſic matrem nihil auiæ
debere reſtituere, aut propter varias magnorum
Doctorum ſententias, & iuris incertum. Cùm
ſint duæ partes hæreditatis, de quibus ſolis dubi
tatio eſt, de legitima nanque, id eſt, de tertia, nul-
la protinus ambiguitas eſt, trãſigenda res foret,
aut inter ipſas matrem & auiam de ipſis duabus
partibus facienda diuiſio: argumentum. ff. de trã
ſac. cõtra. verſi.& de hered. inſtituen. ſi paterfa-
milias & l. ſeq & inſti. de vulga.& pup. ſubſtitu.
12 † In propoſita tamen ſpecie totius rei æquitate
proſpecta, & perſonis, quæ hoc negocio contin-
guntur, æquè fore in ſententiam Gloſſatoris pro-
cliuius: quoniam proponitur ex facto dictam

puellam minorem annis 13. licet maiorem an-
nis 12. fuiſſe, & apud ipſam auiam ſub creatione,
13 ſeu poteſtate, & manibus conſtitutam, † quod
de iure eſſe debuerat: ut apud ipſam auiam alere
tur, cùm mater eius ad ſecunda vota trãſiſſet: vt
C. ubi pupil. edu. l. j. vnde ſat verìſimile eſt ip-
ſam puellam notam libera, & ultronea volunta-
te contra debitam pietàtem, & naturalem affe-
ctum auiam matri prętuliſſe, in ſua ſucceſſione,
quàm quadam nimia reuerentia, & iuſſu quo-
dammodo, ac imperio auiæ immò forſitan, & ti
more, cum ſua manu ita teneretur puella ſuppo
14 ſita. † Et ſatis impium ſanè, atque crudelitati ꝓ-
ximum uidetur matrem cui multa debuerat pro
pter partus periculum, & liberorum creationē,
ut C. qui por. in pig. habe. l. fi. ab ipſius filiæ ſuæ
ita tenere ætatis, & quodammodo ſub aliena po
teſtate conſtitutę, & ſic non ſponte, nec maturo,
& ſtabili iudicio teſtantis luctuoſa hęreditate re
pelli, vnde aut tota ei hęreditas, aut ſaltem duæ
partes hęreditatis mea ſententia ei tribuerentur.
Illud autem certiſſimum eſt tertiam partem hæ-
reditatis, & rerum omnium hęreditariarum ſi-
ne ullo onere legatorum, & fideicommiſſorum
ad ipſam matrem pertinere per d l. quoniam in
prioribus ad Treb. l. 2. pręall.& quod not. in eis.
& clarius per Bar. in l. quanquàm. C. ad leg. Falc.
ubi habetur quare etiam nō detrahit etiam Tre-
bellianicam.

Et ita dico & conſulo Ego Raphael Fulgo-
ſius I. V. D. & ad fidem ſubſcripſi, & ſigillum
meum imprimi iuſſi.

CONSILIVM D. RAPHAELIS Fulgoſij V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Filium in poteſtate teſtamentum facere non poſſe.*
2 *Paterfamiliàs teſtator in teſtamento debet palam vo-*
luntatem ſuam nuncupare, & ſpecialiter hęredes,
ſeptem teſtibus præſentibus, audientibus, & intel-
ligentibus, alias nullum eſt.
3 *Scriptio ęalias officio tabellionatus ſententialiter pri*
uati fide nulla danda eſt.
4 *Statutum permittens teſtari in 14 anno, debet intelli*
gi de eo, qui aliàs habilis ſit.
5 *Filia congruè dotata pro modo facultatum patris, an*
poſſit vltra quicquam de paternis, vel maternis bo
nis petere. & nu. 6. & 7.
6 *Pater in bonis filij emancipati dimidiam vſusfructus*
habet, quandiu uiuit.
7 *Pater quod per mortem alterius filiorum lucratus*
eſt, tenetur relinquere alijs liberis eiuſdem matri-
monij ſi tranſierit ad ſecundas nuptias vnquam.
8 *Iuratur in litem aduerſus tutorem, vel eum qui pro tu*
tore habetur, non conficientem inuentarium, etiam
ſi ſit pater.

CONSILIVM LXI.

Caſus talis eſt.

QVAEDAM Domina Dominica uxor ſer Lazari de Baſilio ciuis Tergeſti, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo quidem teſtamento inſtituit Ioannem & Muciam eius filios & dicti ſer Lazari iugalium, vniuerſales hæredes pro æquali portione, hac tamen adiecta conditione, quòd ſi quis filiorum ſuorum prædictorum decederet ante legitimam ætatem, quòd tunc bona dimiſſa ipſi decedenti, deueniant alteri ſuperuiuenti. Quæ domina Dominica condito dicto teſtamento, deceſſit. Demum antedictus Ioannes filius exiſtens in 17. anno ætatis ſuæ deceſſit, condito quodam teſtamento, (vt aſſeritur) & ſcripto per quendam ſacerdotem Tergeſtinum, aſſertum tabellionem, alràs per publicam ſententiam, ob crimen per eum commiſſum priuatum ob officio tabellionatus per quem lectum fuit dictum teſtamentum coram ante dicto Ioanne & aliquot teſtibus. idem Ioannes conſtitutus in extremo limite, mortis interrogatus per antedictũ ſacerdotẽ in præſentia dictorum teſtiũ, ſi ita diſponebat queadmodum ſcripſerat, & legerat. nullum verbum reſpondit: quoniam iam morte oppreſſus dictum teſtamentum, & uoluntatẽ eius illã eſſe agnoſcere & profiteri non potuit, & deceſſit, nulla facta profeſſione de dicto eius teſtamento, ſeu vltima voluntate. Qua in parte quęritur quid iuris nunquid aſſertum teſtamentum Ioannis tenuerit? modo dicta Domina Lucia maritata, & dotata à patre, ex paucis bonis non aſcendentibus ad ſummam bonorum ſibi pro dimidia cõtingentiũ iure inſtitutionis, ex oĩbus bonis ante dictæ olim Dominæ Dominicę matris ſuę, quę dictus ſer Lazarus per ipſius pro ſe reſeruauit & dare recuſat, volens & intendens petere ſupplementum dictorum bonorum, vſque ad ęqualem portionem ſibi contingentem, vltra legitimam debitam iure naturę de bonis paternis, de q̃bus eſt dotanda, tũ ẽt petere partẽ dicti Ioãnis fratris annullato teſtõ ipſius ex teſtamento ante dictę Dominę Dominicę matris ſuę. Dictus ſer Lazarus dictam partem dicti Ioannis ẽt dare recuſat, allegans quòd ſi omnia bona dicti Ioannis manutenere nõ poterit, ſaltẽ pro dimidia parte bonorum pertinentium antedicto olim Ioanni ex teſtamẽto antedictę Dominę Dominicę excludi non poterit, quoniam dictus Ioannes etiã rupto & annullato eius teſtamẽto, poteſt dici deceſſiſſe inteſtatus: quoniam legitima ętas ſecundum iura municipalia ſcripta, & tranſmiſſa eſt 15. annorum, & dominus Ioãnes mortuus fuit poſt dictam ętatem 15. annorum, & non habet locum teſtamentum ante dictę Dominę Dominicę, quę dicit quòd ſi alter filiorum pręmiſſorũ decedat, ante legitimam ętatem, quòd pars talis decedentis deueniat in ſuperuiuentem, & dictus Ioannes mortuus eſt poſt dictam legitimam ętatem: ergo eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato. Super quibus petitur quod iuris an dicta legitima ętas adiecta in teſtamento dictę Dominę Dominicę, ſit intelligenda ſecundum formam iuris communis, an ſecundum formam ſtatutorum Tergeſti loquentium de legitima ętate. Item antedicta Domina Dominica in dicto ſuo vltimo teſtamento fecit & conſtituit ſuos fideicommiſſarios, & executores, ſer Lazarum de Baſilio antedictũ, ſer Matthiam de Corgna & Beronũ de Iacogna, per quos facto ſolenniter inuẽtario, vt aſſeruntde omnibus bonis dictę q. Dominę Dominicę, dictus ſer Lazarus confeſſus eſt in dicto inuentario publicè confecto, ſe habere. & in eius gubernatione, & adminiſtratione, omnia bona prędicta, & ea promiſit reddere in omnẽ euentum dictorum bonorum reſtituẽdorũ, cui de iure dicta bona debebunt reſtitui, & aſſignari qđ inuentariũ nullo modo põt inueniri tã in ꝓtocollis tabellionis, quã in archiuo publico, ubi ſolent reponi omnes ſcripturę factę per manus tabellionum, ita quòd dictum inuentariũ eſt potius ſublatum, ut creditur & occultatũ, & non reperitũ. Quęritur quis modus, ſeu quæ uia attendenda eſt contra dictũ ſer Lazarũ, ad hoc ut poſſit perueniri per rectam uiã ad recuperationẽ dictorum bonorum, & ad probationem ipſorum.

IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Super eo quod primo loco quęritur dicendũ eſt, teſtamentũ dicti quõdã Ioãnis nullius fuiſſe momẽti publici ratione. † prima quia teſtari non potuit, cùm eſſet in patris poteſtate, & filiusfamiliàs ut C. qui teſta. face. nõ poſſ. l. Senium. §. 1. & ff. de teſta. qui in poteſtate. ſecunda quia ex ijs quę proponuntur, nec teſtamentum factũ eſt, cùm † in teſtamẽto nuncupatiuo, quale hoc foret ſi teſtamentum foret, dicẽdum eſt, deſideratur quòd teſtator paterfamil. palàm nuncupauerit uoluntatem ſuam, & ſpecialiter hęredes, ſeptem teſtibus pręſentibus, audientibus. & intelligentibus, quod minimè hic factum proponitur, cùm dicatur, quòd nec uerbũ unquàm dixerit: argumentum. ff de teſtamen. hęredes palàm in prin. & C. eo tit. l hac cõſultiſſima. §. per nuncupationem. † nec ſcripturę dicti damnati q. tabellionis & officio tabellionatus ſententialiter priuati fides ulla danda foret. ſi contradiceret: ut C. de ſuſcep. & arca ſi aliquid. & notatur. ff. de eden. ſi quis ex argẽtarijs. §. j. poſt. Gl p Bar.

Nec obſtat primę rationi ſupra relatę ſtatutum ſecundi libri ſub rubrica de legitima ętate, & de emancipat. quod incip. Adhuc ſtatuimus &c. † quęnec proponitur quòd ipſe quondã Ioannes fuiſſet coniugatus, & ſtatutum illud in 14. anno tantum, permittens teſtari, debet intelligi ſecundum ius commune, niſi aliud impedimentum obſtaret. Quid enim ſi eſſet demẽs, & de ijs

qui

qui habẽt aliàs teſtamẽti legitimã ſatiouem. ſu-
per ætate, nanque vult ea lex municipij prouide
re.non alias cauſas proſcrutari. vt in ſimili tradi
tur.ff.de mune & honori.ut gradatim.§.ſed ſi le
ge,& C de ſacroſanc.eccleſ.l. j. ubi ita notatur.
Et hoc de primo.

In ſecundo conſultationis articulo concluſi-
5 uè,& ſine diſputatione dicendum eſt †dictã Lu-
ciam ſi ſit cõgruè dotata pro modo facultatum
patris & dignitate ſua in præſenti,id eſt,viuo pa
tre,non poſſe de bonis paternis quicquàm pete-
re.vt ff.de coll.bono.l.j.§.ſi impuberi. in fi & C.
de ſacroſanc.eccleſ.auct. ſi qua mulier. in fin. &
quod ibi not.& in corpore unde ſumitur de bo-
nis autem ſuæ vrbis q.dimidiam non poteſt pe-
6 tere,etiam nunc pleno iure:† quoniam ratione
patriæ poteſtatis uſusfructus ad patrẽ pertinet
quandiu viuat : vt C. de bon. quę lib. l. j. quod
eſt verum iure cõmuni proſpecto. Verum quo-
niam per ſtatutum ſupra relatum de emancipa-
tis iubet tam maſculum, quam fœmina marita-
tos intelligi emancipatos, videtur ipſam poſſe
petere dimidiam bonorum matris totam,quę ad
eam ex materna ſucceſſione deuenit quoad pro-
prietatẽ & dimidiam partem uſusfructus ipſius
dimidiæ & bonorum,quę ad eam ex matris teſta
mento ſpectarunt:vt C. de bonis quæ liber.cum
oportet§.cùm autem Conſtantiniana. Reliquę
verò dimidiæ bonorum.q.matris,hoc eſt Domi
næ Dominicę,quæ ad Ioannem q. filium dictæ
Dominæ Dominicę, & fratrem dictę Lucię ex
teſtamento dictę communis matris pertinuit,
poteſt ipſa Domina Lucia dimidiam etiam nũc
pleno iure,hoc eſt etiam cum uſuſructu à patre
conſequi etiam ſi in poteſtate conſtaret.ut C. de
bonis quę libe.aucten item hęreditas. & in cor-
pore vnde ſumitur, multò ergo magis in re pro-
poſita, cùm per matrimonium ſui iuris facta ſit
ut ſupra ꝓximè tactũ eſt. in reliqua aũt dimidia
dimidię bonorum matris quę ad dictũ q.Ioannẽ
pertinuit,pater ſuccedit filio tam communi iu-
re,ut C ad Tertul.auct.defuncto,quàm ex ſtatu-
to Tergeſti.de bonis defunctorum ab inteſtato,
in lib.2.& c.53.& additione quę incipit.Item ad
ditum eſt quòd uiuente patre &c. Ipſe itaque ſer
Lazarus habebit quartam partem bonorum q.
vxoris ſuę Dominę,Dominicæ,quæ eſt dimidia
hæreditatis q. Ioannis filij ſui.Sed cautè aduer-
7 tendum : † quia ſuccedit pater filio in dicta di-
midia bonorum q.Ioannis,quæ eſt quarta toto-
rum bonorum matris,hoc eſt dominæ Domini
cæ,quoad uſumfructũ duntaxat.Cęterum ſoror
ſcilicet dicta Lucia illius quoque quartæ partis,
& ſic omnium bonorũ dictæ q.Dominæ Domi-
nicę.proprietatem habebit,ſi dictus ſer Lazarus
ſecundò vnquàm nupſerit,ut in præallega.auct.
defuncto.in fi.& ibi no & de ſecund. nupt. auct.
ex teſtamento.Idem & ſi poſt non nupſit. neque
in futurum nupſerit dictus ſer Lazarus, ſi tamẽ
ipſe ſer Lazarus dictam partem dimidiam bono
rum maternorum dicti q.filij ſui Ioannis, dum
uiuat non cõſumpſerit.neque alienauit.vt C. de
ſecund.nupt.generaliter.§.fin.& l.ſi quis prioris
§ j.ſi nanque ſui fuerit illa pars dimidia hæredi-
tatis Ioannis,& quarta totorum bonorum dictæ
q.Dominæ Dominicæ non conſumpta,nec alie
nata poſt patris mortem , Lucia etiam ſi patris
hæres non extiterit,vẽdicabit. vt in præallegatis
ll.generaliter,& ſi quid.

Concluditur itaque circa hunc ſecundum cõ-
ſultationis articulum ipſam Luciã poſſe petere
à patre dmidiam bonorum & hæreditatis ma-
tris . . . quæ ad eam ex matris teſtamen-
to peruenerunt, ſed uſusfructus eorum dunta-
xat dimidiam, reliqua dimidia apud patrem pro
emãcipationis præmio remanente.Illius autem
partis quæ ad fratrem pertinuit,dimidiam pleno
iure,hoc eſt cum uſuſructu ipſius dimidiæ, etiã
nunc petere poteſt. Sed alterius dimidiæ in qua
pater filio ſuccedit,quæ à dicta Domina Domi-
nica ad filiam venerit uſusfrũctus annuatim ad
patrem pertinet quandiu vixerit proprietas ve-
rò ad Luciam ſi ipſe ſer Lazarus nouercam filijs
ſuis duxit,vel etiam in futurum duxerit. ſi verò
ſecũdo non nupſit, nec in futurum nubet,poteſt
ea conſumere, & alienare pro libito voluntatis,
ſed ſi non ſecerit,& poſt eius mortem ſuperſint
non alienata,& non conſumpta, Lucia, vel eius
præmortuæ liberi vendicabunt,quanquàm ipſi
ſer Lazaro hæredes non ſint.Et hæc de ſecundo.

Ad tertium conſultationis articulum apparet
non eſſe neceſſarium reſponderi, cùm etiam ſi
legitima ætas intelligatur,ut optat ſer Lazarus,
ſecũdũ legem municipij.annorum 15.nihilomi-
nus portionem quam habuit ex bonis q. vxoris
ſuæ.ex hæreditate filij tenetur ſeruare Luciæ , ſi
ei nouercam vllo tempore ſuperduxerit,ut in ar
ticulo ſuperiore concluſum eſt.

8 Quartum & vltimum,quod proponitur † vi-
detur iuramentum in litem dictæ Luciæ deferẽ
dum de quantitate bonorum q. matris ſuæ per
l.fin.§.fin.ff.de hære.fid.tu & per l tutor,qui re-
pertorium.in princi.ff.de admi.tut.& C.de iure
delib.l.fi.§ pen.iũcto ſtatuto de tutoribus.cu.&
commu.quod cõmiſſarios facit tutores, & iubet
inuentarium fieri, taxatione tamen à iudice præ-
miſſa:ut eiſdẽ.ll.& C.de in lit.iur.l.2.& 4.vbi vi
detur expreſſum:& hæc ſufficiant.

Et ita dico & cõſulo Ego Raphael Fulgoſius
I.V.D.& ad fidem ſubſcripſi,& ſigillum meum
imprimi iuſſi.

CONSILIVM D. BENEDICTI de Plumbino Legum Doctoris cum ſubſcriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum per mortem ſubſtituti ante mortem hæredis inſtituti expirat,nec tranſmittitur ad ipſos hæredes.*

Fideicom-

2 *Fideicommiſſo ſubſtituti an intelligantur taliter coniuncti, vt ſuperſtitibus deferantur partes defectæ, & quòd ſic: vt ſit locus iuri accreſcendi, ſed contrarium verius.nu.3.& 4.*

4 *Dictio, videlicet, eſt reſtrictiua, & taxatiua.& nu.8. quandoque ſecus.nu.9.*

5 *Ius accreſcendi ceſſat in ſingulari aſſignatione partiũ pluribus facta.*

6 *Ius accreſcendi ceſſat, quando in ſubſtitutione ſub duę orationes, licet in prima ſit coniunctio, ſi in ſecunda ſit diſiunctio.*

7 *Intellectus ad l.huiuſmodi.§.quibus ita.ff.de leg.3.*

10 *Intellectus ad l.dominus.§.i.ff.de uſufruct.*

11 *Intellectus ad l.pen.ff.de uſufru.acc.*

12 *Intellectus ad l.3.§.debebit.ff.de alimen.& cibar. legatis.*

13 *Intellectus ad §.qui habebat.in l.Lucius.ff.ad Trebellian.*

14 *Intellectus ad l.ſicut in annos.§.idem Papinianus.ff. quib.mod.uſufru.amitta.*

15 *Inſtituti ab eo, cui per alium erant per fideicommiſſum ſubſtituti, poſſunt retinere partem inſtitutionis.*

16 *Iuris accreſcendi augmento, partibus defectis operatur vt accreſcat fideicommiſſariis inſtitutis pro rata.*

17 *Inuentarium omittens, ſi reſtitutio fideicommiſſi debet ex interuallo fieri, perdit Trebellianicam, ſicut Falcidiam, ſecus ſi ſtatim. Sed contrarium verius. nume.18.*

19 *Intellectus ad §.illo adiecto.in auc.de hære.& falc.*

20 *Trebellianica hodie prohiberi põt, ſicut & falcidia.*

21 *Teſtator eo ipſo, quòd prohibet hæredem aliquid alienare in totum uel in partem, & ſi alienat quòd perueniat ad ſubſtitutus per fideicommiſſum, cenſetur Trebellianicam prohibere, & hoc ſi hæres inſtitutus ab ipſo legato, non erat ei ab inteſtato ſucceſſurus.nu.22.*

23 *Fructus percepti in uita teſtatoris per hæredem, licet percepti iudicio teſtatoris in Trebellianicam tamen computantur, ſecus in filiis rogatis reſtituere.nume.24.*

25 *Verbum, perueniat, non repetitum vnitatem ſermonis continet.*

CONSILIVM LXII.

ADE anno Mccclxxvj.fecit teſtamentum in quo hæredem inſtituit B.in omnibus bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, & nominibus debitorum, & ſubſtituit eidem B.per hæc verba; Inſtituo B. fratrem meum, & ſucceſſiuè omnes liberos filios ſuos maſculos ab eo legitimè deſcendentes hoc modo: Quòd dictus B.& ſucceſſiuè filij ſui non poſſint, nec valeant bona dictæ hæreditatis meæ in toto, nec in parte vendere, vel alienare, ſiue in alium transferre, & contrafecerit, quòd illud quod venderet, donaret, alienaret, ſeu permutaret, vel in alium transferret, perueniat, ſeu peruenire debeat in infraſcriptos meos hæredes, meos & ſucceſſores. Et ſi dictus B. frater meus hæres inſtitutus deceſſerit abſque hæredibus, & filijs maſculis ab eo legitimè deſcendentibus, volo, & ordino, quòd dicta hæreditas mea perueniat in infraſcriptos pro rata, quos meos hæredes ſubſtituo, videlicet in C. & D. pro quinta parte in E, pro alia quinta parte in F. pro alia quinta parte in G. & H. pro alia quinta parte, & I. pro alia quinta parte, cum onere faciendi eleemoſinam de ſachis quinque frumenti in pane cocto, omni anno diſpenſando in domo mei teſtatoris. Deceſſit dictus A. eodem anno, relictis B. hærede vniuerſali inſtituto, & dictis omnibus ſubſtitutis. Demum deceſſerunt C. & D. ſubſtituti pro quinta parte, & E. pro alia quinta parte, relictis B. hærede vniuerſali inſtituto. & G. & H. ſubſtitutis pro quinta parte. F. pro alia quinta parte. & I. pro alia quinta parte. Deceſſit ſubſequenter B. hæres vniuerſalis inſtitutus in anno Mccccij. condito teſtamento, in quo, cũ nonnullos nunquam habuiſſet liberos hæredes vniuerſalis inſtituit ſupraſcriptos G.& H. ſubſtitutos pro quinta parte, qui hæreditatem ipſius B. adiuerunt. Modo vertitur quæſtio inter G. & H. ſubſtitutus pro quinta parte in teſtamento dicti A. ex vna parte, & F. & I. ſubſtitutos. quilibet ipſorum pro alia quinta parte, & ſic pro duabus quintis, ex alia parte, de hæreditate dicti quondam A. primi teſtatoris, in quos peruenire debeat, & pro qua, & quota parte, ſeu partibus bona dictæ hæreditatis. Et ſic dubitatur de prædictis. Primò an quinta pars prædictorum C.& D. & alia quinta pars dicti E. qui deceſſerunt antequàm B. hæres vniuerſalis, perueniat in hæredes ipſorum C.& D.& E. an non.

Secundò ſuppoſito, quòd non peruenirent in hæredes ipſorum ſubſtitutorum, deficiẽtium, an dictæ duæ quintæ partes defectæ accreſcãt alijs conſubſtitutis, an verò debeant remanere penes C. hæredem inſtitutum, & eius hęredes, & per cõſequens an dicti ſubſtituti intelligantur inuicem coniuncti, vel diſiuncti.

Tertiò dubitatur: quia dictus inſtitutus moriens ſine filijs inſtituit ſibi hæredes ſupraſcriptos G.& H. ſibi ſubſtitutos in tęſtamento dicti A. an dicti G. & H. poſſint retinere & habere portionem ſibi relictam in teſtamento dicti A.

Quartò dubitatur ſi dictus B. inſtitutus non fecit inuentarium, an perdat Trebellianicam.

Vltimò dubitatur, an aliquo reſpectu poſſit dici Trebellianicã non poſſe detrahi pe dictum B.& eius hæredes prædictos.

IN CHRISTI nomine amen. Et præfacto themate, & inſpectione dicti teſtamẽti manifeſtè colligitur, ꝙ frater inſtituit fratrẽ, & ſi deceſſerit ſine liberis, fecit ei ſubſtõnẽ fideicõmiſſariã in tota hæreditate in 5. quotas, id eſt, ratas, & æquales portiones, iuxta ea, q̃ plenè habẽt & notantur

tantur Inſtitut. de pupilla. ſubſtitutio. §. fin & p Gloſſ. & Doctor. in l. precibus. C. de impuber. & alijs ſubſtitutio. & per Bar. in l. Centurio. ff. de vulga. & pup. ſub. Et conditio adiecta in fideicõmiſſo aduenit: quia frater ſine liberis deceſſit. Et ideò ex prędictis plura dubia oriũtur, de quibus ſingulariter eſt videndum.

1 Et primum dubium eſt, † an per mortem C. & D. & ſubſtitutorum pro vna quinta parte, & E. ſubſtituti pro vna alia quinta parte, decedentium ante mortẽ hæredis inſtituti fideicommiſſum expiret in perſonis eorum, ita quòd nõ tranſeat ad eorum hęredes, nec ne. Et ſuper hoc ſine longiori examinatione dico, quòd expirauit in perſonis ipſorum ſubſtitutorum, nec tranſmittitur ad eorum hęredes; quia cum ipſi ante mortẽ hęredis inſtituti grauati deceſſerint, deficit conditio fideicommiſſi, ideò nõ tranſmittitur. l. j. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollen. l. legata ſub conditione coniuncta l. dies incertus. & l. hæres meus. ſecũdo reſponſo. ff. de condi. & demonſtra. ff. quan. dies lega. ced. l. ſi cum hęres. Accedat quod habetur. ff. ad Trebel. l. apud Iulianũ. §. Antiſtia. & l. Lucius. §. quæ habebat. ver. cũ autem. eo. tit. & hoc de primo dubio.

Secũdò dubitat, an dictę duę 5. partes defectę videlicet prędictorũ ſubſtitutorũ per fideicommiſſum decedentium ante hæredem accreſcant alijs ſubſtitutis, & fideicommiſſarijs, an verò debeant remanere apud hęredem inſtitutũ, & eius
2 heredes. Iſta dubitatio recidit in hoc, † an iſti cõfideicommiſſarij intelligantur quoquo modò cõiuncti, ut ſic ſuperſtitibus accreſcant partes defectæ, an verò nullo modo ſint coniuncti, vt ſic remaneant apud hæredem grauatum & eius hęredes. l. j. § pro ſecũdo. & §. quod ſi in medio. C. de caduc. tollẽdis. Et in hoc articulo videtur primò dicendum, quòd debeant accreſcere confideicõmiſſarijs tanquam verbaliter coniunctis. Nam cùm teſtator dicat, quòd vult hęreditatem ſuam peruenire in ſubſtitutos ſuos ꝑ rata, per hęc uerba propter vnionem ſermonis intelliguntur verbaliter cõiuncti: ſed quia adiecit pro rata parte, intelliguntur re diſiuncti, & ideò ſecundum cõmunem opinionem locus eſt iuri accreſcendi. ff. de legat. 3. l. re coniuncti. & ibi plenè notatur, & ff. de hære. inſtituẽ. l. ſi ita quis hęredes. & ibi etiã notatur coniuncta d. l. j. §. ſin verò non omnes. C. de caduc. tollen.

3 In contrarium videtur dicẽdum † quòd immò dicti fideicommiſſarij intelligãtur eſſe omnino diſiuncti, & per cõſequẽs ceſſet inter eos ius accreſcendi. l. j. ſecundo reſponſo in princ. ff. de uſu fruc. accreſcen. & d. l. j. §. ubi autem. ver. ſin autẽ diſiunctiua. C. de caduc. tollend. & ideò dictę partes defectę debent remanere apud grauatum, & hęredes eius, ut d. §. pro ſecũdo. & §. quod ſi in medio. C. de cadu. tollen. Et quòd ſint diſiuncti probatur propter dictionem, videlicet, adiectam
4 in dicto teſtamento † quæ eſt reſtrictiua & taxatiua, iuxta not. per Bar. ff. de leg. 2. l. cum ita. aliàs eſt l. omnia. §. in fideicommiſſo. Secundò hoc idem probatur: quia cum in ipſo fideicommiſſo ſint ſingulis aſſignatę ſingulę partes, perinde ac ſi ſingulæ res eſſent eis relictæ, meritò ceſſat coniunctionis effectus, & ius accreſcendi. ff. de legat. 3. l. huiuſmodi. §. quibus ita. & quod ibi not. per Bar. & bene facit d. l. j. in princ. ff. de uſuf. accre.
5 Tertiò hoc cõfirmatur † quia in ſingulari aſſignatione partium pluribus facta, ceſſat ius accreſcendi. ff. de uſufru l. dominus. §. j. ff. de uſufruc. accreſcen. l. pen. de alimen. & ciba. legat. l 3. §. docebit. uerſi. Diuus Pius. facit ff. de legat. 2. l. & Proculo. Quartò pro hoc uidetur caſus expreſſus in l. Lu
6 cius. §. quę habebat. ff. ad Trebell. Quintò: † quia cũ in dicta ſubſtitutiõe ſint adiectę duę orationes, licet in prima ſit coniunctio, ſi tamen in ſecũda apparet diſiunctio per ſingulares partium diſtributiones, attenditur ſecunda oratio diſiunctiua, ut ceſſet ius accreſcendi. ff. quib. mod. uſusfruct. amitta. l. ſicut in annos. §. Idẽ Papinianus. Quid ergo dicemus? Breuiter dico quòd dicti ſubſtituti per fideicommiſſum ſunt realiter cõiuncti, & inter eos eſt locus iuri accreſcẽdi, ut primò dixi, & pro hoc allego caſum. ff. de lega. j. l. ſi duobus. §. fina. & ibi eſt hoc expreſſum in tex. ibi, vel etiam id expreſſiſſet, & ita in hoc concludo.

Modo reſpondeo ad allegata in contrariũ, & non obſtat primum argumẽtum de dictione ni-
7 delicet: † quia quãdoque hęc dictio adijcitur termino particulari, vel pluralitati terminorũ per modum particularium demonſtratę, & tunc dictio ſcilicet, & videlicet, & ſimiles, ponuntur declaratiuè. ff. quan. act. de pecul. eſt annal. l. j. in fine prin. & ff. de in rẽ uer. l. ſi ſeruus. §. ſi Sticho. & ibi not. per Gloſſ. & ita loquitur caſus noſter.
8 Quandoque † adijcitur pluralitati terminorum demõſtratę per modum generalis, vel vniuerſalis, vel indefinitę locutionis, & tũc bene ponitur reſtrictiuè. Et ita debet intelligi quod not. Bar. in d. §. in fideicommiſſo. & hæc non tangit noſtrum caſum. Tamen licet poneretur reſtrictiuè, non ꝓpterea impeditur cõiunctio quoad expreſſos cõiunctim in illa oratione, ut d. l. ſi duobus. §. fin. Nec Bar. dicit contrarium.
9 Item nõ obſtat † d. §. quibus ita. nam ibi loquitur, quãdo ſingulis ſunt diuerſæ res legatę, ut ibi patet. Idem ſi ſunt ſingulis legatę diuerſę portiones pro diuiſo: ſed ſi pro indiuiſo, tunc ſecus, ſecundum Bar. ff. de legat. 3. l. re coniuncti. Et iſte ultimus modus quãdo relinquuntur ſingulis ꝓ indiuiſo eſt caſus noſter.
10 Item non obſtat † d l. dominus. §. j. quia ſecundum vnam lecturam, ibi fuit prohibitum ius accreſcendi. Item ſecundum aliam lecturam loquitur in relicto alimẽtorũ limitato, & ſic eſt ibi in eo ſpeciale, quod dic ut ibi.
11 Item non † obſtat l. pen. de uſufr. accreſcen. quia ibi ęquæ portiones erant ſingulis legatarijs relictæ, à ſingulis hæredibus. Sed in caſu noſtro ab eodem

ab eodem hærede tantũ vnde ſecus eſt, vt ibi ple
12 nè notatur, Et eodẽ modo rñdeo † ad § debebit.
13 Item non obſtat quartum argumentum, † de
l. Lucius. § quæ habebat, quia ibi ſuerunt nomi-
nati in diuerſis orationibus, & ad diuerſas por-
tiones, & ideò non intelliguntur coniuncti, hic
in vna oratione fuerunt nominati, ut d. §. ſi ve-
rò, vel omnis. & d. l. ſi duobus. §. finali.

Item non obſtat quintum argumentum de d.
14 §. Idem Papinianus, † quia ibi fuit pluries lega-
tum relictum, & in repetitione legati, in qua quę
ritur de iure accreſcendi, nõ fuerũt plures nomi
nati cõiũctim, licet in primo relicto fuerint cõiũ
cti. Sed in caſu nr̃o fuit ſemel fideicõmiſſum re-
lictũ, & fideicõmiſſarij in eo cõiuncti: ut ſupradi
xi iõ pręducta nõ obſtãt, & hoc de ſecũdo dubio.

Tertiò dubitatur: quia inſtitutus à primo te-
ſtatore, inſtituit duos ex ſubſtitutis per fideicom
15 miſſum, † an illi poſſint retinere partem ſibi
debitam ex hæreditate prædicta? & breuiter re-
ſpondeo, quòd ſic. Non eſt enim dubitandum,
quòd pro ea parte pro qua inſtitutus erat debi-
tor ſuus, confunditur actio ſua. l. debitori. C. de
pac. & ideò fideicommiſſarij pro reliquis parti-
bus petent ab eo. l. quanquam. C. ad leg. Fal. ubi
hoc eſt expreſſum. & l. in imponẽda. & l. ſeq. eo.
ti. Sic ergo poſſet ipſe agere contra cohęredes
pro portionibus hæreditariis l. cùm à matre. C.
de rei vend. & l. ſi adulta. C. de hære. actio. & l. li-
cet. C. ad leg. Fal. Et intelligo partẽ ſibi eſſe debi
tam tam ex relicto fideicommiſſi, quàm ex aug-
16 mento iuris accreſcendi. † Nam & partibus de-
fectis accreſcit ipſis fideicommiſſariis inſtitutis
pro rata: arg. l. ſi in teſtamento, & l. cum ex filio.
§ fi. & l. cohæredi. in prin. ff de vulg. & pup. ſub.
cum ſimilibus. & hoc de tertio.

Quarto dubitatur, an ſi ipſe frater rogatus de
reſtituendo hęreditatem poſt mortem ſuã, omiſ
ſit facere inuentarium, poſſit deducere Trebel-
lianicam ipſe, & hæredes eius. Et ſic eſt dubium,
17 † an omittens facere inuẽtarium, perdat Trebel
lianicam, ſicut Falcidiam. Cy. in auct. ſed cùm te
ſtator. C. ad leg. Falcidiam tenet, quòd ſi reſtitu-
tio fideicõmiſſi debet fieri ex interuallo, ſicut eſt
in caſu noſtro, tunc omiſſio inuẽtarij priuet Tre
bellianica: ſecus ſi ſtatim. Ratio: quia primo ca
ſu omiſſio eſt in culpa: ut ibi no. pro eum, & idẽ
ſentit Rayne. Item Bald. ſimpliciter tenet idem,
per tex. in corpore. de hęre. & falc. §. illo adiecto.
ſed Iac. de Bel. & Bar. in d. auc. ſed cum teſtator,
& ff. ad Trebellian. l. Marcellus. §. quod autem.
18 † tenent contrarium: quia hoc non reperitur iu-
re cautum. Et ideo licet in falcidia, quę detrahit
de ſingularibus relictis ſit hoc inductũ per iura
noua, non debet extẽdi ad Trebellianicã, ut l. pci
pimus. Et hoc putarem tutius: quia in pœnis nõ
debet fieri extenſio, ut no. in c. in pęnis. de regu.
iur. lib. 6. Item quia ratio quare nocet in falcidia
eſt: quia lex fingit hęredem ſubtraxiſſe res hære-
ditarias: quia non fecit inuentarium. in auct. de
hæredi. & falci. §. hinc nobis. ſecundum Iacob.
But. quæ ratio ceſſat in Trebellianica: quia quar
ta Trebellianica venit detrahenda, etiam ſi con-
ſtet nil eſſe diminutum. Inſt. de fideicommiſſa. hę
redi. §. ſed quia.
19 Non ob. † §. illo adiecto: quia debet intelligi
de fideicommiſſo particulari, quod æquiparatur
legato particulari, ut plenè no. in l. j. de lega. j.

Quinto uerò dubitatur, an alio reſpectu poſ-
ſit dici Trebellianicam non deberi, in caſu ꝓpo
ſito, & poſſet tentari, quòd hęres non poſſit de-
trahere Trebellianicam, tanquam prohibitus, ſe
20 cundum illam opinionem, † quæ habet, ꝙ Tre-
bellianica hodie poſſit prohiberi ſicut falcidia,
ut plenè no. per Doc. & legentes in d. auc. ſed cũ
teſtator. Dico autem uideri prohibitam eſſe
21 † Trebellianicam in caſu propoſito, eo ipſo ꝙ
teſtator prohibuit hæredem aliquid alienare de
ipſa hæreditate, in totum, vel in partẽ, & ſi alie-
naret, quòd perueniret in ipſos ſubſtitutos per
fideicommiſſum. Nam per hoc intelligitur velle
quòd integra hęreditas perueniat in eos, & ſic
ſit prohibita Trebellianica arg. ff. de fideic. liber.
l. decem, & quod ibi no. & Bald. tangit in d. auc.
22 ſed cũ teſtator, quod intelligo † ſi hęres inſtitu-
tus ab ipſo legato non erat ei ab inteſtato ſucceſ
ſurus, iuxta ea quæ habentur, & not. in l. peto. §.
fratre ff. de leg 2. & ibi per Bar. Sed indubitanter
poteſt dici ex alio capite, quòd Trebellianica eo
caſu non poſſit detrahi ex reb. hæreditariis, ſiqui
dem fructus percepti per hęredem in uita eius ex
ipſa hæreditate fuerant tot, & tanti, ꝙ ſufficiant
ad quartam Trebellianicã, & fructus eius. Nam
23 † tales fructus, licet ſint percepti iudicio teſtato-
ris, in Trebellianicam imputantur. ff ad Trebell.
l. in fideicommiſſaria. & l. ſi mulier §. ſi hęres. eo
24 dem ti & dic ut ibi plenè notatur. Fallit † in filiis
rogatis reſtituere: ut l. iubemus. C. ad Trebel. &
ibi plenè no. & ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §.
unde ſi quis. Ex pręmiſſis concluditur, quòd ſup
poſito, ꝙ ex cauſis prædictis, Trebellianica non
poſſit detrahi, prædicti G. & H. hæredes dicti B.
ab eo inſtituti, retentis ſibi fructibus ex ipſa hære
ditate perceptis, debent habere tertiam partem
de bonis hęreditariis. Item dictus F. debet habe-
re aliam tertiã partẽ, & dictus I. aliam tertiã par-
tem de ipſis bonis uigore ſubſtitutionis prædi-
ctæ, & iuris accreſcendi, prout ſupra plenè dixi.

Et ita dico, & conſulo Ego Benedictus de
Plombino legum Doctor.

Et idem dico & conſulo Ego Raphael Ful-
goſius Iuris Vtriuſque Doct.

Idem quod ſupra concluſum eſt dico, & con-
ſulo Ego Chriſtophorus de Caſtelliono Le-
gum Doctor.

Ita etiam cõſulo Ego Paulus Arzonus legum
Doctor, & Decretorum profeſſor, attento pręci-
puę, ꝙ prædicti ſubſtituti fuerũt ſaltem uerba-
liter coniuncti: quia in eadem oratione poſiti,
ſeu nominati, & primò ſub nomine collectiuo,

dum dicit, in infraſcriptos hæredes, &c perueniat hęreditas, ſecũdo nominatim, ſempec tamẽ
25 in eadem orationę: quia† verbũ perueniat, non fuit geminatũ, ſeu cepetiũ, & ſic etiam vnitatem ſermonis continet, vt eſt tex. in l. nnica. §. ſi verò quidam. ver. hoc cuc tam variè. C. de cad. tollen. & eſt tex. ſecundum primam lecturam. in l. nemo. in princip ff. de legat. ſecundo, & bene facit quod nor Glo in l. ſi liber homo §. Titius. ff. de hæred. inſtituen. & Symon de Broſſano qui fuit Cardinalis Mediolanenſis in l ſi ita quis hæres. ff. de hæred. inſtituen. in cepeti. ſua. & Saluinus Doctor Vltramontanus in repeti l. ceconiuncti de leg. 3. quòd autem coniũcti uideantur realiter, facit quòd onus eleemoſinę coniunctim eis eſt annexum, ſeu appoſitum per dictum A. teſtatorem, & ſic in commodo, ſicut in onere videtur teſtatoc eos coniunxiſſe: argumen. l. quoties. ff. ad Trebellia. & l. vtrum § fin. de rebns dubiis. Et ad fidem pręmiſſorum me ſubſcripſi, & ſigillaui, & ego prę'ens conſilium legi, & uidi cum ſigillis præfatorum illuſtrium Doctorum, ideò hic tranſcripſi. Antonius.

CONSILIVM D. GVIDI DE GVIdonibus de Acumulo Legum Docto. cum ſubſcriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes lugubres de iure mortuo viro vxori debentur, & infra nu. 16.*
2 *Veſtes lugubres ſunt appendices luctus, vel quaſi funeris expenſæ.*
3 *Vxor dicitur eſſe in ſeruitio viri.*
4 *Vidua durãte viduitate dicitur eſſe in matrimonio, & propterea ab hęredibus viri alenda.*
5 *Legatum factum per ſuperuiuentem adimi poteſt.*
6 *Teſtator pręſumitur decedere, alio non conſtito, in eadem voluntate cuius fuit tempore conditi teſtamẽti. Fallit vt infra nu. 53.*
7 *Perſeuerantia facit quandoque valere, quòd aliàs nõ valeret.*
8 *Vxor deſerens maritum infirmum ſeorſum commorando, cenſetur indigna ab omni commodo teſtamentario. & nu. 31. 34. 60. & 72.*
9 *Maritus negligens vxorem egentem, ſe facit indignũ ab omni commodo, quod ſibi obueniret pacto, ſeu ſtatuto. & nu. 16.*
10 *Matrimonium claudicare non debet.*
11 *Vir & non econtrà habet vxoris poteſtatem, & nu. 36. & 40.*
12 *Mulier de mariti morte ſolet collectari, quod procedit in malis mulieribus.*
14 *Vxorum bonarum dilectionem erga uiros monumenta priſca teſtantur.*
15 *Mortem infligit, qui egenti debitam curã ſubtrahit.*
17 *Commodum quod ab indigno aufertur, fiſco non applicatur. Quod verum eſt in lucro perfectè nõ quæſito. num. 18.*
19 *Legatum factum vxori, quæ poſtea virum infirmum dereliquit, ipſo iure reuocatum cenſetur.*
20 *Valens hominem à morte liberare, ſi non facit, ab homicidij reatu non eſt immunis.*
21 *Vxor debet eſſe in ſeruitio mariti.*
22 *Vxor vſq; ad mortem tenetur iuuare maritum ſuum.*
23 *Vxoris ſubiectio erga maritũ, & ſerui erga dominũ.*
24 *Seruus tenetur propriæ ſaluti ſalutem domini pręponere.*
25 *Vxor ſaluti propriæ mariti ſalutẽ pręponere tenetur.*
26 *Deſerens quem debet iuuare, tenetur.*
27 *Vxor quę mariti curam non habet, infideli deterior eſt.*
28 *Maritus vel vxor qualiſcunque ſint, alterum deſerẽs à commune fidelium arcendus.*
29 *Marito qualibet infirmitate oppreſſo, tenetur vxor opem ferre.*
30 *Vxor nõ debet à uiro diſcedere, aliàs innupta maneat donec reconcilietur. & econtrà.*
31 *Vxor maritum captiuum non ſequens, innupta manere debet.*
33 *Merita cuiuſque attendi.*
35 *Quem quis non diligit, facilè contemnit.*
37 *Vir caput, mulier membrum dicitur.*
38 *Vxor tenetur uirum ſequi, etiam leproſum.*
29 *Membra non licet à capite diſcedere.*
41 *Vxor uiri arbitrium ſequi tenetur.*
42 *Vxori nec maritum excõicatum relinquere licet.*
43 *Vxor Deo, an potius uiro obedire teneatur.*
44 *Vxor uotum adimplere non tenetur, contradicente uiro.*
45 *Opera cuiuſque teſtimonium de ſe ipſo perhibet ueritatis.*
47 *Vxori & toti familię debentur ueſtes lugubres in morte uiri nobilis ex conſuetudine: ſecus ſi ignobilis.*

Angelus de Vbaldis Doctor Guidi de Guidonibus.

48 *Vxori ueſtes lugubres non deberi, niſi à uiro decedente relinquantur.*
49 *Demens quidquid agat non dicitur intelligere.*
50 *Culpa non cadit in demente.*
51 *Demens non delinquit.*
52 *Demens ſatis ſuo furore punitur.*
54 *Factum præſumitur eſſe, quod eſt ueriſimile factum fuiſſe, ſi fieri potuiſſet.*
55 *Legatum non interpretandum, ut pernitioſum teſtatori.*
56 *Beneſacere maleſacientibus non pręſumit lex.*
57 *Veriſimilis inſpiciendum.*
58 *Taciti & expreſſi eadem diſpoſitio, ubi eadem ratio.*
59 *Tacitum quandoq; plus operatur, quàm expreſſum.*
61 *Præſumptiones iuris liquidæ dicuntur probationes.*
62 *Inſtrumentum reputatur liquidum ex pręſumptionib. & meretur executionem.*
63 *Vxor per annum ex conſuetudine defert inſignia luctus.*
64 *Terminus portandi luctus inſignia per ius nouum diminutus.*
65 *Luctus terminus qui olim apud gentiles.*
66 *Terminus luctus apud Hebræos qui olim.*

Lucre

67 *Lueremortuos ex puſillanimitate procedit.*
68 *Mortui cum pſallentium uocibus debent ad ſepulchrum deferri.*
69 *Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtes eſſe debemus.*
70 *Caro inciſa dolet.*
71 *Vxores non intereſſentes funeri maritorum, illorum inimicæ cenſentur.*
73 *Mos regionis præualet contra diſpoſitioni.*
74 *Vſus rei non mutandus.*

CONSILIVM LXIII.

IN CHRISTI nomine amen. Iſte caſus
eſt dubius, & plurima exitatione ſuffultũ.
1 Nam † cum vxori per hæredes mariti, abſq;
eo quòd fuerint ſibi legatæ veſtes lugubres
debeantur, vt probat textus, ad hoc notabiliſ inn
cta Gloſſ. in l. ſi ex re domini. §. illud. ff. de ſtipu-
2 la. ſeruor. Sunt enim appendices † luctus, &
quaſi expenſę funeris: vt dicit Baldus ſuper In-
nocent. de emptio. & venditio. capitu. perue-
3 nit, & quia † in ſeruitio uiri eſt vxor: argumen
to. ff. ſolut. matrimon. l. in tis. §. primo. Dici-
4 tur enim uidua † eſſe in matrimonio donec in uì
duitate perſiſtit, ideò à viri hæredibus eſt alen-
da: vt dicit Bal. de bo n: mater. l. ſi.
Prætereà ex quo maritus ſuperuiuens per an-
nos poſt conditum teſtamentum legatum factũ
5 vxori † non reuocatur, quod poterat adimendo.
ff de adimen. leg. l. prima § conditio. & §. fin. &
l diuus. & l. Modeſtinus: cum ſimi. Cùm ergo te
6 ſtator † id non fecerit ſuperuiuens, præſumendũ
eſt in priori uoluntate deceſſiſſe, vt dictæ vxori
legatum huiuſmodi debeatur, ut quod ipſe non
dixit, nos dicere non debemus. l. ſi ſeruum. §. nõ
dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. de public. l. de
precio, quia potuit noluit, &c. C. ſi quis alteri,
vel ſibi l. ſecunda. Vnde ſibi imputet ſi dictum
legatum non reuocauit, vt poterat; de iure patro
na. cap ex litteris. de priuileg. cap quia circa. Facit
7 enim interdum perſeuerantia † valere, quod aliàs
non valeret. C. de fide inſtrum. l. ſi aduerſarius.
dé cuſtod. reor. l. ſi quis ea. & de diuor. l. diuor-
tium.
Contrarium puto verius in terminis propoſi
8 tæ quæſtionis, nam ex quo dicta vxor † mari-
tum deſeruit infirmitatem, nec in eius infirmita-
te ſe ei præbuit obſequenté, ſed ab eo receſſit ali
bi commorando: quia tam in infirmitate, quàm
luctus tempore noluit intereſſe, ex præmiſſis ſe
indignã fecit ab omni cõmodo, & legato, quod
ſibi teſtator in teſtamento aſcripſerat tempore
ſanitatis. Dicit enim Bal. in l: ab hoſtibus. §. j. ff.
9 ſolu. matri ꝙ † maritus qui negligit vxoré agenté
ut indignus non debet habere aliquot lucrum ex
ipſa, ſiue per pactũ, ſiue per ſtatutũ perueniat. ſi
hoc eſt in marito uxorem infirmã derelinquẽte,
fortius in vxore, quæ maritũ relinquit infirmũt
10 quia † matrimonium claudicare nõ debet. c quã
ro in Glo. de diuor. Nam vxor marito, non ma-
ritus vxori ſe debet potius ſe reddere obſequen-
tem: ergo &c. iuxta notata in auct. multo magis.
ſcribitur enim Gene. 3. ſub uiri poteſtate eris, &
ipſe dominabitur tibi. bene facit ẽt 11 q. 3. ſi do
11 minus. uir † enim habere poteſtatem mulieris di
citur, non econtrà 33. q. 5. manifeſtum. Licet n.
12 mulier † de maritorum morte, ut plurimũ col-
letetur: ut notat Gl. in l. pater Seuerinam. §. lo-
crus. de cond. & dem. illud intelligitur in malis
13 & peſſimis mulieribus. Nam bonarum † uxorũ
ad maritos per maximam dilectioné, & amorem
feruentiſſimum inſtituta priſca teſtantur: ut pa-
tet apud Valerium lib. 4. cap. de amore coniuga-
li. & li. 6. cap. 8. de fide vxoris, cuius relatu digna
in præſentiam ſubticeo. & profecto dicta deci-
ſio Bal. in d. l. ab hoſtibus. §. j. eſt conſona ratio-
15 ni. dicit enim Canon, ꝙ morié † languentibus co
natur infligere qui ad illius excluſionem curam
uigilem prætermittit. 83. diſt. cap. j. & talis indi-
16 gnus † omni teſtatoris commodo reputatur. ff.
de his quib. vt indig. l. indignum. in uerbo negli-
gentiam. & quod ibi notatur per Bar. Nec appli
17 catur fiſco † emolumentũ, & commodũ de quo
ſupra tanquam ab indigno ablatum, cùm in lu-
18 cro perfectè † quęſito illa regula uendicet ſibi lo
cũ: in caſu propoſitæ quæſtionis lex reſiſtit acquiſi
19 tioni, & obuiat à principio. Vnde dictũ † legatũ
per maritum factum ipſo iure ratione qua ſupra
cenſetur reuocatum: quia cum deſeruit infirmũ
tem non quæritur mulieri, & ideò non venit fi-
ſcus ſecundum Bald in d. l. ab hoſtibus. § j. C. de
hær. inſt. l. ſi pater. hẽ alibi dicit tex. ꝙ qui potuit
20 † hominẽ liberare à morte, & nõ liberauit ab ho
micidij reatu nõ eſt immunis: ut extra de homic.
21 c. ſicut dignum. Debet enim uxor † in ſeruitio eſ
ſe mariti. l. ſed & uir. in principio. ff. de dona. in-
ter uir. & vxo. & de ope. libertorum. l. ſicut patro
22 nus. Maritumq; iuuare † tenetur vſq; ad morté.
vnde dicit Canon vnaquęque mulier ſequatur
uirum ſuum, ſiue in uita ſiue in morte. 13. q. 2 c.
23 unaquęq;. Parificatur ꝑterea ſubiectio † uxoris
erga maritum, & ſerui ad dominũ: ut notat Gl.
ff. de ſtatu lib. l. 3. §. ſi quis ſeruum, & dicta l. ſi-
24 cut de ope. liber. ſed ius aſtringit ſeruum † ut ne
dum, quòd dominum deſerat, ſed propriæ ſalu-
ti ſuæ ſalutem domini anteponat. l j § eodem au
tem tecto ff ad Sillan ergo. & eadem ratione ad
25 idem † intelligendum vxorem aſtrictam. Nec li-
cebat dictæ uxori quouis modo maritum ſuum
languentem deſerere, etiam infirmum. Nã tene-
26 tur † aliàs de iure qui deſerit illum quem debet
iuuare: vt l. dominus horreorum, & l. finali. ff. lo
cat & l. deſertorem. ff. de iur. milit. ſcribitur u.
27 ad Thimo. verſiculo, quòd quę † mariti curã nõ
habet, & ſuorum fidem negauit, & infideli dete-
rior eſt. tranſumptiuè in canone. 46. diſt. §. ne-
28 ceſſe. Qualiſcunque enim ſit † uir, ex quo ſemel

placuit nõ eſt dimittendus, immò à cõmunione
fideliũ marceatur uxor, quæ maritum, vel è cõn-
trà dimittit. 32.q.2.horrendum, & c. ſequenti,
& ſubſequenti, & c.pręceptum domini eſt, & pa
tet Matthæi.18.& Marci.10 licet enim maritus
29 † infirmitate qualibet ſit oppreſſus, non debet
tamen uxor opẽ ſubſidij marito ſubtrahere quo
uis modo eadem cá, & quæſt.7.propoſuiſti. de
coniugio leproſorum.c.peruenit ad nos.Propte-
30 rea dicit textus; Vxor† à uiro nõ diſcedat, quòd
ſi diſceſſerit, aut maneat innupta, aut reconcilie-
tur uiro ſuo, & uir ſimiliter non dimittat uxorẽ
32.q.7.vxor.abſit igitur à quolibet bene inſtitu-
31 to, quòd dictam † vxorem teſtatoris commodo,
& relicto dignam eſſe cenſeat, quæ maritum lan
guentem per tot temporum circula deſeruit in-
32 firmantem. Dicit enim canon, † quòd quæ virũ
in captiuitate ductum nõ ſequitur, ſiue ſequi no
luerit, quandiu eius uir uixerit, ſemper innupta
permaneat. 34 q.2.ſi quis neceſſitate, ubi eſt tex
tus notabilis.

Accedat quod ſcribitur Thobiæ 6. in eos qui
ita coniugium ſuſcipiunt, & quod refert Ioãnes
And. de ſacra unctione. capi. unico. § ſanè profe-
ctò poterat iſte maritus infirmus ab uxore, vt
præmittitur derelictus illud propheticum decan
tare; Da nobis auxilium, & de tribulantium. quia
vana ſalus hominis. tranſumptiuè in canone 22.
q 3.§. item ab aliquo. Concludo igitur, quòd cõ
ſtito de prędictis, dictisq́ue de meritis cõproba-
tis, dicta uxor nedũ merita dici debeat, quod eſt
33 potiſſimè attendendum, cum merita † cuiuſque
attendatur. 12.q.3. multare, ſed iudicio cuiusli-
34 bet bene inſtituti eſt indigna, † & in merita nuu
cupanda. ff. de teſtam. mil. l. ſeruos. Accedat. 12.
q.2. quiſquis. & c. ſi quos. Vnde dicebat Glo. ꝙ
35 quem † quis non diligit, facile contemnit. in c. 2.
de ſponſ. facit 20 q.2. pręſens clericus. cùm ergo
36 conſtet † mulierem ſubiectam dominio uiri eſſe,
& nullam poteſtatem habere, vt dicit textus 33.
37 q.5. mulierem, & uir † mulieris dicitur eſſe ca-
put & mulier dicitur eſſe membrum. 30.§. fi. re
linquitur concludendum, quòd ipſum deſerere
non debuit infirmantem: quia etiam leproſum
38 † uirũ ſequi tenetur, & ſibi reddere poſſe tenus
obſequium. de coniu. lepror. c. 2. & 3. Nam non
39 licet † à capite membra diſcedere: ut in c. cũ non
liceat. de præſcri. & ſi ſecus fecerit indignam, &
alienam ſe fecit dicta mulier commodo teſtamẽ
ti, ut dixi.

40 Magna enim eſt poteſtas † quam maritus in
mulierem habere iura decernũt, maxima eſt prę-
terea reuerentia mulieris qua obnoxia eſt uiro,
41 cum eius ſequi † arbitrium teneatur, ut dicit tex
tus 34.q 5. noluit.

42 Nam & † maritum excommunicatum vxori
derelinquere nõ licet, & ſibi ad obſequia eſt aſtri
cta: ut notat Glo. 11.q.3. Iulianus. Quinimmò
43 † uxor tenetur marito potius obedire quã Deo.
44 33.q.5. manifeſtũ. ubi uotũ † ab uxore emiſſum
abſque uiri uoluntate, vxor ad mandatũ eius ſer
uare non cogitur, licet peccet maritus taliter iu-
bendo uxori. Sit ergo manifeſta cõcluſio ex præ
miſſis, quòd dictæ uxoris legatum prædictũ mi-
nimè debeatur, & ſuperuacuo diſputatur, an in-
digna ſe fecerit maritum infirmum, ut præmitti
45 tur relinquendo: quia † opera eius ſatis teſtimo-
nium perhibent ueritatis. de ſtat. monach. quod
Dei. ubi per Ioannem And. ſuper uerbo, opera,
& ibi proſequitur verbum illud; Si mihi non cre
ditis, operibus credite: ut ſibi conuenientius oc-
currat dicere verbum illud ſacratiſſimæ ſcriptu
ræ opera tua manifeſtum te fecit, &c.

Reſtat reſpondere ad demonſtrationes in cõ-
trarium ſuadentes.

46 Non obſtat, quòd etiam † non relictæ debean
tur ueſtes lugubres mulieri ab hæredibus teſta-
toris: quia hoc non eſt vſquequaque uerum, niſi
quãdo maritus eſſet uir nobilis, & inſignis, quo
47 caſu iam uxor, † quàm tota familia debet ueſtes
lugubres, & triſtem nigrum habitum, & lamen-
tabilem ſecundum cõſuetudinem deportare. In
uilibus autem perſonis, ſeu gradus inferioris, ta-
lis conſuetudo non uendicat ſibi locum, cũ co-
gitur tunc mulier veſtem lugubrem deportare, ſe
cundum quòd dicit dominus Angelus Doctor
meus. in l. ſi ex re. §. illud. ff. de ſtipul. ſeruor. &
ita intelligatur. l. decreto, & quod ibi notatur.
48 C de infamib. Quinimmò dicunt † aliqui indi-
ſtinctè veſtes uxori lugubres non deberi, niſi à
uiro decedente relinquantur. C. de infirman.
pen. celib. l. finali in fine.

Nec obſtat ſimiliter, quòd ſuperuiuens idem
maritus, legatum prædictum uxori factum non
reuocauit, quod poterat expreſsè adimẽdo, quia
effectus fuit mente alienus poſt dictum conditũ
teſtamẽtum, tempore infirmitatis, qui quidquid
49 agat † non dicitur intelligere: ut inſtit. de inutil.
ſtipul. § furioſus: cùm enim non fuerit ſanæ mẽ
tis, nullum cadere poterat in eo diſcretionis iudi
50 cium; & ideo dicitur culpa † carere. ff. ad legem
Aquil. l. ſed & ſi quęcunque ff. de ritu nup. l. in
51 eo. §. j. & delinquere † non dicitur. 15.q.2. meri-
52 ta. ſatisq́ue † ſuo furore punitur. ff. de offi præſi.
53 l. diuus. & pręſumendum eſt, quòd dictã † adem
ptionem legati feciſſet, ſi illam facere potuiſſet, &
illam fieri mentis alienatio non impediuiſſet ex
coniecturis, & arbitrio cuiuslibet boni uiri. ff. de
uerb. oblig. l continuus. §. cum ita. & §. ſequenti.
54 quia quod eſt † veriſimile factum fuiſſe, ſi fieri
potuiſſet, pręſumitur eſſe factum. C. de fideiuſſo
rib. l. ſi. ff. de cond. & demonſtra. l. quę conditio.
§. quibus. & l. cum vir vxori. Non enim debet le
55 gatum † pręd ictum interpretari, vt perniciosũ
extiterit teſtatori, ut ff. de ſeru. l. ſi cui. de teſt. l. j.
extra de teſta. c. licet. & c. ſignificãtur. faciunt no-
tata per Io. And. plenè in regula iuris in genera-
li, & in mercurialibus li 6. & quod no. idem Io.
And. in regula, inſpicimus eod. ti. & quòd nota.
in l. Titia Seia. ff. de aur. & argen. leg. & ff. de ver.
obli.

obli.l.ſemper.in ſtipulationib.in priu. Nō enim
56 adhoc legis pręſumptio adaptatur,ut † maleficiē
tib.benefaciamus.l.ſed & ſi lege.§. conſuluit.ff.
de peti. hæred. cum ſua materia, & ſic qnod eſt
57 † veriſimilius inſpicere debemus. ff. de proba.l.
de ætate,& de teſtib.l.ob carmen.§.fi. & de iure
dotium.l.nuptura.in fi.facit optimè,qnod nota-
tur extra de præſump.c.quia veriſimile.& c.litte-
ras,& quod notatur in c.cauſas.§.verum.de ele.
per Ioan.And.de reſcri.c.veniens.ver. non obſta
re. Quotieſcunqne enim ſubeſt ratio ueriſimilis
58 coniecturę,eadem eſt diſpoſitio † taciti & exp̄ſſi:
nt no.de præſump.c.fi.& ibi concordantiæ. Ioā.
And.de arb.c.innotuit,ſuper Gl.2.in c.2.de re-
ſcrip.ſuper uerbo conditio. Immò interdū plus
59 operatur † tacitum, quàm expreſſum: ut no.Bal.
in l.ſi emancipata C.de iur.& fac.igno. Quinimmò
ſat dici poteſt factam fuiſſe ſpecificè adēptio
neiu dicti legati, ex quo ex pręſumptione iuris
60 vxor,† quę maritum infirmum dimiſit cenſetur
indigna,& priuatur oī commodo teſtamenti, vt
61 dixi: quia per † p̄ſumptiones iuris res aperta,cla-
ra,& liquida dici poteſt: ut notat Glo.de peri.tu-
tor.l.peunl.vbi dicit ꝙ omnes probationes iuris
ſunt liqnidę Benefacit l.licet Imperator. de le.j.
& per illam.l.dicit Bal.ff.de proba.l.verū. Quòd
62 inſtrumentum † dicitur liqnidū ex præſumptio-
nibus,& mereretur executionem ex forma ſtatu
ti.facit C.de compen.l.fi.& l.nō omnis.§.à Bar
baris.de re mil.& c.ad noſtrā.de emp. & vend.

Rurſus ſat fatuum,& ridiculum indicatur, ꝙ
dicta mulier audiatur lugubres ueſtes petens cū
anni circulus ſit elapſus.quo mariti cadauer fuit
traditum eccleſiaſticæ ſepulturæ,cùm ſolum per
63 dictum † tempus ex conſuetudine regionis de-
ferre debeat inſignia luctus. C.de ſecun.nup.l.2.
& notatur. C.de infamib.l.decreto, & licet ho-
64 die ſit iſte † terminus diminutus, nec cogatur
triſtem habitum deportare: ut notatur in d. l. de
creto.per Gl.plenè 27.q.2.cap.omnes.ubi eſt Gl.
notabilis.

Nec interfuit dicta mulier luctus tempore,
ut debebat. ſcribitur enim Gene. ꝙ defuncto Ia-
cob,præcipit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt
ſepeliret eū,& ſepelirent ſepultores Iſrael, & cō
65 pleti ſunt † dies quadraginta, ſic connumeran
tur dies ſepulturę:& luxit cum Iſrael ſeptem die
bus.verba iſta habentur in canone cap.quia alij.
13.quęſtio. ſecunda. Et ſubditur etiam ibidem
in Deuteronom.ſcriptum eſt, quòd planxerunt
filij Iſrael Moyſen triginta diebus, & conſuma-
ti ſunt dies luctus. & patet hoc ultimo Regum,
ut dicit Lauren.in dicto cap.quia alij, quod He-
66 bręi † cuſtodiunt conditum cadauer aromatibus
per triginta dies, incondiitum per ſeptem dies.
Hanc priſcam obſeruātiam canonis damnat au-
67 ctoritas,cùm lugere, † & deplorare eos qui de
hac uita decedunt ex puſillanimitate contingat.
dicit textus eadem cauſa, & quæſtio.cap.ubicun
68 que,& ideo dicit Canon, qui diuina † uocatione
ab hac uita recedunt cum pſalmis, tympano, &
& pſallentium uocibus debent ad ſepulchrum
deferri eadē cauſa, & quæſtio.quàm peruerſum,
69 † ut cum Dei uoluntatem fieri poſtulemus, quā
do euocat nos,& arceſſit de hoc mundo,non ſta
tim uoluntatis eius imperio pareamus, obuiri-
mur,& reluctamur, & peruicacium more ſeruo-
rum ad conſpectum domini cum triſtitia & mę-
rore perducimur. Canonis uerbum eſt eadem
cauſa ex quęſtio.quam prępoſterum,& licet hęc
omnia potius fieri deberent, & ſanctius eſſe, &
70 laudabilius iudicarem, tamen quia caro † inciſa
dolet ad Epheſios 5.13. quæſtio. 2. non extime-
71 mus: uxores quæ luctus tempore non † inter-
fuerunt in funere maritorum, ipſos regionis mo
re lugentes inimicas maritis eſſe protinus probā
72 tur, item arguerentur indignas † commodo te
ſtamenti ſi illos in infirmitate languentes dimit
terentur,ut dicebam,bene facit.ff.de his quib. vt
indig.l.ſi inimicitię.in verſi.veriſimile. ſeruemus
igitur morem, & conſuetudinem regionis in ſu-
73 ctibus ſupradictis,qui prævalet † cuicunque di-
ſpoſitioni contrariæ: ut legitur, & notatur in l.
74 Labeo.de ſuppel.leg. Nec eſt enim † uſus rei mu
tandus ff.de uſufruc.l.uſufructuarius. immò ille
protinus attendendus, & obſeruandus: l. præci-
piunt. in principio: & l. Offilius. ff.de ædilitio
edicto.

Et ita ut ſupra eſt concluſum, mihi Guidoni
de Guidonibus de Acumulo mea refert opinio,
ideò manu propria ſubſcripſi, & ſigillo meo cō-
ſueto ſigillaui, ſalua ſemper meliori ſententia.

SVBSCRIPTIO.

IDEM dico & conſulo Ego Cataldinus de Boncompagnis de Viſſo V. I. D. ut pleniſſimè, & diſertiſſimè eſt ſupra concluſum per excellentem Dominum Guidum de Guidonibus, & de ſubſcriptione requiſitus ſubſcripſi propria manu,& ſolito ſigillo ſigillaui.

SVBSCRIPTIO.

IN eandem ſententiam concurro ego Iacobus Domini Antonij de Centiis de Viſſo legum Doctor,& de ſimplici ſubſcriptione requiſitus ſubſcripſi,& ſigillaui meo ſigillo, ſalua melius ſentientis opinione.

SVBSCRIPTIO.

ET ut ſupra eſt concluſum per excellentem Dominum Guidum de Guidonibus, dico & conſulo Ego Iacobus de Lucianis de Acumulo legum Doctor, & ad fidem me propria manu ſubſcripſi,& proprio ſigillo ſigillaui,&c.

CONSILIVM D. IOANNIS DE Guidonibus, de Acumulo V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Florentinum, quòd ſoror non ſuccedat fratri, ſuperſtite alio fratre, quomodo intelligendum.*
2 *Statutum præferens fratrem ſorori, non habet locum cùm supereſt pater. & nu. 18.*
3 *Caſus in ſtatuto omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis. & nu. 19.*
4 *Pater & ſoror vtrinque coniuncta excludunt fratrem ex latere patris tantum. & nu. 21.*
5 *Statutum quòd ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat, & ſtante fratre etiam ex latere patris tantũ, filia utrinque coniuncta non ſuccedat fratri, quomodo intelligendum ſi ſuperuiuat materi.*
6 *Statutum dictans, quòd frater excludat ſororem à ſucceſſione fratris vterini, quomodo intelligendum.*
7 *Frater ex vno latere tantum non dicitur ſimpliciter frater.*
8 *Fratris appellatione qui veniant.*
9 *Fratris appellatione propriè venit ex vtroque latere frater.*
10 *Vterini ſimpliciter non dicuntur fratres ex communi vſu loquendi.*
11 *Communis vſus loquendi attendendus in intellectu ſtatutorum.*
12 *Statutum Florentinum excludens matrem ſtantibus agnatis vſque ad octauum gradum, quomodo intelligendum.*
13 *Prouiſio ſpecialis reſpectu certæ perſonæ, vel caſus, alios non comprehendit.*
14 *Statutum tantum diſponere intelligitur, quantum verba loquuntur.*
15 *Verba legis adaptata ad certas perſonas, non porriguntur ad alias.*
17 *Speciali iure conceſſa ſtricte intelligenda.*
20 *Quis, tunc alteri in conſequenda hereditate obſtat, quando illam cum effectu conſequi poteſt.*
22 *Filius hereditatem matris ad poſteros tantum tranſmittit.*
23 *Filius infans hereditatem ad patrem tranſmittit, ſecus, ſi maior infante.*
24 *Statutum induci poteſt, quòd filius tranſmittat hereditatem, ad quoſcunque ſuos heredes.*
25 *Hæreditas ſemel facta tranſmiſſibilis ad patrem per ſtatutum, eodem modo cenſenda tranſmiſſibilis, & à patre in filium. Contrarium tamen de iure verius ut infra nu. 26.*
27 *Hæreditatem tranſmiſſam, quis conſequi non poteſt, niſi ſit hæres tranſmittentis. & nu. 29.*
28 *Pater filij hereditatem non aditam, nullo iure tranſmittit.*
30 *Filius matris hereditatem non aditam, ſtante alio filio eiuſdem matris ad patrem moriens non tranſmittit.*
31 *Intellectus ad l. videamus. ff. quod met. cauſ.*
32 *Adiundi facultas non dicitur actio.*
33 *Contra regulam introducta ad conſequentiam non trahenda.*
34 *Priuilegium ita demum conceſſum intelligitur ſi acceptetur.*
35 *Statutum excludens fœminam ſtantibus maſculis, debet intelligi ipſis maſculis hereditatem volentibus.*
36 *Is, cui nolenti hæreditas defertur excluſa ſorore, ſi nõ adit cenſetur velle, vt ſit ſororis.*
37 *Statutum Florentinum de tranſmiſſione loquens, quomodo intelligendum.*

CONSILIVM LXIIII.

OMNIPOTENTIS Dei nomine inuocato. Nõ attento ordine quæſitorum: quia tota uis ſtat in hoc, an ſtante ſuper exiſtentia tempore mortis dicti Simonis tam de dicto Franciſco eius patre, & de dicta Helena eius ſorore utrinque coniuncta, dictus Matthæus ex latere patris tantum, ſuccedat dicto Simoni ex propria perſona, vel ut hæres dicti Franciſci hodie defuncti, præſuppoſito dicto † ſtatuto Florentino, quòd ſoror non ſuccedat fratri, ſuperſtite alio fratre, & certis alijs perſonis, de quibus in dicto ſtatuto, ubi tamen nulla fit mentio, an ſuperſit pater ipſorũ fratrum: & certè dico, quod dictus Matthæus nullatenus ſuccedit dicto Simoni ex propria perſona: quia ſtatutum † præferens fratrem ſorori nõ loquitur, quando pater ſupereſt. & per cõſequẽs hic eſt caſus omiſſus in ſtatuto, & ſic † remanet in diſpoſitione iuris cõmunis: ut l. ſi cum dotẽ. in prin. ff. ſol. matrim. cum ſimilibus. ſecundum quod ius commune, pater † & ſoror utrinq; cõiuncta ſuccedunt, excluſo tali Matthæo alio filio ex parte patris tantum coniuncto, quando tractatur de hæreditate fratris prædefuncti: ut in auc. defuncto. C. de leg hære. & ſic in terminis dicit & firmat poſt longã diſputationẽ Bart. in l. j. §. qui habebat. ff. de bono. poſſeſ. contra tabul. Idem etiam firmat Bald. in l. ſi quis filium in fine quæſtionis. C. de inofficio. teſtamen. per Glo. notabilem in l. uſucapio. C. de pignor. & Bart in l. ſecunda. §. ſi. ff. ad Ter. Immò quod eſt plus Bar. & Bal. vbi ſupra ponunt exemplum in caſu magis dubio, puta ſi ſtatutum † dicat, quòd ſtantibus maſculi, fœmina non ſuccedat, & ſtante fratre etiam ex latere patris tantum, filia utrinque non ſuccedat fratri, quod certè ſtante matre frater ex latere patris tantum excluditur, & filia cũ matre fratri utrinque coniuncto ſuccedit, idem ergo & in hæreditate matris, & fratris ſtante dicto primo ſtatuto, & etiam ſecundo, quòd ſoror non ſuccedat fratri ſtante fratre uterino tãtum, quòd certè ſuperſtite patre, & dicta ſorore & fratre uterino, quod pater, & ſoror utrinq; cõiũcta ſuccedunt fratri prædefuncto excluſo dicto fratre uterino. Quanto ergo magis debet dici in hoc caſu, ubi ſupereſt frater conſanguineus ex latere patris

tantum

tantum, vbi tractatur de hæreditate matris iſtius ſororis, & fratris defuncti, & non de hæreditate matris vel patris iſtius fratris ſuperſtitis ex latere patris tantum, per l. de emancipatis. ubi textus ſingularis. C. de legitim. hæredi. & auctẽn. itaque. C. communia de ſucceſſ. Quod & pro-
6 batur ſecunda ratione, quia dictum ſtatutum † di-
ctans quòd frater excludat ſororem à ſucceſſione fratris uterini intelligendum eſt quando frater eſt utrinque coniunctus, & non ſi ex uno latere tantum, ſicut eſt hic Matthæus; ut eſt Glo. notabilis in auctẽn. de conſanguine. & vterin. fratrib. in verbo minores. collatione vi. vbi di-
7 cit quòd frater † ex uno latere non dicitur tantum frater quantum qui ex vtroq;, maximè quã-do tractatur de hæreditate matris, ſicut eſt hic, cui dictus Matthæus in l. attinet. & dicta Helena eſt ſibi filia: ut dicta l. de emancipatis. ubi textus ſingularis: facit dicta auctenti. itaque. C. communia de ſucceſſ. ubi etiam vterini tantum ne dum ex eodem utroque parente nati præferuntur in bonis matris fratribus ex latere patris
8 tantum, ſicut enim appellatione † fratris ſolùm ueniunt, qui ſunt in ſecundo gradu & non exiſtentes in ulteriori, ut ſunt fratres patrueles, qui uulgò, cugini dicuntur, & ſimiles. ut l. Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. & ibi per Barto. & per Bald. in l. vxor tua. in principio. C. qui accu. non poſſunt. & in capitu. primo. de feudo marchiæ. ubi bonus textus ad hoc. & probatur in l. prima. ff. ad legem Pompei. de parricid. facit l. ſecunda. & quod ibi notat. Barto. ff. eodem titulo. & etiam probatur in l. Iuriſcunſultus. §. ſecundo gradu. ff. de gradib. & inſtitu. eodem titulo. §. ſe-
9 cundo gradu. Ita & appellatione † fratris propriè intelligatur de fratre vtrinque coniuncto, & non de fratre ex uno latere tantum. Quòd etiam iuuatur communi uſu loquendi, vbi tales
10 fratres † ex uno latere tantum non ſimpliciter, & abſolutè dicuntur fratres, ſed cum adiectio-
11 ne fratris ex latere patris, uel matris, qui † multũ debet attendi in intellectu ſtatutorũ: ut l. libero rũ. §. quod tamen. ff. de leg. 3. & l. cum de lanionis. § aſinam. ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg. facit textus. & ibi per Bartol. in l. prima. in principio. ff. de ſuis & legitimis. & in l. cum antiquioribus. & ibi per Bald. & Salyc. C. de iure deliberand. cum ſimilibus. Concluditur itaque dictus Matthęus ex ſua perſona ad hęreditatem dicti Simonis non uenire, & per conſequens nec ad hæreditatem dictę ſecundę uxoris poteſt uenire. Tertiò hoc probatur: quia ſtante ſtatuto Floren-
12 tino † quòd agnati uſque ad octauũ gradum excludant matrem à ſucceſſione filij, certè ſi ſupereſt pater, uel etiam auia paterna, hoc caſu non agnati, ſed pater & mater filio ſuccederent excluſis agnatis, per ea quę notat Bartol. in dicta l. prima. §. filium. quęſtione ſecunda. & Bald. in dicta l. ſi quis filium. in fine. Quia hic eſt caſus omiſſum à ſtatuto: quia ſtatutum ſolùm diſponit quando ſuperſunt agnati, & mater, & non quando etiam ſupereſt pater uel auia: nam hic caſus non eſt à ſtatuto prædicto comprehenſus.
13 Quia prouiſio † ſpecialis reſpectu certarum perſonarum uel caſuum alium caſum non comprehendit: ut l. commodiſſimè & ibi per Bald. ff. de liber. & poſthum. Ad hoc optimus textus in cap. ſuſceptum. de reſcriptis. lib. 6. Hinc eſt quod dicit Bald. notabiliter in l. teſtamenta omnia.
14 C. de teſtament. quòd ſtatuta † tantum diſponunt quantum uerba loquuntur, & non ultra. Ad idem l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſoluto matrimo.
15 & ibi etiam per Bald. ubi dicit quòd uerba † legis adaptata ad aliquas perſonas non porriguntur ad aliàs. Pro quo optimè facit textus in l. finali. C. de interdict. matrimon. cum ibi notatis per Bald. & maximè in tali ſtatuto odioſo: ut l. maximum uitium. C. de liber. pręte. Ergo tale ſta-
16 tutum † diſponens quando ſupereſt frater, & ſoror, non comprehendit caſum iſtum, quando ſu-
17 pereſt etiam pater: quia quę † iure ſpeciali non conceduntur strictè ſunt intelligenda & aſſumenda: ut l. mihi, & Titio. cum ibi notatis ff. de condit. & demonſtra. & facit quod notat Gloſſ. in cap. ſi ſuper gratia de offi. deleg. libro 6. Ergò dictum
18 ſtatutum † ſolum operatur & locum ſibi uendicat, quãdo ſupereſt frater & ſoror, & non pater: argumento l. cum prętor. ff. de iudic. & l. ſtatuliberum. §. ſtatim ff. de legat. ſecundo. & l. quos prohibet. cum ſimilibus ff. de poſtula. & ideò ta-
19 lis † caſus remanet ſub diſpoſitione iuris: ut ſupra: ut l. ſi cum dotem. in principio. ff ſolu. matrimonio. & dicta l. cõmodiſſimè. & dicto §. de uiro. Nec exiſtentia fratris huc caſu aliquid ope-
20 ratur: quia tunc demum quis admittitur † ad hęreditatem, & alteri obſtat, quando ipſam hæreditatem poteſt obtinere & ex ea cum effectu cõmodum reportare. ut l. filium ff. de contra tabu. & l. ſi poſt mortem. §. liberi. eodem titulo. & faciunt etiam notata in l. pater filium. ff. de inoffi-
21 cio. teſtamen. Sed hoc caſu hic frater † ex patre tantum non poteſt ſuccedere quando excluditur à patre & à ſorore: ut dicta Auctent. defuncto. C. de legiti. hæredi. ergo &c. & hoc quo ad primum.

Reſtat itaque uidere an poſſit uenire ex perſona dicti Franciſci ſui patris per uiã tranſmiſſionis, cui fuit, ut dixi delata hęreditas dicti Simonis ſaltẽ pro dimidia, licet ipſam ipſe Frãciſcus non agnouerit? & prima facie uidetur dicẽdum
22 quòd ſic: quia licet de iure communi filius † hęreditatem matris non tranſmittat ad aſcendentes, ſed ſolum ad poſteros: ut l. una. C. de his qui ant. aper. tab. & habetur in l. uentre. per Barto. & alios poſt Gl. ff. de acq. hęre. & Bal in l. 2. C. ad
23 Orficia. niſi filius † ſit infans: quia tunc trãſmittit ad patrẽ: ſecus ſi ſit maior infante, ut eſt text. in l. ſi infante. C. de iure delib. tamen ex forma ſtatuti poſiti ſub rubrica qualiter ſuccedatur in do-
24 te uxoris, inquantũ filius † tranſmittit ad quoſ-

cunque

cunque ſuos hęredes extraneos,& ſic ad patrem & cæteros aſcendentes, & collaterales, vnde licet dictus Simon eſſet maior infante, tamẽ vigore dicti ſtatuti tranſmiſit dictã hæreditatem ſuæ matris ad Franciſcum prędictum eius patrem,& hoc credo veriſſimum. dato itaque quòd dictus Franciſcus pater iſtam hęreditatem tranſmiſſam non agnouerit, nec etiam hæreditatem dicti Simonis ſui filij,certè videtur dicendum quòd hęreditatem dictę ſuæ vxoris delatam dicto Simoni,& per eum Simonem nõ aditam, & demum tranſmiſſam ad dictum Franciſcum, quòd licet ipſe Franciſcus etiam eam non adierit, tamen
25 †ex quo ſemel eſt facta tranſmiſſibilis ad patrẽ ex forma dicti ſtatuti, quòd eodem modo & pater tranſmiſerit hoc ius, & potentiam adeundi ad dictum Matthæũ eius filium & hæredem: ut probat textus in l. videamus. ubi hoc firmat Bar. ff. quod met. cauſ & in l. qui duos. ff. de reb. dub. facit lex. pater. § quindecim. ff de legat. 3. & ibi per Barto. & quod notat ipſe Bar. poſt Guil. in l. j. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ. Et ſi ipſe Mattheus hodie, ut hęres dicti Frãciſci ſui patris, poſſit agnoſcere hęreditatẽ dictę ſecundę vxoris matris dicti Simonis ut ius repertum in hęreditate dicti Franciſci.

26 Sed tamen † in hoc in contrarium ſe de iure habet veritas, ꝙ immò dictus Franciſcus de iure non tranſmittat hæreditatem ſibi trãſmiſſam: primò: quia dictum ſtatutum de tranſmiſſione de Franciſco non loquitur. ſed de filio. & ſic de dicto Simone, qui tranſmittit, non ut aditam, ſed ut adeundam per patrem: & cum poteſtate repudiandi: ut eſt textus in l. j. C. de iis, qui ante apert. tabul. vnde cum dictus Franciſcus uiuens non adiuerit in alium ut adeundam non tranſmittit, de filio enim ut dixi, non de patre, dicit dictum ſtatutum. Facit. l. ſi verò §. de uiro. ff. ſol. matri. cum ibi notatis,& l. ſi ſeruum. §. nõ dixit. ff. de acquir. hæred.

27 Pręterea & ſecundo: quis † non poteſt habere hæreditatem tranſmiſſam niſi ſit etiam hæres tranſmittentis unde eſt opus utranq; adire, & ſi eſſet excluſus aliqua de cauſa ab hęreditate trãſmittentis nõ poſſet adire hæreditatem tranſmiſſam: ut firmat Gl. in verbo. liberos. quam omnes ibi ſequuntur in d. l. una. C. de ijs, qui ante aper. tab. ſed hęreditatem dicti Simonis dictus Mattheus ex perſona patris non poteſt adire:
28 quia pater hæreditatem † filij nullo iure nõ aditam trãſmittit, ſiue loquamur ex forma dicti ſtatuti quod ſolum loquitur in filio, ſiue loquamur de iure communi vt in dicto §. in nouiſſimo. & per locum à ſpeciali eſt tex. in d. l. vna. ergo nec hęreditatem ſecundę vxoris dicti Simonis Matthæus adire poteſt.

Tertiò probatur per ea quę ſentit Bar. & Bal. et ibi etiam Salycetus in d. l. ſi infanti: ubi dicũt quòd in caſu illo in quo filius infans hæreditatem matris tranſmittit ad patrem, ſi pater morte prǣuentus nõ adijt hæreditatem illam, quòd certè illud ius,& hęreditatem non tranſmittit pater ad ſuos hæredes quòd ſui hæredes poſſint adire ſicut potuiſſet pater, immò eſt perinde ac ſi nunquam fuiſſet ad eum tranſmiſſa. & perinde veniũt conſanguinei talis matris de cuius hęreditate agitur, ſicut per infantem nunquam ad patrem fuiſſet tranſmiſſa: & ita dicit ibi Bartol. ſe pluries conſuluiſſe. & diſputaſſe. unde dicta Helena filia dictę ſecũdæ vxoris, de cuius hæreditate agitur, ut proximior matris vocatur ad hanc hęreditatem, & nõ hęredes dicti Franciſci uiui.

Quarto ꝓbatur ex forma dicti ſtatuti Florẽtini in fine de trãſmiſſione loquẽtis per quod ſtatutum fit iſta tranſmiſſio, ut dixi in patrem per dictum Simonem maiorem infante. quod uult ꝑ filium hęreditatem matris tranſmitti ad quoſcunque ſuos hęredes, ergo eſt neceſſarium ut ille
29 qui vult hęreditatem † matris, ſit etiam hæres filij trãſmittentis, ſed dictus Franciſcus nõ adiuit hęreditatem dicti Simonis, nec tranſmittit ad ſuos hæredes, nec etiã dictus Matthæus adire poteſt ex ſua pſona, vel ſui patris, ut ſupra dixi: ergo ad eum dicta hęreditatis illius ſecundę vxoris ſpectare non poteſt, ex quibus clarè concluditur quòd hæc hęreditas ſolùm ſpectat ad dictam dominam Helenam.

Præterea & quintò quod eſt plus, non videtur fuiſſe locus tranſmiſſioni etiam quoad patrẽ viuentem, ſtantẽ dicta domina Helena ſorore dicti Simonis, & ſuccedente vnà cum patre dicto Simoni ſecundum opinionem quorũdam, de quibus infra, licet multi contra per l. 2. & ibi per Cynum poſt Simonem, Vincentium, Iacobum de Arena & Bal. C. ad Orficianum, vbi concludũt per illum textum ſecundum eorum lecturam ꝙ
30 filius † hęreditatem matris non aditam moriens non tranſmittit ad patrem ſtante alio filio eiuſdem matris. Ad idẽ quod ipſe Cyn. notat in l q ſe patris. C. unde liberi. immò per ius accreſcẽdi filius ſuperuiuens totum habet.

Nec obſtat quod ſupra in principio huius ſecundi dubij dixi allegãdo Bar. in d. l. videamus. & in d. l. qui duos. quia loquitur in iure deliberandi, facit. l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. Quod hic non poteſt habere locum, ut mihi in factos oretenus præſupponitur.

Secundò etiam: quia dictum Bar. nõ videtur verum cum lege aliqua non probetur, immò cõtra regulas iuris, de quibus in dicto §. in nouiſſimo. & in dicta l. uentre. cum ibi notatis. cum ſimilibus.

31 Nec obſtat † dicta l. videamus, quia ibi loquitur in actionibus, quarum actionum in genere natura eſt, ut regulariter in hæredem tranſeant, & ideo facilius reddit ad regularem naturam actionũ: ut ff. de pac. l. ſi unus. §. pactus. uerſiculo adeò. caſus autem noſter non eſt in actione. ſed
32 in facultate adeundi: quæ † non dicitur actio in bonis: ut l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc.

Pręterea

Prętereà ſumus in caſu è conuerſo,ſcilicet,in
quo de regulari natura eſt, vt non tranſmittatur,
33 & quod contra regulam † iuris introductum eſt
ad conſequentiam trahi non debet.ff.de legib.l.
quod verò contra.

Pręterea ibi loquitur de hærede eius in quem
actio datur,hic è conuerſo : igitur,&c. ut dicta
l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol matrim. cum ſimilibus.
Et hanc deciſionem contra Barto. licet non ita
reſpondeat,firmat Bal.in d l.videamus.

Pretereà & ſextò hæreditas ablata per ſtatu-
tum filię & data filio, ſi filius non agnoſcit , non
tranſmittit moriens : quia priuilegium de ſuc-
cedendo in totum filio conceſſum per ſtatutum
non apparet per filium acceptatum. Sed priuile-
34 gium † intelligitur conceſſum ita demum ſi ac-
ceptatur: ut l.j.C.qui admitti ad bono.poſſeſ. &
ſic in portione dictę Dominæ Helenę ſibi de iu-
re cômuni delatæ,& per ſtatutum ablatæ, nõ cõ-
petit beneficium tranſmittendi, ut firmat Salyc,
in l.j.in fine.C.ad leg.Iul.de adulte.& Ludouic.
in l.ventre.in quarta col.ff.de acquir. hæred vbi
ita dicit Bald.conſuluiſſe , in conſilio quod inci-
pit In Chriſti nomine. factum proponitur ſub
hac forma,quidã nomine &c.eo , quia ipſis filijs
ſub nomine naturali non autem ſuitatis trãſfer
tur , & ex ſpeciali beneficio ipſius ſtatuti : er-
go &c.argumẽto.l.legatum.ff de capit.diminut.
ad quod adducit præfatus dominus Ludouicus
qui dicit hoc dubium per neminem tangi niſi
per Bal.vbi ſupra,licet ergo adduxerim ſupra Sa-
lyc idem firmãtem in dicta l.j C.de adul. Quod
35 dictum † ſtatutum excludens filiam extantibus
maſculis debeat intelligi ipſis maſculis hęredita-
tem uolentibus , aliàs fœmina ſuccedat voluit
Barto.in l.2.§.ſed ſi ſunt per illum textum.ff.ad
Tertul.Idem etiam voluit Barto. licet ipſe non
allegat in d.l.j.§ filium.ff.de contratab. & Bald.
in l.maximum vitium.C.de liber. præter. & in.l.
fratres.& in l.ſi quis filium.§ pen. C. de inoffic.
36 teſtam ſed cum † filius tacet, nec unquam ſe hę
reditati immiſcet, videtur potius voluiſſe ſororẽ
excluſam anteponere quàm reijcere: argumen-
to.l. cũ acutiſſimi.C. de fideicom .& l. cũ anus.
ff.de cond.& demonſt.
37 Nec ſtatutum † prædictum de tranſmiſſione
videtur obſtare: quia debet intelligi in portione
naturali filij,& ſic in dimidia, non in dimidia fi-
liæ ablata per ſtatutum,ut ſic intelligatur ſecun-
dum ius.ut l.2.C. de noxal. & l. Cæſar. ff. de pu-
blican.facit c.cum dilectus. extra de conſuetud.
cum ſimilibus.

Et ita ut ſupra eſt concluſum dico,& conſulo ego Ioannes de Guidonibus de Acumulo V. I. Doctor, & ad præmiſſorum fidem propria manu me ſubſcripſi, & ſigillo quo in ijs vtor,ſigillaui,ſaluo ſemper conſilio rectius ſentientis,

SVBSCRIPTIO.

ADeò plenè omnia ſunt diſcuſſa,ut nihil adijciendũ videatur,ſed intrepidè cõcludendum eſſe cẽſeo ego Petrum de Exio Legum Doctor, & aduocatus Florentionus, ut concluſum eſt per præfatum uit patrem honorandum Dominum Ioannẽ de Guidonibus,& de ſubſcriptione requiſitus ſubſcripſi , & conſueto ſigillo ſigillaui,ſalua ſemper meliori ſententia.

CONSILIVM D. BARTHOLOmęi de Salyceto Bononienſis Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis ſubſtitutionis euentus expectandus eſt ut ei locus eſſe poſſit.*
2 *Dictionis,cuiuſlibet,quæ ſit natura.*
3 *Ablatiui abſoluti in uim conditionis reſoluuntur.*
4 *Verba ipſa viuente caſtè,& in vita viduali,reſolui videntur ſub conditione , ſi vitam viduałẽ nõ ſeruat.*
5 *Differt conditio affirmatiuè , an negatiuè prolata ſit.*
6 *Teſtatoris voluntatem ſemper eſſe ſequendam.*
7 *Dictio,cuiuſlibet,ex natura ſua diſtributiua interdum vim collectiuę accipit , ſi adijcitur pluribus in uim conditionis.*
8 *Tacitè aliquem hæreditate priuari , & expreſſè , in pari iure ponuntur , ſi apparet cuius contemplatione ſit.*
9 *Lex quoties aliquem hęreditate priuat propter non impletam teſtantis voluntatem , dictare videtur, vt ei quęratur quem teſtator prædilexit.*
10 *Exhæredatus reſpectu hæreditatis pro mortuo habetur.*
11 *Caſus omiſſus non relinquitur diſpoſitioni iuris communis , quoties ſimilitudinem habet cum expreſſo : ſed diſpoſitio expreſſi trahitur ad caſum omiſſum.*
12 *Effectus legis magis attendendus eſt,quàm modus.*
13 *Grauari nemo debet antequam ſit honoratus.*

CONSILIVM LXV.

CASVS. Teſtator poſt aliqua legata inſtitutionem fecit infraſcripti tenoris. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus, ac quibuſcunque ſe mouentibus ad ipſum teſtatorem quoquo modo ſpectantibus inſtituit D. Andream eius hæredem uniuerſalem, ipſa uiuente caſtè & in uita viduali,& non aliter,& in caſu quo ipſa Domina Andrea decederet quandocunque ante Dominam Nicolam eius matrem,ſubſtituit prædicta Dominã Nicolam eius matrem prędictę Dominę Andreę in omnibus ſuis bonis ſine aliqua diminutione,& hoc in uita tantum dictę Dominę Nicolę.poſt mortem uerò prędictarum Dominarum Andreę & Nicolę,quandocunque. Et in defectum cuiuſlibet prędictarum inſtitutionũ & dictorum caſuum, reliquit prædictus teſtator

unam

unam ſuam domum de moro & lignamine poſtam &c. cuidam Petro & duos campos terræ &c. Subiungens in omnibus autem alijs ſuis bonis, in defectum cuiuſlibet prædictarum inſtitutionũ, voluit & inſtituit pauperes Chriſti uolens quod omnia bona ſua venderentur, & diſtribuãtor in ter pauperes Chriſti per ſuos commiſſarios, &c. Cõtigit quòd Domina Andrea hęres primo loco inſtituta, adijt hęreditatẽ, & per plures annos uitam oidualem, & honeſtam ſeruauit, & modo nupſit ſuperſtite Domina Nicola eius matre de qua ſupra fit mentio, quę dictam hęreditatem pe tit ſibi reſtitui ſine vllius diminutione, vigore dicti teſtamenti, commiſſarij verò dicunt quòd eis recipientibus uice & noĩe pauperum debetur vigore vltimæ ſubſtitutionis. Quęritur an di: ctæ Dominæ Nicolæ, vel pauperibus debeatur: & ſimiliter quæritur an legatum factum dicto Petro ei debeatur de præſenti, vel demum mortua dicta Domina Nicola.

IN NOMINE Saluatoris noſtri Domini noſtri Ieſu Chriſti, de cuius ore omne rectum prodijt iudicium ac matris eius beatę Marię ſemper virginis glorióſæ, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis. Amen. Ad primum quæſitum accedo, & arguo quòd pauperes Chriſti uocẽtur, domina Nicola excluſa, & ſic domina Nicola nõ eſt vocata ad ſubſtitutionem niſi cũ Domina Andrea decedit, ut patet ex themate, cùm igitur Domina Andrea viuat & non ſit mortua, licet
1 nupſerit, † ſequitur quòd ex quo conditio ſubſtitutionis nondũ venit, ſubſtitutio eius locum habere non poteſt. Et ſi ſic ſequitur quòd ſubſtitutio facta de pauperibus locũ habere debet: qa ſi non prima, ergo ſecunda ſibi locum vendicat: arg l. ſi ego ff. de iniuſt. teſt.

Confirmatur nam pauperes Chriſti ſunt inſti tuti in defectum cuiuſlibet prædictarum inſtitu-
2 tionum, ut patet ex themate, † ſed dictio cuiuſlibet, eſt diſtributiua ſolidi in pſonis quibus adijcitur. ut l. ſi pluribus, in prin. de leg. 2. & inſtitu. de rer. diuiſio. §. apum. verſ. fauos. Non enim habet oĩm dictionis vniuerſalis. ut not. Glo. in d. l. ſi pluribus. ergo ſufficere uidetur aliquam ex prędictis inſtitutionibus deficere, ſed non dubitandum quòd deficit prima, quia uitam viduałẽ nõ ſeruauit Domina Andrea, ergo in eius defectum habet locum inſtitutio pauperum.

Confirmatur tertiò. Nam inſtitutio facta de D. Andrea, ipſa viuente caſtè & in uita viduali,
3 † licet iuxta naturã ablatiui abſoluti reſoluãtur in
4 uim conditionis, † ſed reſolui videtur ſub conditione, ſi vitam vidualẽ nõ ſeruat. quod probo: quia ſi ſuſpenderet nullum emolumentũ inuita
5 ſua de hęreditate iſta percipere poſſet † qa affirmatiuè conditio iſta eſt ptolata; ſed hoc non eſt dicendum: quia eſſet contra intentionem teſtatoris, qui voluit quandiu ipſa uiueret caſtè in uita viduali eam hæredem eſſe, & emolumenta hęreditatis habere. igitur dicamus eam per illud tempus quo in vita viduali permanſit eſſe hęredem. Tũc ſic teſtator poſt nuptias per eam celebratas non prouidit de hęreditate: niſi dicendo quòd non uult eam hæredem eſſe, igitur debetur pauperibus, quos prædilexit omnibus, & maximè quia hoc eſt fauorabilius pro ſalute animę ipſius.

In contrarium quòd pauperibus non debea-
6 tur, ſed Dominę Nicolę probatur. Nam † teſtatoris voluntatem debemus ſequi: quia illa regit totum l in cõditionibus. ff. de condi. & demon. ſed voluntas teſtatoris eſt, ut pauperes Chriſti non admittantur niſi poſt mortem ambarũ Dominarum Andreæ & Nicolæ: ergo &c. conſequẽtia clara antecedens probo ex verſ. poſt mortem verò prædictarum dominarum, qui eſt cõmunis ad legatum factum Petro, & ad inſtitutionẽ pauperum, quę ſequuntur. Nam pręcedentia legata uult ante mortem earum deberi, ſequentia poſt mortem eorũ, ut clarè probãt verba prædicta, & aduerſatiua uerò ibi poſita, vnde cùm non ſit uerificata hęc conditio uel nondum tempus diſpoſitionis euenit l poſt mortem. C. de fideicõmiſſ. ſequitur clarè quòd inſtitutio pauperum locum non habet.

Secundò confirmo ex his verbis ſequentibus appoſitis in ſubſtitutione pauperum, dum dicit in defectum cuiuſlibet earum inſtitutionum.
7 † Nam licet illa dictio cuiuſlibet, ſit diſtributiua, tamen eſt etiam collectiua, ſi adijcitur pluribus in ui cõditionis, ſicut hic: nam iſtorum uerborum eſt ſenſus, ſi quælibet prædictarum inſtitutionum defecerit, ideo ambas defeciſſe oportet. ut l. ſi hæredi plores. ff. de conditio. inſtitot. & l. ſi plures. ff. de condit. inſer. Sed non defecit illa Dominæ Nicolæ, licet forſan diceret aliquis eam nondum eueniſſe, quo ſuppoſito ſine præiudicio, tamen uerum eſt eam non defeciſſe. & ex hoc patet quòd prima & ſecũda ratio in contrarium adducta non habet obſtare.

Tertiò quòd ad dominam Nicolam debeat hęreditas peruenire de præſenti probo. Nam non
8 eſt dubium † quòd ubi aliquis tacitè priuatur hęreditate, ſi appatet cuius contemplatione, tũc debetur illi cuius contemplatione uidetur fieri, ut l. peto, in prin ff. de leg. 2. Sed in caſo noſtro teſtator licet non dixerit expreſsè in caſu quo nubat, quid de hæreditate vellet fieri, tamen colligi poteſt, quòd ad dominam Nicolam uoluerit pe-
9 uenire, priuſquàm ad pauperes, quod pbo: † qa ubi lex priuat aliquem hęreditate: quia non implet uoluntatem teſtatoris; lex diſponit ut deuol uatur ad eum quem teſtator prędilexit, arĝ. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. ſed teſtator iſte pręlexit Dominam Nicolam pro tempore uitæ ſuæ pauperibus Chriſti: quia pauperes ſubſtituit demum poſt eius mortem, ut ſupra probaui, ergo &c.
10 Secundò hoc confirmo, † nam Domina Andreas, quæ ex diſpoſitione teſtatoris priuatur ab hæreditate, habetur reſpectu illius hæreditatis pro

pro quaſi mortua ad inſtar exhęredati qui habetur pro mortuo, ut ff. de coniun. liber. cum emācipa. l. j. §. pater. j in. fi. Sed ea mortua, uoluit teſtator dominam Nicolam admitti: ergo & in caſu iſto: quia iſte caſus ſimilis eſt caſui illi mortis quārum ad iſtam hęreditatem, & potiſſimè: quia
11 Doctores dicunt, † quòd caſus omiſſus non relinquitur diſpoſitioni iuris communis; quando ſimilitudinem habet cū expreſſo, ſed diſpoſitio expreſſi trahitur ad caſum omiſſum. l. Deo nobis. C. de epiſco. & cler. & idē not. in Glo. in l. ſi cum dote. In prin ff. ſolu. matri. Item hoc ſuadet etiam mens teſtatoris, qui de morte dominę Andreę dixit, cogitans quòd ipſa ſeruaret vitam uidualem. & ultra uitam retinere nō poſſet, quaſi quandiu domina Andrea habere poſſet, dominā Nicolam admitti noluit. & quandiu habere non
12 poſſet, eam admitti noluit, † habito ergo effectu non curamus de modo. l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſtitutio.

Confirmo prædicta ſi teſtatoris voluntas pōderetur, pauperes admittuntur eo caſu, quo legatum Petro debetur, ſed in caſu noſtro de præſenti Petro non debetur, vt in ſe. Dicam ergo, nec pauperibus hæreditas debetur dę præſenti, ſed dominæ Nicolæ ipſa autem domina Andrea eā iure retinere non poteſt teſtatoris voluntate ei obſiſtente: ut d. auct. hoc amplius. Et ita in hac perte teneo & conſulo.

Ad ſecundum quęſitū accedo, & dico iſtud legatum de præſenti nō deberi Petro tribus rationibus Prima qa teſtator ei relinquitur poſt mortem prædictarum dominarum, ſed caſus iſte nōdum euenit: ergo, &c. facit l. poſt mortem. C. de fideicom Secunda, quia ei relinquit nedum poſt mortem dictarum dominarum, ſed copulatiuè, & coniunctiuè, & in defectum cuiuſlibet prædictarum inſtitutionum, & dictorum caſuum, ſed dictæ inſtitutiones, id eſt, ambæ nondum defecerunt, nec earum quælibet: ergo &c.

Tertia, quia hoc legatum non eſt Petro & dominabus nec ab earū altera relictum, cùm poſt mortem earum ſit relictum, & ſic tempore quo inſtitutiones in earum perſonis deficiunt: ſed eſt ei relictum à pueribus Chriſti qui poſt earum mortem ſunt inſtituti, ut l. licet. de leg j.

Sed an iſtarum dominarum, & maximè dominæ Nicolę, nō debetur hæreditas pauperibus: ut in pręcedenti quæſito clarè eſt demonſtratum,
13 ergo, nec ab eis legatum. † quia antequam quis ſit honoratus grauari non poteſt. l. ab. eo. C. de fideicommiſſ. Et ita dico & conſulo. Laus Chriſto Saluatori noſtro.

Ego Bartholomæus de Salyceto legum Doctor. prædicta compilaui & ſcripſi, & me hic ſubſcripſi & ſigillaui. &c.

CONSILIVM D. PETRI DE ALuarotis legum Doctoris in cauſa ſupraſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris ſuper omnia amplectenda eſt.*
2 *Verba uiuentem caſtè, quam interpretationem recipiant.*
3 *Intellectus ad l. fin. C. de inſti. & ſubſt.*
4 *Verba quandocunq; deceſſerint hæredes oīa mei, bona mea perueniant ad talē, quomodo intelliguntur.*

CONSILIVM LXVI.

EGO Petrus de Aluarotis Doctor legum per omnia firmo, & conſulo. prout ſuperius elegantiſſimę ſcriptum eſt. Hæc enim eſt ipſa voluntas teſtantis,
1 † quam ſuper omnia debemus amplecti, iuxta
2 l. quidam poſt prin. C. de neceſſari. ſeruis. † Inſtituendo enim dominam Andream uiuentem caſtè, &c. & poſt eius mortem ſubſtituendo Dominam Nicolam, intellexit perſeuerante dicta Domina Andrea in uita viduali vſque ad mortem, unde ſi ante mortem maritum accepit eandem dominam Nicolam ſubſtituiſ-
3 ſe videtur † pro hoc l. fin. C. de inſti. & ſubſti. quę multum benefacit. Nam ibi licet teſtator expreſſerit vnum caſum tantum tamen ſubintelligitur ex voluntate teſtatoris, quòd mater illa quæ fuerat honorata vnà cum filio præferatur alteri ſubſtituto, eo quia teſtator ipſam prædilexerat, ita in caſu noſtro, quia prędilexit dominā Nicolam pauperibus ipſam illis pręferendo poſt mortem dominæ Andreæ uidetur omnino eam præferre pauperibus domina Antonia priuata: quia uitā non ſeruat uidualem. Quinimmo clarum eſt in caſu noſtro, quòd teſtator uoluit D. Nicolam præferre pauperibus, tū quia poſt mortem ſeu defectum demum utriuſque uocat pauperes, tum quia in inſtitutione facta de pauperibus, appoſuit uerbum in omnibus, ex quo denotatur demum pauperes admittendos, cum omnes primi gradus deficient, ſicut in ſimili deter-
4 minant Doctor, quòd † ſi plures inſtituantur, & eis datur ſubſtitutus, quòd licet uideatur facta cuilibet ſubſtitutio de p ſe. per l. Lucius. §. Caio, ff. ad Treb tamen ſi dixit teſtator quādocunque deceſſerint hæredes mei omnia bona mea perueniant ad talem &c. ex pręſumpta eius uoluntate, cōiunctus pręferatur ſubſtitutio, quaſi uoluerit ſubſtitutum oīa habere, demū omnibus deficiētibus inſtitutis l. quidā teſtamento. ff de uulg. & pup. & ibi hoc determinat. D. Ray. & D. Bal. & ēt Bar. qui plenius ponit hoc, in l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. quod eſt notabile. Ita erit in noſtro propoſito, & idem in legato &c. ut ſupra ꝓximè ſcriptum eſt. Et in prædictorum fidem hæc manu propria ſcripſi & ſigillaui.

SVB-

SVBSCRIPTIO D. LVDOVICI de Cortoxijs Vtriuſque Iuris Doct. In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum in iure per deductionem ad inconueniens, et abſurdum ualet,*
2 *Conditionis euentus præcipuè eſt attendendus.*
3 *Actio in pauperes inanis eſt.*

CONSILIVM LXVII.

EGO Ludouicus de Cortoxijs Iuris Vtriuſque Doctor. Viſo themate præſcripto, conſilioque excellentiſſimi legum Doctoris Do. Bartholomæi de Salyc. ac etiam ſubſcriptione Egregij legum Doctoris D. Petri de Aluarotis, Idem dico, &
1 conſulo, quod præfati Doctores. † vnam addens rationem per deductionem ad inconueniens & abſurdum. Nam ſi pauperes Chriſti, uigore ſubſtitutionis, admittuntur poſt tranſitum Dominæ Andreæ, ad ſecunda uota. ſequeretur, quòd ex uigore ſubſtitutionis factæ Dominæ Andreæ, quandocunque decederet ante dominã Nicolã. ipſa Domina Nicola deret ad-
2 mitti † cùm conditio extaret expreſſa, & ſic ipſi pauperes haberent neceſſe reſtituere ipſi D.
3 Nicolæ Sed ipſa hæreditate vendita,† & in pauperes diſtributa, inanis eſt actio. ff. de dolo. l. nã ij. & extra de reſti. ſpo ca. cum olim. & de ſolutio. c. Odoardus. & ſic voluntas teſtatoris, quæ pro lege debet ſeruari, fruſtraretur, quod eſſet inconueniens, & abſurdum, ut in auct. de nupti. §. diſponat. Poſt mortem verò D. Nicolæ alia inconuenientia ſequerentur, quæ omitto, ptout quiſque videre poteſt. Dicamus ergo poſt tranſitum dominæ Andreæ ad ſecunda uota, D. Nicolam admitti, & poſt eam pauperes, ut nullum ſequatur incõueniens. Delegato verò idem dico quod præfati Doctor. ſuis rationibus, hac ratione ſupraſcripta.

Et ad horum fidẽ propria manu ſcripſi, meo que ſigillo ſigillaui, ad honorem & gratias indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

CONSILIVM D. BENEDICTI de Girlandis de Senis Legum Docto. in cauſa præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Verba, ipſa viuente caſtè & in uita viduali, an implicent conditionem, ſi non nupſerit.*
2 *Conditio ſi non nupſerit in virgine, à lege reſpuitur.*
3 *Conditio ſi non nupſerit, impletur ſicut reliquæ negatiua, ſcilicet per ſatiſdationem de non nubendo.*
4 *Cautio Mutiana reiecta ſit, & reprobata, in conditionibus uiduitatem inducentibus.*
5 *Viduitas indici non poteſt.*
6 *Ante cautionem Mutianã quoties locum habet dies adeundæ hæreditatis, non cedit.*
7 *Conditio negatiua, et conditio extitura differunt.*
8 *Effectus conditionis extinguit effectum diſpoſitionis.*
9 *Quarta non deducitur ex relictis ad pias cauſas.*
10 *Compendioſa ſubſtitutio tacitam uulgarem continet.*
11 *Compendioſa utrum per uerbum commune facta ſit, an per uerbum merè obliquum, differt.*
12 *Subſtitutio verbum, eſt commune.*
13 *Conditio extitura non habet ſuſpendere initium ſubſtitutionis.*
14 *Diſpoſitio ad certum tempus, ſiue diem limitata, effectum non producit, ante euentũ temporis vel diei.*
15 *Caſus omiſſus à teſtatore, debet haberi pro omiſſo, & iuris communis diſpoſitioni relinqui.*
16 *Intellectus l. ſi tibi uſuſfructus. in prin. ff. de uſuſfructu. quemadmo. cau. iuncta l. Iulianus. §. ſi tibi. ff. ad exhibend.*
17 *Inductio l. mulier. in prin. ff. ad Trebel. & l. ſi ita. ff. quando di. leg. ced.*
18 *Pater non præſumitur facile filium emancipare.*
19 *Lcum tale. §. Meuia. ff. de conditio. & demonſtrat. declaratio.*
20 *Legatum relictum in diem, vel ſub conditione, ante diem, vel conditionem non debetur.*
21 *Conditionis implementum in legatis præcipuè conſideratur.*
22 *Quodlibet verbum diſtributiuum de pluribus, quàm duobus prædicatur.*
23 *Ad tranſmiſſionem legati ad hæredes, quid requiratur.*

CONSILIVM LXVIII.

CASVS.

IN OMNIBVS autẽ alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus & actionibus inſtituit, reliquit, & eſſe voluit prędictam D.A. eius uxorem hæredem ſuã vniuerſalem, ipſa uiuente caſtè, & in uita viduali & nõ aliter, & in caſu quo ipſa D. A. quandocunque decederet, ante prędictã Do. N. eius matrẽ ſubſtituit ipſam Do.N. prędictæ Do.A. in omnibus bonis ſuis ſine aliqua diminutione, & hoc in uita tantum dictę Do.N. poſt mortem uerò prædictarum dominarum A. & N. quandocũque & in defectum cuiuſlibet prædictarum ſubſtitutionum, & dictorum caſuum reliquit prædictus teſtator unam ſuam domum Petro. Item reliquit unam petiam terræ &c. In omnibus autem alijs ſuis bonis in defectum cuiuſlibet dictarum ſubſtitutionum quomodocũque uoluit, & inſtituit pauperes Chriſti &c. Poſt mortem eius teſtatoris Do. An. tranſiuit ad ſecunda uota, quæritur ex prædictis quid iuris.

Licet

LICET ex hoc difficili caſu multa dubia poſſint elici: nihilominus tñ quo ad propoſitũ tria ſolummodo ſunt excutiẽda. Primũ quomodo, & qualiter ſuccedat Do. A. principaliter inſtituta. Secundum quomodo, & quando Do. N. ex ſubſtitutione ſuccedat. Tertium utrũ, & quando legatum domus debeatur Petro. Circa primum
1 ſciendum eſt, † quòd verba ſupraſcriptę inſtitutionis poſſunt habere duplicem intellectum. Primo modo, quòd domi. A. fuerit inſtituta ſub conditione negatiua, ſi non nupſerit, quaſi iſta uerba ipſa viuente caſtè, & in vita viduali, implicent hanc conditionem ſi non nupſerit. Et iſto modo intelligendo dico, quòd D. A. nunquam fuit hæres, nec eſſe potuit, cùm iſta conditio ſub qua
2 fuit inſtituta, nunquàm fuerit impleta. † licet & iſta conditio ſi non nupſerit in uirgine reſpuatur, & reiiciatur, ut l. prima, & ſecunda. C. de indi. uidui. hodie, tamen non reiicitur, vt no. in auth. cui relictum. eodem titulo. Et ideò iſta conditio tanquam poſſibilis, & honeſta debuit impleri per domi A. inſtitutam, ante cuius implementum non potuit adire, vt l. prima. § ſecũ
3 dum autem. C. de cadu. tollen. † Impletur autem iſta conditio negatiua, ſicut implentur aliæ negatiuæ, ſcilicet per ſatiſdationem de non nuben. ut l. Mutianæ & l. cum hac. ff. de conditio. & de-
4 mon. Et ſi dicatur † cautio Mutiana eſt hodie reiecta & reprobata in conditionibus, quæ uiduitatem inducunt quantumcunque negatiuis, vt dicta l prima, & ſecunda C. de indi. vidui. quia illud verum. vbi per leges & iura reiicitur conditio, quæ inducit uiduitatem, vt puta: quando indicitur virgini. Secus autem vbi condi-
5 tio per iura non reiicitur, vt puta † quando indicitur viduæ. tunc enim debet impleri per cautionem Mutianam, cùm non poſſit impleri viua inſtituta, ſicut aliæ, quæ in non faciendo conſiſtunt, hoc tenet Glo in d. l. prima C de indic. vidui. & Azo clarius in ſumma eod. ti. Cùm igitur conditio inſtitutionis nunquam fuerit im-
6 pleta: † quia non conſtat de cautione ſecũdum formam d. l. Mutianæ, nunquam ceſſit dies adeũdæ hæreditatis, ut d. l. j. §. ſi ſub conditione. & ff. quan. dies lega. ced. & nunquam potuit eſſe hæres Domina Andrea.

Secundo modo poſſunt intelligi verba dictæ
7 inſtitutionis, ꝙ D. A. fuerit † inſtituta non ſub conditione negatiua, ſed ſub conditione extitura, quaſi fuerit inſtituta donec uel quoad caſtè vixerit in vita viduali. Et hoc modo intelligendo dico, quòd domi. A fuit hæres incontinenti, quia talis conditio non ſuſpendit initium inſtitutionis, ut l eum qui ita §. qui ita. ff. de verborum obligatio. & l. obligationum ferè. §. conditio.
8 de actio. & obligat. † ſed eius effectus extinguit effectum diſpoſitionis: ut l. prima. C. de lega. & l. pater § primo. de conditio. & demonſtra. & l. ſi ita. de adimen. lega. quaſi Do. A. uideatur rogata de reſtituendo hæreditatem domi. N. eius matri, ea non uiuente caſtè, & in vita viduali. Remanebit enim hæreditas iſto caſu in defectum dictæ conditionis, tanquam caduca cum ſuo onere penès legitimum hæredem teſtatoris, vel reſtituetur per ipſam inſtitutam ſine aliqua detractione, quod puto verius, vt dic. l j §. in nouiſſimo, & in § ſin autem. C. de caduc tollend. Facit ad prædicta, quod no. per Bar. in l. j. ff. de cond. & dem. & in l. centeſimis. in fi. de ver. ob. & hoc beniſſimè quoad primum dubium. Hoc vltimum tenet Bal. C. de hæt. inſt extraneus, & videtur ve
9 rius. † Sed quarta non eſt deducenda: quia ceſſat in relictis ad pias cauſas ſecundum communem opinionem.

Secundum dubium eſt, quomodo, & quando ſuccedat do. N. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ prima pars huius dubij, videlicet quomodo dependet ex primo: quia aut do. A. nõ fuit hæres quaſi inſtituta ſua conditione negatiua, quæ non fuit impleta, & iſto caſu dico quòd do. N. ſuccedit ex tacita vulgari contenta in compendioſa facta do.
10 A. † nam ſubſtitutio compendioſa ſecundum
11 Doc. in l. precib. & in l. Centurio. † facta minori per uerbum commune continet vulgarē, ſecus ſi per verbum merè obliquum: quia tunc expiraret hæreditate non adita: ut l. ille à quo. §. j. ff. ad Treb. Sed cùm hic in caſu noſtro ſubſtitutio fa-
12 cta fuerit per verbum † cõmune ſubſtituo, quod verbum eſt commune, vt not. in d. l precibus. C. de impu & ali. ſubſt vulgarem continet. Et ideò cùm do A. non fuerit hæres, ut ſupra probatum eſt, ſequitur de neceſſitate, ꝙ do. N. ſuccedat ex vulgari tacita. Aut do. A. fuit hæres quaſi inſtitu-
13 ta ſub conditione extitura, † quæ non habet ſuſpendere initium inſtitutionis, vt ſupra dictũ eſt, & tunc domi. N. deficiente illa conditione, ſtatim exiſtente illa conditione, quæ extinguit inſtitutionem, ſuccedit per fideicommiſſum ex reſtitutione fienda à legitimo, vel à do. A. vt ſupra dixi, & hoc eſt facile.

Sed maius dubium eſt, quando ſuccedat do. N. Videlicet vtrum incontinenti domi. A, tranſeunte ad ſecunda vota, an demum poſt mortem eius: quia teſtator ſubſtituit domi. N. demum poſt mortem dominæ Andreæ. Et quòd domi. N. non ſuccedat, niſi poſt mortem dom.
14 A. probatur pluribus rationibus. † Et primò diſpoſitio limitata ad certum tempus, ſiue diem, non poteſt effectum producere, ante euentum temporis, vel diei. l legata & l. quibus diebus. §. fin. ff. de conditio & demonſtratio. & l. prima §. ſi ſub conditione, quando dies lega. cede. Sed in caſu noſtro teſtator ſubſtituit domi. N. poſt mortem domi. A. ergo ante mortem non ceſſit dies ſubſtitutionis, debet ergo dies mortis expectari, nec ante effectum ſumere ſubſtitutio, vt dictis legi. & l. cedere diem. de verborum ſignific. cum ſimilibus.

L Secundò

15 Secundò probatur.† Caſus omiſſus à teſtato-
re debet haberi pro omiſſo, & iuris communis
diſpoſitioni relinqui.l.ſi cum dotem.in princi.ff.
ſol.matrimo.& l.commodiſſimè. de liber.& po-
ſthum. Sed tempus medium inter contractum
matrimonium per domi.A.& eius mortem fuit
omiſſum à teſtatore: quia circa id tempus nihil
diſpoſuit:ergo ad illud tempus voluntas, & di-
ſpoſitio teſtatoris nullo modo debet extendi: di-
ſpoſuit enim teſtator de bonis, & hæreditate ſua
donec do.A. caſtè uiueret, & in uita viduali, &
poſt eius mortem, medium igitur temporis in-
ter contractum matrimonium,& mortem quaſi
omiſſum,diſpoſitio non amplectitur: ergo eo tẽ
pore Dom.Nicola ex hac voluntate nullo modo
debet admitti.

Tertiò probatur.Dicit lex quòd ſi teſtator vni
legauit uſufructum purè alicuius rei, & alteri p-
prietatem eiuſdem rei, ſub conditione, quòd ſi
pendente conditione legati proprietatis deficiat
vſufructus, quòd res pleno iure interim rema-
net penès hæredem donec ceſſerit conditio pro-
prietatis,adeò q̃ utrique tã hæredi quã legatario
16 pprietatis cauendũ eſt cautione fructuaria, † ſic
dicam in propoſito;nam in caſu noſtro teſtator
uidetur legaſſe vſufructum vxori purè, vel ſaltẽ
ſingulis annis,quibus caſtè uixerit, & in uita ui-
duali,iuxta no.in l.fin.C.de indic.uiduita.& poſt
eius mortem uidetur reliquiſſe proprietatem D.
Nicolæ, licet ergo ante mortem deficiat uſufru-
ctus, tamen debet expectari dies mortis, & ſic
tempus in quo proprietas eſt relicta D. Nico-
læ.hæc probantur in l.ſi tibi uſufructus. in prin.
ff.vſufru.quemadmo.caue.iuncta l.Iulianus.§.ſi
tibi.ff.ad exhiben.

Quartò uidetur caſus pro hac parte, in l.qui-
bus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& demõ.
Sed breuiter quoad hũc paſſum ſatis difficilem,
teneo contrarium & dico quòd incontinẽti D.
A.tranſeunte ad ſecunda uota D.Nico. admitti
tur ad ſubſtitutionem non expectata morte do.
17 Andreæ,† & dico quòd de hoc eſt caſus in l.mu
lier.in prin.ff ad Treb.& in l.ſi ita.ff.quan. di lè
ga.ce.quas leges ſic induco.Teſtator rogauit hæ-
redem reſtituere hæreditatem Titio poſt mortẽ
patris. pater emancipauit Titium, utrum cedat
dies fideicommiſſi incontinẽti, an demum poſt
mortem patris,& ibi in l.mulier,dicitur quòd ce
dit incontinenti non expectata morte patris, &
18 eſt ratio illius deciſionis, † quia teſtator voluit
fideicommiſſum deberi Titio,cùm eſſet ſui iuris,
& ideò adijcitur tempus mortis patris, per quã
ſui iuris efficitur:quia non putauit patrem emã-
cipaturum filium,& ideò quandocunque efficia
tur ſui iuris fideicommiſſum,debetur non expe-
ctata morte patris. Sic dico in propoſito,teſta-
tor voluit dominam Nicolam ad ſubſtitutionẽ
admitti,tunc demum, cùm do.A.non eſſet hæ-
reditatem habitura:quia poſt eius mortem, ſed
do.A. hæreditate priuatur per tranſitum ad ſe-
cunda uota:quia teſtator eam inſtituit ea uiuen
te caſtè, & in uita uiduali, & non aliter: igitur
immediatè ea nubente, fideicommiſſum debe-
tur D.Nicolæ,quaſi ceſſerit dies fideicommiſſi,
quia do.A.ita priuatur hæreditate per matrimo-
nium, ſicut per mortem, ſed ideò appoſuit te
ſtator tempus mortis:quia non putauit teſtator
uxorem propter fidem bene tranſacti matrimo-
nij tranſituram ad ſecunda uota. Et ideo cùm
per matrimonium ita priuetur hæreditate dom.
Andrea ſicut per mortem immediatè per tran
ſitum ad ſecunda uota do. N. admittetur ad fi-
19 deicommiſſum non expectata morte,† pro hoc
bene facit l.cum tale.§.Mæuiæ.de conditio.& de
monſtra. ubi ſingulariter uidetur caſus. Nam
ibi teſtator ſenſit de implemento conditionis
ſecundum veram ſolutionem, & voluit lega-
tum deberi expleta conditione, & ideò quomo-
docunque impleatur debetur legatum non expe
ctata morte.

Ad rationes in contrarium allegatas non cu-
ro reſpondere modo:quia facilis eſt reſponſio.

Tertium dubium eſt, utrum & quando lega-
tũ domus debeatur Petro,ad quod facilis eſt re-
ſponſio:quia cùm legatum ſit relictum por mor
tem dictarum dominarum A. & N. & in defe-
ctum cuiuſlibet dictarum inſtitutionũ, &c. tale
legatum ante mortẽ,& defectum dictarum inſti
tutionũ non debetur, per iura ſuperius allegata:
20 † quia legatum relictum in diem, vel ſub condi-
tione ante diem,vel conditionem, non debetur,
ut in dictis iurib. Et hoc ſiue copula,&, ſtet pro-
priè,ſiue impropriè.ſiue reſoluatur indiſiunctã,
prout quidam dicunt, ſemper n. debet expecta-
ri vel mors utriuſque, vel defectus utriuſque in-
ſtitutionis, ut dicatur cedere dies legati. Et ideò
uiua D.N.nunquàm detur hoc legatum.

Circa hoc tamen inſurgit unum forte dubiũ:
quia ſi intelligimus uerba legati, ſecundum q̃
ſcripta ſunt, uidelicet quòd legatum domus de-
beatur poſt mortem dictarum dominarũ, & in
defectum cuiuſlibet dictarum inſtitutionum, im
poſſibile eſt dictum legatum unquam deberi le-
gatario,domi.Nico.adeunte hæreditatem, ſi ſuc
cedit ex uulgari,vel facta inſtitutione, ſi ſuccedit
ex fideicommiſſaria: quia non erit uerum utran-
que inſtitutionem defeciſſe: quia non deficit in-
21 ſtitutio dictæ dominæ Andreæ. Et ſic † cùm nõ
defecerit utraque inſtitutio,dicitur defeciſſe con
ditio legati ſub qua relictum eſt, & ſic deficit ip-
ſum legatũ.us l.legata.de conditionib.& demon
ſtratio. uoluit enim teſtator, quòd utraque in-
ſtitutio deficeret, cùm dixit cuiuſlibet, quod
tantum importat, ac ſi dixiſſet utriuſque, &
ſic debuit ſcribere tabellio. Nam licet con-
ſtructio, & latinitas ſit bona, tamen gramma-
22 tica non eſt bona: † quia hoc diſtributiuum
quilibet, prædicatur de pluribus duobus, vel de

tribus

tribus,aut pluribus,& ſic cum vtraque non defe
cerit, legatum deficit. Et hoc ſine dubio uerisſi-
mum eſt,inſpectis uerbis teſtamenti, & legati. Si
autem intelligimus in defectum cuiuſlibet dicta
rum inſtitutionum,id eſt,inde fectum cuiuſlibet
dictorum inſtitutorum, tunc oportet, quòd ex-
pectetur mors vtriuſque,ut ſuperius dictum eſt,
vel ſaltem d.N.per ea quæ dicta ſunt ſupra in ſe
23 cundo dubio. Et ſi decederet legatarius † ante
mortem vtriuſque legatum expiraret,nec tranſ-
mitteretur ad hæredes.l.hæres meus.ff.de condi.
& demon.& d.l.quibus diebus.§.quidam Titio.
Illud idem dicendum eſt de inſtitutione facta de
pauperibus,ut nõ cedat dies dictæ inſtitutionis,
niſi poſt mortem utriuſque, vel ſaltem D.N.
Deo gratias.

Ego Benedictus de Girlandis de Senis legum
Doctor, ut ſuperius ſcriptum, & allegatum eſt,
dico & conſulo iuris eſſe,& ad fidem prædicto-
rum prædicta ſcribi omnia feci, & meum ſigil
lum conſuetum apponi, ſaluo ſemper conſilio
ſaniori.

CONSILIVM D. IOANNIS DE Parleonibus de Arimino V.I.Doct. In caſu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Verbi cuiuslibet, natura eſt attribuere rem in ſolidũ. & num.6.*
2 *Verba teſtatoris ſecundum mentem ipſius, & conditionem perſonæ,intelligi debent.*
3 *Mens teſtatoris eſt quæ regit,& dominatur in teſtamento.*
4 *Error notarij,teſtamentum non inualidat.*
5 *Notarius errans in contractibus,parti læſæ ad intereſſe tenetur.*

CONSILIVM LXIX.

CASVS.

IN OMNIBVS autem aliis ſuis bonis mobilibus,& immobilibus,iuribus, & actionibus,ac ſe mouentibus,quibuſcunque ad ipſum teſtatorem quomodo expectantibus, & pertinentibus,inſtituit,reliquit, & eſſe uoluit prædictam D A.eius uxorem heredem ſuam vniuerſalem,ipſa uiuente caſtè & in uita uiduali,& non aliter. Et in caſu quo ipſa D. A n quandocũque decederet ante prædictam D.N eius matrẽ, ſubſtituit ipſam D.N.prædictæ D. A.in omnib. bonis ſuis ſine aliqua diminutione, & hoc in uita tantum dictæ D.N. poſt mortem verò prædictarum A.& N.quandocunque & in defectum cuiuſlibet prædictarum ſubſtitutionum, & dictorum caſuum, reliquit prædictus teſtator unã ſuam domum,&c.Petro. In omnib: autem aliis ſuis bonis,in defectum cuiuslibet prædictarum inſtitutionum, quandocũque uoluit,& inſtituit pauperes Chriſti, &c. Modo quæritur ſi dicta D.A.nubat poſt aditam hereditatem, an dicta D.N. ut ſubſtituta admittatur ad hæreditatem, an pauperes Chriſti? Et an fideicommiſſum relictum Petro debeatur ſibi in uita dictarum dominarum A & Nicolæ?

In Chriſti nomine Amen. Præſuppoſito the-
mate de qua ſupra,uidetur dicendũ, ꝙ pauperes
admittantur, & fideicommiſſum domus debea-
tur propter uerba teſtatoris,quę fuerunt,ꝙ in de
1 fectum cuiuslibet conditionis, &c.† cùm de na-
tura iſtius diſtributiui quilibet, ſit attribuere rẽ
inſolidum,ut in l.plurib.in prin.ff.de lega.2.fa-
ciat.l.ſi hæredi plures.de cond.inſt.

Ipſis non obſtantibus,contrarium ſentio,pro
pter uerba,quę ſunt poſt mortem prædictarũ: &
ſic expreſsè apparet,ꝙ tam fideicõmiſſum de do-
mo,quã inſtitutionem factam de pauperibus,vo
luit teſtator uendicare locum,niſi poſt mortẽ A.
& N.& tunc bene in defectum cuiuslibet prędi
ctarum ſubſtitutionum,& prędictorum caſuum
uoluit vendicare ſibi locũ dictã inſtitutionem de
pauperib.& dictum fideicõmiſſum de domo: ar
2 gu.l.ſi ſtipulat.in prin.ff.de uſur.† verba aũt te-
ſtatoris ita debent intelligi ſecundum uoluntatẽ,
& mentem ipſius,& conditionem perſonæ,ut l.
plenum.§.equitij.ff.de vſu & hab & in c.cum de
3 beneficio.extra de præb.lib.6. † Nã ipſa eſt, quæ
regit, & dominatur in teſtamento,vt in l.in con
ditionibus primum locum.ff de cond. & demõ.
4 † Nec error notarij habet ipſam inualidare, ut l.
5 error.C.de teſta.† quinimmò in contractib.nota
rius tenetur ad intereſſe parti læſę,ut no.in l.ſi.C.
de maior.conue. & ſic in omnibus, & per om-
nia concludo ſubſtitutionem pauperum, nec fi-
deicommiſſum de domo uendicare locum, niſi
6 poſt mortem prædictarum. † Non obſtat diſtri-
butiuum cuiuslibet, quia ut dixi, debet intelligi
ſecundum verba præcedentia, quę fuere poſt
mortem: arg.l.ſi ſtipulatus,& quòd ibi not.ff.de
vſu. Laus ſit Chriſto Saluatori noſtro.

Ego Ioannes de Parleonibus de Arimino V.I.Doctor,ut ſupraſcriptum eſt dictaui, & compoſui,& ſic dico,& conſulo,ſignumq; mea corrigiola appono.

SVBSCRIPTIO.

NON inſiſtens allegationibus tãquam ſit ſatis euidens, Chriſti nominibus inuocatis. Ego Ioannes de Repredis de Marostica Doctor legum puto indubitanter iuris eſſe ſubſtitutionem, nec fideicommiſſum de domo aliquem ſortiri effectum,nec in locum habere, niſi poſt mortem prædictarum eleganter ſcripſit Egregius V.I. Doctor Do.Ioannes de Parleonibus, & hoc diligẽter uiſo termino ſupraſcripto. Ego Ioãnes ſupraſcriptus propria manu ſcripſi & ſigillaui ad laudem omnipotentis. Amen.

CONSILIVM D. BARTHOLOMęi de Salyceto Bononienſis legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Frater naturalis, an ſuccedat excluſo patruo legitimo, & naturali.*
2 *Liberorum ſemper prima cauſa eſt in ſucceſsione.*
3 *Defectis liberis legitimis, & coniuge legitima agnati ſuccedunt in decem partes ex duodecim.*
4 *Naturales filij in duas tantum partes ex aſſe ſuccedunt.*
5 *Intellectus ad auct. de hęre. quę ab inteſta. in prin.*
6 *Coniuncti defuncto pluribus vinculis præferuntur potioribus coniunctis.*
7 *Naturalibus regulariter portę ſucceſſionis ab inteſtato ſunt clauſæ.*
8 *Tributa alicui propriè, cæteris denegata cenſentur.*
9 *Specialia ad conſequentiam trahenda non ſunt, maximè vbi non eſt omnimoda ratio.*
10 *Naturales tantum regulariter ius ſuccedendi non habet, quia nec in agnatione, nec in cognatione in linea paterna numerantur.*
11 *Naturales tantũ in cognitione materna eſſe cẽſentur*
12 *Ius deliberandi, an excludat ſubſtitutum vulgarem.*
13 *Annus datus ad deliberandum de adeunda hęreditate, à tempore ſcientiæ incipit currere.*
14 *Ius tranſmiſſionis præfertur iuri ſubſtitutionis.*
15 *Verba ſubſtitutionis vulgaris, ſi non erit hæres, quã interpretationem à lege recipiant.*
16 *Ius tranſmiſsionis ſubſtitutionem vulgarem expirare facit, nam qui hæredem facit, ex iure tranſmiſſionis, ſi is qui ad quem tranſmiſsio pertinet hæreditatem adit, quod perinde eſt ac ſi ipſe adiuiſſet.*
17 *Filio recuſante hæreditatem pater ſubſtitutum excludit.*
18 *Ius tranſmittendi, excludit ius accreſcendi.*
19 *Sciens ſibi delatam eſſe hæreditatem, ſi inter annum deliberationis moriatur tranſmittit hæreditatẽ nõ obſtante vulgari.*
20 *Tranſmiſſio aliqua eſt ex ęquitate.*
Intellectus l. 1. C. de ijs qui ante aper. tabu.
21 *Liberis defuncti hęreditas debita dicitur.*
22 *Datio ſubſtituti vulgaris, an tollat ſuauitatem.*
23 *Beneficium ſuauitatis dato vulgariter ſubſtituto, nihil quo ad tranſmiſsionem operatur, ſed tantum ipſum beneficium deliberandi.*
24 *Diſiunctiua interdum pro coniunctiua uſurpatur.*
25 *Subſtituto vulgariter, an debeatur legitima debita filio, an verò ſuccedentibus ab inteſtato filio.*
26 *Filius an ius petendæ legitimæ tranſmittat.*
27 *Legitima cenſetur ęs alienum.*
28 *Tranſmiſſio legitimæ per leges tranſmiſsionem hęreditatis impedientes, impedіri non intelligitur.*
29 *Quarta peti poteſt conditione ex aliqua lege.*
30 *In quartam nemo intelligitur ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato.*
31 *Quartæ ſupplementum tranſmittitur, quod quidem pars legitimę dici ſolet.*
32 *Petitio partes ſi datur, conſequens eſt, ut totius trãſmiſsio detur.*
33 *Supplementi, & de eo cui ſit ſuppletio idem eſt dicendum.*
34 *Fratres non dicuntur eſſe de ſobole, quamuis ſint de agnatione.*
35 *L. ſi. C. de naturali. liber. per auct. licet correcta nõ eſt, & huic auct. datur intellectus.*
36 *Exiſtentia ſui hæredis, an confirmet fideicommiſſum uniuerſale. & nu. 41.*
37 *Directa ſubſtitutio plus confert, quàm obliqua.*
38 *Teſtatori ſucceditur tam per directam, quàm per vulgarem.*
39 *Quæ ab initio tenent, non euaneſcunt ex poſtfacto.*
40 *Hęreditate non adita, non debentur legata, nec fideicommiſſa.*
41 *Intellectus l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebel. & numero 43.*
42 *Teſtator uulgariter ſubſtituto, quicunque is ſit, poteſtatem abſtinendi dare uidetur, cumque hæredem uoluntarium facere.*

CONSILIVM LXX.

IN CHRISTI nomine. Amẽ. Pro hu
ius dubij ſerioſa declaratione oportet pri⁹
videre quis uocetur ad hæreditatem, & ſuc
1 ceſſionem iſtius G. ab inteſtato mortui. † an
eius filius naturalis, ſcilicet Benedictus, an prædi
cti eius patrui, an Dionyſius eius frater natura-
lis, uel qui ex eis, & ut mentes, & aures audien-
tium ſeriem teſtamenti non offendam, eſt aduer
tendum quòd per ſubſtitutionem quam fecit di
ctus teſtator dicto G. vulgariter, & per fideicom
miſſum, non ſucceditur dicto G. ſed teſtatori pa-
tri ſuo, ut patet in vulgari. ut C. de impu. & aliis
ſubſt. l. 3. & l. poſt aditã. & l. precibus. & ff. de vul.
& pup. l. j. §. j. In fideicõmiſſaria patet. ff. de vulg.
& pup. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ff. ad Treb. l.
ex facto. in princ. & §. & ſi tantum. Meritò igi-
tur uidendum eſt, quis ad ſucceſſionem dicti G.
vocetur ab inteſtato, & uidet quòd Benedictus
2 eius filius naturalis † nam prima cauſa eſt libero
rum est in auc. de hęr. quæ ab inte. in prin. & §. j.
& C. de ſuis & legi. in auc. ex ſucceſſione. In con
3 trarium uidetur: quia † ubi defuncto deeſt ſobo-
les ciuilis, & coniunx legitima, agnati ſuccedunt
4 ex decem partib. & duodecim, † & naturalis fi-
lius in duas tantum, ut C. de nat. lib. auc. licet, &
in corpore unde ſumit. & no. in l. ſi qua illuſtris,
in fi. Gl. C. ad Orfi. & in hac parte vr concluden
dum, ꝙ iſte Benedictus filius dicti G. eidẽ G. ſuc-
cedat in duab. unciis per d. auc. licet. & non in
5 plus, † non obſtante auc. de hęr. quæ ab inte. quia
loquitur in filiis legitimis, & naturalibus, nõ in
naturalibus tantum, ubi eſſent alij legitimi ſuc-
ceſſores, ut in caſu noſtro. & in d. auc. licet.
Suppoſito igitur, quòd dictus Benedictus vo
cet ad hęreditatem dicti G. ex duabus unciis pro

xij, videndum eſt quis vocetur ad dictas alias de-
cem vucias, videlicet an patrui dicti G an Diony
ſius frater dicti G. an uterque ipſorum, & uide-
6 tur primò, ꝙ Dionyſius ſolum: † quia eſt ei ma-
gis coniunctus: quia in ſecũdo gradu, igitur præ
ferendus patrius qui ſunt in tertio, vt in auc. de
hære. ab inteſta. §. j. & 2. & §. illud. & C. de legi. hę
re. auc. poſt fraties.

Iu contrarium facit ꝙ patrui ſoli ſuccedant.
7 Primò, † quia naturalibus regulariter portæ ſuc-
ceſſionis ab inteſtato ſunt clauſulæ: ut d. l. fin. C.
de natur. liber. Secundò: quia ſi filio permittitur
iure ſpeciali contra dictam regulam, ut in duab.
uncĳs ſuccedat extantibus agnatia, vt in d. auc. li
8 cet, † ſequitur quòd cæteris denegatur: argum. l.
cùm prætor. ff. de iudi. & l. ſi maritus. C. de pro-
9 curato. Tertiò † quia ſpecialia ad conſequentia
nõ ſunt trahenda: ut ff. de legi. l. ius ſingulare. ma
ximè ubi uõ eſt omnimuda ratio: ut no. in l. quæ
propter neceſſitatem. ff. de reg iur. ſicut eſt in ca-
ſu noſtro. Nam non eſt tanta ratio in fratre na-
turali, quauta in filio licet naturali. argu. ff. quud
met. cau. l. iſti quidem, & ff unde cogna l. octaui.
& de bon. dam. l. cum ratio. & auct. in ſucceſſio-
ne C. de ſuis & legi. & hæc pars vera.

Non obſtant in contrarium allegata: quia lo-
quuntur in agnatis, vel cognatis qui habent ius
10 ſuccedendi. † nos in naturalibus tantum, qui ius
non habent ſuccedendi: quia non habent agna-
tionem, vel cognationem in linea paterna, licet
in materna ſecus l. ex patre. ff. unde cognati. Con
11 cludo igitur † ex omnibus prædictia, ꝙ ad ſucceſ-
ſionem dicti G. nõ uocatur Dionyſius eius fra
ter naturalis tantum, ſed eius patrui legitimi, &
in decẽ uncĳs ex duodecim, & Benedictua eius
filius naturali tantum in aliia duab. uncĳs, ſiue
partibua uocatur, niſi excluderetur per uxorem
quam habuiſſet d. G. ut d. auc. licet.

12 Nunc uideamus † de hæreditate dicti teſtato-
ris, de qua ſupra fit mentio, & de qua principali-
ter eſt quæſtio. & primo uideamus de uitibua in
ſtitutionis, circa quam ego ſic diſtinguo caſus.
Aut iſte G. adiuit, vel ſe immiſcuit hæreditati te
ſtatoria dicti ſui patris, & res eſt clara: quia cum
tunc hæreditas ſit unica cum bonis alĳs ipſius
G. iu ea ſuccedẽt, ſicut in alĳs bonis prædicti pa
trui, & Benedictus pro partibus in præcedenti
quæſito demonſtratis, & expiraſſet ſubſtitutio
uulgaris, ut in l. poſt aditam. C. de impub. ſed dè
fideicommiſſaria infra dicam. Aut iſte G. nõ adi
uit, nec ſe immiſcuit hęreditati paternæ, & tunc
aut ante eius mortem ſciuit patris hæreditatem
13 ſibi delatam, aut ignorauit: ſi ſciuit, † & tunc ſi
erat infra annum datum ad deliberandum, qui
demum incipit currere à tempore ſcientiæ, ut l.
cum antiquioribus. C. de iure deliberan. & ibi no
ta. tunc hęreditatẽ illã tranſmittet ad ſuos ſucceſ
ſores, de quibus in præcedentib. dixi, niſi ſubſti-
tutio vulgaris haberet obſtare, & ideò hoc exami
nemus, & uidetur ꝙ ad ſubſtitutũ deuoluatur:
quia hęreditas non adita efficiebatur caduca, &
ſubſtitutus primus uocatur hodie, ut C. de cad.
tollen. l. j. §. in nouiſſimo, & quia teſtator ſic uo
luit. Ideò vulgariter, id eſt in caſu, in quo hæres
non eſſet ei ſubſtituit, igitur eius uoluntas ſeruã-
da. C. de leg. l. cum quęſtio. in fi. & in auctent. de
nup. § diſponat.
14 Contrariũ ad litterã tenuit Bar. diceus, ꝙ † hoc
ius tranſmiſſionis pręfertur iuri ſubſtitutionis.
15 & probat tali modo. Nã † verba cõditionalia ſub
ſtitutionis, & vulgaris, quæ ſunt iſta. Si G non
erit hęres, hunc habent ſenſum, & interpretatio
nem à lege ſi hęres non erit, neque alium hære-
dem fecerit. ut ff. de hęred. inſti. l. ſi pater. C. co-
16 ri. l. cùm proponas. † Cùm igitur alium fecerit
hęredẽ ex iure tranſmiſſionis, illo ad quẽ tranſ-
mittitur adeunte, ſequitur quòd ſubſtitutio vul-
garia expirat, ac ſi ipſe adiuiſſet. Et iſtud eſt unũ
uotabile dictũ. Pro quo dicto uidetur una Glo-
ſa ff de leg. pręſt l. ſi ſic §. nõ omnia, quę in
qõne iſta ſingulariter eſt notanda. Item pro iſto
dicto facit quoddam aliud dictũ Gloſſę in ſimi-
li. C. de bon quę lib. l. cũ non ſolũ. §. ſcimus. ubi
17 Gl. tenet, † ꝙ filio recuſante, pater excludit ſub-
ſtitutum, quod ẽt ibi firmaut Doc. ex eo: quia ve
nit eo iure, quo inſtitutus, ſicut eſt in caſu uro.
Et ex hoc patet, quòd non obſtant in contrariũ
allegata, immò in §. in nouiſſimo in §. exceptis.
18 magis facit pro iſta parte. Ac ẽt facit: † quia ius
tranſmittendi, excludit ius accreſcendi, ut C. de
his qui ueniam, qui ante aper. tab. l. j. dum ibi di-
cit, ſeu cum extraneis, &c Stat igitur concluſio
19 noſtra ſecundum iſtam opinionem Bar. † quòd
ubi dictus G ſciuit hęreditatem paternam ſibi de
latam, infra annum deliberationis moriens, trãſ-
mittit hęreditatem adeundã ad eius ſucceſſores,
non obſtante ſubſtitutione vulgari. Vbi autem
ignoraſſet hæreditatem ſibi delatã, vel ſciuiſſet,
& tempus deliberandi tranſiſſet, adhuc inſurgit
20 quæſtio: quia hæreditas eſt paterna, † an tranſ-
mittat ex æquitate. ti. C. de his, qui ante aper. ta-
bu. qui etiam in ignorantibua loquitur, & dico,
quòd non: quia titulus ille loquitur de tranſ-
miſſione fienda ad deſcendẽtes, non ad patruos,
vt in caſu noſtro. Item non ad omnes deſcẽden
tes, ſed ad tales, qui ſucceſſuri fuiſſent ipſi teſta-
tori, ſi tranſmittens in medio non fuiſſet, quod
21 patet, quia loquitur tex. ille de liberis, quib. † de-
functi, hæreditas poteſt dici debita, ſed in caſu uo
ſtro aui, & ſic teſtatoris, hęreditas non eſt debita
huic Benedicto filio dicti G. cùm ius ſuccedendi
di, in nulla parte habeat, eius auo, ut ſu-
pra dixi, & probatur in dicta l. fi. C. de nat. libe.
ergo, &c.
22 Sed tunc inſurgit aliud dubium, † ſi non trãſ-
a mittit [a] beneficio illius tituli; an ſaltem tranſmit-
tat beneficio ſuitatis, ſic poſito quòd iſte G. fuiſ-
ſet in poteſtate teſtatoris, & breuiter dico quòd
non: quia per dationem ſubſtituti vulgaris,
& dationem, ut fuit in caſu noſtro, filius de

L 3 neceſſa-

a ¶ Tranſmittit Vide Pau. de Caſt. l. l. ſi ſuus hęres. ff. de lib. & poſth. qui tenet cõtrarium, & ita Moderni. Ziletus.

neceſſatio factus eſt voluutarius hęres ex legis p-
miſſione, & teſtantis voluntate: vt ff. de hære. in-
ſti. l. Coruelius. & ſi quis omi cau. teſt. l. j. §. ſi p-
ponatur. & ita notant Docto. in l. ſi fratris. C. de
iure delib. & in l. ſi filius, qui patri. ff. de vulga. &
23 pupilla. † Et ſi hic beneficium ſuitatis, quando
datum eſt vulgariter ſubſtitutis, quãrum ad tráſ-
miſſionem, non operatur, licet beneficium deli-
berandi ſic, vt ſupra dixi. De datione antem co-
hæredis extranei, nihil ad nos, ideò nihil dico.
24 Modo eſt uidendum, † in caſu quo non tranſ-
mittit de uiribus ſubſtitutionis vulgaris, & quia
ſnbſtitutio habet duas explicitas conditiones al-
ternatiuè poſitas. ſ. ſi inteſtatns deceſſerit, vel ſi-
ne liberis legitimis, & naturalib. eſt notandum,
ꝙ talis diſiuncta, ponitur pro coniuncta, ut C.
de inſt. & ſubſtitu. ſub cond. fac. l. generaliter. in
prin. & ſic exigitnr concurſus utriuſque: ut l. ſi
hæredi plnres. de cond. inſt. Item attendendum,
quòd primus caſus ſubſtitutionis fuit nullus: qa
nullum filium legitimum alium ab inteſtato ha-
buit teſtator: unde vendicat ſibi locum ſubſtitu-
tio facta de Dionyſio, & Benedicto. Circa quã
eſt uidendum primo, quod nulgari ſubſtitutio
trabitur ad bona teſtatoris, cui per eam ſuccedi-
tur, non ad bona filij: nt inſt. de pup. ſubſtitut. in
prin. & de leg. 3 l. Sextiliam filiam.
25 Ex quo inſurgit dubium, nunqnid † ſubſtituto
debeatur legitima debita filio, an verò ſucceden
26 tib. ab inteſtato ipſi filio, † & ſi hic, an ius petẽ
27 di legitimã tráſmittat. Et uidetur quod ſic: † qa
illa cenſetur, nt æs alienum. ff. de inofficio. teſta.
l. Papinianus. §. quarta, & §. quoniam autẽ quar
ta. Item quia non eſt quarta, ſed portio hęredita
28 tis, ſed quota bonorum, ut ibidem patet: † ergo
non debet impediri tranſmiſſio per leges tranſ
miſſionem hæreditatis impedientes. Item quia
29 † in quarta, quæ debetur conditione ex aliqua le
30 ge, † non dicitur ille cui debetur ſuccedere ex te
ſtamento, nec ab inteſtato, ut eſt Gl. notab. C. de
iur. delibr. l. cum antiqniorib. ſignata ſuper ver-
31 bo fuiſſe. Item † quia petitio ſupplementi tranſ-
mittitnr, ut C. de inoffi. teſtam. l. ſi quis filium. ad
fi. & ipſum ſupplementũ eſt pars legitimæ, & ſic
32 † ſi petitio partis, ergo & totius tranſmittitnr:
argu. l. quæ de tota. ff. de rei uend. cum ſimilib. Itẽ
33 † quia de ſupplemẽto, & eo cui fit ſuppletio idẽ
eſt dicendum: ut ff. de leg. j. l. quod in rerum. §. ſi
quis. cum ſimil. ibi allegatis. Concludo quòd vul
gariter ſubſtitutus ex ſubſtitutione vulgari, non
habet legitimam filio inſtituto, non habenti
debitam.
Sed tunc pertractando quęro, in caſu noſtro
ſubſtitnti ſunt ambo naturales tãtum, & unus fi-
lius, alter nepos ex legitimo tamen natus: nnde
dubitari poteſt, an potuerit ſic inſtitui à p̃re, &
auo, & nidetur quòd ſic, quia nulla alia eſt ſobo
lis legitima, cùm in caſu non exiſtẽtiæ ſubſtituat:
34 ergo &c. ut dicta l. fin. C. de nat. lib. † Non enim
fratres teſtatoris ſunt de ſobole, licet ſint de agna
tione: vt patet iu auc. licet. eod. ti. in princip.
35 Nec eſt in hoc † correcta. d. l. fin. per d. auc. li-
cet, quia illa loquitur in liberis, vel parentibus
exiſtentibus, & ita teneo. & hoc de vulgari ſubſti
tutione.
36 Nunc examinemus † fideicommiſſariã ſubſti-
tutionem, qnam teſtator fecit, & quia illa locum
habet in caſu, in qno iſte G. ſciuiſſet hęreditatem
paternam ſibi delatam, & per conſequens tranſi
uiſſet ad eius ſucceſſores, ut ſupra dixi: eſſet uidẽ
dum primo an ſubſtitutio in ſe teneat ipſo iure,
& dico, quòd ſic, quia directò potuit eos inſtitue
re, ut proximè dixi: ergo & per fideicõmiſſum
37 ſubſtituere † cum eis plus conferat directa ſub-
38 ſtitutio, quàm obliqua. Item † quia per vtranq;
ſucceditur teſtatori: vt ff. de vulg. & pup. l. cohęre
di §. cum filiæ.
39 Secundò eſt uidendum † ſi tenuit à principio,
an euaneſcat ex poſtfacto: quia hęreditas nõ fuit
40 adita, & videtur quòd euaneſcat: † quia hæredi-
tate non adita, non debentur legata, nec fideicõ-
miſſum: ut C. ſi quis omi. cau. teſta. l. 2. de fideic.
l. eam quam.
41 In contrarium facit: † quia exiſtentia ſui hære
dis cõfirmat fideicommiſſum uniuerſale: ut ff. ad
Treb. l. ita tamen §. ſi pater. Quid dicendũ? ego
42 puto in caſu noſtro non confirmari: quia † per
dationem ſubſtituti vulgaris teſtator ex legis p-
miſſione uidetur ei dare poteſtatem abſtinendi,
& ſic eum facere uolũtarium hæredem: ut ff. de
hęr inſti. l. Cornelius. & ſi quis omiſ. cau. teſta.
l. j §. ſi proponatur. & argum. ff de his quibus, vt
indig. l. tutorem & ſic exiſtentia ſui hæredis nil
debet operari: quia amplius nõ debet dici ſuus.
Et pro hoc accedat, quod notat Bat. in l. ſi filius
43 qui patri. de vulg & pup. † Et ex hoc patet, quòd
non obſtat d. l. ita tamen. §. ſi pater, quia ibi nul-
lus erat datus vulgaris ſubſtitutus.
Confirmo in caſu noſtro, & fortius. Nã teſta-
tor duas ſubſtitutiones de eiſdem perſonis fecit,
ſcilicet uulgarem, & fideicommiſſariam, vulgaris
habet locũ ſi ſcriptus hęres nõ erit: igitur fidei-
cõmiſſaria ſibi adiuncta ex mente teſtatoris, ne
ſuperflua reddatur per primam vulgarem locũ
habet in caſu, quo hęres erit, & hoc probat text.
ex ſui ſerie. C. de impube. & alijs ſubſti. l. precib.
Sed iſte G. inſtitutus non fuit hęres: igitur, &c.
Ex hoc infero, quo ſucceſſores ab inteſtato iſtius
G. de quibus in principio dixi, ſi ad eos tranſmit-
tatur hęreditas dicti teſtatoris, uel ut adita quan
do adita fuit, ut ſupra in primo caſu dixi, vel ut
adeunda, ut in ſecundo caſu dixi, ꝙ ea p eos adi-
ta nõ tenetur iure fideicommiſſariæ ſubſtitutio-
nis, aliud reſtituere prædictis Dionyſio, & Bene-
dicto, ſed totum ſibi retinent, & ideo dico, quòd
fruſtra quęritur an legitimã & Trebellianicã de-
trahere poſſit, cũ ad fideicõmiſſum nõ teneãtur:
ubi autem tenentur ad fideicommiſſum eſt dein
cidere in q̃onem vulgarem: quam ponit Glo. C.
ad leg. Falc. l. quanquam. & ff. de inoffi. teſt. l. Pa-
plnia-

pinianus.§.meminiſſe. ꝗ qua ꝑ Canoniſtas extra de teſta c.ſi pater.in 6.quod pertractare omitto, quia res eſt clara in ſe. Nec in quæſtione noſtra eſt neceſſarium,ut dixi.

Ex prædictis omnibus apparet concluſio ſatis breuis: quia aut iſte G. hæreditatem patris tranſmittit ad eius ſucceſſores,ut aditam, id eſt, quia adiuit,& tunc licet expiret vulgaris tamen fideicommiſſaria locum habebit, & duæ quartæ detrahi poſſunt, aut tranſmittit,ut adimendam, & ipſi adierunt,& tunc ad nihilum tenẽtur:quia ſubſtitutio vulgaris locum non habuit, ut dixi ſupra iu uer nunc videamus in ſecundo membro ſecundũ opi.Bar.ſimiliter nec fideicõmiſſaria,vt proximè dixi,aut non tranſmittit illam, & tunc uulgaris ſubſtitutio locũ habet: ſed an teneãtur ſubſtituti ad legitimam filij ſoluendam eius ſucceſſoribus,tenuit,ꝙ ſic in verſ.non eſt uidẽdum. Quando autem tranſmittat, uel nõ ſupra eſt demonſtratum hæc ſcribo iuxta pũctum, & caſum tranſmiſſum poſitum ſupra in princi. Sin autem aliqua eſſent in teſtamento ſcripta, quę haberẽt his repugnare me excuſatũ debet vnuſquiſq; habere propter iguorantiam facti. Deo gratias.

Bartholomæus de Salyceto.

CONSILIVM D. BARTHOLOmæi de Salyceto V.I. D.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando legat aliquid filię & minus dat in dotem ipſe an filia poſſit ab hæredibus patris reſiduũ legati petere.*
2 *Teſtator in uita partem legati ſoluens poſt mortem reſiduum ſoluendum relinquere intelligitur.*
3 *L.filia legatorum.C.de lega declaratio.& nu.20.*
4 *Argumentum à contrario ſenſu validum.*
5 *Teſtamentum uires à morte recipere videtur.*
6 *Immutatum ſtare non prohibetur.*
7 *Voluntas teſtatoris & legis æquiparantur.*
8 *Legitima filijs tantum poſt patris mortem deberi intelligitur.*
9 *Filius vel filia agit ad ſupplementum legitimæ, in caſu de quo hic.*
10 *Dos conſtante matrimonio augeri poteſt.*
11 *Legatum ſub taxatione certæ quãtitatis factum per cauſę adiectionem non diminuitur.& nu.21.*
12 *Relictum ob cauſam,impleta cauſa,peti non poteſt.*
13 *Alimentorum appellatione continetur veſtiarium.*
14 *Teſtator ſi prius dixit ſe inſtitutũ tres ſibi hæredes,ſi tantũ duos inſtituit in illis duobus tenet inſtitutio.*
15 *Voluntas non ſolum verbis, ſed etiam factis demonſtratur.*
16 *Conditionis prima impletio reſpicitur.*
17 *Argumentum à contrario ſenſu validum.*
18 *Paterna pietas bonum conſilium capit pro liberis.*
19 *L.Lucius.la.i.ff.de leg.2.intellectus.*

CONSILIVM LXXI.

1 TESTATOR † his verbis reliquit filiæ ſuæ ducentos aureos pura. Item reliquit iure inſtitutionis Margaritæ filiæ ſuæ, pro ea dotanda, & pro ſuis dotibus,floren. 200. poſt hoc legatum per ſpacium duorum annorum,uel circa, pater iſte maritauit dictam Margaritam,& dotis nomine tradidit,ſeu dedit marito libras quatringentas paruorum,mortuo dicto teſtatore,petit dicta Margarita ab hærede,fratreque ſuo,reſiduum legati, ſeu executionem teſtamenti in reſiduo legati vigore cuiuſdam ſtatuti, quæritur an de iure reſiduum debeatur?

CHRISTI Saluatoris noſtri nomine inuocato. Videtur quòd reſiduum de iure peti poſſit,
2 †nã ſi teſtator partem legati ſoluit in uita ſua, legatario,reſiduum poteſt peti poſt mortem teſtatoris:vt l Lucius.la j.de leg.2. facit.l. Alumna.§. ſi quis filias.ff.de leg.2.

3 Secundò pro hac parte videtur † caſus in l. filia legatorum.C.de legat ubi non remanet legatorum petitio, ſi ea quæ legauit in dotem dedit
4 igitur † à contrario ſenſu,ſi nõ ea,ſed earum partem dedit in dotem,remanet petitio.

Tertiò confirmatur ratione,ſi pater teſtamentum ſuum non mutauit, poſtquam filiam maritauit,videtur perſeuerare in primo ꝓpoſito, ſcilicet,quod 200.aureos debeat habere dotis no-
5 mine,†cũ teſtamẽtum recipiat uires in morte: ut l.omnium.C.de teſta.& l.j. C. de ſacroſ. eccl. ſed dotis nomine non habet illos ducentos, ſed minus:igitur ad ſupplementum aget, ſecũdum teſtatoris voluntatẽ in hac parte non reuocata:
6 †nã quod non mutatur,ſtare non prohibetur:ut l.ſcimus.C.de teſtam.

Quartò, quia ſi reſiduum non voluiſſet pater quòd filia peteret hoc in uita ſua bene dicere ſciuiſſet, & potiſſimè, vel filiam tempore inſtrumenti dotalis renuntiare feciſſet, quod cùm non fecit, uidetur velle quod ipſa poſſit petere: argu.C.de cad.tol.l.j.§.ſin autem ad deficientis. cum ſimilib.

7 Quintò, † quia voluntas teſtatoris, & legis æquiparantur: ut auctẽn. de nupt.§. diſponat.
8 ſed conſtat † quod lex diſponit, ut legitima debeatur filijs poſt mortem patris,& tamen ſi pater hanc legis poteſtatem implet pro parte dan-
9 do in uita in partem legitimæ filio, vel filię, † nihilominus filius vel filia ,agit ad ſupplementũ:vt l.ſi quãdo.§.j.C.de inoffi.teſtam. & l. ſcimus. §. repletionem.eo.tit.etiam ſi datum fuerit nomine dotis:ut l. omnino.& l.quoniam nouella.eo. tit.ergo idem quando pater teſtando idem diſponit:ut d.§.diſponat.

Sextò hoc confirmatur auctoritate D. Barto. qui directò in terminis noſtris hoc tenet in d.l. Lucius.de leg.2.& mouetur iſta ratione,quia licet pater eam peſtea dotauerit, nõ propterea eſt

finita

10 finita cauſa legati,† quia conſtante matrimonio poteſt dos augeri:ut.l.pen.& auct.ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup. & hoc idem refert ipſe,
11 quod tenuit Old. ea ratione,† quia legatum factum ſub taxatione certę quantitatis,nũquam diminuitur per adiectionẽ cauſæ; ut l.Lucius. ff. de alimẽ & cib.lega.&.l creditor.§.inter.ff man.

In cõtrarium quòd reſiduum peti nõ poſſit,
12 facit primo:†quia relictum ob cauſam,impleta cauſa,nõ poteſt peti:vt.l.Libertis.in princ. ff. de alim. & cib. lega. Et quia illa lex multũ vrget in propoſito:videamus ſi reſpõſio Bar. cõgruit illi legi. Dicit enim Bar.quòd ideò ibi:quia in ſecundo legato cõtinetur plus quàm in primo. Sed cũ reuerentia,uel libri mei ſunt corrupti, uel ibi cõtinetur minus in ſecundo legato, quàm in primo. Nam primo alimentorum nomine. decem legauerat,& ſic centum viginti in anno, in ſecundo meſtruos 7.& ſic. 84 & decem nomine veſtium ſingulis annis,& ſic 94. in totum ſingulis annis, & ſic minus quàm in primo. in 26.Nec dicat qs in primo, nihil dixit de ueſtia-
13 rio; quia verum explicitè, ſed implicitè ſic;† nã appellatione alimentorum continetur & veſtiarium: ut notatur in l. fi. eo. ti. & ideo plus eſt in primo,quàm in ſecundo,quidquid dicat Bar. in d.l Lucius.

Secundum hoc confirmatur per notata per Glo. in l. quinquaginta. ff. de probationib. vbi Gl.clara.quòd ſi in ſecundo impletur cauſa adiecta in primo, quòd petitio ex primo ceſſat: ſic eſt in propoſito; quia pro dotibus ſuis,vel ex cauſa dotis reliquit. Item ſi dotis poſteà dedit quantumcunque minores cauſa legãdi impleta eſt, & ceſſare debet legatum primo factũ, hanc partem tenuit Dyn.& Cyn.ſequens eũ per iura ſupradicta. Et hæc pars poteſt confirmari tertio;nã licet non ſit dubium, quòd dos poteſt augmentari cõſtante matrimonio, tamen in propoſito noſtro non poteſt dici quòd pater legauerit in augmentum dotis, tum ex eo; quia tempore legati nondum erat nupta,nec dos aliqua: igitur nec eius augmentum cum ens non poſſit reperire augmẽtum:arg. C. de prob.l. actor. Tum etiam, quia qua ratione diceremus partem deberi in augmẽtum dotis,eadem ratione,& totum,cùm in toto legato potuit augmentare dotem.

Quartò.quia ſi teſtator totum id quod erat in legato,ſi poſtea tamen eam dotauit, voluiſſet eã habere,& ſic voluiſſet minuere,ſciuiſſet bene ſibi in dotem dare,cùm ergo non fecerit, ſed minuerit,voluntatem mutaſſe videtur, & de prio-
14 ri quantitate videtur pœnituiſſe Nam † & teſtator q prius dixit ſe inſtituturũ tres ſibi heredes, ſi poſtea non inſtituit niſi duos, tenet inſtitutio in illis duobus, quaſi de alijs pœnituerit: ut l.iubemus.C.de teſtam.
15 Quintò,† quia non ſolum verbis, ſed etiam factis demõſtratur voluntas:ut ff rem ratam haberi.l Paulus reſpondit. & C.de conditionibus. inſti.l.reprehendenda.& ibi Glo. Sed ſi teſtator legat filiæ,pro ea dotãda ducenta, & poſtea eam maritauit, & dos eſt in centum, nonne ex hac actuali datione declaratur eius uoluntas.ſcilicet, quòd vltra id quod dat pſentialiter, dare nõ vult certè ſic:ergo vltra non debetur.
16 Sextò,quia† cauſa & conditio cohærens huic legato, eſt impleta in teſtatoris uita: igitur amplius non eſt implenda cũ ſufficiat impletio prima C.de condict. inſer.l. ſi quis hæredem. cum ibi not.in Glo.

Septimò quia cauſa, quæ induxit patrem ad plus legãdum ex cauſa dotis,quàm poſtea in dotem dederit, certè fuit propter coniunctionem matrimonialem; quam de ea fecit, & per conſequens illius pluris debet ceſſare diſpoſitio.vt. ff.
17 de cond.& demon.l.cum tale.§ legato† à ſenſu contrario & C.de cond.in ſer.l.legatum. Sed patres,vt plurimum legant filiabus ſuis, quas putant maritari debere, poſt eorum mortem pluſquàm ipſi darẽt,ſi putarent ſe tunc uiuere, cogitãtes,quòd amplior dos eſt eis neceſſaria,quam ſi pater viueret,cùm non ſic de facili per ſeipſas, vel eorum fratres, vel affines nubant, probis viris,ſicut faciunt quando patres de eorum con-
18 iugio tractant,†cùm pietas paterni nominis bonum cõſilium capiat pro liberis:vt l. Imperialis. C.de nup.& quia multi parentelam contraxiſſent cũ patre eo viuente,qui recuſarent eo mortuo,& iſte fuit cogitatus quod pater huius Margaritæ fecit ut ipſa verbis & factis comprobauit. Et pro tanto concludo; quia cauſa legandi eſt finita.& impleta, quod vltra petere hæc filia non poſſit: & ſic nec legatum meretur executionem & verior eſt opinio Dy.& Cy.

Ad leges in cõtrariũ inductas reſpõdeo,& pri-
19 mò † ad l.Lucius ꝙ ibi ſimpliciter legauit, non ob cauſam q̃ finita & impleta eſt à teſtatore, & in eius vita Et† eodem modo dico, ad.l.filia. C. de lega Nam & ibi fuit ſimplex legatum.
20 Ad rõnẽ Bar.rñdeo,ꝙ licet dos poſſit augeri, tñ legatũ non eſt factũ in augmẽtũ dotis, ſed pro dote ſua,& aliud eſt dos ſua,& aliud augmẽtum poſtea factum. Vnde illud quod primo datur in dotem,ſimpliciter eſt dos ſua, pro qua teſtator legauit; vt in verbis à teſtatore prolatis patet, & eſt ſupra probatum per argumẽta pro iſta parte, inducta:ergo &c.
21 Non obſtat† ratio Oldradi, quia verum eſt, quòd legatum certę quantitatis non minuitur p adiectionem cauſæ, ut legibus per eum allegatis, ſed bene minuitur,& finitur per implementum cauſæ adiectę factum à teſtatore viuẽte,ut in iuribus, & rationibus pro iſta parte inductis. Aliæ rationes tranſeant vias ſuas.

Bartholomæus de Salyceto.
Baldus de Feghino.

CON-

CONSILIVM D. LVDOVICI D. Franciſci de Albergotis de Aretio. I.V.Doct.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ſimpliciter factum, non adiecta dotis cauſa, per dotis ſolutionem non extinguitur.*
2 *Multum refert, vtrum quantitas in dotem data cum quantitate legata concurrat, an quantitas legata excedat quantitatem in dotem data.*
3 *Lapſus temporis 25. annorum filiæ legatum petenti non obſtat.*
4 *Actio ex guarentigiato inſtrumento, ſpatio viginti annorum, per ſtatutum præſcribi poteſt.*
5 *An ita ſtatutum ad actionem legati porrigatur.*
6 *Duo quando æquiparantur, quomodo intelligantur.*
7 *Aequiparatorum idem ius in beneficijs.*
8 *Verba ſtatuti de guarentigiatis legatis loquens, ad ſolam executionem ſpectare uidetur.*
9 *Actio legati triginta annis durat, licet ius inſtrumẽti guarentigiati tantum viginti annis ex ſtatuto ualeat.*
10 *Differt actiones ad inuicem æquiparari circa modum deducendi ipſas in iudicio, & circa tempus inſtantiæ.*
11 *Legum correctio, quantum poteſt, euitari debet.*
12 *Statuta ſtricti iuris eſſe dicuntur, ideoq́ue ad caſum omiſſum trahi non ſolent.*
13 *Similitudo quę in ſtatuto inducitur, circumſpectè examinanda eſt, ne ſuos terminos egrediatur.*
14 *Diſpoſitio de qualitate, non trahitur ad quidditatem, nec è contrario.*
15 *Quidditas aliud eſt, & aliud qualitas.*
16 *Quale, & quantum differunt.*
17 *Statutaria executio legatorum priuilegium eſt, & fauor legatarij.*

CONSILIVM LXXII.

IN DEI nomine. Amen. Quoad primum dico, dictum legatum ſuppellectilium indubitanter peti poſſe, nec eſſe extinctum per traditionem dotis, per teſtatorem po
1 ſtea factam, † quia dictum legatum ſimpliciter factum fuit non adiecta cauſa dotis, ideo per dationem dotis non recipit extinctionem. ff de probat. l. quinquaginta. de adim. lega. l. cum centum. & notatur in l. filia. C. de leg. & per Bar. in. l. huius §. cum pater. de leg. j. facit. C. de dot. promiſſ. l. fin. & de ritu nup. l. qui liberos. & potiſſimè eſt hoc in propoſito, cùm aliud ſit legatum, uidelicet ſpecies, & aliud datũ in dotem, uidelicet quantitas; quo caſu nulla poteſt fieri dubitatio. ff. de leg. j. l. planè. §. j. & probatur in. l. filia. C. de leg. ibi, ſi ea quæ in teſtamento reliquit &c. De legato autem 200. florẽ. eſt dubium propter cauſam dotis, dicto legato adiectam, propter quod pater poſtea dotando uidetur impleuiſſe legatum; ideò legati petitio ceſ-
2 ſat: ut d. l. filia. & de le. 2. l. Lucius. ſa. j. † quod eſt verũ quatenus quantitatis in dotẽ data cõcurrit cũ quãtitate legata, ſed quoties quantitas legata excedit quãtitatem in dotem datam, peti poteſt. caſus eſt in d. l. Lucius. vlt. reſponſo. & l. cum pater. §. pater. ff. de leg. 2. & notatur per Bar. in dicta l. filia. & facit tex. in dicta l. filia ibi, ſi ea quæ in teſtamento, &c. Nam ſi minorem quantitatem debet in dotem, non dedit ea quæ reliquit. & hoc de primo.
3 Quoad ſecũdum † dicendum eſt dictę filię nõ obſtare lapſum tẽporis, vigintiquinque annorũ. C. commu. de leg. l. fi. de præſcrip. trigin. anno. l. cum notiſſimi. §. illud.
4 Nec † obſtat dictum ſtatutum ſub rubri. de pręcepto guarentigiæ, diſponens quòd in inſtrumentis guarentigiæ pręſcribatur ſpatio viginti
5 annorum, quia de legatis † nihil diſponit: igitur præſcriptio legatorũ remanet diſpoſitioni iuris cõmunis. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. & l. ſi cũ dotem. in prin. eo. ti.
6 Nec obſtat † quod alio ſtatuto cauetur, quòd legata mandentur executioni, quemadmodum inſtrumẽta guarentigiata, propter quod videtur inter ea fieri ęquiparatio: quia reſpondeo quòd per verba dicti ſtatuti attribuitur legatis, quidquid eſt plus in inſtrumentis guarentig. quàm in legatis. nõ autem id quod eſt minus, ut argu. no.
7 in l. j. ff. de leg. j. & ff. de leg. l. princeps. † Nam cum Auguſta æquiparetur Principi, competũt Auguſtæ beneficia quæ competunt Principi. nõ tamen perdit Auguſta beneficia, quæ à ſe habebat, quæ Principi nõ competebant, ideò habebit beneficium Velleiani, quod tamen Principi non competit: ut notab. ſcribit Bar. in d. l. j. ff. de leg.
8 j. † Mandabitur ergo executioni legatum, quemadmodum inſtrumentum guarentigi. hoc eſt ſeruatis illis ſolemnitatibus in executioni legati, quæ requiruntur vt executione inſtrumẽti guarẽ
9 tigiati † tamen ius legati durabat triginta annis, prout de iure cõmuni diſponitur, licet ius inſtrumenti guarenti. duret tantum uiginti annis ex diſpoſitione ſtatuti. Simile uidemus de iure cõi.
10 Nam † licet actiones ad inuicem æquiparentur, circa modum deducẽdi ipſas in iudicio, & circa tempus inſtantiæ, tamen tempora ipſarum actionum ſunt uaria: ut l. properãdum. C. de iudi. in auct. de exhib. reis. §. ſcimus. Igitur licet inducta ſit equiparatio circa modum exequendi iſta duo iura, nõ ſequitur quòd propterea ſit inducta circa tempus, quo durant ipſa iura, & maximè cùm
11 ex hoc ſequeretur iuris communis † correctio quæ quantum poteſt, euitari debet: ut dicta. l. pręcipimus. & quod not. in l. damni. § ſi is qui ędes. ff. de dam. inſe. & C. de ſacroſ. eccleſ. auct. quas actiones. Nam nihil aliud eſt hoc, quàm trahere dictum ſtatutum ad conſequentiã corrigẽdi ius cõmune: ut ſicut ſimilitudo inducitur in modo exequendi, ita inducatur in tempore quo durat ius exigibile, quod eſt contra doctrinam in ea

materia

12 materia traditam, † quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris
& non debent trahi ad caſum in eo expreſsè nō
diſpoſitum, maximè contra ius commune. l. con
ſtitutionib. ff. ad municipal. l. quidquid adſtrin-
gendę. de verb. obli. l. quod uerò. ff. de leg. Cōclu
do igitur q propter dictum ſtatutum inducitur
ſimilitudo inter inſtrumenta guarentigiata, & le
gata, circa modum & qualitatem ea exequendi,
non circa alia: quod licet ergo durabit ſuo tem-
pore, licet eodem modo in iudicium deducatur,
13 & executioni mādetur. † Nam per illam dictio
nem quemadmodum, in dicto ſtatuto inſertam
inducitur ſimilitudo, quo ad id de quo in diſpo
ſitione principaliter quęritur, nō quo ad alia. ff.
ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quęcunque. § j & quod
ibi not. in Glo. ſuper verbo queadmodum. Cō-
14 firmat hoc; quia † diſpoſitio quę diſponit ſuper
qualitate, nō trahitur ad quidditatem, nec è con
trario ut probatur in l. omnino. coniuncta l. quo-
niam in priorib. C. de inoffi. teſta. & ibi not. per
Iaco. Butri. & eſt caſus in l. j in prin. coniuncto.
§ quod autem. ff. ne quid in flumine publico. Igi
tur diſpoſitio dicti ſtatuti diſponentis de quali-
tate & forma exemptionis, non debet intelligi q
diſponat de quidditate ipſius iuris exequibilis.
15 † Nā aliud eſt quidditas, & aliud qualitas ut d.
l. j. ne quid in flum. pub. & de uer. oblig l. vbi au-
16 tem non apparet. in princ. ibi, quale. † quantum-
que ſit. quaſi hæc ſint tria diuerſa, non unum.
Roboratur etiam dicta cōcluſio ex reg. l ſi. quod
17 fauore. † Nam fauore legatorum introducta fuit
diſpoſitio dicti ſtatuti, quòd legata mandentur
exequutioni &c igitur in eorum odium redun-
dare non debet, & hęc ſufficiant propter tempo
ris breuitatem. Laus Deo.

Ludouicus D. Frāciſci de Albergotis de Aretio.

CONSILIVM D. LVDOVICI D. Franciſci de Albergotis de Aretio.

SVMMARIVM.

1 *Prælegatum an & quando contineatur, & cadat in ſubſtitutione, & quando portio quam hæres habet iure hæreditario in re ſibi prælegata.*
2 *Bona hæredis & defuncti per aditionem confunduntur, ſi inuentarium confectum non fuerit.*
Hæres non conficiens inuentarium, quid perdit.
3 *Hęredes de euictione defuncti tenentur, nec poſſunt uenire contra factum defuncti.*
4 *Bona reſtitutioni ſubiecta in cā dotis alienari poſſūt.*
5 *Facultas exigendi ex fideicommiſſo à tempore mortis competere incipit.*

CONSILIVM LXXIII.

IN DEI nomine. Amen. † Viſis iuribus,
& inſtrumentis mihi tranſmiſſis per ſpe-
ctabiles & egregios milites dominos Bo-
nifacium de Ricciardis, & Ricciardum de
Anzeleriis, uidetur mihi dictum Gualfredum
indebitè moleſtari per dictas dominas, & pri-
mo, quia dictum prælegatum factum dictis fi-
liabus per dictum Arrigum in caſu quo filij ma-
ſculi nō veſtirentur, factum fuit poſt ſubſtitutio
nem, ex qua ſe fundant agentes contra dictum
Gualfredum, ideò in ſubſtitutionē quę præcedit,
non comprehenditur: vt not in l. cùm uirum.
C. de fideicommiſſ. & ſicut non comprehendi-
tur prælegatum, ita non comprehenditur etiam
portio quam hæres habet iure hæreditario in re
ſibi prælegata, quia cenſetur prælegatum: prout
teſtator reliquit, non prout de iuris ſubtilitate
debetur. ff. de his quib. ut indig. l. cum qui taci-
tum § pro parte.

Secundo, quia dictæ agentes, uidelicet ſoro-
res dictę dominæ Ioannæ dicunt ſe eſſe hæredes
eiuſdem D. Ioannæ, & inter inſtrumenta tranſ-
miſſa reperio inſtrumentum aditionis factæ per
duas ex eis, videlicet per dominam M. & domi-
nam F. nec reperio, ipſas adiuiſſe cum beneficio
inuentarii, nec inuentarium confeciſſe: igitur ex
iure dictæ ſubſtitutionis non poſſunt uenire cō-
tra alienationem factam per ipſam dominā Ioā-
2 nam, tunc, † quia ius dicti fideicommiſſi, ſi quid
fuiſſet, eſt confuſum per dictam aditionem hæ-
reditatis, abſq; inuentarii confectione. C. de iu-
re deliberan. l. fin § ſin verò poſtquam in auth.
de hær. & falc §. ſi verò non fecerit. ff. de ſolut. l.
3 Stichum. § aditio. Tunc qui etiam † quia uelut
hæredes, tenentur de euictione, & non poſſunt
venire contra factum defuncti. C. de rei uendit.
l. ſi cum. l. cum à matre ff de euic. l. uindicantem.
& not. Glo. in d. l. fi. §. in computatione. Tertiò:
4 † quia in cauſam dotis poſſunt alienari etiam
bona quæ ſubiacent reſtitutioni, ſi mulier non
habet aliunde: unde ſe congruè dotare poſſit ff.
ad Trebell. l. mulier. § cùm proponeretur. C. cō
mun. de legat. auctén. res quæ Quarto quoad il-
las ex dictis ſororibus dictæ Dominæ Ioannæ,
quæ præſentes fuerunt, obſtat eis præſcriptio
conſummata per poſſeſſionem decennij cum ti
tulo, uidelicet ex dicto titulo dotis quæ præſcri
ptio inchoauit à tempore mortis dictæ dominæ
5 Ioannæ, † quo tempore incepit competere facul
tas agendi ex dicto fideicommiſſo, ſi quod ius
competijſſet, & elapſo decennio à dicto tempo-
re, excluduntur illæ, quæ fuerunt præſentes. Ab-
ſentes autem per uiginti annos ſi decurſum fuiſ
ſet. C. de præſcriptione longi temporis. l. fina.
& aduerſus creditorum. l. prima & ſecunda. Ex
quibus omnibus concludo contra dictas agen-
tes, & dictum Gualfredum abſoluendum eſſe.

Ludouicus Domini Franciſci de Albergotis
de Aretio.

CONSI-

CONSILIVM D. LVDOVICI D. Franciſci de Albergotis de Aretio. I.V. Docto.

S V M M A R I V M.

1 *Filius cui à patre nil relinquitur, niſi ſub conditione, præteritus dicitur.*
2 *Conditio quæ tollatur de legitima, ſecundum. l. quoniã in prioribus. C. de inof. teſtam.*
Intellectus. d. l. quoniam in prioribus.
3 *Querela ceſſat vbi nullum eſt grauamen, et cùm filius eſt præteritus.*
4 *Intellectus l. ſcimus. §. cũ autem. C. de inoffi. teſtamen.*
5 *Excluſa à ſtatuto ſuccedere ab inteſtato, ſi non inſtituatur, an dicatur præterita.*
6 *Statutum repellens filias exiſtentia maſculorum, ipſis iniuriam facere non dicitur.*
7 *Ius annullandi ei tantum datur, qui ab inteſtato uocatur, ſi defunctus non fuiſſet teſtatus.*
8 *Præterito ab inteſtato uocatorum, ſi modo in poteſtate ſunt, & primum tenet locum, teſtamentum nullum reddit.*
9 *Prior in gradu, inferiorem excludit.*
10 *Beneficium quando datur contemplatione alterius, ſi remouetur illud cuius contemplatione dabatur, illud remouetur, & id quod datur contemplatione remoti.*
11 *Cauſa ab inteſtato ſuccedendi ſublata, querelam, & ius dicendi nullum ſimul tollit.*
12 *Dominium defuncti in ſuum hæredem continuatur, intelligitur.*
13 *Clementior lege homo eſſe non cogitur.*
14 *Decedens inteſtatus, ab inteſtato uenientibus ius ſuum relinquit.*
15 *Fundatus qui eſt de iure communi, potius ius habet.*
16 *Statutum legem corrigens in ſtricta verborum ſignificatione intelligitur.*
17 *Statutum cauſam inteſtati ordinans, ad cauſam teſtati non trahitur.*
18 *Extenſio an actiua ſit, an paſſiua, in ſtatuto, multum intereſt.*
19 *Ius commune quomodo & ſtatutum inter ſe intellectum capiant.*
20 *Iurium corrigentium nulla debet conſequentia trahi.*
21 *Legis ratio ex correctione aliquando ceſſare poteſt, ubi tamen eius dictum tenuit.*
22 *Donatio hodie contractus eſt nominatus.*
23 *Actione, præſcriptis verbis, agi poteſt ex donatione.*
24 *Legis diſpoſitio remanet, licet ratio legis ex ſuperuenienti cauſa ceſſet.*
25 *Excluſus propter ſuum delictum, & culpam à ſucceſſione ab inteſtato, propterea à bonorum poſſeſſione contra tabulas non repellitur.*
26 *Caſus à ſtatuto indeciſus, remanet diſpoſitioni iuris communis.*
27 *Diſpoſitio iuris ciuilis ordinans filiam debere neceſſario inſtitui, an ſit per ſtatutum correcta.*
28 *Iura ſubordinata per conſequentiam innuntantur.*
29 *Innouatum in uno correlatiuorum, intelligitur innouatum in alio.*
30 *Ea quæ ſe habent per modum præordinantis, & ſubordinati, habent ſe vt correlatiua: quia ſeparatim poni non poſſunt.*
31 *Diſpoſitio correctiua interdum ad aliud trahi ſolet.*

CONSILIVM LXXIIII.

CHRISTI nomine innocato. Amen. Viſis, & rectè conſideratis ſupradictis, duo elicio dubia: Primò. nunquid dicta Domina Ioanna poſſit dici præterita à dicto Franciſco eius patre, attenta forma ſui teſtamenti, & dicti ſtatuti de ſucceſſione diſponentis. Secundò, poſito quòd ſit præterita, nunquid ſibi competat ius annullandi teſtamentum, attenta diſpoſitione ſtatuti, & veritate facti, videlicet, quòd tempore mortis dicti teſtatoris, extabat filius maſculus ab eo in dicto teſtamento vniuerſaliter inſtituto.

1 Circa primum videtur † dictam dominam Ioannam eſſe præteritam, cùm nihil fuerit ei relictum, niſi ſub conditione, videlicet in caſu, in quo uidua remaneret, ante ergo conditionis euẽtum, nil dicitur ſibi relictum, ſed præterita eſt. ff. de cond. & demonſt. l. qui hæredi. §. fi. ad Trebell. l. eum qui nouiſſimus. cum ſeq.

2 Sed dubium eſt, † an dicta conditio tollatur per l. quoniam in prioribus, cùm ſit conditio caſualis, circa quod uarię fuerunt opiniones inter Doctores, & quia quæſtio eſt multum examinata, cõcludendo, teneo communem opinionẽ, videlicet, quòd conditio caſualis non tollatur per d. l. quia loquitur eo tantum caſu, quo locus erat querelę ante dictam leg. ut probant verba tex ipſius legis: ergo nõ loquitur in caſu, in quo filio erat relictum ſub conditione caſuali, vel mixta; quia illa reddebat teſtamentum nullum:
3 ut l. ſuus quoque. de hæred. inſtit. † ideò ceſſat querela; quia non grauabatur filius, & quia non habet locum querela, cùm filius eſt pręteritus: ut not. Glo. in auct. ex cauſa. C. de liber. pręter. & in l. ſi quis filiũ. C. de inoffi. teſtam. ſuper verbo nepotem. Et hãc opinionem tenet Cyn. in l. 4. C. de inſt. & ſubſti. ſub condi fac. & Guliel. de Cun. in d. l. quoniam. & Ray. & hanc tenuit genitor meus diſputando.

4 Non † obſtat lex ſcimus. §. cum autem. C. de inoff. teſt. per quam. Bar. tenuit contrarium; quia debet intelligi in caſu, in quo præterito nõ reddebat teſtamentum nullum, puta in filio emãcipato, vel cui erat aliquid relictum purè; & hoc uoluit ibi Glo. ſuper verbo celebrari: quia intelligit in caſu in quo ceſſante prouiſione illius legis habuiſſet locum querela. Concludo igitur dictã dominam Ioannam fore præteritam in dicto teſtamento, & per dictum legatum conditionale non eſſe ſatisfactum dicto ſtatuto, quod exigit ſibi aliquid relinqui.

Quo

5 Quo ad ſecūdum ſubtilis eſt dubitatio, †nam
ex diſpoſitione dicti ſtatuti filia excluditur à ſuc-
ceſſione extante filio maſculo, & quòd dicta filia
6 non poſſit impugnare teſtamentum † quanquã
ſit præterita probatur primo, quia nulla ſibi eſt
facta iniuria, cùm ex diſpoſitione dicti ſtatuti à
7 ſucceſſione reperiatur excluſa, † ius enim annullã-
di non datur niſi ei quę ab inteſtato uocaretur, ſi
defunctus non fuiſſet teſtatus ff. de inoffic. teſtã.
8 l. poſtumus. in prin & § ſi quis ex his †Et illorũ
tantum præteritio reddit teſtamentum nullum,
qui ſunt in poteſtate, & tenẽt primum locum in
ſucceſſione inteſtati tempore mortis teſtatoris.
ff de liber. & poſth. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ.
& de iniuſt. teſta. l ſi quis filio poſt prin. & l. po-
ſthumorũ. Sed filia non eſt huius, quando ſuper
eſt filius maſculus teſtatoris tempore mortis,
quia licet ſit in poteſtate, non tenet primum lo-
cum in ſucceſſione inteſtati, ſed alius eam præ-
cedit ex diſpoſitione dicti ſtatuti: ergo eius præ-
teritio non rumpit.
9 Secundò probatur, †quia, ſicut quãdo aliquis
ratione potioritatis gradus præfertur in ſucceſ
ſione, excludit ſequentem gradum à iure rumpẽ
di: ut dictis iuribus, ita cum quis præfertur ratio
ne ſexus; quia eadem ratio.
10 Tertiò quia† quando unum beneficium da-
tur contemplatione alterius ſi remouetur illud,
cuius cõtemplatione dabatur, illud remouetur,
& id quod datur contemplatione remoti. ff. de
adimen. lega. l. filio § matri ſed querela, & ius di
cendi nullum, dantur contemplatione iuris ſuc-
cedendi ab inteſtato, & portionis dicto iuri de-
bitæ per teſtatorem ablatæ: ut d. l. poſthumus. &
l. Papinianus §. quoniam autem quarta. de inoſ-
11 fic. teſtam. Igitur† ſublata ſucceſſione ab inteſta
to tollitur dicta conſequentia querelæ, & iuriſdi
cendi nullum.
Quartò, quia præteritio ideò rumpit teſtamẽ-
12 tum: †quia dominium quod habuit defunctus
continuatur in ſuum hæredem ex eo quòd de iu
re ei attribuitur dominium hæreditatis, niſi per
teſtatorem ei auferatur, ideò neceſſe eſt, quòd ei
dominium per exhæredationẽ ut alij tribui poſ-
ſit. l. in ſuis & ibi notat. ff. de liber. & poſthu. Sed
hæc ratio ceſſat in dicta filia, q̃ à ſucceſſione in-
teſtati excluditur, quòd in eam dominium non
continuatur diſpoſitione iuris: ergo non fuit ne
ceſſe eam exhęredari.
Quintò, quia ſufficit ita nos pro liberis, & pa-
rentibus utriuſque ſexus teſtari, quemadmodum
lex pro nobis teſtatur, cùm inteſtati decedemus;
13 †non enim tenetur homo eſſe clementior lege.
C. de lib præte. uel exhęre l. maximũ uitium. §.
ſancimus. ubi uidetur eſſe caſus, & in corpore de
iud. §. oportet.
14. Pręterea † ille qui decedit inteſtatus, uidetur
relinquere uenientibus ab inteſtato: ut l. cõficiũ-
tur. de iure codicillorum. & l. ſi quis cũ mulier.
eo. ti ſi ergo teſtator reliquit expreſsè, illud uide

retur tacitè relinquere ex diſpoſitione legis ſi de
cederet inteſtatus, in nihil o eſt culpandus. Et ꝓ
hac parte facit quod not Bart. in ſimi. terminis
propoſitæ quæſtionis in l. Gallus § &. quid ſi tã
tum. de lib. & poſthu. & in l fi. C. ad Tertull.
In cõtrarium pro parte affirmatiua probatur
15 & primo, † quia intentio dictæ filiæ eſt fundata
de iure communi. in auct. de hęred. quę ab in-
teſt. defer §. j. Nec excluditur intentio dictæ filię
diſpoſitione dicti ſtatuti, excludentis eam à ſuc-
ceſſione inteſtati propter exiſtentiã maſculi, &
16 in hoc corrigentis ius cõmune. † Nam licet lex
ſit correcta in uno dicto, non tamen eſt correcta
in alio, quantumcunque ſimili, & quantumcun
que in eo ſit eadem ratio uel maior. C. de appell.
l præcipimus in fi l ſancimus. de teſt. & q̃d not.
Glo. in auct. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.
17 †Igitur dictum ſtatutum ordinans cauſam inte
ſtati, non trahitur ad cauſam teſtati, præſertim
cùm diſpoſitio dicti ſtatuti ſit ſtricti iuris, & con
traria diſpoſitioni iuris communis, & per conſe
quẽs extra ſuos terminos nõ extendenda. ff. ſol.
mat. l. ſi verò. §. de uiro. de leg l. in his. & l. quod
verò & l ius ſingulare. & l. quod nõ ratione eod.
tit. & l. quid quid adſtringẽdę de verb. oblig. &
maximè, quia hęc extenſio, ſiue conſequentia de
cauſa inteſtati ad cauſam teſtati in ꝓpoſito eſſet
contra ius ſcriptum contra. l. de quibus. ff. de leg.
& d l. præcipimus in fi.
18 Non obſtat, † ſi dicatur, quòd hæc non eſſet
extenſio actiua, ſed paſſiua, quam etiam ſtatuta
quantumcunque ſtrictiſſimi iuris recipiunt, cũ
hoc non ſit legem municipalem extendere, ſed
eſt extẽdere diſpoſitionem iuris cõmunis, ponẽ-
tis ſuam regulam ad ſubiectum huius ſtatuti ff.
ad leg falcid. l j. § lege falcid cum ſimi. quia con-
cedo quòd ad ſtatutum trahantur iura commu-
19 nia, †quę determinatiuè diſponũt circa id quod
ſtatutum diſponit, ſi eſſet diſpoſitum à iure com
muni Sed iura quæ illud ſi eſſet à iure communi
diſpoſitum, extendunt ad aliud, non habent lo-
cum in terminis inductis à ſtatuto, ſi per illam
conſequentiam corrigatur ius commune in alia
20 parte, † quia in iuribus corrigentibus nullam de
bemus trahere conſequentiam: ut not. in d. auct.
quas actiones. & in l. damni. §. ſi his qui ædes. de
dam. inſec. cum ſimil. Et hanc limitationem da-
bat genitor meus i dicta materia in l. 2. ff de leg. j.
21 Secundò probatur hoc; † quia licet ceſſet ra-
tio legis ex correctione, non tamen ceſſat eius di-
ctum. ff. de dona. cauſa. mor l. tam. is & quod ibi
not. & not. Glo. ff. de teſtam. l. eius qui. § j. in Gl.
ſuper verbo. § publicantur. & in l. iurigentium.
22 §. cum nulla ff de pact. ubi Glo. dicit, quòd† licet
hodie donatio ſit contractus nominatus tamen
23 † adhuc agetur ex ea actione preſcriptis verbis,
& idem not. Glo. in ſtitu. de rer. diui §. litterę. ubi
24 Glo. dicit, quòd † remanet legis diſpoſitio, licet
ratio legis ex ſuperuenienti cauſa ceſſet. Et ex
hoc infertur, quòd licet ratio, quare pater tene-

tur filium inſtituere ſit: quia erat ſibi ſucceſſurus ab inteſtato, & licet ratio annullandi teſtamentum, ex præteritione ſit illa, quæ tacta eſt ſupra in quarta ratione in contrarium facta, licet dicta ratio ceſſet in filia per correctionem factam à dicto ſtatuto, tamen remanet dictum legis, vt dictis iuribus.

Tertiò, quia ſaltem dictæ filiæ competeret bo
25 norum poſſeſſio contra tabulas: † quia ille qui excluditur à ſucceſſione ab inteſtato propter ſuum delictum, non repellitur propterea contra tabulas, vt no. in l. non eſt ambigendum. §. vbicunque. de bonor. poſſeſſio & ibi per Bar. notat. per Dyn in cap. cùm quid vna via. de regul. iur. in 6. Igitur filia prædicta ad annullationem dicti teſtamenti, per dictam viam admittitur: quia à ſucceſſione inteſtati præter ſuum delictum repellitur. C. de legitim. hæred. l. lege. 12. tabul.

Quartò, quia dictum ſtatutum videtur expreſsè diſponere, quòd in hoc caſu filia poſſit teſtamentum impugnare: vt patet in dicto ſtatuto in ver. Sin verò: inteſtatus deceſſerit, vbi excludit filiam à iure impugnandi teſtamentum in caſu in quo nihil ſibi relictum ſit: vt eſt in propoſito,
26 † vel iſtum caſum reliquit diſpoſitioni iuris cõmunis, cùm à iure communi deciſus reperiatur. ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdic. l. prima. § huius rei. ff. de teſtibus: l. ex eo. ff ſolu. matrim. l. ſi cum dotem in princip. & l. omnes populi. de iuſt. & iur.

Quid dicemus? iſta videtur dubitabilis quæſtio, & niſi obſtaret dicta vltima pars dicti ſtatuti, quæ diſponit tenere primam partem, videlicet, quòd filiæ non competat ius dicendi nullũ per primas rationes.

Non obſtant rationes contrariæ, videlicet
27 † quòd diſpoſitio iuris ciuilis, quæ ordinat, filiam debere neceſſario inſtitui, non eſt expreſsè per ſtatutum correcta: quia reſpondetur, quòd ex quo per ſtatutum eſt ſublata cauſa illius neceſſitatis, quæ inducebatur à iure ſublata eſt, etiã ipſa neceſſitate conſecutiuè, & iuris diſpoſitio immutatur dupliciter, videlicet, an directò per obliquum, & mutationes terminorum, & præſuppoſitorum illius diſpoſitionis, quæ ante vigebat. in auten. de hæredi. & falcid. §. ex his. & probatur per ea quæ no. C. de ſacroſan. eccleſi. l. illud & ad Macedo. l. prima. in fine. in vltima Gl. & per ea quæ no. in auten. nouiſſima. C. de inofficio. teſtamen. in quæſtione illa, vtrum ſit hodie aucta quarta, quæ debetur parentibus, cùm ſit correcta lex in ſuo correlatiuo, ſcilicet in quarta, quæ debetur filijs, & deſcendentibus, facit quod no. ff. de rei vendi. l. in rem. §. ſed id quod in certa.

Probatur etiam hoc per aliam regularem:
28 † quia ſicut iura ſubordinata immutantur per conſequentiam: vt dictũ eſt, ita ex cauſa dicti iuris correctio p correlationẽ de vno correlatiuo-
29 rum ad aliud: † quia id quod innotatur in vno correlatiuorum, intelligitur innouatum in alio. ff. de acceptila. l. ſi. C. de indic. viduita. tollen l. ſi.
30 & quod ibi no. per Bar. † Sed ea quæ ſe habent per modum præordinantis, & ſubordinati, habent ſe vt correlatiua, quia non poſſunt ſeparari, ſeu ſeparatim poni: ergo ſunt correlatiua. ff. de procura. l. Pomponius. §. ſed ab iis. ff. de iure iur. l. ſi duo patroni §. ſi quis iurauerit reddidiſ-
31 ſe. & § ſeq. & §. Marcellus. Et ideò etiam † diſpoſitio correctiua, de vno ad aliud trahi debet, ſed ſucceſſio teſtati eſt prẽordinata cauſæ inteſtati: vt ſupra reſponſum eſt, per rationes circa primã partẽ factas. Ergo eſt conſecutiuè immutata cauſa teſtati, & hanc partem tenuit Bar. in l. fina. ad Treb. Sed quia dictum ſtatutum vltimum diſponendo, procedit de cauſa teſtati, in qua parte ſatis apparet patrem teſtantem arctari ad relinquẽdum aliquid filię etiam extãtib. maſculis, licet de relicti titulo non cauerit, ideò in propoſito te neo dictæ filię tanquam præteritę ius annullãdi teſtamentum competere. Pro hac parte concludo. Quid autem competat filię prędictæ de dicta hæreditate pòſt annullationem teſtamenti, & quo iure, non iango ad præſens: quia circa hoc nihil eſt petitum, & ſuper non petitis, iudex nõ debet ſe intromittere. Laus Deo.

Lodouicus D. Franciſci de Albergotis de Are.

CONSILIVM D. IOANNIS LVdouici de Lambertatiis Iurius Vtriuſq; Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Legitima per ſtatutum, ſeu conſuetudinem non poteſt in totum tolli, ſed diminui, & nu. 7. & 10.*
Sed contrarium verius, quòd poſſit in totũ tolli. nu. 11
2 *Statutum vel conſuetudo ciuitatis eſt ius ciuile.*
3 *Dos debita in vim ſtatuti, vel conſuetudinis excludentis fœminas à ſucceſſione ſtantibus maſculis loco legitimæ ſuccedit.*
4 *Pater relinquens in teſtamento filiæ ſuę dotem, vel pro dote, vel nomine dotis, & ſtet ſtatutum excludens dotatas à ſucceſſione parentum, dos illa ſuccedit in locum legitimæ, & cenſetur legatum purum, non autem in diem, vel ſub conditione.*
5 *Legitima reijcit omnem moram, conditionem, & omne grauamen.*
6 *Legitima tranſmittitur ad hæredes.*
8 *Ius naturale per ius ciuile in totum tolli non poteſt, ſed diminui, vel diſtingui. nu. 10.*
9 *Alimenta de iure naturæ debentur.*
12 *Generalia verba impedientia ius ſuccedendi non referuntur ad legitimam, tam in ſtatutis, quàm in renuntiationibus.*
13 *Statutum vel conſuetudo excludens fœminas à ſucceſſione ſtantibus maſculis, eſt odioſum, vel ſaltem mixtum fauore, & odio.*
14 *Statutũ, ſeu conſuetudo quãdoque maioris eſt poten-*

tiæ, quàm pactum etiam liberatorium.

15 *Dotis relictum, vel pro dote, an dicatur purum, vel modale, & quòd ſit purum.nu.16.Quinimmò modale.nu.17.ſed verius quod eſt conditionale.num. 18.& 21.& vide.nu.27.cum ſeq.*

19 *Argumentum valet, de contractibus ad vltimas voluntates.*

20 *Relictum contemplatione certæ perſonæ illa deficiente, deficit legatum.*

21 *Dos eſſe non poteſt ſine matrimonio.*

22 *Legatum conditionale, pendente conditione non trãſmittitur.*

23 *Relictum in honorem, eſt conditionale.*

24 *Nubere honor eſt remanenti in ſeculo.*

25 *Legatum modale deficiente modo non extinguitur.*

26 *Caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis.*

27 *Legatum pro dote dicitur conditionale, niſi appareat, quòd relinquens voluerit quòd eſſet purũ, vel ſuiſſet aliàs legaturus.nu. 28. vel eſſet cõmunis vſus loquendi, quòd dos intelligatur proprium patrimonium mulieris, etiam non adhuc nuptæ.nu. 29.*

CONSILIVM LXXV.

CASVS ſuper quo petitur conſilium, In teſtamento facto in ciuitate Venetiarum ſic cauetur. Dimitto hæredẽ vniuerſalem filium, vel filios meos maſculos ex vxore mea, ſi quis naſceretur, ſi verò eſſet fœmina una, vel plures, volo quòd tunc vnaquęque, ſi plures eſſent, vel una ſola, ſi tantum una naſceretur, pro dote ſua ducatos mille quingentos, & tunc dimitto hæredem meum vniuerſalem Petrum &c. Inſuper uolo, & ordino, quòd ſi vxor mea pariter filiã vnam, vel plures, quòd ultra illud quod ſibi, ſeu eis dimitto, ꝓ eis, ſeu earum dotibus, vel repromiſſa habere debeant omnes meas poſſeſſiones poſitas in confinio &c. El caſo ſò, che la moglie del teſtatore partorì una fia femina, la quale morì auanti ſette meſi. Mo ſe domanda, ſe queſti ducati mille cinquecento, laſſadi alla fia ſo naſſuda, ella ſi fuo che mancando in quella etade quelli che può ſuccede i beni di quella garzona i debbia hauere, ſecondo i modi de Veniexia, che'l padre non ſia alla fia tenuto di laſſare alcuna coſa, ma può priuarla del tutto. Quæro perche in lo legato ſe dice eſſer laſſati queſti danari per dote che uien al legato eſſer ſol per maridar, & à quella etade la non è peruenuta, domandaſi ſe quelli danari, come beni ſenza de dote per la morte della garzona ſpetta alla ꝑſona che come più proſſima prima uenuta à ſucceſſion, ouero ſe l'aſpetta à quel Pietro conſtituito univerſal herede, el quale nõ è la più proſſima ꝑſona che habbia il teſtadore.

IN CHRISTI nomine eiusq; matris Mariæ Virginis glorioſæ. Ponderato caſu pręmiſſo, multa forent conſideranda de iure communi,
1 † Primò an legitima debita iure naturæ poſſit
tolli per conſuetudinem, vel ſtatutum, & ſi non
poteſt tolli, an poſſit ſaltem diminui. D. Ricar.
Malumbra diſputauit Paduæ, quòd non poſſit
in totum tolli, ſed poſſit diminui, quod probatur:
quia omnia bona patris erant olim debita
filiis. ff. de bon. dam. l. cum ratio. quæ debita poſteà
ſunt diminuta per ius ciuile ad quartam. C.
de inofficio. teſtamen. l. cum quæritur, & ff. eod.
l. Papinianus. §. Quarta. & poſtea aucta ad trien
tem, vel ſemiſſem numerũ liberorum. C. de inof
2 ficio. teſtamen. auct. nouiſſima. Sed † ſtatutum, vel
conſuetudo ciuitatis eſt ius ciuile. ff. de iuſti. & iu
re. l. ius ciuile. & l. omnes populi. & ff. de legi. l.
de quibus, & de priuil. credit. l. Antiochenſium,
& C. de ædifi. priua. l. an in totum, ergo &c.
3 Et ex hoc infert ipſe, † quòd ſi per ſtatutum,
vel conſuetudinem filiæ non debent ſuccedere
cum maſculis, ſed debeant dotari, quòd iſta dos
ſuccedat loco legitimæ, ſic legitima ad quantitatem
dotis erit diminuta. Ex quo ſequitur ſecun
4 dum eum, † quòd ſi in teſtamento pater filię ſuę
pupillæ uel adultæ reliquerit dotem, vel pro do
te, vel nomine dotis, iſtud relictum ſit purũ, nõ
autem in diem, vel ſub conditione, cùm dos ſuc
5 cedat loco legitimæ † in qua omnis mora, omnis
conditio, omne grauamen debet reiici. C. de
inofficio. teſtament. l. omnimodo. l. quoniam in
prioribus. & ideò non expectato tempore nu-
6 ptiarum peti poterit ſtatim, & † tanquam relictũ
purum erit tranſmiſſibile ad hæredes, cùm recta
uia à morte teſtantis legatariæ ſit quæſitum. ff.
7 de fur. l. quæſitum. In totum † verò, legitimam
auſerri poſſe per ſtatutum, vel conſuetudinem
omnino negatur, cum circa ius naturale verſetur,
quæ dicitur de iure naturali deberi, in auct.
de trien. & ſemiſ. §. primo, ibi, natura quidem cu
8 rata &c. quod quidem † ius naturale per ius ciuile
in totum tolli non poteſt. Inſti. de iure natura.
§. ſed quia naturalia. ff. de capit. diminutio. l.
eas obligationes. & cum loco alimentorum ſuc-
9 cedat ipſa legitima, quæ † alimenta de iure natu
rali debentur. ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ius naturale,
10 quod † ius naturale, licet in totum tolli per ius
ciuile non poſſit, tamen poteſt diminui, vel diſtingui,
vt no. in l. fi. C. ſi contra ius uel vtilita. pu
bli. Dominus Dyn. diſputauit hanc quæſtionem
in c. indultum. extra de regu. iur. lib. 6. & ibi poſt
11 multa concludit, † quòd debita iure naturæ po
teſt in totum tolli per conſuetudinem, vel ſtatu
tum, cùm ſit debita iure poſitiuo, quam ꝑ aliud
ius poſitiuũ tolli pot. Inſti. de legi. agna. tute. §. fi.
Sed quia ſuper caſu pręmiſſo uim cõſuetudinis,
vel ſtatuti ciuitatis Venetiarũ in dubiũ reuocari
non expedit, idẽ præſuppoſita dicta conſuetudine,
vel ſtatuto, uidendum eſt de iure communi,
an dictum ſtatutum, vel conſuetudo ad legitimã
12 referatur, & uidetur quòd non, † quia generalia
verba impediẽtia ius ſuccedendi non referũtur
ad legitimam. hinc eſt, quòd filia, quę excluditur
à ſucceſſione uniuerſali per pactionẽ, ſeu renun-

tiationem

tiationem generalem fratribus ſuis non excludi-
tur à legitima, niſi hoc ſpecialiter fuerit dictum.
C.de inoffi. teſta.l.ſi apud.§.ſi. Idem a fortiori ra
tione dicendum erit in ſtatuto:quia ſi pactum li
beratorium,quod eſt fauorabile,non excludit le
gitimam, ergo. nec generalia verba ſtatuti, vel
13 conſuetudinis,quod † quidem ſtatutum,vel con
ſuetudo eſt odioſum,vel ſaltem mixtum & fauo
re,& odio.C.de lib.præt.l. maximum vitium. &
facit ad hoc quod no. Guliel. de Cuneo. ff. de
tranſactio.l de his. Sed dico contrarium videli-
cet,quòd per dictum ſtatutum onus legitimę re
linquédæ filiab.ſit omnino ſublatum,cùm pater
non teneatur eis quicquam relinquere, ſed poſ-
ſet eas in totum priuare,vt indicant verba ſtatu-
ti, quæ vt mihi præſupponitur ſunt clara. Pro
quo facit quod no.Bar.in l. Titio.§. Titio verſi.
ſed cum ante.ff.de cond.& demonſtra.& ſic iſto
14 caſu † maioris eſt potentiæ ſtatutum, ſeu cōſue
tudo,quàm pactum etiam liberatorium:vt no.
Dy.in prealleg.c.indultum.

15 Tertiò eſt videndum,an † relictum dotis,vel ꝓ
dote, vel nomine dotis ſit purum, vel modale,
vel conditionale,& in hoc ſtat vis quæſtionis,cū
relictum purum tranſmittatur, & idem ſit in re
licto modali,ſed relictum conditionale non niſi
ante mortem legatarij euenerit conditio. C. de
caduc. tollend.l.vnica.§. in nouiſſimo. Videtur
16 primo,† ꝙ ſit purum per d.§. ſed cum ante.Alij
17 dicunt, † quòd eſt modale, quod videtur tenere
Gl.in auc.de ſanctiſ.epiſc.§.ſed & hoc præſenti.
18 Bar.in d.§.ſed cum ante.dicit † ꝙ eſt conditiona
le,quia cùm talis ſtipulatio ſit conditionalis.ff.
de iure do.l.ſtipulationem.& l.promittendo.in
prin.ergo & tale relictum eſt conditionale, cùm
19 licitum ſit arguere † de contractib ad ultimas vo
luntates.ff.de leg.3.l. qui chirographum.& no.
per Gul.in l. pactum.ff.de pac. Itē probat per ca-
ſum.§.ſed hoc præſenti.in auc.de ſanctiſ.epiſc.
& auc.niſi rogati.C.ad Treb.

Nec ob.Gl.illius §.ſed & hoc præſenti, quam
tibi reprobat Iaco.de Belui.quia cùm ibi dicatur
donatio,aut relictū, ſed in donatione cū ſit con
tractus,nō eſt dubiū,ꝙ ſit conditio:ergo & in le-
gato,vt vtrunq; pariter determinetur.ff. de vul.
& pup.l.iam hoc iure.& de impu.& ali. ſubſti.l.
quamuis,& l.hæreditatem,& de prox.ſacro ſcri.
l.in ſacris.Item videtur tex.& Gl. ꝙ ſit conditio
nale.l.in teſtamento.ff.de cond.& demō. Sed in
caſu præmiſſo quamcunq; opinionem ex pręmiſ
ſis teneamus videtur ꝙ dictū relictū non tranſ-
mittatur ad hęredes dictæ pupillæ defunctæ, ſed
debeat apud Petrum remanere. Nam aut dice-
mus,quòd iſtud relictum ſit purum, & tunc: quia
20 † relictum eſt contemplatione certæ perſonæ,
tunc finali deficiente cauſa deficit iſtud relictū.
Dy.vt ff.de adimen.lega.l.alumnæ.§.ab hæredi-
bus. Aut dicemus,quòd ſit modale,& tunc idē
quòd in relicto conditionali ſecundum Pet. vt
dicto verſicu. ſed cùm autem. & eſt ratio: quia
his modis de neceſſitate cohæret legato, cùm
21 † dos non poſſit eſſe ſine matrimonio.l.3.ff.de
iure dot. ſecundum Rayn.de Forli. ſecus ſi mo-
dus non cohæret de neceſſitate legato.ff.de lega.
primò.l.ſi fundum per fideicommiſſum. §. pri-
mo.& de leg.3.l.pe.§. Tuſculanus. Aut dicemus
quod ſit conditionale, quod eſt verius, & tunc
idem: quia tale legatum habet conditionem,
ſeu diem nuptiarum,quæ eſt incerta, & facit cō-
ditionem.ff.de conditio.& demonſtra.l.dies in-
22 certa. & ideò † cùm ſit conditionale: vt C. de
nup.l. ſcimus, non poteſt conditione pendente
tranſmitti. vt in præallega.§. in nouiſſimo. nec
poteſt dici, quòd iſtud relictum habeat in ſe cau
ſam,cuius falſitas non debet vitiare legatū: quia
huic relicto non ineſt cauſa prout ſumitur in
materia legatorum. Nam in legatis dicitur poni
cauſa,quādo eſt de præterito, ſed in caſu noſtro
non eſt de præterito,ſed de futuro:ergo &c.ff.de
conditio.& demon l. demonſtratio.§. quod au-
tem,& ibi per Bar. Nec poteſt dici quòd habeat
in ſe modum,quia per modum grauatur ille cui
ſub modo relinquitur.ff.de condi. & demonſtr.
l.quibus diebus.§.Termilius. & ibi per Bar.ſed
in caſu noſtro non aggrauatur filia cui relinqui-
tur,immò fauorabile tractatur.cùm innitetur ad
nuptias.ff.de conditio.& demonſtratio.l. Titio.
23 §.1.& uidetur caſus in l.Publius.in princi.† vbi
quando aliquid relinquitur in honorem eſt con
ditionale, licet commodum eius cui relinquitur
24 contineat,ſed † ei qui remanet in ſeculo eſt ho-
nor nubere.ff.ad Tertul.l.mulier.§. cùm propo
neretur. Et ſi dicatur, quòd iſtud legatum reſpi-
25 cit commodum legatarij, ergo eſt modale, † &
ſic deficiēte modo non debet extingui legatum.
d.l.Titio.in princ.& no.in §.Termilius.Reſpon
detur quòd non reſpicit merè fauorem iſtius le-
gatarij.immò in fauorem alterius certę perſonę,
ſcilicet viri futuri,& etiam reipublicæ ff.ſol. ma
trimo.l.1.

Ex quibus omnibus concludo, quòd iſtud re-
lictum in caſu pręmiſſo factum filiæ naſcituræ ꝑ
patrem, qui ab onere relinquendi legitimam fi-
liæ eſt per ſtatutum exemptus non trāſmittatur
ad ſucceſſiones ipſius pupillæ, ipſa ante matri-
moniū decedēte,ſed debeat apud Petrū vniuer
ſalem hęredem teſtatoris remanere. Prędicta nō
habet locum ſi pater non eſſet exemptus ab one
re relinquendi legitimam, puta ſi per ſtatutum
ſup hoc diſponeretur, vel fortè hūc caſum omit
26 teret: † quia tūc remaneret in diſpoſitione iuris
communis.ff.de inof.teſt.l. ſi quādo.& de lib.&
poſth.l.Gallus.§.& qd ſi tm̄.& tunc haberet lo-
cum.l.omnino.& l.quoniā in priorib.ff.de inof-
ficioſo teſtamen. Item prędicta non haberent lo
27 cum,† quando expreſsè,vel per coniecturas ap
paret, quòd ille qui relinquit pro dote, vel cau-
ſa dotis, voluit legatum eſſe purum, ut quia
28 hoc dixit, ut in §.ſed cu ante. vel † fortè erat
aliàs legaturus. l. ſi extraneus. ff. de iure dotium

M 2 Idem

9 Idem † ſi eſſet communis vſus loquendi in ciui
tate Venetiarum, vt dos intelligatur propriũ pa
trimonium mulieris etiam non promptæ, verbi
gratia eſt communis vſus loquendi talis pupilla,
vel talis vidua habet bonam dotem, nam tũc ver
bum dotis prolatum à teſtatore intelligitur ſecũ
dum communem modum loquendi, & ſic intel
ligantur verba teſtatoris hoc modo prolata, re-
linquo centum ducatos pro dote filiæ meæ, & ꝓ
patrimonio, & ſic purè, non autem pro dote, q̃
datur occaſione matrimonij, & ſic conditiona-
le. ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen Caſſius.
& de ver. ſig. l. Alphenus. & ita tenet Bart. in d. §.
ſed cùm aute. Et ideo hæredes pupillæ defunctæ
debuiſſent ſuper præmiſſis capitulare, & ſua capi
tula probauiſſe. & ſic videtur Bar. ſentire, qui ſu-
per hoc caſu conſuluit in ciuitate Peruſij, & in-
cipit conſilium ſuum, quæritur, de legatis factis
filiabus pro dotibus, &c.

Et ita dico, & conſulo iuris eſſe Ego Ioãnes
Ludouicus de Lambertatijs V. I. D. in cuius rei
teſtimonium hoc meum conſilium manu pro-
pria ſcripſi, ipſumque clauſi, & ſigilli mei con-
ſueti impreſſione muniri mandaui, &c.
Laus Deo.

CONSILIVM D. IOANNIS LVdouici de Lambertatijs Patauini, V. I. Docto.

CASVS.

DOMINA Dorothea de la Plata
de Tridento filia D. Haule de la Pla-
ta, & D. Gulielmæ de Belenzanis legi
tima, & naturalis, contraxit de volun
tate paterna matrimoniũ per verba legitima de
præſenti, cum nobili viro D. Vigilio de Thono,
& tempore dicti matrimonij contracti, de cõſen
ſu, & voluntate dicti D. Vigilij eius mariti fecit
per ſe, ſuosque hæredes præfato D. Haule ſuo
patri pro ſe, & ſuis hæredib ſtipulanti, & recipiẽ
ti, & ẽt Michaeli filio ſuo legitimo, & naturali, &
dictæ D. Gulielmæ, & fratri vtrinque coniuncto
ipſius D. Dorotheæ quamuis abſenti, & dicti D.
Haule patri ſuo, & ſtipulanti vice, & nomine ip-
ſius Michaelis abſentis, finem & remiſſionẽ, re-
futationẽ, tranſactionẽ, & pactum de vlterius nõ
petendo, ac de omni, & toto eo, quod ad eã ſpe-
ctabat, aut ſpectare, vel pertinere poterat in bo
nis, & hæreditate paterna, & materna, id eſt, hære
ditate D. Haule, & dictæ D. Gulielmæ, parentum 1
dictorũ Michaelis, & D. Dorotheæ, noĩe & occa- 2
ſione inſtitutionis, ſeu ſucceſſionis, aut hæredita
tis, ſiue Falcidiæ ad ſe ſpectãtis iure naturæ, ſiue
alia quacunque ratione, vel cauſa. Et hãc finẽ, & 3
remiſſionẽ fecit, vt ſupra, ꝓ quadrĩgẽtis mar-
cis denariorũ bonæ monetæ de merino, quas D. 4
Vigilius cõtẽtus fuit habuiſſe, & recepiſſe in do- 5
tem, & noĩe dotis dictæ D. Dorotheæ eius vxo
ris à D. Haule eius patre dante, & dotante ac ſol
uente, & dicta D. Dorothea eius filia ibidẽ præ-
ſente, & confitẽte. Abſoluẽs & liberans dicta D.
Dorothea dictum D. Haule pro ſe, ſuiſque hære
dibus ſtipulantem, & etiam vice, & nomine dicti
Michaelis ſtipulanti, & recipienti, & dictã eius
matrẽ D. Gulielmã, ſuosq; hæredes, & bona, &
cuiuſlibet eorũ ab omnib. & ſingulis, quæ prædi-
ctorũ occaſione, aut alia ratione, vel cauſa petere
poſſet. Et quia dicta D. Dorothea minor erat 25.
annis, & maior tñ 14. ſponte, & ex certa ſciẽtia
iurauit corporaliter ad ſancta Dei Euãgelia ta-
ctis ſcripturis oĩa, & ſingula ſupraſcripta, vt di-
ctũ eſt, rata & firma habere, & tenere, & nõ con-
trafacere, vel venire p ſe, vel aliũ aliqua rõne, vel
cã, de iure, vel de facto, nec ẽt rõne minoris æta-
tis, plenè certiorata per notariũ de beneficio re
ſtitutionis in integrũ, &c. vt in inſtrumẽto dictæ
finis ſerioſius continetur, moritur pater, moritꝰ 8
mater. ſ. D. Gulielma inteſtata, vertitur quæſtio
inter dictũ Michaelem & Do. Dorotheã ſup hæ
reditate materna. dicit. n. Michael hæreditatem
maternã in ſolidũ ad ſe ſpectare rõne dictæ renũ
tiationis iuratæ. ex aduerſo dicit D. Dorothea p-
dictam hæreditatẽ maternã ad ſe ſpectare ꝓ par-
te dimidia, cùm dicta refutatio non valuerit, ſtãn
te ſtatuto ciuitatis Tridenti poſito ſub rubr. de
alienationib. factis p minores 25. annos, cuius te
nor infra ſcribitur. Nunc conſulitur quid iuris.

Tenor ſtatuti.

Item ſtatuimus, & ordinamus, q oẽs alienatio
nes, quæ de cætero fiẽt per minores 25. annis de
bonis immobilib. in quibus intelligantur eſſe iu
ra, & actiones, fieri debeant coram iudice, ſiue
uicario, in præſentia quatuor de proximioribus
ipſius minoris palàm, & non occultè, & ex volũ
tate ipſorũ proximorum aſſerentium pro vtili-
tate minoris alienationem fieri, & ſi proximio-
res non habuerit, adhibeantur quatuor de bonis
hominib. amicis ipſius minoris, vel aliis, ſi ami-
cos non habuerit, in electione prędicti iudicis,
vel uicarij; & ſi aliter facta fuerit, ẽt ſi iuramentũ
interuenerit, præſumatur ipſa alienatio fraudulẽ
ta; & in damnum minoris facta, & ipſum mino-
rem doloſè, & fraudulenter fuiſſe inductum ad
alienandum, & iurandum ſuper alienatione.

SVMMARIVM.

1 *Veritas non eſt ſine diuina luce.*
2 *Renuntiatio facta per filiam patri de hæreditate pa-
terna, & materna iuramento firmata, an valeat,
& per totum conſilium.*
3 *Alter alteri regulariter ſtipulari non poteſt, niſi ſit
perſona publica.*
4 *Pater poteſt pro filio vtiliter ſtipulari.*
5 *Ius quæritur extraneo, cum pater ſtipulatus nomine,
& vice filij.*

Succeſſio

6 Succeßio parentum ad filios propter ſpem pertinet.
7 Spes pōt in cōtractu deduci, & ei p pactū renūtiari.
8 Renūtiās poſt eius renūtiationē audiri non debet, niſi tale ius poſſe ſibi competere pbabiliter ignoraſſet.
9 Pactū & ſtatutū eiuſdē potētia, & virtutis iudicātur
10 Pactum dicitur lex.
11 Filius per ſtatutum priuari poteſt legitima, & ſucceßione paterna.
12 Nemini praeiudicat iuri ſuo renuntians.
13 Pactum renuntiationis factum per filiam hęreditatis paternę, & maternę, quot capita habeat.
14 Filius qui in iure inteſtatę ſucceßionis ſolus includitur, nō patitur filiam, eademq́; ſororem ſecum eſſe.
15 Filius vel filia iuramento affirmans contractum, non poteſt contrauenire.
16 Mulier iuramento conſentiens alienationi fundi dotalis, an contrauenire poſſit.
17 Iudex eccleſiaſticus compellere poteſt iudicem ſecularem ad obſeruantiam iuramenti, quoad ſalutem animarum ſtatutum eſt. nu. 18.
19 Contractus qui de iure ciuili effectum habere nō poſſunt per iuramentum robur aſſumunt.
20 Contractus contra publicam vtilitatem, vel contra bonos mores non validatur iuramento. & nu. 22.
21 Pactum de non ſuccedendo non eſt contra publicam vtilitatem, nec contra bonos mores.
22 Ius canonicū cōditū eſſe cōtra rōnem nō eſt dicēdum.
23 Statutū q mulieres nō poßint cōtrahere, ſine cōſenſu duorum propinquorū, & cum iuramento, an locum habeat in filia renuntiante patri. & nu. 90. cū ſeq.
24 Renuntiatio futurę ſucceßionis non nocet.
25 Renūtiatiōes de futura ſucceßione quare reprobētur.
26 Filij ſunt magis meritis ad paterna obſequia prouocandi, quàm pactionibus aſtringendi.
27 Succeßiōis futurę renūtiatio, nec iuramēto cōfirmat.
28 Cauſę laicorum in foro epiſcopali ſecundum ius ciuile ſunt terminandę.
29 Renuntiatio quibus modis valida eſſe poßit.
30 Hęreditas non dicitur viuentis.
31 Spes hęreditatis viuentis fallibilis eſt, & turpis.
32 Contractus ſi iuramento inter partes conficitur, de iure quod debet in ſe habere iuſtitiam, non debet eſſe cauſa circumueniendi.
33 Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.
34 Iuramentum per malitiam pręſtitum, non obligat, & illi obuiandum eſt.
35 Contractus remiſſorius eſt obligationis inductorius.
36 Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum inſinuationem requirit, aliàs nulla eſt.
37 Inſinuationi donationis nō poſſunt partes renūtiare.
38 Forma certa tradita à lege, vel ſtatuto in certo actu fiēdo non ſeruata, quando actus eſt nullus.
39 Probatio contra pręſumptionem iuris, & de iure nō admittitur, niſi per partis aduerſę confeſſionem.
40 Pręſūptioni violētę ſtādū eſt, nec pōt cōtra ipſam allegari cōtrariū, et pſūptio iuris, et de iure appellat.
41 Pręſumptiones legum ſunt liquidiſſimę probationes.
42 Dolus licet ex perſpicuis indicijs ſit probādus, in caſibus in quibus lex dolum praeſumit, praeſumptio legis eſt manifeſta probatio.
43 Inferior legem ſuperioris diſtinguere poteſt, non autem tollere.
44 Ius ciuile licet non poßit tollere ius diuinum, vel canonicum, poteſt tamen illud diſtinguere.
45 Intellectus ad c. quāuis. de pac. lib. 6. & n. 60. & 65.
46 Ius ex facto oritur.
47 Variata iurium ratione, ſecundum varietatem temporum, ſtatuta variantur humana.
48 Legum correctio eſt euitanda, cùm promptum ſit iura iuribus concordare.
49 Pactū quo diſponit de hęreditate tertię pſonę certę viuētis, nō valet, niſi ille cōſenſerit. & vide nu. 54.
50 Pactum de futura ſucceſſione tertię incertę perſonę viuentis ſimpliciter valet. & vide nu. 59.
51 Pactum factum per filiam patri eam dotanti, de non ſuccedendo ſibi, non valet, nu. 56. & 60.
52 Pactum factum patri per filium de non agēdo querela aduerſus teſtamētū paternū, nō nocet filio, quo minus poſt matris mortē querelā intentare poſſit.
53 Stipulatio de inſtituendo aliquem haeredem ſub poena, non valet, & vide. nu. 58.
54 Rationes quare pactū de futura ſucceſſione nō valet.
55 Pactum quod eſt contra bonos mores, & votum captandę mortis inducit, eſt inualidum.
56 Pietas inter patrem, & filiam eſſe debet.
57 Pater qui filiū abdicat à ſucceſſione ſua, dicitur eſſe quaſi nō ſanę mentis, & pietatis officiū derelinqre
59 Hęredis inſtō dēt ex pprio teſtōris arbitrio depēdere
61 Ratio ſpecialis limitat legem.
62 Pactū ſp futura ſucceſſione tertij quare non valeat.
63 Filij matri ex tacita eius voluntate ab inteſtato ſuccedunt.
64 Taciti & expreſſi magna eſt ęquipollentia.
66 Dictionum nec, neque, natura.
67 Sicut quando duę conditiones in aliqua diſpoſitione copulantur confirmatiuè, neceſſe eſt utranq; exiſtere, ſi uerò negatiuè utranq; deficere, ita in duab. rationibus copulatiuis in lege.
68 Statutum an poßit prouidere contra iuramentum.
69 Statutū populi eſt eiuſdē pōtiae ubi uiget, cuius ē lex.
70 Iurans non reducere ad arbitrium boni uiri, intelligitur niſi ex cauſa legitima.
71 Statuto quādo obuiat iuramēto, licet aliqs iuret, ſemp tamē intelligi debet excepta auctoritas ſtatuentis.
72 Statutum populi quid ſit. & nu. 82.
73 Statutum Principis an liget ſubditum extra territoriū delinquētem. Et quid de ſtatuto populi. Et quid de ſtatuto Epiſcopi. & nu. 74. cum ſeq.
74 Statutum Principis eſt ſupremę poteſtatis.
75 Princeps eſt uniuerſi dominus.
76 Statuta condere eſt iuriſdictionis. & nu. 77.
77 Iuriſdictio quid ſit.
78 Epiſcopus & praetor quoad iuriſdictionem condendi ſtatuta ęquiparantur.
79 Statuta populi ſunt permißionis.
80 Singuli de populo ſuis ſtatutis ligantur.
81 Statuta habentur pro iurata.
83 Statutum an dicatur conuentio, uel contractus reſpectu eorum qui tempore ſtatuti conditi non erant. Conuentio quid ſit.

84 *Fictio & veritas, quando æquipolleat.*
85 *Iuramentum ſingularium perſonarum, quæ pro ſingularibus reputantur, ſingulariter interpoſitum, per earum mortem extinguitur.*
86 *Statutum loquens de contractibus minorum, an habeat locum in diſtractibus.*
87 *Statutum imbecillitati minorum prouidens, ad renuntiationes extenditur.*
88 *Mulier facilius circumuenitur.*
89 *Remittens donat.*
91 *Ignominia filij eſt parentum non gaudere fortunis.*
92 *Bonorum paternorum dominium per obitum patris continuatur in filio.*
93 *Si filius, ergo hæres.*
94 *Pater præſumitur bonum conſilium pro filio capere, cùm nullus amor vincat paternum.*
95 *Legitima per ſtatutum populi auferri non poteſt.*
96 *Agnatio per filium, & non per filiam conſeruatur.*
97 *Coniectura cadere non poteſt, vbi omnis certitudo, et nulla dubitatio eſt.*
98 *Pater ex paterna affectu filias dotare tenetur.*
99 *Recedendum non eſt à ſolennitate ſtatuti.*
100 *Pro actu, forma, & ſolennitate, quæ requirantur, et quæ illum vitient.*
Forma tribuit eſſentiam rei.
102 *Formale quid ſit.*
103 *Conſenſus propinquorum à ſtatuto requiſitus, quando interuenire debeat in contractu minorum.*
104 *Ratihabitio, licet repræſentet conſenſum, non repræſentat corporalem præſentiam.*

CONSILIVM LXXVI.

1 SICVT teſtatur beatus Auguſtinus in ſuo ſoliloquio cap. 3. † ſine diuina luce non eſt veritas, adeſt error, adeſt uanitas, non eſt diſcretio, adeſt confuſio, adeſt ignorantia, non eſt ſcientia, adeſt cæcitas, non eſt viſio. Ideò pro inueſtigatione veritatis in caſu præmiſſo, Saluatoris noſtri, ſuæq; dulciſſimæ genitricis Mariæ Virginis glorioſæ ſuffragio humiliter poſtulato poſt iura utrinſque partis plenè diſcuſſa, ueritatem iuxta meum paruum ingenium concludendo ſubijciam.

2 Et primò † arguitur in fauorem Michaelis contra Do. Dorotheam. Pater ſtipulatus fuit à filia nomine & uice filij finem, remiſſionem, refutationem, & pactum de vlterius non petendo de omni iure & actione, ac de omni & toto eo quod ad eam ſpectabat, aut ſpectare vel pertinere poterit in futurum de bonis & hæreditate ipſius patris ſtipulantis, & D. Gulielmæ ſuæ vxoris, & matris dictorum Michaelis, & D. Dorotheę, ex qua ſtipulatione ius filio fuit quæſitum:
3 † quia licet alter alteri regulariter ſtipulari non poſſit. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Inſtitu. de inuti. ſtipula. §. alteri. C. per quas perſo. nob. acqui. l. j. & de inuti. ſtipul. l. ſi auia. ff. de reg. iur. l. quæ tutela. §. fina. niſi ſit perſona publica. ff. rem pupil. ſal. fore l. prima. per Barto. & de adoption. l. non aliter. §. Iulianus. & niſi in alijs caſibus no. inſtitu. de inuti. ſtipul. §. ſi quis alij. & de verbo. obligatio. l. ſtipu-
4 latio ita. §. ſi ſtipulen. per Barto. † Tamen pater poteſt filio vtiliter ſtipulari. de verbo. obligatio. l. dominus ſeruo. & l. quod dicitur. de ſolutio. l. Sticham. §. quæſitum. & de pact. l. & hæredi §. nos autem. Et maximè cùm ſtipulatus fue-
5 rit nomine & uice filij, † ex qua ſtipulatione etiam ius quæri poſſet extraneo: ut notabiliter dicit Glo. in l. huiuſmodi. in princip. ff. de legat. j.
6 † Succeſſio autem parentum ad filios pertinet propter ſpem. ff. de bonis dam. l. cum ratio. in
7 prin. ff. vnde libe. l. ſcripto. in fin. † Et ſpem licitum eſt in contractu deduci, & cõ per pactum renuntiari. de dona. l. ſpem. ff. de pactis l. pactum. in fi.
8 & de cõtrahen. emptio. l. nec emptio. † poſt eius renuntiationem renuntians nõ debet audiri, niſi tale ius poſſe ſibi competere probabiliter ignoraſſet. ff. de inofficio. teſta. l. mater. & de interrogato. actio. l. de ætate. §. ex cauſa. & de acqui. hæredi. l. Clodius Clodianus.
9 Secundò † pactum & ſtatutum eiuſdem uirtutis & potentiæ iudicantur: ut no. de decre. decu. in rub. lib. 10. Et quod poteſt diſponi per uiã pacti. ff. de pact. l. non impoſſibile. & not. ff. de reg. iur. l. neque ex prætorio. & l. neque pignus. §. pri
10 uatorum. Hinc eſt † quòd pactum dicitur lex. ff. depoſi. l. j. §. ſi cõuenerit. C. de pact. l. legem. Sed
11 per ſtatutũ † poſſunt filij priuari legitima, & iure ſuccedendi in bonis parentis ſicut per multas rationes Dyn. diſputando concluſit in c. indultum. de regu. iur. lib. 6 & in l. iura ſanguinis. ff. de regulis iuris. ergo iſta filia potuit ſe priuare
12 per pactum. et † cùm nemini præiudicet qui iuri ſuo renuntiat. ff. de pactis. l. paciſci. extra de regulari. c. ad Apoſtolicam.
13 † Tertiò iſtud pactum renũtiationis habet duplex caput, unum eſt excluſorium per quod filia ſe uoluit excludere à ſucceſſione parentũ. Aliud eſt incluſorium per quod filius includit ab inteſtato in ſucceſſione parentum; licet ergo aliqua ratio poſſit obſtare: quia filia per caput excluſorium à iure ſuccedendi parentibus excludi non poſſit, tamen negari non poteſt, quin per caput incluſorium excludatur: argu. ff. de lega. j l. quod in rerum. §. ſi quis poſt teſtamentum. Et ad hoc optimè facit quod elegantiſſimè not. Bal. ff. ſol.
14 matrimo. l. ſi uerò. §. de uiro. † quia ſi filius in iure inteſtatæ ſucceſſionis ſolus includitur, non patitur filiam, eandemq; ſororẽ ſecum eſſe: argu. ff. cũ mo. l. ſi ut certo. §. ſi duobus. & de caſtrẽ. pecu. l. hæreditati. §. pater.
15 Quartò † eſt remiſſio ſeu refutatio facta per filiam, quæ fuit iuramento confirmata per eam, igitur contra ipſam uenire non poteſt. de pactis
16 quamuis. lib 6. Nã † licet de iure ciuili mulier cõſentire non poſſit alienationi fundi dotalis, tñ ſi iurat ſuper alienatione cõtrauenire non põt. de iureiur. c. cũ cõtingat. Et ſi iudex ſecularis vellet

eam tueri contra . proprium iuramentum . & in
foro ciuili, per iura ciuilia , quę prohibẽt aliena-
17 tionem fundi dotalis. ff. de fun. dota per tot. † Ta
men iudex eccleſiaſticus ab obſeruantiam iuris
canonici per cenſuram eccleſiaſticam compellet
iudicem. de iureiur. licet lib. 6. Et ita in caſu no-
ſtro iudex ſecularis per iudicem eccleſiaſticum
ſimiliter cum illi deeſt, quanuis ad prouiſionem
animarum ſtatuta ſit. Hinc eſt, quòd Ioã. And. in
præalleg. c. licet. de iureiur. no. ad tex ſed ad men
tem ſe referens generaliter ſummando dicebat.
18 † Secularis iudex compellitur per iudicem ec-
cleſiaſticũ obſeruare ius canonicũ, quòd ad pro-
uiſionẽ animarũ ſtatutũ eſt, hoc dicit in ſumma.
19 Quintò † contractus qui de iure ciuili effectũ
habere non poteſt, & robur, per iuramentũ aſſu-
mit robur, & eſſe de iure ciuili, ſicut ſunt cõtra-
ctus minorum. C. ſi aduer. venditio. auc. ſacramẽ
ta puberum . & iuxta inter perſonas inter quas
obligatio cum effectu oriri non poſſit eſt modus
inter eaſdem inducendi obligationem etiam de
iure ciuili. ff. de liber. cau. l. fin. & de oper. liber. l.
vt iuris iurandi in princip. Et idem in aliis pluri
20 mis contractibus, † dum tamen non ſint contra
publicam vtilitatem, vel contra bonos mores: vt
no. Bar. ff. ad l. Fal. l. Seius & Augerius. & plenius.
21 ff. de fideiuſſori. l. ſi quis pro eo. in princip. † Sed
iſte contractus, ſeu pactum de non ſuccedendo
non eſt contra publicam vtilitatem; nec contra
bonos mores: quia non inducit votum captan-
dæ mortis alterius pactum de non ſuccedendo,
ſicut no. Bar. ff. de verb. obli. l. ſtipulatio hoc mo
do concepta. ergo per iuramentum debet etiam
de iure ciuili confirmari; licet Gloſſ. non faciat
differentiam inter pactum de ſuccedendo. C. de
pac. l. fi. C. de collatio. l. pactum. ff. de acqui. hære
dita. l. qui ſuperſtitis. dicens vtroque caſu pactũ
non firmari iuramento. C. de legi. l. non dubiũ.
22 quam differentiam omnino facere debuit, † cùm
non ſit dicendum ius canonicum contra ratio-
nem conditum eſſe 4. diſt. erit autem lex. in au-
then. de trien. & ſemiſſe. §. conſideremus, quo ca
uetur contractum contra bonos mores non con
firmari per iuramentum. de reg. iur. non eſt obli
gatorium. lib. 6. ergo apparet neceſſariò conclu-
di, quòd pactum de non ſuccedendo non ſit con
tra bonos mores.

Sextò & vltimo facit pro Michaele opinio D.
Bald. qui formauit hanc quæſtionem, & eſt quæ-
ſtio 21. in l. pactum. C. de collatio. vbi formali-
23 ter ſic quærit. † Quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd
mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu
duorum propinquorũ et cum iuramento, nun-
quid habebit locum ſtatutum in filia renuntian
te patri; puto q̃ non; quia propter naturalem af-
fectum plurimum patri uidetur eſſe conceſſum:
arg. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius teſtamento.
de hæredi. inſtituen. l. quidam cum filium. de cu-
rato. furio. l. ſi furioſo puberi. & de adulteri. l. 2.
§. fin. Si autem non contrahitur cum patre, ſed
cum aliis remotioribus, qui plerunque malum
capiunt conſilium pro puellis. C. de nuptiis. l. vi
duæ §. ſed ne fortè locum haberet ſtatutum, &
iſta ſunt formalia verba Baldi, ex quibus omnib.
videtur neceſſariò concludendum pro Michae-
le contra do. Dorotheam, &c.

Econtra arguitur in fauorem do. Dorotheæ,
24 & primò ſic. † Renunciatio futuræ ſucceſſionis
eſt à iure prohibita, immò non obſtante renun-
ciatione, renuncians ad ſucceſſionem admittit.
C. de pac. l. pactum quod dotali. & de collatio.
l. pactum. ff. de acqui. hære. l. qui ſuperſtitis, & de
25 ſuis & legi. hęred. l. ſi Huiuſmodi ſi quidem † pa
ctionis, ideò reprobantur: quia odioſę videntur,
& ſępe triſtiſſimi, ac periculoſiſſimi euentus. C.
26 de pac. l. fin. † Sunt enim filij magis meritis ad
paterna obſequia prouocandi. quàm pactionib.
adſtringendi. C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quan-
27 do. † Et nec per iuramentum renuntiatio futu-
ræ ſucceſſionis poteſt confirmari. C. de legi. l. nõ
dubium, & de nup. auct. quod eis, quod expreſ-
ſè tenet Glo. in d. l. pactum. de collatio & in di-
cta l. qui ſuperſtitis: de acquir. hæredita. Et cùm
28 † cauſe ſit inter laicos, licet Epiſcopus habeat iu
riſdictionem temporalem à Principe, cùm ſit
Comes, Dux, & Marchio ciuitatis, & territorij
Tridentini. ſunt in foro ciuili ſeruanda iura ciui
lia. de appellationib. l. ſi duobus. de foro compe.
cap. quod clericus. C. de inceſt. nup. l. qui contra.
per Cyn.

29 Secundò † nulla renunciatio poteſt eſſe firma,
& valida, niſi altero de duobus modis, vel re, vel
ſpe, ſed hæc renunciatio hęreditatis maternæ nõ
30 poteſt valere, † cùm viuentis non ſit hæreditas.
ff. de hæredi. vel actio. vend. l. prima, & de acqui.
hær. l. neminem, cùm ibi aliqua operatio actiua,
vel paſſiua eſſe non poſſit. ff. de iniuſto teſta. l. nã
& ſi ſub conditione. § poſt defectum. ff. de con-
ditio. & demonſtra. l. Titio vſusfructus rerum
amotarum. l. ſi concubina. & ff. de reg. iur. l. non
31 poteſt videri dediſſe. Item nec ſpe: † quia fallibi-
lis eſt. ff. de inoffic. teſtam. l. nam & ſi parentibus.
in princ. C. de legit. hære. l. de emancipatis. Et tur
pis eſt talis ſpes. ff. de verbo. obligatio. l. ſtipula-
tio. hoc modo concepta. C. de inutilibus ſtipula
tio. l. ex eo & no. in l. pactum. C. de collation. er-
go impoſſibilis. ff. de conditio. inſtitutio. l. filius.
& l. conditionem. ff. de verb. oblig. l. generaliter.
Et per conſequens in obligationem cadens. ff.
de reg. iur. l. impoſſibilium. & de ſtatu libe. l. cùm
32 hæres. in princ. tunc ſi † contractus iuramento
inter partes confectus ſit de iure, quod debet in
ſe habere iuſtitiam, non debet eſſe cauſa circum-
ueniendi. ff. de tranſa. l. cum ij. §. ſi cum lex. de li-
bera. cau. l. ordinata. C. de legi. l. non dubium.
33 † cum iuramentum non debeat eſſe vinculum
iniquitatis de iureiur. c. quanto malitiis hominũ
34 qui faciliter procurarent † huiuſmodi iuramen-
tum interponi obuiandum eſt. ff. de rei vend. l. in
fundo, & de reſc. c. ſedes Apoſtolica.

Tertiò

35 Tertiò arguitur ad idem: † quia contractus re
ſutatorius ſeu remiſſorius, eſt donationis indu-
ctorius. C. de don. l. ſi donationis. ff. eo. l. j. & qb.
mod. pign. vel hypo. ſol. l. j. in princip & q̃ ibi
not. in prin. magnę Glo. ff. de regul. iur. l. ſi quis
36 obligatione. & l. donari. † Sed contractus dona-
tionis excedentis ſummam quingentorum au-
reorum requirit inſinuationem, ſicut in caſu no-
ſtro, alioqui eſt inualidus. C. de donatio. l. data.
37 & l. donatio. & l. ſcimus. † Nec partes poſſunt re
nuntiare tacitè vel expreſsè, ut nolunt prædi-
cta iura. & inſtit. de donatio. §. ſed cùm retro, etiã
cum iuramento per theoricam Bar. ff. de fideiuſ.
l. ſi quis pro eo. in prin.

38 Quartò non videtur ambiguum eſſe † quòd
iſta refutatio futuræ ſucceſſionis non valeat pro-
pter ſtatutũ quod ſuper obſeruatione certę for-
mæ diſponit & interueniente iuramento, videli-
cet quòd interueniat pręſentia iudicis, & aliarũ
perſonarum, prout continetur in ſtatuto. Quæ-
dã ergo ſunt quæ ſola uoluntate deduci poſſunt
ad eſſe perfectum, ut ſunt contractus qui ſolo cõ
ſenſu contrahuntur, & tunc non exigitur alia
forma. C. de actioni. & obliga. l. ſicut. ff. eod. l. cõ-
ſenſu. & inſtitut. de obliga. quæ ex conſenſu. in
princip. Quędam tamen ſunt quę nolendo per-
ficimus: quia non eſt medium inter voluntatem
& eſſe. ff. de acquir. hær. l. Paulus. Quædam ſunt
quæ ſub certis finibus volumus, & aliter non, &
tunc ſi modus reſiſtit naturæ actus non valet. &
eo. c. actus legitimi. de regul. iur. lib. 6. Quædam
ſunt quæ ſola voluntas non deducit ad eſſe per-
fectum, ſed requiritur certus modus & certa for
ma, ut in caſu noſtro, & tunc illa prætermiſſa, to
tum omiſſum eſt. ff. de verb. obli. l. qui Romæ. §.
Flauius Hermes. de tranſac. l. cũ ij. §. ſi pretor.
Forma ergo tradita per ſtatutum, cùm ſit ſubſtã-
tialis, ſi diligenter ponderentur verba ſtatuti,
omitti non debuit: quoniam iuramentum muta
re non potuit, cùm ſtatutum maximè obuiet iu-
ramento, qua non ſeruata, renuntiatio deficit in
ſubſtãtia. C. de acceptilatio. l. ap inutilis. in prin.
ff. de ſtatu homi. l. non ſunt liberi. de elec. c. quia
propter. de reſtitutio. ſpoliato. c. in litteris.

39. Quintò † cõtra præſumptionẽ iuris & de iu-
re non admittitur probatio. C. arbit. tut. l. fin. ad
Velleia. l. antiquæ. niſi per confeſſionem partis
aduerſę, ut not. C. de donatio. ante nup. auct. ſed
iam neceſſe, & in aucten. de æqualita. do. § aliud
40 quoque. Item † violentiæ pręſumptioni ſtandũ
eſt omninò, nec poteſt contra ipſam allegari cõ-
trariũ. c. tẽ in præſenti. § j. diſpoſitionis qui. 11.
q. j. c. ſi quis clericorum, & hæc appellatur præ-
ſumptio iuris & de iure. de ſponſali. ad id quod
qui matrimoni. accuſa. poſſ. c. inſuper. & no. Ber.
in d. c. ſi quis. ſed ſtatutum quod reijcit iuramẽ-
tum non ſeruata forma, pręſumit iuramentum
non rectè conceptum: quia per fraudem & dolũ
extortum; ergo ab hac pręſumptione recedi nõ
41 poteſt, † cũ præſumptiones legum ſit liquidiſ-
ſimæ probationes. ff. de legat. primo. l. licet Im-
42 perator. † Et licet dolus ex perſdicuis indicijs
ſit probandus. C. de dolo. l. dolum. ff. de probat.
l. quoties. § qui dolo. tamẽ. in caſibus in quibus
lex dolum pręſumit præſumptio legis eſt manife
ſta probatio. ff. ad leg. Falci. l. dolo. & mandati. l.
ſi procuratorem. § dolo.

43 Sextò & ultimò, † ſicut inferior qui nõ poteſt
tollere legem ſuperioris, vel eſſe ſibi ęqualis põt
tamen eam diſtinguere. ff. de arbit. l. nam & ma-
giſtratus. ad Trebellia. l. ille à quo. §. tempeſtiuũ.
a t. diſtin. inferior. de maiorita. & obedien. cum
44 inferior. † Ita ius ciuile quod non poteſt tollere
ius canonicum, vel diuinum, poteſt tamen illud
diſtinguere, ut not. C. ſi contra ius vel vtili. pub.
l. fina. Sed ius canonicum vel diuinum quod di-
ſponit iuramentum non debere cuſtodiri, non
tollitur per ſtatutum, ſed bene diſtinguitur ſi be-
ne ponderetur ſtatutum: ergo ſtandum erit ſta-
tuto. Nam ſi ſeruabitur iuramentum. aliàs non.
Item ſi iuramentum non erit per dolum expreſ
ſum vel præſumptum, extortum ſeruabitur iura
mentum, vel abſolutio poſtulabitur, de iureiur.
debitores. cum ſimilib. Ex quibus omnibus uide-
tur neceſſariò concludendum contra Michaelẽ
pro D. Dorothea.

Viſis iuribus & rationibus faciẽtibus pro utra
que parte, ut veritas plenè diſcutiatur, plura exa
minanda ſunt. Et primò intellectus. c. quãuis. de
pact. lib. 6. Et ſecundò intellectus ſtatuti Tridẽ-
tini. Tertiò conceptus quem habuit D. Bal. in l.
pactum. C. de collatio. in 21. q. de qua in ultima
ratione pro Michaele feci ſuperius mentionem:
quibus examinatis, ad deciſionẽ quæſtionis iuxta
meum conſilium cũ diuino auxilio condeſcẽdã.

45 Et quia primo examinandum aſſumpſi † intel
lectum. c. quanuis, multum pondero quòd varij
& diuerſi ſunt caſus iurium, quibus pactũ de fu-
tura ſucceſſione ꝓhibetur, & licet omnia illa iu-
ra ad hoc cõmuniter allegentur, tamen inter eos
magna diuerſitas in facto cõſiſtit, propter quam
eſſe in iure plerunque diuerſitas ſtatuitur, licet
46 quandoque omnis identitas viſa fuerit, † & ideò
dicit lex, quòd ex facto ius oritur. ff. ad leg. Aqui.
l. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino. proptereà nõ
47 eſt reprehenſibile iudicandum, † ſed variata iu-
rium ratione ſecundum varietatem temporum
ſtatuta variantur humana, de conſanguinita. &
affinita. c. non debet. & not. C. de furt. l. apud an
48 tiquos. Et † quia legum correctio eſt euitan-
da, cum promptum ſit iura iuribus concordare.
C. de inoffi. teſtamen. l. j. de electio. c. cum expe-
diat. lib. 6. non eſt dicendum, quòd correctio
vnius legis in ſuo caſu inducat correctionẽ alte-
rius habentis caſum omnimodo diuerſum, licet
vtraque lex in ſuis caſibus viſa fuit identitatem
rationis habere, & maximè ſi ex lege corrigente
poteſt corrigi ratio in ſuo caſu conueniens & in
altero caſu diſconueniens, quanuis etiam alia ra
tio colligi poſſit, quæ ad vtrũq; caſum videatur
eſſe

eſſe conformis.C.de appellatio.l.præcipimus.in
ff.in auc.quib.mod.natural.efficiã.ſui. §.cribus.
Reſtat nunc videre qualiter diuerſificẽtur ca-
ſus in iuribus quę communiter allegantur, quòd
49 pactum de futura ſucceſſione prohibetur.† Pri
mò enim habemus legem quę dicit quòd pactũ
inter aliquos de futura ſucceſſione alicuius ter-
tiæ perſonæ certæ uiuentis non valet, niſi cõſen-
ſus ipſius interueniat.C.de pact.l.fin.& ff.de ac-
50 quiren.hæredita.l.qui ſuperſtitis.Secundò † ha-
bemus legem dicentem quòd pactum factum in
ter aliquos de futura ſucceſſione tertiæ incertæ
perſonæ viuentis ſimpliciter valet ff.pro ſocio l.
51 3.§.de illo.Tertiò habemus leges dicentes † q
pactum factum per filiam patri eam dotanti de
non ſuccedendo ſibi nõ ualet.C.de pact.l.pactũ
quod dotali.& de collationi.l.pactum dotali.&
ff.de ſuis & legiti.hæredib.l.finali.
52 Quartò habemus legem † quòd ſi filius cer-
tis rebus acceptis à patre pactus fuerit aduerſus
teſtamentum paternum querelam inofficioſi te-
ſtamenti non mouere, poteſt non obſtante pa-
ctione querelam intentare:quia talis pactio non
valet.C.de inofficio.teſtamen.l.ſi quando. §.j.
53 Quintò habemus legem dicentem,† quòd ſi ſti-
pulor ab aliquo certam pœnam niſi me hæredẽ
inſtituat, ſtipulatio non valet.ff.de verbo.obliga
tio.l.ſtipulatio hoc modo concepta Et omnium
iſtarum legum ratio generalis eſt : quia pactum
de futura ſucceſſione, cùm ſit contra bonos mo-
res, valere non debet.& in hac ratione ſtant Glo.
& Doctores nõ quærentes in earum ſingulis ſpe-
cificas rationes, quas tamen conuenit in earum
ſingulis per ordinem deſignare.
54 Quæ eſt igitur † ratio l.fin.C.de pact.Reſpon
deo ratio generalis eſt, quia pactũ de futura ſuc-
ceſſione, cùm ſit contra bonos mores, nõ ualet:
ſed ratio ſpecifica eſt:quia uotum captandę mor
55 tis inducit.† unde non valet, ne homines ducan
tur faciliter ad delicta.ff.de pact.dotali l.conue-
nire.Facit quod not.Innõ. in c. Quintauallis.de
iureiur.& Guliel.de Cuneo in l.ſi vnus.§.illud.
ff.de pact.Rayn.de Forli.ff.de arbit.l.pen.& fina.
& Bar.ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.
Eſt & alia ratio quę ponitur in d.l.fin. in fi. per
legiſlatorem ſic dicentem; In alienis rebus cõtra
domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta
temporum meorum non patitur, & ex ijs appa-
ret ratio l.3.§.de illo.ff.pro ſocio. nam ibi cùm
perſona ſit incerta ſuper cuius hæreditate paciſci-
tur, non imminet periculum captandę mortis al
terius, nec domini voluntas exquiri poteſt. pro
quo facit de conceſſio.præben.c.ne captandę lib.
6. Ratio autem l.pactum, cum ſuis cõcordantijs
generalis eſt; quia de futura ſucceſſione. Sed ra-
tio ſpecifica eſt : quia filia per talem pactionem
ſubducitur à reuerentia quam debet patri. ff.de
56 iuſti.& iure l.2.†.& à pietate quæ eſt inter patrẽ
& filiam.C.de re.iur.l.officio, & ibi not.& ff.de
57 curato.furio.l.furioſi.Videt † pater qui filium ab
dicat à ſucceſſione ſua, dicitur eſſe quaſi nõ ſanæ
mentis, & pietatis officiũ derelinquere.ff. de in-
officio.teſtamen.l.calore. Et iſtæ rationes colligũ
tur ex tex.l.ſi quando. §.i.C.de inofficio.teſta-
men.quæ ad eandem legem ſunt ſimiliter ſpeci-
ficæ ratione, licet generalis ratio ſit, quòd pactũ
de futura ſucceſſione non ualet, ideò talis pactio
ibi reprobatur.
58 Ad † l.ſtipulatio hoc modo.aſſignatur ratio
generalis:quia eſt de futura ſucceſſione.ſed ratio
ſpecialis eſt:quia per talẽ ſtipulationem promiſ-
ſor faceret ſe inteſtabilem:quia hæredis inſtitu-
tio in eius propria voluntate non eſſet.ut ff.de hę
59 redi.inſtituen.l.illa inſtitutio.† Debet enim hæ
redis inſtitutio ex proprio teſtatoris arbitrio de
pendere, cũ teſtm̃ ſit publici iuris.ff.de teſtamẽ.l.
teſtamenti factio. Et in omnibus quinque caſi-
bus præmiſſarum legum non poteſt de iure ciui
li pactio iuramento firmari, ut not.Glo.in d.l.pa
ctum.& in l.qui ſuperſtitis.
60 Sextò † habemus decretalem dicentem pactũ
factum patri à filia dum nuptui traderetur, ut do
te contenta nullum ad bona paterna regreſſum
haberet, quanuis illud improbet lex ciuilis, ſi cũ
iuramẽto nõ ui nec dolo pręſtito firmatum fue
rit ab eadẽ omnino ſeruari, de pactis c. quãuis.
lib.6. Et ratio generalis huius Decretalis ſubijci
tur ibi, in tex.cum vergat in æterne ſalutis diſpẽ-
dium, poſteà ſubijcitur ratio ſpecialis, nec redũ-
det in alterius detrimentũ, quę ſpecialiter diſpo
nit ſuper caſu l.pactum.cum ſuis concor.indubi
tanter corrigit eas dum de ipſis expreſſam faciat
mentionem caſuum illarum legum ſpecialiter ex
primẽdo. Vnde licet generalis ratio alijs ſuperio
ribus iuribus poſſit cõuenire, tamen ſpecialis ra
tio non conuenit. Nam ſi in caſu quæſtionis no-
ſtræ renuntiatio hęreditatis maternæ facta patri
matre uiuente nõ cõſentiente poſſet confirmari
per iuramentum, nonne talis pactio redundaret
in pręiudicium matris, cuius uotum eſt vt filij tã
maſculi quàm fęminę ſibi ab inteſtato ſuccedãt.
ff.de inofficio.teſtamen.l. nam & ſi parentibus.
& unde libe.l.ſcripto. Quinimò ſatis manifeſtè
comprehenditur ex ratione ſpeciali illius Decre
talis, quòd Papa voluit corrigere.l.fin.C.de pact.
nam ideò ibi dicit Papa pactum cum iuramento
firmari:quia non uertitur in alterius detrimẽtũ:
ergo ſi verteretur in alterius detrimentum, ſecus
61 eſſet:quia † ratio ſpecialis limitat legem.ff.de le-
gat.2.l.cũ pater.§.dulciſſimis.& de re mili.l.mi-
lites agrũ.in prin.& Imperator dicit in d.l.fin.
ideò pactum non valet ſuper futura ſucceſſionę
62 tertij : † quia non debet fieri pactio ſuper rebus
alterius contra ipſius voluntatem. & poteſt eſſe
ratio rationis:quia paciſcẽdum contra ipſius uo
luntatem fit ſibi pręiudicium : argu. Inſtitut. de
actioni.§.ſic itaque. maximum enim pręiudiciũ
matri fuiſſet, ſi prætextu talis pacti iurati, filia nõ
deberet ſimul cum filio ſibi ab inteſtato ſuccede
63 re:quia † per tale iuramentum circũuenta eſſet
tacita

tacita eius uoluntas ex qua filij ſibi ab inteſtato
ſuccedunt.ff.de iure codicillo.l.2.& l.conficiun-
tur.in prin. nec minus præiudicatur alicui ſi fra-
64 gatur expreſſa. †cum taciti & expreſſi æquipollē
tia magna ſit.ff.ſi cer.per.l.cum quid.ff.de verb.
obliga.l.Titius.
65 †Præterea in d.c.quamuis.eſt duplex ratio co-
pulatiuæ & negatiuę concepta. nam illa ſecunda
negatiua ibi poſita reſoluitur in copulā & nega-
tiuam non.quaſi dicat,cùm nō uergat in æternæ
ſalutis diſpendium, nec redundet, id eſt, & non
66 reddundet in alterius detrimentum. † Nam de
natura iſtarum dictionum nec, neque, eſt quòd
habeant copulatiuam implicitam, & negatiuam
explicitam.C.de ſeruis fugiti.l.j. ff. de reg.iur. l.
67 neque interdicto.Sed ſicut† quando duæ condi
tiones in aliqua diſpoſitione copulantur counfir
matiuè,neceſſe eſt utranq; exiſtere,ſi verò nega-
tiuè neceſſe eſt vtranque deficere ff. de conditio.
inſtitutio. l. ſi hæredi plures. de reb. dubijs. l. ſi
is qui ducenta. §.vtrum.de reſcript.c.ex parte.&
ibi nota. Ita in duabus rationibus copulatiuis
in lege. ff.de ijs qui not.infam.l.liberorum. §.j.
Inſtitu.de nupt.§.affinitatis. in auten. de teſtit.
& ea quę par.mēſe.§.fin.Sed in caſu noſtro utra
que ratione poſita in c.quāuis.non deficit: ergo
non habet locum determinatio illius Decreta-
lis.Ex quibus apparet caſum iſtius quæſtionis eſ-
ſe in l.ſi C.de pac.& d.l non eſſe correctam.

Vereor tamen ꝙ iſta inueſtigatio apparebit
Dominis Canoniſtis pernirioſa ſubtilitas, iuxta
not.per Ber.de iudi.in c.dilecti. Sed præſuppoſi
to quòd iſta inueſtigatio non ſit grata Dominis
Canoniſtis, tamen ut eorum non grauetur intē
tio,pro defenſione D. Dorotheę examinandum
eſt ſtatutum ciuitatis Tridenti. & primò uiden-
68 dum eſt.† An per illud ſtatutum potuerit proui-
deri contra iuramentum.Reſpondeo quòd Bar.
format iſtam quæſtionem in l. omnes populi. ff.
de iuſti.& iu.in 3.q.principali.vbi formaliter ſic
inquit;Quòd ſi ſtatutum dicit ꝙ cōtractus mino
rū non valeant,etiam ſi fuerit iuratum,tunc prę
ſumantur minores dolo inducti,certè ualet ſtatu
tum: & quia dolus eſt qui violenter pręſumit ꝙ
per ſtatutum poteſt iuramētum ſine peccato cō
temni,de iureiuran.c.cum contingat.& de pact.
c.quamuis.lib.6.de iureiur. c. licet. eo. tit. & ita
uidi iam iudicari.& hoc ſentit Iacob.de Beluiſo
in quadam ſua diſputatione. hæc ſunt formalia
verba ſua. Et idem tenet D. Bald.C.de collatio.l.
pactum.in 5.q. formaliter,ita dicens. Quęro an
per ſtatuta ciuitatum poſſit prouideri ne ua-
leat iuramentum.Reſpondeo ſic quia lex habet
uim Apoſtolici,ut not. in l.adigere. in §.quam-
uis.ff.de iure patro.& iſta ſunt uerba ſua ſpecia-
lis in materia noſtræ quæſtionis prolata. Quid
vltra licet tantorum Doctorum non conſtaret
auctoritas,tamen uolo firmiſſimas pro confir-
matione prædictæ opinionis adducere rationes.
69 †Statutum populi eſt eiuſdem poteſtatis ubi vi-
get,cuius eſt lex communis ubique.ff.de iuſti. &
iure l. omnes populi. ſed ius ciuile reſiſtit.iura-
mento,& facit iurantem contrauenientem iura-
mento non eſſe periurum, ergo & ſtatutum. ff.
qui ſatiſda.cogant.l.fina.C. de non nume. pecu.
l.fin.ff.ad municipal.l.fina.in prin. per quę iura
70 determinatum eſt†quòd licet quis iuret non re-
ducere ad arbitrium boni uiri,intelligitur niſi ex
cauſa legitima , de iureiuran.c.Quintauallis. per
Iuno.ff.de pact.l. ſi unus. §. illud. per Gul. ita in
caſu noſtro,cùm minor iurat non contrauenire,
intelligitur niſi ex cauſa legitima.
71 Pręterea† quando ſtatutum obuiat iuramen-
to licet aliquis iuret, ſemper tamen intelligi de-
bet excepta auctoritas ſtatuentis.de iureiuran.ue
nientes.11.q.3.qui reſiſtit.ff.ad municipal. l.Im
peratores.& not.per Bern.de reſcript.cap. conſti
tutus.& per Iacob.de Beluiſ.de noua fidelitatis
forma cap.uno.

Pręterea cur poteſt conqueri qui non ſeruata
forma ſtatuti contrahit cum minore interpoſito
iuramento:quis com illum ſtatutum populi cō
firmatum tamen per dictum Epiſcopum ex ſua
72 propria intētione cōuincitur.†Quid enim aliud
eſt ſtatutū populi,quàm ſingulorum in uniuer-
ſum conſenſio. C.de decre. decurio.in rub. Vn-
de cum interrogatus eſſem dum repeterem cap.
ut animarum. de conſtitutio.lib 6.à Reuerendo
patre D. Petro de Nogalina de Polonia Epiſco-
po Carcouienſe egregio Vtriuſq; Iuris Doct. &
aliàs diſcipulo meo, tunc Legato Regis Polonię
73 ad ſedem Apoſtolicam.†Quare ſtatutum Prin-
cipis ligabat ſubditū extra territoriū Imperij de
linquētem.C.de commercijs & mercator.l. mer
catores. & de eunuch.l. 2. & ſtatutū populi ſimi
liter ligabat omnem delinquentem extra territo
rium ciuitatis. de decret.ab ordi. facien.l.fin. ſed
ſtatutum Epiſcopi uel prætoris non ligabat ſub
ditum delinquentem extra territorium ſtatuen-
tis, de conſtitutio.c.ut animarum.§. ſtatuto. lib.
6.de iuriſ.om.iudi. l. ſi. plures reſponſiones de-
di,& inter cæteras hanc adieci quę ad propoſitū
74 noſtrum facit. † Statutū Principis eſt ſupremæ
poteſtatis.ff.de conſtitu. Prin. l. j. inſtitu. de iure
75 natu. §. ſed quod Principi. † Vnde cū princeps
ſit dominus uniuerſi,licet nō actu: tā habitu. ff.
ad leg.Rhodi.de iac.l.depreca.ff.de excu.tuto.l.ſi
& ſeq duas.§.Grāmatici.C.de quadr. pręſcriptio.
l.bene à Zenone.9.q.3.cuncta per mundum.&
c.per principalem.quicunque deliquit extra ter
ritorium Imperij ſi eſt ſubditus Imperio,cùm ſit
dignus legum laqueis innodari, ligatur ſtatuto
Principis: ut d.l.2 & d.l.mercatores, ubi uō eſſet
ſubditus non.C.de legit.tuto.l.j. C.de ince. nup.
l.ab inceſtis. quia non meretur legū laqueis in-
76 nodari.arg.C.de adul.l.quę adulterij. † Statutū
epiſcopi uel prætoris eſt iuriſdictionis. C. de of-
fic.præfe.prœto.l.forma. Et ideò dicit Glo. quòd
77 †iuriſdictio eſt ptās de publico introducta cum
neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ,

&

78 & ſic facere ſtatuta, † reſcriptum Epiſcopi vel
prætoris eſt iuriſdictionis,ut not.in l. j. ff. de iu-
riſdic omn. iudic. Nam æquiparatur Epiſcopus
& prætor quo ad hoc ff. de uerb.oblig. l. ſtipula-
tionum.in prin.per Bar. vnde non poteſt exten-
di poteſtas ſtatuti ſui niſi quatenus extenditur
ipſius iuriſdictio,ut d.l.fin.& d. §. ſtatuto. quòd
poteſtas ſua circunncluſa eſt territorio, & per cõ-
ſequens limitata.ff.de uerb.ſign.l.pupillus. §.ter
79 ritorium.& de offi.leg.c. nouit. † Statutum po-
puli eſt permiſſionis.l omnes populi. ff. de iuſti.
& iur. Vnde tale ſtatutum dicitur quædam con-
80 uentio populi, ut ſupra dixi. † hinc eſt quòd ſin-
guli de populo ligãtur tali ſtatuto quaſi ex pro-
pria conuentione:ut not.in l.nec ex prętorio. &
l.neque pignus.§ priuatorum.ff.de regu. iur. Et
ideò ſicut ex propria conuentione quis ligatur
extra territorium,& debet eſſe territorium intra
territorium.ff. de actio. & oblig. l. cõtraxiſſe. ita
per tale ſtatutum ligatur ciuis delinquens extra
territorium, ut d.l fin.de decret.ab ordi.facien.

Nunc rediens ad propoſitũ,ꝙ iſte qui contra
hic cum minore ligatur ſtatuto quaſi ex propria
conuentione præcedente hunc contractum iura
tum,unde prima conuentio reſultans ex ſtatuto
præferenda eſt ſecundę conuentioni iuratę,cùm
ſtatuti ſolennitas non fuerit adhibita & maximè
81 † cùm ſtatuta ſint iurata vel habita pro iurata
propter auctoritatem populi, iuxta materiam.l.
omnes populi.

82 Pretereà † dicit quòd ſtatutum eſt ſanctio ſan
cta,& quod eſt commune præceptum virorum
prudentium cui decet omnes homines obedire.
ff de legi.l.j & 2. Et confirmantur præmiſſa per
Io.And.in c.licet.de iureiur.lib. 6.qui quærit in
ultima Glo. quid ſi mulier iurauit non alienare
dotem,vel donationem propter nuptias,nec alie
nationi cõſentire niſi ex rationabili cauſa, & au-
ctoritate iudicis,poſtea alienauit, uel alienationi
conſenſit non auctorizante judice,& iurauit nõ
contrauenire, & reſpondet quòd primum ſerua
bitur:arg.de iureiu.c. ea te. & c. intellecto. & in
auctẽ.de aliena.& emphy.§. ſanctiſſimas. Idem
tenet Hoſtien.in c.cùm contingat. de iureiu.&
Archi.& Io.Mona.in d.c.licet. Ex quo infertur
in caſu noſtro,ꝙ cũ ſtatutum populi ſit quædam
ciuium conuentio iurata, vel habita pro iurata
aſtringens tam patrem quàm filiam, ſeruandum
erit ſtatutũ nõ obſtãte ſequenti cõtractu iurato.

83 Sed contra prędicta obijcit, † iſte pater & iſta
filia non erant in rerum natura tempore cõfecti
ſtatuti:ergo tale ſtatutum reſpectu eorum non
poterit dici conuentio, cùm conuentio ſit con-
tractus ex quo perſonalis naſcitur obligatio. In-
ſtitut. de obligatio. in princip. propterea iura-
mentum fuit diſſolutum,de iureiu.c.ueritatis.

Redeo ad primum quòd populus dicendus
eſt ille q fuit hodie ſunt mille anni, & eadẽ ſunt
capita populariũ fictione iuris, licet in ſubſtãtia
ſpecificata in numero & in veritate ſint diuerſa.
ff.de iudici. l. proponebatur. ff. de leg.j. l.grege.
& l.ſi grege. Cùm ergo iuris fictione ſint de eiſ-
84 dem capitibus,quæ tũc erant,† quæ fictio & ue
ritas æquipollent.ff.de uſucap.l.ſi is qui pro em-
pto.C.de ſenten.paſſ.l fin.ff. de liber. & poſthu.
l.Gallus.§.quid ſi is tale ſtatutum.& reſpectu eo
rum dicetur conuentio.

85 Ad ſecundum reſpondeo † quòd iuramentũ
ſingularium perſonarum, quæ pro ſingularibus
reputantur ſingulariter interpoſitum per earũ
mortem extinguitur, ut in d.c.veritatis iuramen
tum verò interpoſitum, vel habitum pro inter-
poſito ſuper ſtatuto ciuitatis à ſingularibus per-
ſonis tanquàm ab vniuerſitate, non extinguitur
per mortem earum,cùm ſucceſſores reputentur
eędem perſonę cum illis: quia in locum earum
ſubrogatæ ſunt,ut probant dicta iura. Sed ſi uni
uerſitas tota diſſolueretur, ut quia totus popu-
lus periret ſimul,vel ciuitatẽ derelinqueret ani-
mo nõ redeũdi, aut ciuitas aratrũ pateretur, ſi-
cut Troia,iſtud tale iuramentum extingueretur:
quia tunc populus qui eſt perſona ficta, uidere-
tur extinctus.ff.quib.mod.uſusfruct amitta. l. ſi
uſusfructus legetur. & ibi notat Sed ciuitas Tri
dẽti nõ fuit, nec erit huiuſmodi,ergo &c.immò
ſub auſpicio optimo. p. p. & domi. D. Georgij
miſeratione diuina Epiſcopi, Marchionis & Du-
cis ac Comitis Tridenti,replebitur optimatibus
ac alijs mercatoribus & ciuibus præſtantiſſimis:
quia impleuit eum Deus Spiritu Sancto[& intel
lectu Ecc.5.& omnia quę locutus eſt vera ſunt,
& non eſt in ſermonibus ſuis vlla reprehenſio,
Iudicum 8 [& ideò Laudate cœli, exultet terra:
quia conſulatus eſt populus dominũ ſuum. Iſaiæ
49. Non enim erat uir de filijs Iſrael melior il-
lo, Regum 8. quia quaſi vas auri ſolidum or-
natum omni lapide pretioſo, & quaſi Sol efful-
gens, effulget in templo Dei. ut Eccl.l.& cuncta
fecit conſilio uirorum ſcientium leges & iura.
hoſt.præſ.

86 Secundò uidendum eſt, † an dictum ſtatutum
quod videtur loqui de contractibus minorum,
habeat locum in diſtractibus eorum, videlicet in
liberationibus & remiſſionibus, & dicẽdum eſt
quòd ſic.ff.ſol.mat.l.Mæuia.§.j.not. ff. de cõtra.
87 iudi.tute.l. 3. §. contrarium. † Et hoc ſtatutum
imbecilitati minorum prouidens ad renuntia-
tiones omninò extendi debet.ff.de minori. l. iu-
88 dex.& maximè ſi eſt mulier: † quia facilius cir-
cumuenitur.ff.de dolo.l.doli.§.diuerſum.& per
Bar.ff.de acquiren.hæred.l.mutum.§.j.& hoc te
net Bald.in d.l.pactum. C. de collatio.in 16. q.
89 & confirmatur: † quia qui remittit donat ff.de
regul.iur.l. ſi quis obligationem. cũ cõcordanti.

Nunc examinari oportet conceptum D. Bal.
quem habuit in l.pactum.C.de collationi.in 21.
90 q.dicens † quòd ſtatutum diſponens quòd mu-
lieres nõ poſſint contrahere ſine conſenſu duo-
rum propinquorum,etiam cum iuramento, nõ
habet locũ in filia renuntiante patri, propter na-
turalem

turalem affectum patris: ſed in renuntiatione fa-
cta alijs proximis, qui plerunque malum conſi-
lium capiũt pro puellis. C. de nuptijs. l. viduę. §.
ſed ne fortè. Quis ergo potuit eſſe cõceptus tam
ſolennis, & tam conſcientiati Doctoris nonne
ſi quæſtio ſua intelligatur in filia renuntiante
ſucceſſionẽ paternam ipſi patri, ut quæſtio ſit
cõformis materiæ, vel pactum ſuper qua forma
tur, quod in dubio eſt præſumendum, vt ſermo-
nes conſonent ſubiectæ materię. ff. de uſur. l. ſi
ſtipulatus. & locati l. ſi vno. & de in diem addi. l.
Imperator. ſua determinatio eſt crudelis. cũ eui-
denter appareat patrem malum cõſilium cępiſſe
91 pro filia. † cùm ignominia filijs ſit parentum nõ
gaudere fortunis, vt in auctẽ. de hęre. & falci. §.
exhęredatos. Vnde malum conſilium tutores ca
piunt pro pupillis, qui pro debitis pupillorum
eligunt pupillos domibus non gaudeunt pater-
nis. C. de adminiſtratio. tut. l. lex quæ tutores.

Pręterea qua affectione poteſt dici patrẽ qui
talem renuntiationem acceptauit fuiſſe commo
dum ad filiam, cùm ipſe acceptando hanc renũ-
tiationem faciat primò cõtra uotũ ſuum. ff. un-
de liberi. l ſcripto in fin. ſecundo contra rationẽ
naturalẽ. ff. de bon. damnato. l. cum ratio. Ter-
92 tio contra legem duodecim tabularum † quæ
uult dominium bonorũ paternorum per obitũ
patris cõtinuari in liberos. ff. de liber. & poſth.
l. in ſuis. Inſtitu. de hęre. qualita. & differ. §. ſui.
Quartò contra legem diuinam, qua cautum eſt,
93 † ſi filius, ergo hęres. ut not. ff. de acquir. hære. l.
neceſſarijs. in princ. & C. de epiſ. & cler. l. ſi quis
ad declinandam. Sed propter reuerentiam tanti
Doctoris ſubſtentandam eius opinionẽ in ęquũ
94 dubij. Nam † in dubio pater præſumitur bonum
conſilium pro filio capere, cùm nullus amor uin
cat paternum ff. quod met cau. l. iſti quidem. §.
hęc quæ diximus. & not. ff. de uer. ſigni. l. libero-
rum. in fin. In caſu autem certi dicendum eſt ſta-
tutum locum habere. & eo caſu opinionem ſuã
non poſſe defendi, & confirmatur hęc ſubſtenta
tio ſuę opinionis: quia ſicut videmus plerũq; pa
trem exhęredare filiũ non noię cauſa, immò gra
tia prouidendi filio, ita poteſt eſſe quòd pater
dans magnam dotem filię, facit eam renuntiare
ſucceſſioni ſuæ, ne propter blanditias aliorum
filiorum impediatur pater permagnam dotem
tradere filiam marito locupetur, tũc enim pater
indubitanter exigat talem renuntiationem à fi-
lia cauſa ſibi prouidendi, non autem cauſa ſibi
nocendi, & hoc conſtat, & iſto caſu ſit vera opi-
nio ſua. ff. de liber. & poſth. l. multi nõ noię cau-
ſa. & de bonis libertorum. l. ſi patronus. §. ſi quis
non mala mente. Sed in caſu quęſtionis noſtrę
non poteſt dici quoquo modo quòd pater acce-
ptauerit hanc renuntiationem à filia gratia con-
ſulendi filię: quia per talem renuntiationem ex-
cluſit filiam ab hęreditate materna, nõ enim fuit
cõnſultor, ſed prædo, priuando ſaltem eam legi-
tima bonorum maternorum: quia non plus po-
95 tuit paciſcendo, quàm ſtatutum ſtatuendo. † Sed
ſtatutum populi non poſſet auferre legitimam,
ut not. Pet. de Bellaperti. in l. neceſſarijs. in prin.
ff. de acquiren. hęred & Ricar. Malumb. in quæ-
ſtione per ipſum publicè diſputata in ſtudio Pa-
duano, quæ incipit hęc conſuetudo fore per to-
tam Italiam, de qua facit mentionem Cyn. in l.
ſancimus. C. de nuptijs. & Bar. in l. Titio. §. ſed cũ
ante. de conditio. & demõſtrationi. licet Dyn te
neat contrarium in c. indultum. de reg iur. lib. 6.

Pręterea quomodo poteſt dici quòd pater
conſuluerit filiæ taliter paciſcendo, cùm tale pa-
ctum contra uotũ matris proceſſerit, immò par-
tialiter ſe geſſit inter filium & filiam, & forte ra-
tione: quia pater magis afficit filio ratione for-
mę: quia maſculum, maior enim ſimilitudo eſt
inter patrem & filium, quàm ſit inter patrem &
96 filiam. † Et per filium conſeruatur agnatio, non
per filiam. Inſtitut. de patria poteſta. §. fin Vnde
ratione maioris ſimilitudinis inſurgit maior
amor, & per conſequens maior affectio prouidẽ
di: arg ff de rei vendi. l. in rem §. itẽ quicunque.

Pręterea omnimoda certitudo eſt, & nulla du
bitatio quòd pater talem renuntiationem acce-
97 ptando non conſuluerit filię, † & vbi omnis cer
titudo & nulla dubitatio eſt, non pateſt cade-
re coniectura. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cũ
ita, & de iureiur. l. ſed ſi vnus § pręter ait. Poſſet
tamen quis dicere, nonne pater conſuluit filiæ:
quia propter talem renuntiationem dedit in do-
tem quadringentas marcas: ſed facilis eſt reſpõ-
98 ſio. iam per hoc filię non conſuluit, † cũ ad hoc
teneatur per paternum officium quod eſt dota-
re filias. de rit. nupti. l. qui liberos. & de dotis
promiſſio. l. fin.

Quid vltra iſta renuntiatio fuit exacta per pa
trem, vel propter metum, vel propter reuerentiã
paternam extorta. ff. quar rer. actio non det. l. j.
§. quæ honorãdę. & ibi not quamuis eius filia pa-
tri reuerentiã exhibeat nõ debet propter hoc pe
riculum, vel damnũ incurrere: quia velle non cre
ditur qui obſequitur imperio patris. ff. de reg. iu.
l. velle non creditur.

Nouiſſimè decidẽdo quæſtionem dico. quòd
iſta remiſſio ſiue renuntiatio non pręiudicat fi-
99 liæ in caſu noſtro, cùm non ſit ſerua. † & ſolen
nitas ſtatuti à qua recedi non debuit. ff. ad muni
cipal. l. conſtitutionibus. Vnde ſciendum eſt,
100 † quòd in humanis actibus qui geruntur, quæ-
dam ſunt de forma, quędam ante formam, quæ-
dam pręter formam, quędam poſt formam: illa
quę ſunt de forma, debẽt interuenire: quia forma
tribuit eſſentiam rei. ff. ad exhiben. l. Iulianus. §.
ſed & ſi quis. ad leg. Falc. l. quadringẽta. § quidã.
de elect. c. quia propter. Quę verò ſunt ante for-
mam, ſi eorum omiſſio inducit leue pręiudicium
non nocent actui, dum tamen poſtmodum inter
veniat. ſi autem inducit magnum pręiudicium
vitiatur actus per omiſſionem eorum: quia licet
non tribuant ſubſtantiam actui, tamen tribuit
viam

viam ſubſtantiæ. ff.de vul. & pup. ſubſtitu.l.2.§.
prius.per Barto.& de vent.inſp.l.j.in fi. per Iac.
de Are. Quæ autem ſunt præter formam ſunt
neceſſaria ſi tribuunt inexpugnabilitatem eſſen-
tiæ aliàs non. ff.de publican.l.quæcunque.§.fin.
& no.ff.de verbo. obliga.l.ſciẽdum. Si verò ſunt
poſt formam. Aut iſtis non interuenientibus,pẽ
det exercitium actus, & tunc requiruntur. Aut
non, & tunc valet actus tam reſpectu ſolennita-
tis,quàm reſpectu exercitij. C.de teſta.l.publica-
101 ti.ff.de ſucceſſo.edic.l.j.§. decretalis. † Videa-
mus nunc qualiter ſtãt verba ſtatuti. Dicit enim
ſtatutum,quòd de cætero alienationes,quę fient
per minores 25.annis,fieri debeant coram iudi-
ce, ſiue vicario in præſentia quatuor de proxi-
mioribus ipſius minoris palam, & non occultè,
& ex voluntate ipſorum proximorum aſſeren-
tium pro vtilitatę minoris alienationẽ fieri, &c.
102 † Voluntas ergo proximorum eſt de forma.
Item eorum pręſentia. Item pręſentia iudicis;
quia illud eſt formale; quod eſt pręfixum non
habet varietatem in ſe,& formale non eſt, quod
præfixum non eſt,& habet in ſe varietatem. ff.de
annu.lega.l.Seio.§.medico: ſed iſti conſenſus ac
ceſſiui,cùm ſint de forma, debebãt interueniſſe
in ipſa remiſſione prius quàm diuerſus fiſcerat ad
actus extraneos. ff ſi cer. pe.l.lecta. de election.c.
indemnitatibus. §.ſi autem nulla lib.6. Siue igi-
tur ſtatutum loquatur de conſenſu: & tunc de-
bet in ipſa alienatione, ſiue remiſſione interue-
nire conſenſus cùm ſit de forma, vnde conſen-
ſus dicitur,id eſt,ſimul ſenſus. ff.de actio. & obli
ga.l.conſenſus.& de pac.l.j ſiue loquatur de cõ-
103 ſilio,& tunc quamuis conſilium non ſit pro-
priè de forma, debet tamen interuenire antę
actum,& ſi interueniat poſteà,nihil operatur.de
electio.c. cùm in veteri.de arbit.c.cùm olim. ne
ſede vac.c.vno,ſiue loquatur de præſentia in ip-
104 ſo actu requiritur,† quia licet ratihabitio re-
pręſentet conſenſum,nõ tamen repręſentat præ
ſentiam corporalem. ff.de verbo.obliga.l.prima,
in prin. l.nil eo.in prin. ſiue loquatur de auctori
tate,& tunc ſimiliter debet auctoritas ante actũ
interponi,non autem poſteà, & no. de reb. non
alie.ca. dudum. lib.6. Siue loquatur de licentia,
tunc ex vi ſermonis debet pręcedere actum. C.
de ſacroſan.eccle.l.prima. Et ad pręmiſſa opti-
mè faciunt no.per Bar.in l. prima.§. ſimplex de
exercito.& de adminiſtra.tuto.l. Titium & Mæ-
uium in princ.& per Bald. in l. bonorum.C.qui
admitti ad bono.poſſeſſio. poſſunt. Vnde in caſu
noſtro,cùm ſtatutum porrigatur ad renuntiatio
nes, & diſtractus, & ſtatuti ſolennitas formalis
ſeruata non fuerit; cenſeo concludendum eſſe
de iure, quòd dicta Do. Dorothea non obſtante
ſua renuntiatione ſimul cum fratre ſuo Michae-
le ſuccedat ab inteſtato in hæreditate materna.
Et ad reſponſiones, & iura in contrarium al-
legata, patet clara, & ſufficiens reſponſio per
pędicta.

Et ita dico, & conſulo iuris eſſe, Ego Ioannes Ludouicus de Lambertatiis I.V.Doctor.in Tridento. Mccclxxxviij. Die Dominica 28. Iulij.

Hoc conſilium meum ſubſcripſerunt Excellentiſſimus Iuris Vtriuſq; Doctor D. Frãciſcus de Zabarellis, & Egregij Iuris Vtriuſq; Doctores D. Henricus de Allano & Do. Antonius de Cautela,& Do. Proſdocimus de Comitibus Paduæ legẽtes ius Canonicum,in ſtudio Paduano, & Egregius legum Doctor D. Io. de Maroſtica legentes Ius Ciuile in eodem ſtudio Paduano,currente anno Domini Mccclxxxix. die 16. Aprilis.

Item ſubſcripſit D. Medius Comes I.V.Doc. die 12.Iunij eiuſdem milleſimi, & Dom. Anto. de Sancto Angelo Iuris Vtriuſque Doctor die 17. eiuſdem menſis.

CONSILIVM D. ANTONII DE Andarellis de Gradaria Vtriuſq; Iuris Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Nemo poteſt facere, quin leges non habeant locum in eius teſtamento.*
2 *Filius cui minus quàm legitima in inſtitutione fuit relictum, ad integrum legitimam agere poteſt, etiam ſi pater prohibuerit, quòd nil plus petere poſſit.*
3 *Legitima portio debetur ſine dilatione, conditione, vel grauamine.*
4 *Legitima filijs debetur, & nepotibus ex diſpoſitione legali non prouiſione teſtantium.*
5 *Pater non poteſt filijs pręiudicare in legitima, niſi cauſa iuſta ſubeſſet eos exhæredandi.*
6 *Filius in legitima eius conditionis eſt, cuius & mater quæ prędeceſſit.*
7 *Nepos ex filio, ſeu filia ſuccedunt auo vnà cum patruis, in ſtirpem, & non in capita ſublata differentia ſexus, & patriæ poteſtatis.*
8 *Legitimæ ſupplementum debetur cum fructibus perceptis, & qui percipi poterunt, cùm fructus non computentur in quartam iure naturæ debitam. & nume.9.*
10 *Ius agendi ad legitimam tollitur quinquennio. Sed contra nu.17.*
11 *Surrogatum ſapit naturam ſurrogati, quod verum: quandò ſurrogatum cum eo in cuius locum ſurrogatur eſt eiuſdem generis. nu.16.*
12 *Ius agendi ad ſupplementum legitimæ, eſt loco querelæ ſurrogatum.*
13 *Filio cui minus legitima relinquitur opus eſt iure inſtitutionis relinquatur.*
14 *Iuri inſtitutionis non pręſcribitur quinquennio, ſed illud eſt perpetuum.*
15 *Intellectus ad l.ſi quis filium. C. de inofficioſo teſtamento.*
18 *Supplementum legitimæ eſt pars illius, & de ſupplemento à lege iudicatur, id quod de eo, cui ſuppletio fit. num.19.*
20 *Supplementum legitimæ debetur ſine onere.*

CONSILIVM LXXVII.

IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti. Ex facto proponitur, quòd Minus Berto
zini de Caſtro Sancti Sauini ſuum condi-
dit teſtamentum, in quo iure inſtitutionis
reliquit Matthæo, & Margaritæ fratribus, & fi-
lijs quondam Ioannis, & Ioannæ dudum filiæ
ipſius Mini ducatos tres pro quolibet, in quibus
eos hæredes inſtituit, iubens illos eſſe tacitos, &
contentos, & plus de ſuis bonis petere nequeāt.
In omnibus autem ſuis bonis mobilibus, & im-
mobilibus Laurentium, & Tardutium in duab.
partibus ſibi hæredes inſtituit, in alia verò tertia
parte Iacobum, Petrum & Philippum fratres
& filios quondam Zantis dudum filios dicti te-
ſtatoris ſibi hæredes inſtituit. Qui teſtator habe
bat in bonis valorem librarum ſex millium. Itē
& nonnulla emphyteutica, de quibus pro ſe, &
filiis, & nepotibus ſe innouauit. Deinde accidit,
quòd mortuus eſt hic teſtator, deinde mortua
eſt dicta Margarita, ſuperſtitibus auunculis ſuis,
ſcilicet Laurentio, & Tardutio, necnon ſuperſti
tibus certis conſobrinis, & cognatis ſuis, & ſu-
perſtite Mattheo prædicto eius fratre, & vtrin-
que coniuncto. Nunc dubitatur quid, & quan-
tum hic Matthæus poſſit petere, & obtinere de
bonis dicti teſtatoris eius aui materni. Reſpon-
1 detur, † quòd cùm nemo poſſit facere, quòd le-
ges in ſuo teſtamento locum non habeant. ff. de
2 legat. primo. l. nemo poteſt, quòd Mattheus † ex
perſona ſua pro conſecutione ſuæ legitimæ ad
integrum, & ex perſona Margaritæ ſuæ ſororis,
cuius eſt hæres, vt infra dicam, pro conſecutione
legitimæ etiam dictæ Margaritæ debitæ in bo-
nis aui, poteſt agere ad ſupplementum. C. de in-
officio. teſtam. l. ſcimus, & l. omnimodo non ob
ſtante prohibitione facta per teſtantē, quòd plus
3 de bonis ſuis petere non valerēt, quoniam † om-
nis dilatio conditio, & grauamen de ipſa legiti-
ma amouetur tam etſi à teſtatore ſit impoſita.
C. de inofficio. teſtamen. l. quoniam in priorib.
4 Cùm enim † non ex prouiſione teſtantis, ſed ex
diſpoſitione legali filiis, & nepotibus hæc legiti
ma debeantur, vt d. l. ſcimus. & l. omnimodo non
5 † poteſt in hac legitima pater eis præiudicium
afferre, vt ff. de adoptionibus. l. ſi arrogator, niſi
legitima ſubeſſet cauſa propter quam mereren-
tur exhæredari, vt in auct. vt cum de appellatio.
cognoſc. §. aliud quoque capitulum. & in §§. ſe-
6 quentibus illius ti. eius † enim conditionis de-
bent eſſe dicti Matthæus, & Margarita, cuius eſ
ſet Ioanna eius mater, ſi viueret. C. de bonis ma-
ter. l. ſi viua matre, cùm ea mortua locum eius aſ
ſumpſerit, vt ff. de iniuſto rupto & irri. teſta. l. po
ſthumorum. Inſti. de hære. ab inteſt. §. ita demū.
Modo ſi mater viueret, cùm ex Mino teſtante
ſupereſſent quatuor filij, ſcilicet Laurentius,
Tardutius, & filij Zantis, qui tenent locum pa-
tris, & ſic vnius, & ſic quatuor hæc Margarita
habuiſſet quartam partem hęreditatis Mini ſicut
quantum erant filij. Idem quoque dicendum eſt
de nepotibus, vt ſcilicet ſi Minus ab inteſtato de
ceſſerit, illi ſucceſſiſſent Tardutius, Laurentius,
filij Zantis, & Mattheus & Margarita ꝑ quarta
parte, videlicet Laurentius pro quarta, Tardu-
tius pro quarta, omnes filij Zātis pro quarta par-
te, & iſti Matthæus & Margarita filij Ioannę pro
7 alia quarta parte, cùm † nepotes ex filio, vel filia
ſuccedant auo vnà cum patruis in ſtirpē, & non
in capita. ſublata differentia ſexus, & patrię pote
ſtatis, vt legitur. C. de ſuis & legi. auc. in ſucceſ-
ſio. & in corpore. de hęredi. ab inteſta. §. quoties,
vnde ſumitur. Sicque cùm legitima de quatuor
filiis ſit triens, vt in auc. nouiſſima. C. de inof. te-
ſta. triētem autem dico, ſcilicet eius, quod habuiſ
ſet ab inteſtato, vt l. parentes. C. de inoffi. teſt. Di
cendum eſt ergo, quòd ex quo bona Mini vale-
bant ſex mille libras, iſte Mattheus pro conſecu-
tione integræ legitimæ ſibi, & dudum Margari-
tę ſuæ ſorori debitæ, debet habere libras quingē-
tas, vel tot bona, quæ aſcendant ad valorē quin
gentarum librarum, quæ quātitas eſt tertia pars
mille quingentarum librarum, quas habuiſſent
ipſi Margarita & Mattheus ſi dictus Minus eorū
auus ab inteſtato migraſſet etenim vt dixi, Mat-
thęus ſucceſſit Margaritæ excluſis patruis, & au-
unculis, ac cōſobrinis, & cęteris agnatis, & cogna
ex quo nō erāt aſcendētes, nec deſcēdētes ipſius
Margaritæ, vt in auc. defuncto. C. ad Tert. & C.
de legi. hęr. auc poſt fratres, & auc. ceſſante, & in
8 corpore vnde ſumitur. Quæ † quidem legitima
tis, Margaritæ, & Matthęi debet ſuppleri cū fru-
ctibus perceptis, & qui percipi potuerūt. d. l. ſci
mus. §. replet. C. de inof. teſtam. l. iubemus. C. ad
Treb. per Gl. & no. Bal. in d. l. ſcimus. §. replet. &
pleniſſimè per Glo. & Doc. C. fam. etc. l. filiū quē
9 habentem. in quibus iuribus habetur, † quòd fru
ctus non computantur in quartam tam iure na-
turæ debit. ſed habet pręcipuos: quia ſuppletio
fit ipſo iure, vt dicunt Doc. Facit ff. ad leg. Falc. l.
in quarta. & ibi per Bar. Debentur ergo fructus
legitimæ, quorum ratio poſſet haberi ſi ad quan
titatem reducūtur ad decem pro centenario ſin
gulo anno, prout vtuntur mercatores reſponde
re communiter, & ſic quinquaginta libræ debe-
buntur ſingulo anno. Quamobrem cùm viginti
anni ſint elapſi quibus hic teſtator expirauit, &
minimè ſuppleta legitima fuerit, debebuntur
fructus viginti annorum pro ratæ tertiæ partis
quartæ partis bonorum Mini, vel debebuntur
libræ mille pro intereſſe, & quingentæ pro vera
ſorte, & ſic iudicio meo tam ex perſona ſua,
quàm ſororis, & tam pro ſorte, quàm pro fructi
bus habebit, & habere debet valorem librarum
mille quingentarum.
Sed reſtat vna ſola dubitatio, tu dicis, & eſt
ipſa veritas, quòd elapſi ſunt anni viginti à mor
te Mini, ergo non poteſt agi ad ſupplementum
10 conſequētia bona; quia † ius agendi cū tollitur,
quinquennio

tur quinquennio, vt no. Barto. C. de inofficioſo teſtam. l. ſi quis filium. cùm enim querela quinquennio tollatur, vt ibi legitur, & ius agendi ad ſupplementum in eius locum videatur ſubroga-
11 tum debet † eius naturam aſſumere. l. prima. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtamen. libe. eſſe ius fuer.
12 Quòd autem † ius agendi ad ſupplementum lo co querelæ ſit ſubrogatum, videtur probari ex legibus omnimodo ſupra allegatis. ideò uidetur Margaritam & Matthæum excluſos per lapſum nedum quinquennij, ſed viginti annorum. Cõtrarium ego teneo eſſe verum. Primò: quia
13 † ubi filio relinquitur minus legitima opus eſt iure inſtitutionis relinquai, vt in auc͂ten. vt cum de appellation. cognoſci. §. aliud quoque. & no. tat. in l. ſi quis prior. ad Trebellian. & l. filium §.
14 portio. At notiſſimum eſt, quòd † iuri inſtitut. non præſcribitur quinquennio, ſed eſt perpetuum, vt C. de iure deliberan. l. licet ergo.
15 Non obſt. † l. ſi quis filium, quia illa loquitur in querela, & in filio exhæredato, nos autem loquimur in filio aliqualiter inſtituto. Nec habet
16 obſtare, quòd † actio ſubrogata ſapiat naturam ipſius in cuius locum ſubrogatur: quia illum verum, quando ſubrogatum cum eo in cu ius locum ſubrogatur ſunt eiuſdem generis. Sed hic ſunt diuerſi: quia querela eſt odioſa, legitima fauorabilis. ſecundum Bal qui ſic dicit ſepiſſimè contra Bar. conſuluiſſe. Idem quod Bald. tenet Bartho. de Salyce. mouetur: quia ſupplemẽtum legitimæ petitur conditione ex lege, vel actione ex teſtamento, quarum utraque eſt per
17 petua. Secundo: quia † legitima poteſt peti perpetuo, & quælibet eius portio. ff. de rei vendica l.
18 quæ de tota. & † ſupplementum eſt pars, vt C. de inofficioſ. teſtamen. l. ſi quando. §. & genera-
19 liter. Tertiò † quia de ſuppleto à lege iudicatur id quod de eo, cui fit ſuppletio. ff. de regul. iur l. ſi iudex, quod omnes Modern. ſequuntur. præ-
20 ſertim: quia † ſupplementum legitimæ debetur ſine onere: vt l. quoniam in prioribus, ſupra alle gata. At ſi ius agendi ad ſupplementum tolleretur quinquennio, non eſſet ſublatum onus ex legitima: ergo &c. Ex quibus quo ad bona propria concludendum eſt, quòd debetur legitimæ ſupplementum cum fructibus per tempora viginti annorum perceptis. Quo autem ad emphyteutica dicendum eſt, quòd iſte debet habere quartam eorum, ex quo ſtipulatio fuit pro filiis, & nepotibus, & ipſe, vt dictum eſt, ſucceſſit in locum ma tris. per iura præmiſſa, & per ea quæ habentur in l. quod dicitur. de verbo. obli per Barto. & in l. Gallus § j de libe. & poſthu. Bene facit 10. coll. de ſucceſſio. feudi cap. vno. & quia ſic admittun tur in propriis nepotes cum patruis, igitur & in iſtis, ex quo ſub ſtipulatione comprehenduntur eſt eadem ratio, quæ de propriis. Facit quod no. Bal in l. cùm notiſſimi. C. de fidei. & l. prima. §. vocantur. de bonorum poſſeſſio. contra tabu. Laus Chriſto Saluatori noſtro.

Et ita dico, & conſulo, Ego Antonius de Andatelis olim de Gradaria, & nunc de Arimino, ſolo nomine Legum Doctor, & ad fidem ſcripſi, & ſolito ſigillo firmaui, ſalua ſcientia potiori.

SVBSCRIPTIO.

IDEM dico iuris eſſe ſicut ſupra conſultum eſt per excellentiſſimum Domi. Antonium. Ego Gaſpar de Areugheria Iuris Doctor, & Bononiæ ciuis, ſaluo ſemper iudicio cuiuſlibet rectius, & melius iudicantis, in cuius fidem robur ad teſtimonium, me hic ſubſcripſi, & ſigillum meum conſuetum appoſui. Laus Deo.

CONSILIVM D. FRANCISCI DE Capitibus Liſtę V. I. Docto. Patauini.

Cum additione D. Iacobi de Aluarotis, V. I. D. in ſubſcriptione ipſius.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti ex fideicommiſſo non imputantur in legitimam, & fructus legitimæ filijs primi gradus, ſed bene vlterioris, ſecundum opinionem aliquorum antiquorum Gloſſatorum.*

2 *Filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta, niſi in defectum exhæredetur, ſed bene nepos, licet obtinens primum locum.*

3 *Fructus percepti ex fideicommiſſo à filijs primi gradus grauatis de reſtituendo ſub conditione dubia non imputantur in legitimam, ſecus ſi eſſent grauati poſt certum tempus, ſecundum aliquorum antiquorum Gloſſatorum opinionem.*

Intellectu. l. ſcimus. §. repletionem. de inoſ. teſta. & nu. 4. & 9.

Intellectus l. iubemus. C. ad Treb. & nu. 4. 6. & 9.

4 *Grauatus de quo proximè. poſt tempus certum reſtituere, non poteſt agere de inoſſicioſo.*

5 *Liberi non primi, ſed ulterioris gradus grauati reſtituere poſt tempus, fructus perceptos imputant in legitimam, & fructus legitimæ. ſi verò ſunt grauati ſub conditione, dubium conditionis faciet, vel non faciet competere querelam inoſſicioſi, ita vt ſi ante euentũ conditionis tot fructus perceperint æqui ualentes legitimæ non competat querela, ſecus ſi non æquiualentes.*

6 *Teſtator quando expreſſè voluit fructus imputari in legitimam, vel Trebellianicam non computabuntur, ſi verò tacitè, puta rogando poſt tempus reſtituere, tunc computabuntur ſecundum aliam opinionem.*

Intellectus l. Papinianus. §. ſi conditione. ff. de inoffic. teſtamen.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocet.

7 *Legitima debita iure naturę non recipit compenſationem fructuum perceptorum, & hoc tam in liberis primi, q̃ vlterioris gradus, & ſiue ſub conditione, ſiue poſt certũ tempus ſint grauati de reſtituendo.*

8 *Legitima talis detrahitur de ſubſtantia teſtatoris, & pro ea agitur ad ſupplementum reiecto onere fideicommiſſi, & hoc etiam ab initio non expectatis fructibus qui nunquam fuerunt de ſubſtantia teſtatoris. Secus in Trebellianica, quę recipit compenſationem fructuum iudicio teſtatoris, ſecundum Iac. But. & Bart.*

9 *Fructus percepti ſicut imputantur in Trebellianicam iudicio teſtatoris, ita pariter in legitimã, ſiue quartam debitam iure naturæ, ſecundum Rapha. Fulgo. vbi latè tractatur.*

Raphael Fulgoſius fuit pręceptor Franciſci de Capitibus liſtæ.

Intellectus l. Papinianus. §. vnde ſi quis.

10 *Grauatus de reſtituendo totam, & ſic ſolidam hereditatem, & ſic vltra legitimam ſibi debitam iure naturæ, hodie poteſt petere dictam legitimam, & onus fideicommiſſi de ipſa reijci, quòd ſi nihil tale petat, & adeundo hæreditatem agnoſcat iudicium teſtatoris toto tempore vitę ſuæ poſt illius mortem eius hæres non poterit deducere legitimam debitam defuncto de fideicommiſſo, ſed tenetur fructus perceptos compenſare in ea, & in eius fructibus, ſecundum Raph. Raymundinum.*

Raphael Raymundinus digniſſimę memorię pręceptor in ordinarijs Franciſci Capiliſtij.

11 *Grauatus & iuſſus à teſtatore filius de reſtituendo vniuerſam hereditatem, & prohibitus detrahere omnem legitimam, & omnem Trebellianicam, tenetur fructus pręceptos in legitimam computare.*

12 *Teſtator hodie poteſt iubere, vt fructus percepti cõputentur in legitimam, ſicut poteſt etiam in totum vetare Falcidiam, & Trebellianicam. Et ſic l. iubemus, hodie eſt correcta.*

Argumentum ab oppoſitis ſumptum valet.

13 *Teſtator grauans heredes reſtituere vniuerſam hereditatem, & ſi detrahere omnem legitimam prohibeat, ſi fructus percepti de iure non veniunt computandi in legitimam, per illa verba prohibitę detractionis omnis legitimę, cenſetur induxiſſe fideicommiſſum de fructibus medio tempore perceptis reſtituen.*

14 *Mandatum teſtatoris valet, quòd fructus medio tempore percepti per grauatum reſtituere totam hereditatem ſimiliter reſtituantur.*

Limitatio ad l. iubemus. C. ad Treb.

15 *Grauatus vt ſupra, etiam ſi fructus ſufficerent ad cõpenſationem legitimæ, poterit querelare teſtamentum, & petere ſupplementum legitimæ, quando illa ſola eſt contentus, & tunc verum eſt, quòd fructus in legitimam non imputabuntur.*

16 *Actio ad ſupplementum legitimæ hodie datur in eodemmet caſu, in quo iure veteri dabatur querela inofficioſi.*

17 *Fructus percepti aliquãdo ex eo quod eſt extra quartam non imputantur in quartam, & iure Codicis.*

18 *Filius agnoſcens diſpoſitionem patris nullam ex perceptione fructuum eius, quod eſt vltra legitimam, ſibi pręiudicat quo ad hoc: quia tenetur fructus perceptos in legitimam computare.*

19 *L. ſi quando. §. & generaliter. declaratio.*

Filia inſtituta in re certa, & grauata ne plus petat agnoſcendo legatum ſibi non præiudicat quoad petendum ſupplementum legitimæ, etiam ſi aliquid proteſtata non fuerit in contrarium.

20 *Filius grauatus de reſtituendo, & prohibitus legitimam petere, magis ſibi præiudicat agnoſcendo iudicium defuncti, quando habuit quartam aliquo in re, quam quando nullo modo habuit.*

21 *Fideicommiſſum quando eſt reciprocum, dici poteſt non tam quòd fructio medio tempore percepti computari debeant in legitimam ad impediendum petitionem ſupplementi, quàm quòd ipſa legitima cenſetur ab initio ſine onere data ſecundum Ricardum Malumbram.*

22 *Glo. opinio confirmata à bonis doctoribus prævalet opinio. Bar. & Bal.*


23 *Conſulens in caſu conſilij tenet nec Trebellianicam deduci poſſe ſtante prohibitione teſtatoris, nec legitimam: quia illa ſatis cenſetur deducta ex perceptione fructuum fideicommiſſi, quos de iure grauatus non tenetur in ipſam legitimam computare, & hoc etiam attentis ſeptem opinionibus Gloſſarum & Doctorum ſupra relatis.*

24 *Res ſubiecta reſtitutionis per aſcendentes poteſt dari, & obligari in dotem, & pro dote per deſcendentes, & talis dos de talibus bonis deduci, ſicut & legitima, etiã ſi filia deductis bonis nõ fuerit dotata.*

25 *Teſtatore mandante fœminas ex maſculis deſcendentes dotari iuxta facultates bonorum ſuorum, tale legatum eſt conditionale, & inſpicitur qualitas patrimonij, & conſuetudo ciuitatis ſecundum tempus exiſtentis conditionis.*

26 *Gloſſæ ordinariæ opinio quantæ ſit auctoritatis, & quòd in iudicando omnes Doctorum opiniones excedit, & antecedit.*

CON-



CONSILIVM LXXVIII.

DICTVS Payellus primus teſtaror de quo ſupra ſignatus litera A. inſtituit Franciſcum filiom, quem habebat, in omnibus bonis cuiuſcunqoe decederet ſine filijs maſculis, ſubſtituit fratres & nepoles ſuos, videlicet dictos Nicolaum & Ioannem Baptiſtam filios Leonardi fratris præmortui, & iſtos inuicem ſubſtituir, vt infrà præſupponitur: Exinde dictus Nicolaus frater dicti Payelli, vt ſuprà ab eo ſubſtitutus: quia habebar, & filios & nepotes ex filijs, vt ſuprà pater, inſtituit dictum Guidonem in quarta, Andream & Chriſtophorum nepotes in quarta, Boncilium nepotem in quarta, & Cardum filium in quarta: voluitqoe quòd inſtituti per eum eſſent inuicem ſubſtituti vulgariter, compendiosè, pupillariter & per fideicommiſſum, ſine detractione alicuius quartæ. Et ſi ipſi inſtituti relinquerent filias fœminas, quòd dotentur iuxta facultatem bonorum & poſſeſſionum dicti teſtatoris: & ſi omnes predicti filij, aut filij filiorum & hęredum decederent ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, tunc vltimo morienti ſubſtituit Payellum, Girardum, Thadęum, & Antonium quondam domini Leonardi de Payellis, & eorum deſcendentes maſculos legitimos & natnrales pro alia dimidia: & ſic deinceps, ſi ipſi non erunt, intelligendo ſemper in ſtirpes & non in capita, ad hoc vt ſua hæreditas conſeruetur in illos de domo ſua, ex paterna linea prouenientes. Bonzilius vt ſupra per Nicolauum auum ſuum inſtitutus in quarta, & ſic vltra legitimam ſuam, & grauatus fideicommiſſo adiuir auitam hæreditatatem iuxta voluntatem dicti Nicolai. Et inſuper adita hæreditate, idem Bonzilius mortuo Leonardo, ſimiliter conſobrino, & Cardo cohærede. Qui Leonardus deceſſit ſine filijs maſculis, relictis filiabus, quæ ex forma ſtatuti debent dotari, tranſegit com eis de certa dote, quæ dicitur fuiſſe vltra qualitatem & quantitatem debitam ex forma teſtamenti. Tertio loco Bonzilius pater Payellæ, inſtituit Payellam filiam, non obſtante quòd eſſet priuatus fideicommiſſo, quæ Payella dicit quòd valet teſtamenrum patris ſui ſi non in Trebellianica quæ eſt prohibita detrahere, ſaltem in legitima patris ſui, in qua ipſe pater non potuit à Nicolao auo ſuo fideicommiſſo grauari. Et quòd de legitima ipſo iure debet reijci onus illius fideicommiſſi, per l. quoniam in

prioribus. C. de inoſſi. teſtamen. Ex aduerſo
pro parte agnatorum de Payellis dicitur, quòd
cùm Boncilius pater Payellæ fuerit inſtitutus in
legitima, & etiam vltra, illi fructus qui ſunt
percepti ex eo quod eſt ultra legitimam, de-
bent in legitimam, ſeu in legitimæ ſupple-
mentum computari, & maximè cùm ipſe
Boncilius adiens hereditatem aui, de nulla de-
tractione à ſe facienda, fuerit proteſtatus.
Item conqueruntur dicti agnati de dote con-
ſtituta per Boncilium filium Leonardi, quam
dicunt fuiſſe exceſſiuam, & indebitam in tan-
ta quantitate, attenta forma ſtatuti. Dubi-
tatur de tribus. Primò vtrum Payella detra-
here poſsit ex perſona patris legitimam, ipſi
patri debitam, & illam excipere detracta re-
ſtitutione fideicommiſſi. Secundò vtrum bo-
na ſubiecta reſtitutioni, ex teſtamento dicti
Nicolai, poſsint dotari ſuis pronepotibus de
conſenſu Boncilij. Tertiò quòd tempus de-
bet inſpici in dotando, an tempus quo dotatæ
fuerunt, an uerò tempus teſtamenti, ad cogno-
ſcendum quæ ſit congrua dos.

In primo articulo, qui eſt unus ex diffi-
cillimis in iure, & non bene declaratus, vtrum
1 † fructus percepti ex eo quod relictum eſt fi-
lio ultra legitimam ſuam, imputentur in le-
gitimam & fructus legitimæ, quando ipſe fi-
lius eſt de toto reſtituendo grauatus. Fuit an-
tiqua difficultas, in qua comperio plures &
uarias fuiſſe ſententias.

Prima enim fuit opi. quam Gloſ. refert in
l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoffici. te-
ſtamen. quæ diſtinguit inter liberos primi &
ulterioris gradus. Nam ſi loquimur in libe-
ris primi gradus, & ſic quæritur an dicti fru-
ctus imputentur in legitimam filij. Et dicen-
dum quòd licet imputarentur tam in filijs
quàm in nepotibus. dict. §. vnde ſi quis. ta-
men in liberis primi gradus iſtud hodie eſt
correctum. l. iubemus. C. ad Trebellian. in
quibus liberis tales fructus non computantur
in legitimam, ſed in liberis ulterioris gradus,
putà nepotibus & pronepotibus, & fructus in
legitimam computantur, ſicut iure ueteri com-
putabantur, per dictum §. vnde ſi quis. quo-
niam ille §. in liberis vltra primum gradum re-
manet incorrectus.

Sicut & alibi conſtituitur differentia inter
filium cui plus attribuitur & nepotem licet ob-
tinentem primum locum cui minus attribui-
2 tur t. † quoniam filius non poteſt inſtitui ſub
conditione caſuali, uel mixta, niſi in defectum
exhæredetur. Nepos autem licet obtinens pri-
mum locum, poteſt ſub quacunque condi-
tione inſtitui. l. ſuus quoque. in principio.
&. § ſed ſi in conditione. & §. nepotes. ff. de
hæredi. inſtitu. & l. ſi pater. C. de inſtitutioni,
& ſubſtitutionib.

Alia fuit opinio Azonis, quam refert, & ſe-
quitur Accurſi. in dicto §. vnde ſi quis. & etiã
eam refert in l. ſcimus. §. repletionem, de inoſ-
fici. teſtament. & apertius iſtud refert, & ſe-
quitur in l. iubemus, vt diſtinguatur inter li-
beros primi gradus & ulterioris, ſed non ex eo
modo quo prædixi, ſed aliter ſic. Nam in libe-
ris primi gradus non dico, quòd indiſtinctè
fructus non computentur, ut uoluit prima opi-
nio, ſed diſtinguitur an ſint grauati de reſti-
tuendo ſub conditione, quæ quandocunque
poteſt exiſtere & deficere & eſt incertum: quan-
3 do ſit extitura. † & tunc fructus non imputan-
tur filio grauato in quartam ſiue legitimã: quia
tunc pendente conditione eſſet incertum, an me-
dio tempore eſſet habiturus ex fructibus quartã
uel non, cùm filius de ſua legitima debeat eſſe
ſecurus ſecundùm tempus mortis. l. cùm quæ-
ritur. C. de inoffic. teſtamen. & l. parentibus.
Conſtitutum eſt ut non ex fructibus percipien-
dis, ſed ex rebus defuncti ipſam detrahat. &
ita loquitur l. ſcimus. §. repletionem. ita etiam
loquitur dicta l. iubemus. quæ loquitur in libe-
ris primi gradus inſtitutis ſub conditione, ut
fructus eis non computentur in quartam. Aut
tales filij ſunt grauati de reſtituendo, non ſub
conditione, ſed poſt certum tempus, ita quòd
clarè percipitur quòd medio tempore poterunt
habere integram legitimam, & etiam fructus ip-
ſius legitimæ: & tunc fructus percepti ex bonis
ultra legitimam computantur filio in quartam
debitam iure naturæ ad excludendum quere-
lam.

4 Nec † poterit iſte filius hac ratione euerte-
re teſtamentum paternum, ut eſt caſus in d. §.
vnde ſi quis. qui nullo modo corrigitur, per l.
iubemus. quoniam ut dixi, ille §. loquitur. de
grauato reſtituere poſt tempus, lex uerò iube-
mus. de grauato reſtituere ſub conditione. Et
ſic ſecundum hanc ſententiam §. vnde ſi quis,
etiam hodie remanet incorrectus, & hoc in li-
beris primi gradus.

5 In † liberis autem ulterioris gradus, prædicta
Gloſ. vult idem quod in liberis primi, quando
ſunt grauati reſtituere poſt tempus, vbi uerò
ſunt grauati ſub conditione, tunc Gloſ. vult q
non conſtituatur ſimpliciter vt fructus non cõ-
putentur in quartam ad excludendum quere. á
à principio, ſed an habituri ſint querelam pen-
deat ex futuro euentu; ut ſi tanto tempore pen-
deat conditio, quòd ante diei euentum perci-
piant tot fructus qui æquiualeant, & quartæ, &
ipſius quartæ fructibus ceſſet querela, aliàs au-
tem poſſint querelare.

6 † Tertia opinio fuit, quam Gloſ. refert in
d. l. iubemus. quoniam aut teſtator uoluit ex-
preſsè quòd fructus computentur in legitimam
uel Trebellianicam, & non computabuntur,
quoniam teſtator hoc non poteſt. & ita loque-
tur

tur l. iubemus. Aut hoc uoluit tacitè rogando hæredem poſt tempus reſtituere, & tunc computantur fructus in legitimam. & ita loquitur l. Papinianus. §. ſi conditioni. quoniam expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, vt alibi dicitur in l. non vnquam. de conditio. & demonſtr. ff. ad leg. Falci. l. Titia.

7 Quarta † fuit opinio Iaco. Butriga. & Bart. in §. unde ſi quis. & in §. repletionem, quòd reſpectu legitimæ debitæ iure naturæ non diſtinguatur inter liberos primi & ulterioris gradus: quoniam illa diſtinctio habet locum in Trebellianica, de qua loquitur d. l. iubemus. Nec ſecundò diſtinguatur an ſint filij grauati de reſtituendo ſub conditione uel poſt tempus: quoniam hodie ſemper legitima debet detrahi ex ſubſtantia teſtatoris. Nam licet hodie diſtingueretur, de iure ff. orum, vt ſuprà diximus, per §. vnde ſi quis. tamen hodie ille §. corrigitur, non per l. iubemus, quia illa loquitur in Trebellianica, ſed per §. repletionem. & hanc opi. ſecuti ſunt omnes Moder. uſq; ad Rapha. et Bal. in §. vnde ſi quis, dicens quòd opinio Barto. eſt uetiſſima, & allegat primò rationem Bart. nam ſi fructus nõ imputantur, etiam ſi teſtator hoc exprimat, ut not. in d. l. iubemus. ergo minus ſi tacitè mandat imputari: vt quia iubeat hæredẽ aliquid certum habere ultra legitimam, & poſt tempus reſtituere. & hoc idem confirmat Bald. in §. repletionem, addens per illum textum nouam rationem.

8 Quoniam † ex quo fit ſupplementum ipſo iure uſq; ad vires legitimę reijciendo onus fideicommiſsi. de ea. vt l. quoniam in prioribus. ſtatim & ab initio uidetur filio de ſua legitima ſatisfactum. ideo impoſſibile eſt quòd debitum illud legitimę iam ſolutum recipiat compenſationem cum fructibus poſtea perceptis: quia debitum iam exactum non compenſatur cum exigendo. Item quia lex vult quòd filius habeat legitimam ex ſubſtantia defuncti, vt in §. repletionem. ſed illi fructus percepti poſt mortem teſtatoris nunquam fuerunt de ſubſtantia defuncti, ex quo tempore mortis non erant pendentes, ideò non ueniunt in computationem legitimæ. & iſtam dicit Bal. eſſe ueritatem, quam Bart. & poſt omnes Moder. ſequuntur. ubique, & maximè in l. filium quem habentem. C. famil. erciſcun. Hęc tamen opinio, quam Iaco. Butriga. & Bar. ſibi aſcribunt, fuit opi. Gloſ. in d. §. repletionem, in prima & ſecunda ſolu. quia noluit intelligere §. vnde ſi quis in Trebellianica, in quã bene computantur fructus percepti iudicio teſtatoris. l. mulier. §. ſi hæres ad Trebellian. ſed in legitimam nunquam computantur. dict. §. repletionem.

9 Quintam in hoc reperio opinionem † recolendæ memoriæ pręceptoris mei in ordinarijs Rapha. Fulgo. in §. vnde ſi quis: qui tenuit expreſſè contra ſententiam Bart. dicens, q̃ ſicut fructus percepti iudicio teſtatoris imputantur in Trebellianicam, & hoc nemo dubitat, vt eſt caſus in l. mulier. §. ſi hęres ad Trebell. & in l. in fideicommiſſa. ita etiam fructũs percepti iudicio teſtatoris imputantur in quartam debitam iure naturæ, per text. in d. §. vnde ſi quis. vbi eſt caſus expreſſus de quæſtione.

Nec eſt uerum, q̃ ille §. aliquo modo corrigatur, nec in liberis primi gradus, nec in liberis ulterioris, nec per §. repletionem, nec per legem iubemus. quoniam illa ſecundum Bartol. ipſum & Docto. vt dixi, loquitur de Trebellianica. Nos pro nunc quærimus quid de debita iure naturæ.

Item & ſecundò non corrigitur per §. repletionem. quod oſtendo per plura media. Primò §. repletionem. licèt dicat q̃ repletio fiat ipſo iure, intelligitur tamen ſi petatur vt ibi Glo. no. quam Doct. ſequuntur. loquitur vbi quis habuit minus legitima, & petit ſuppleri ſibi reſpectu rerum. In caſu uerò noſtro loquimur vbi filius eſt inſtitutus vltra legitimam & grauatus totum reſtituere, quo caſu ſupplementum fit, reijciendo onus fideicommiſſi de legitima. l. quoniam in prioribus. vnde non valet argumentum fructus non computantur ad ſupplendum legitimam, vnde in ea eſt minus re, & ſic eſt maior defectus: ergo non computatur ad ſupplementum legitimæ, ubi eſt in ea minus, cauſa, & ratio differentiæ eſt: quia primo caſu ideo fit ſupplementum: quoniam iure ueteri dabatur querela, ut eſt caſus in l. omnimodo. & in l. ſi pater. & hodie datur ſupplementum quod ſuccedit loco querelæ. ſed ubi habebat integram legitimam, & plus, licet eſſet legitima grauatus, non habebat iure ueteri querelam. dict. §. vnde ſi quis. ergo nec hodie reijcientur onus de legitima, per legem quoniam in prioribus. l. ſcimus. §. cùm autem. quoniam illis ſolis caſibus per illa iura reijcitur onus de legitima, quibus de iure ueteri cauſabatur querela, vt ibi textus exprimit.

Item ille §. repletionem. non dicit quòd ſuppletio debeat fieri ex ſubſtantia & iudicio teſtatoris ad excludendum quòd non fiat ex fructibus ex ipſa ſubſtantia perceptis, ſed illud dixit ad iudicandum, quòd non ſufficit eum habere ex aliena ſubſtantia, & ſi ex iudicio teſtatoris habet, & ſtatim ſubijcit exempla. verbi gratia, ſi habuit ex pupiliari ſubſtitutione, licet facta per teſtatorem: quoniam per pupillarem ſucceditur pupillo, non teſtatori, Inſtit. de pupill. ſubſti. §. j. ideò l. illa ſcimus. §. repletionẽ, requirit quòd ex ſubſtantia teſtatoris. Item requirit quòd ſuccedat filius teſtatori ex ipſius iudicio imminente, nõ aliquo caſu fortuito. verbi gratia, ſi filius habuit ex vulgari ſubſtitutione: q̃m qui ſubſtituit vulgariter, primo dat inſtitu-

to,

to, quàm ſubſtituto, ideo cùm ſubſtitutus vul-
garis qui admittitur, admittitur ſolum vbi in-
ſtitutus uolit, uel non poſſit eſſe hæres. l. iiij.
C. de hære. inſti. & l. poſt aditam. C. de impube.
uenit ad ſucceſſorem, non tantum dicitur cape
re ex iudicio teſtatoris; quàm ex aduenticio ca-
ſu. & idem dico ubi capitur ex iure accreſcendi
quia teſtator non dedit filio dationem primiti-
uam, ſed dedit cohæredi filij, & licet ex repu-
ditione ueniat ad filium ex iure accreſcendi,
quod dicitur tacita ſubſtitutio. l. Titio & Mæuio.
§. Iulius. de lega. ij. cum tale augmentum non tã
dicitur ex iudicio teſtatoris & eius ſubſtantia,
quàm ex luchro quodam aduenticio, & talia nõ
computantur in legitimam, & hoc uoluit. §. re-
plectionem, non ergo dixit ex ſubſtantia & iudi-
cio teſtatoris ad excluendum ne fructus compu
tentur, & hoc dico intelligendo tex. dict. §. reple
tionem, vt ſonat prima eius facies; Bal. tamẽ &
alij poſt Gloſſ. ibi intelligunt quòd ibi loquatur
de alio iure accreſcendi, non de eo, quod locum
habet inter cohæredes. & uolunt quòd illud
quod quis capit ex iure accreſcendi, hæredibus
computetur in quartam, de quo ad præſens non
diſputo. ſed de hoc ſcripſi plenè poſt Bald. in d.
§. repletionem.

Ad rem noſtram ubi teſtator primò dat alte-
ri, & ex euentu conditionis uel temporis, illi
vult auferri: quia uerum eſt quòd filius tempo-
re mortis habet legitimam, ideo tunc ſi conſtat
quòd pendente conditione filius tantum habuit
quãtum ſufficiat ad legitimam excluditur que-
rela: & iure petendi ſupplementum, & ita loqui-
tur §. vnde ſiquis; ſed ubi teſtator è contra pri-
mò dat alteri ex euentu conditionis, vult illi alte
ri auferre & dare filio, ut eſt in eo quod proue-
nit filio ex iure accreſcendi, vel ex vulgari, tunc
filius tempore mortis non habet quartam, ideo
nimirum ſi ſtatim habet querelam, & ita loqui-
tur § repletionem. ſecundum D. meum Raphae
lem. & ita tenuit ipſe in d. l. Papinianus. §. nunc
ſiquis. & in § repletionem.

Sexta & ultima in re iſta fuit opinio digniſſi-
mæ memoriæ præceptoris mei in ordinarijs Ra-
10 phael. Raymun. quam ſingulariter † poſuit in l.
cohæredi. §. cum filię. de vulg. & pupilla. & in l.
fideicommiſſa. ff. ad Trebellia. & in effectu vult
quòd filius etiam inſtitutus in ſolida hæredita-
te, & ſic etiam ultra legitimam ſubſtantiæ eſt
grauatus de ſolido reſtituendo licet olim non
poſſet ſtatim querelare teſtamẽtum per dictum
§. vnde ſiquis. tamen hodie habet plus filius, ꝙ
ſi vult poteſt petere ſupplementum per reie-
ctionem oneris, ideſt petere, quòd onus de-
ducatur de legitima, & hoc ſi velit ſolam ſuam
legitimam, & nihil aliud, & hoc caſu ſecun-
dum eum bene corrigeretur §. vnde ſiquis. per
dictum §. repletionem. quia tunc repletio fit
ex ipſa ſubſtantia teſtatoris, pro quo l. ſi liber-
tus patronum. ff. de bon. libert. & fructus per-
cipiendi pendente die uel conditione reſtitue-
re non imputantur in legitima. Vbi autem fi-
lius ut ſuprà inſtitutus non petijt ſuam legiti-
mam, nec petijt onus de ipſa legitima reijci,
ſed adiuit vniuerſam hæreditatem, & ſic tacitè
agnouit iudicium defuncti, & toto tempore vi-
tæ ſuæ tenuit vniuerſam hæreditatem, tunc hæ-
res eius uolens deducere de reſtitutione fidei-
commiſſi integram legitimam, non poterit,
immò fructus medio tẽpore percepti imputan-
tur in legitimam, & fructus legitimæ, vt in §.
vnde ſi quis. qui hoc caſu remanet incorrectus,
& ad hoc monetur ipſe per textum, cum Gloſ.
in l. cohęredi. §. cùm filiæ, vbi ſi teſtator inſti-
tuit filium in mille: quia grauauit illum poſt
mortem ipſius filij reſtituat & ipſa mille & quin
quaginta, quæ filius acquiſierat ex bonis ma-
ternis, & erant propria ipſius filij, dicit Gloſ.
ꝙ ſi tanto tempore vixit filius, ꝙ ex eo quod ha-
buit vltra legitimã conſecutus eſt quinquaginta
valebit fideicommiſſum, non ſolum in mille
de bonis teſtatoris: ſed etiam in quingentis de
bonis filij. Si ergo per tale præceptum in vita
poteſt filius grauari fideicommiſſo in proprijs,
ut ibi Gloſ. dicit, & uidetur probari in l. Impe-
rator. §. cùm quidam de lega. ſecundo. ergo pa-
ri, uel fortiori ratione poteſt grauari in legiti-
ma, in qua filius minus iuris habet, quàm in
proprijs. & ita dicit idem Dominus meus con-
ſuluiſſe, fretus auctoritate illius Gloſſæ.

11 Plus addit ipſe, † quòd ſi teſtator, vt fuit in
caſu noſtro, iuſſit filium poſt mortem reſtitue-
re vniuerſam hæreditatem, & prohibuit detrahi
omnem legitimam, & omnem Trebellianicam,
licet ſoleat dici quòd legitima non poſſit prohi-
beri. l. cùm quæritur. authen. nouiſſima. & l. pa-
rentibus. C. de inoffici. teſtamen. & authen. vt
cum de appellatio. cognoſ. §. ceterum. tamen
in terminis noſtris prohibitio aliquid opera-
bitur, ſcilicet quòd fructus percepti ex rebus
quas habuit vltra legitimam, hoc ſaltem caſu
in legitimam computabuntur, non obſtante §.
repletionem. vbi dicitur quòd fructus non com
putantur in legitimam: quia illud uerum, ubi
teſtator non iuſſit computari, ſed vbi iuſſerit
fructus computari, uel aliud æquipollens; tunc
fructus computabuntur. Vbi enim inſtituit fi-
lium in uniuerſo, & ſic ultra legitimam, & eum
in vniuerſo ſimiliter grauat, & ſic etiam in le-
gitima uidetur grauaſſe reſpectu illorum fru-
ctum quos percepit; ex eo quod habuit vltra
legitimam. l. cùm pater. §. Titio. de legat. ſe-
cundo. & l. quod de bonis. §. quòd auus. ad
legem Falcid. & ſic effectu uidetur uoluiſſe, quod
illi fructus in legitimam imputentur: ideo tunc
in legitimam imputabuntur.

12 Et ſi dixerit, † immò uel expreſſè poteſt iubere
vt fructus imputent, vt eſt caſus in d. l. iubemus.

& ſi

& ſi inſlerit iuſſus non valet: ergo multo minus
ſi tacitè.& ſi nō valet iuſſus, ut imputetur in Tre
bellianicam minus debitam: ergo nec ualet iuſ-
ſus quòd imputetur in legitimam magis debitā.
Reſpondetur quòd l. iubemus procedit ſecūdū
ſua tempora, ſecundum quæ ſicut nō poterat in
totum prohiberi Trebellianica: ita nec in parte
iubendo ꝙ fructus in eam computentur: ſed cū
hodie poſſit teſtator ꝓhibere & falcidiā, & Tre
bellianicam ſecundum verā opinionem notatā.
de hæredi. & falci. §. ſi verò expreſſius. & in auct.
ſed cùm teſtator. C. ad leg. falci. ita & fortius po-
terit iuberi, ut fructus in eam computētur, quod
eſt prohibere falcidiam in parte. Sicut enim ubi
non poterat prohiberi tota, nec poterat pars. ita
ubi tota poteſt ꝓhiberi & pars: argumēto ſum-
pto ab oppoſitis. quod valet l. qui plures. de vul
ga. & pupill. & probatur iſtud argumentum in l.
penulti. & l. videamus. §. penul. ff. de in litem iu
ran. & ſic effectu hodie corrigitur. l. iubemus.
quia poterit teſtator iubere ꝙ fructus cōputētur
in legitima & trebellianica. & ita tenuit Cy. ibidē
& Do. meus Raph. Raymun. in d. §. cùm filiæ. li-
cet Bald. teneat contrarium.

13 Plus dixit idem Dominus meus: quia † & ſi
uelimus dicere quòd l. iubemus, ſit incorrecta, &
quòd hodie non poſſit iuberi vt fructus per mo
dū prohibitionis legitimæ, per illa verba prohi
bens omnem legitimam &c. Et ſi nō poſſit ope-
rari. quòd fructus computentur eo caſu in legiti
mā, ſaltē operabitur aliud ęquiualens; uidelicet:
quòd fructus perceptos ex rebus quas habuit ul-
tra legitimam: compelletur filius reſtituere cum
generali fideicommiſſo, quia cùm non poſſit ui-
deri illud grauamen adiectum in legitima, ne-
niat reſtituenda per fideicommiſſum: quia tale
grauamen eſt nullum. l. quoniam in prioribus.
Nec etiam poteſt videri illa verba appoſuiſſe ad
finem, ut fructus medio tempore percepti impú
tentur in legitimam: quia & illud eſt prohibitū
expreſsè in d. l. iubemus. ſaltem operabuntur il-
la verba unum fideicommiſſum de fructibus me
dio tempore perceptis reſtituendis: quia aliàs cū
ſint percepti iudicio teſtatoris, non tendunt lu-
cro hęredis, ſed imputantur in Trebellianicam.
l. mulier. §. ſi hæres. & l. in fideicommiſſaria. ſu-
pra allegata. Nam fideicommiſſum faciliter in-
ducitur l. peto. in princip. & l. unum ex familia.
in ſi. de legat. 2. & l. cùm uirum. C. de fideicom-
miſſ. quia paria ſunt quòd fructus imputentur
in legitimam, id eſt, retineantur ad ſupplendam
legitimam, uel quòd legitima ſuppleatur aliàs
eſt ſubſtantia teſtatoris ſecūdum §. repletionē,
& poſteà ipſi fructus medio tempore percepti re
ſtituantur cum generali fideicommiſſo. Si ergo
prohibitio legitimæ neutro ex ſuperioribus mo
dis poteſt operari, ſaltem operetur quòd fructus
reſtituantur, & non cedant lucro hæredis, quod
ſecùs eſſet ubi non eſſet facta prohibitio legiti-
mę, ut iam dixi.

14

14 † Et ad hoc allego dictum Ange. in l. balliſta,
ubi dixit limitandum d. l. iubemus, quòd licet
teſtator non poſſit iubere quòd imputentur fru-
ctus in Trebellianicam: quia tale mādatum non
ualet, ut l. iubemus. valet tamen mādatum ſi iuſ-
ſerit illos debere reſtitui, de quo per Rapha. Ray
mundi. in l. in fideicōmiſſ. Similiter dixit Rapha.
ibi quòd dicta l. iubemus. non habet locum extra
terminos ſuos. Et ſicut vbi quis eſſet grauatus re
ſtituere extraneo: volo per hęc dicta exēpla dice-
re, quòd illa lex non debet extra ſuum caſum ex-
tendi. Ego in hoc articulo puto Dominum meū
in extraordinarijs melius loqui.

15 Puto † enim quòd dominus meus in ordina-
rijs malè loquatur quòd filius inſtitutus in ſolidū,
& grauatus de reſtituendo, nō poſſit ſtatim que
relare, ſeu petere ſupplementum, quando fru-
ctus eius quod eſt ultra legitimam ſufficiāt, quo
niam, immò poterit, dūmodo velit eſſe cōtentus
ſua legitima. & verum eſt quòd hoc caſu fructus
percipiendi nō computantur in legitimā, immò
hoc caſu corrigitur per §. vnde ſi quis. per §. re-
pletionem. & per l. quoniam in prioribus.

Nec obſt. argumētum Fulgo. dum dicit quòd
iure veteri iſto caſu non dabatur querela: ergo in
16 re † nouo nō datur ſupplementum, quod datur
loco querelę: quoniam iſtud argumētum eſt fal-
lax: nam ideo non dabatur querela olim. in §. un
de ſi quis. quia fructus excludebant querelā, ſed
cùm facta ſint poſteà iura quę prohibent fructus
imputari in legitimam uel illam excludere, con-
ſequenter etiā ſi ius nouum aliud remedium nō
dediſſet, competijſſet iure ueteri querela: quæ
dabatur ubi quis non habebat legitimam. Hodie
verò lex addit remedium ſuppleri quod datur in
caſu pręciſè ubi iure ueteri data fuiſſet querela.

Item preterea cōtra Dominum meum do ca
ſum legis. de quo non fuit memor, vbi etiam ex-
17 preſsè probatur † quòd etiam iure Codicis ante
§. repletionē. & auct. de tuto. & ſe fructus per-
cepti ex eo quòd eſt ultra quartam non imputā-
tur in quartam, text. eſt in l. ſi pater puellę. C. de
inoffi. teſtam. ubi pater habet filium & filiam,
quo caſu cū iure Codicis legitima filij eſſet quar
ta eius, quod habitura eſſet ab inteſtato. l. cum
quęritur. & l. parētibus. C. de inoffi. teſta. Et filia
ab inteſtato fuiſſet habitura ſex uncias. l. inter fi-
lios. C. fami. ercif. Legitima eius erat uncia cum
dimidia. Modo pater inſtituit ſibi filium in ſex
uncijs, & filiam in quatuor, & ſic ultra legitimā,
& vxorem in duabus, & grauauit filiā poſt mortē
de reſtituendo fideicommiſſo. ſi deceſſit intra ui-
geſimum quintum annum. ibi quæritur; vtrum
filia habeat querelam; & videtur dicēdum quòd
non: quia fructus percepti, eo quòd habuit
filia vltra legitimam debent imputari de iure di-
geſtorum, per d. §. unde ſi quis. tamen ibi Impe-
rator dicit cōtrariū, quòd immò filia dicto caſu
haberet querelam: ſed ideò ibi excluditur, non
quia fructus computentur in legitimā, ſed qa ibi
filia

ſilia non vſ ex illo fideicommiſſo grauata. Nam
& ſi filia fuerit grauata de fideicõmiſſo reſtituen
do & fratri & matri, tamẽ quoniã & frater & ma
ter præmorientes ibi erant grauati de fideicom-
miſſo reſtituendo ſorori & filię, illud grauamen
habetur pro non grauamine, & ceſſat querela.
Eſt ergo ibi caſus expreſſus, quòd ſi non fuiſ-
ſet commiſſum debitum inuicem, filia habuiſ-
ſet querelam, nec fuiſſet excluſa, igitur fru-
ctus percipiendi ex eo quod eſt ultra legitimam,
in ipſam legitimam cõputarentur ſed bene puto
veriſſimum eſſe quod dixit Dominus præceptor
18 meus in extraordinarijs. † quòd ſi filius agnouit
onus illud quod à principio fuit nullum, confir-
matur ex perceptione fructuũ in bonis proprijs
hæredis: ergo fortius in legitima: per notata in
d. l. cohęredi. § cum filię. Item per rationẽ quo-
niam ſi vbi fuiſſet minus legitima, tamen agno-
ſcendo iudicium defuncti ſibi pręiudicat. l. Pa-
pinianus § ſi condi. de inoffi. teſtam. & l. paren-
tibus C. eod. titu. Ergo fortius debet pręiudicare
ſibi quo ad hoc vt fructus computentur in legi-
timam, & ita not. Gloſ in l ſi quando. §. & ge-
neraliter. C. de inoffi. teſta. ſuper ver. pręiudiciũ.
19 Vnus text eſt in hoc ſecundo membro † qui
mouet omnes ad dicendum, quòd iſta cognitio
non præiudicet in legitima, videlicet l. ſi quãdo.
§ & generaliter, vbi eſt caſus quòd licet pater re-
linquerit filio aliquid hoc adiecto, vt in legitimã
computetur, tamen filius ſimpliciter agnoſcen-
do ſibi non pręiudicat, nec propterea illud im-
putabitur ſi aliàs non debebat imputari, niſi ex-
preſſè promiſerit imputare & aliud ſupplemen-
tum non petere Et per illum tex. dixit ibi Bal. q
ſi filia fuit inſtituta in certa re & grauata, nec plus
petat per agnitionem legati, nõ præiudicat quin
petat ſupplementum: quia tale mandatum te-
ſtatoris non valeat, vt excludat filiam à legitimã
in auct. vt cum de appella. cognoſ. §. cæterum.
Et licet filius ſimpliciter agnoſcens non fuerit
proteſtatus. propter quod abſolutè agnoſcendo
videbatur ſibi præiudicaſſe, per not in l. 2. poſt
princi. ff. ſi quis. cautio. hoc tamen non nocebit
in propoſito: quia licet pater pro filio, nec eſt
proteſtatio neceſſaria, ex quo iſtud onus ipſo iu-
re non valet in legitima, ut in d §. cæterũ. immò
lex ſibi legitimam ſine proteſtatione reſeruat, ſic
dixit Bal. in d §. & generaliter. & idem dixit in l.
omnimodo. & in l. quoties. C. de hære. inſti. licet
aliàs conſuluerit hoc caſu in ſimili non tenere,
ſed viſitati ratione contrarietatis, de quo habe-
tur per. Bald. in dicta l. quoties, ſed communior
eſt ſententia Bal.
Ad hęc omnia reſpõdeo. quòd ubi pater pro-
hibet filio ne vltra petat, & dat ei minus legiti-
ma tũc nõ obſtante pcepto petit ſupplementũ,
nec tunc agnoſcendo ſimpliciter pręiudicat ho-
die, ut in d. §. & generaliter, licet olim ſibi pręiudi
caret, d. l. parentibus & l. Papinianus. §. quòd ſi
condi. in princ. de inoffic. teſta. Sed in terminis
noſtris licet teſtator inſſerit ne legitimam petat
tamen debet ei tantum quòd ſufficit ad legitimã
& fructus eius, vnde non eſt caſus noſter. Et hoc
ſecundo caſu bene ſibi præiudicat agnoſcendo.
20 Et † quod ſibi magis pręiudicet agnoſcẽdo vel
paciſcendo qui habuit quartam aliquo iure, quã
qui nullo modo habuit habẽmus Glo. notabilẽ
in d § & generaliter, Reſpõdendo ad tex. in l. j.
§. ſi parens. ff ſi quis teſta lib. eſſe inſ. fue. & Glo.
dicit quòd ibi ideò excludit ex ui pacti. quia ha-
buit legitimam integram, & ipſam ſequitur Dy.
& Oldrad vt ibi dicit Raph. immò & Bar. ſecu-
tus eſt in l. fina. C. de pact. licet in dicto § & ge-
neraliter illã nõ ſequatur. Et maximè tenẽdũ eſt
in caſu noſtro quòd fructus in legitimam impu-
tentur alia ratione quoniam licet Bonzilius eſ-
ſet grauatus reſtituere filijs & nepotibus, etiam
fratres & nepotes erant viciſſim grauati, ſub
21 eiſdem conditionibus reſtituere Bonzilio † Ex
quo non iam dicam fructus computari in legi-
timam, ad impediendam petitionem ſupple-
menti; quàm dicam ipſam legitimam cenſeri
ab initio ſine onere datam, ut eſt caſus ad litte-
ram in l. ſi pater puellę. C. de inofficio. teſtamen.
qm̃ illa lex ſecundum veritatẽ remanet incorre-
cta ſecundum opinio. veram Ricard. Malũ. quã
bene ſequitur Rapha. Fulgoſ in d l ſi pater. quia
licet de legitima reijciatur omnis cõditio. l quo-
niam in prioribus. & l. omnimodo. illud eſt verũ
in conditione, quæ adijcit onus quod faciebat
teſtamentum euerti per querelam: quia etiã ho-
die reijcitur ipſo iure, ſed quando fideicommiſ-
ſum erat mutuum illud non eſt iudicatum onus,
nec ea ratione cõpetebat querela: ut l. ſi pater.
ergo nec hodie datur ſupplemẽtum per reiectio
nem conditio. Sic alibi videmus quòd conditio
quæ continet commodum filij non reiicitur de
legitima. l filijs matrẽ. C. de inoffi. teſta. & not.
Bart. in d. l. ſi pater.
Ex quibus omnibus, ergo concludo quòd ſe
cundum opinio. Gloſſarum. quamcunque opi-
nionem teneretimus fructus iſti percepti in vita
Bonzilij imputantur in legitimã, ſiue quia Bon-
zilius non fuit de liberis primi gradus ſecundũ
primam opinionem ſupra relatam. tum quia ex
euentu patuit, quòd percepit tantum quòd ſuffi
cit ad quartam & fructus quartæ ſecundum aliã
opinionem. Tum quia ſecundum Rapha Fulgo.
etiam ſi eſſet de liberis primi gradus omnino im
putant vt tales fructus in quartam vt ſupra dixi.
Tum quia illud videtur tacitũ mãdatum, quòd
fructus computentur, quo caſu computantur, li
cet ſecus in mandato expreſſo ſecundum aliam
Gloſ. Siue vltimo ſecundum ſententiam Raph.
Raymundi. ex eo quod habuit deduci legitima.
Vel ultimo ſecundum ſententiam Ricar. Malũ.
& Raph. Fulg. qm̃ factũ fuit mutuũ fideicommiſ
ſum. propter quę omnia & ſingula ſecundũ ſen-
tentias præfatorum reſtat concludendũ fructus
debere in legitimam computari.

Et

22 Et ſcùm habeamus ſententiam Azo. Gloſſato-
ris.auctoritate Accur confirmatam.Ricar. Ma-
lamb.& Raph.Fulgo.& Raph Raymũdi.homi
num miræ auctoritatis nullus debet ab hac ſen-
tentia recedere Et licet Bar & Bal.tenuerint cõ
trarium,tamen maior eſt auctoritas Gloſ.tanto-
rum virorum opinione confirmata, per not.in l.
j. qui pro ſua iuriſdictio.
Item poſſet euitari opi. Bar.quoniam Bar.lo-
quitur vbi teſtator ſolum inſtituit vltra legitimã
& grauauit non prohibendo deductionem legi-
timæ,quę prohibitio ex ſe ſola ſecundum Raph.
Raymun poterit operari vt fructus imputentur
in ligitimam. Item Barto. ſolum dicit quòd fru-
ctus in legitimam non computantur,ſed an ſaltẽ
veniant ad reſtitutionem fideicõmiſſi. Bar. hoc
non tangit. Et Raph Raymundi tenet quòd ſic.
Item Bar.non loquitur vbi eſt mutuum fideicõ-
miſſum: ut fuit in propoſito.
Ex quibus omnibus in primo dubio cõcludo
23 quòd † Bonzilius viuens nõ deduxit legitimam,
ſed agnouit totum in quo fuit inſtitutus, & toto
tempore vitæ ſuę tot fructus percepit,qui æqui-
ualent ad legitimam & fructus eius. Dominius
Payellus,hæres Bonzilij ex pſona Bonzilij, non
deducet Trebellianicam; quia prohibita.nec le-
gitimam; quia illam ſatis deduxit per fructuum
perceptionem: qui in legitimam imputantur,&
in hoc paſſu ideò tam multa retuli,præter cõſue-
tudinem meam: quia ſuper omnia cupio breuis
eſſe.ut intelligi poſſit quòd ſecundũ omnes opi-
niones ſupra relatas iſte Bonzibus qui eſt nepos
teſtatoris, qui eum inſtituit, & ſic eſt de liberis
ulterioris gradus debet fructus medio tempore
perceptos in legitimam computare.
Circa ſecundum paſſum nullam intelligo du
24 bitationem, quòd † quoniam res ſubiectæ reſti-
tutioni per aſcendentes, poſſent per liberos de-
ſcendentes dari in dotem,& obligari per dote.&
liberis recepta reſtituenda,per tex. in auten. res
quæ.C.commu.de leg.& l.mulier.§.cùm propo
neretur.& l. à filio.ff.ad Trebel. immò etiã ſi de
ſcendens fœmina non fuerit de talibus bonis do
tata, poteſt dotem deducere,ſicut poteſt legitimã
per d.tex.in auct.res quę.Et per ea quæ not. Bar.
ibi & hoc de ſecundo,immò neſcio in quo verſe
25 tur pręſens dubitatio: quia Dominus † Nico-
laus in ſuo teſtamẽto iubet fęminas deſcendẽtes
ex maſculis à ſe inſtitutis debere dotari,& dotes
illarum de fideicommiſſo deduci. Et propterea
non fuit iſtud dubium formandum, ego tamen
conſtitui ad omnia dubia reſpondere de quibus
ſum interrogatus,& ad pręmiſſa facit quod not.
Bar.in l.2.§ ſi ſpõſa.ff de priuileg. credito. & l.
Lucius.§.Marcellus ad Treb.
Circa tertium dubium,cùm Dominus Nico-
laus iuſſerit ſuas deſcẽdentes ex maſculis debere
dotari, iuxta facultates bonorum ipſius teſtato-
ris,& quęritur quod tempus debeat conſiderari.
an ſecundum tempus teſtamenti, an ſecundum
tempus nubilis ætatis, an ſecũdum tempus quo
uerè maritabuntur. Breuiter dico, quòd cũ iſtud
legatum factum fuerit ab extraneo. Nam in hac
materia dicitur extraneus omnis qui non habet
in poteſtate.l.j §.extraneum. C.de rei vxor.acti.
legatũm eſt conditionale. ut colligitur ex no.in
l Titio centũ. §.Titio genero.de conditio.& de-
monſtratio.& not.in l.ſancimus.C. de nup.ideò
debet inſpici qualitas patrimonij, & conſuetu-
do ciuitatis ſecundum tempus illud exiſtentis
cõditionis.ut ibidem notatur.Et hæc pluſquàm
ſufficiant,

Et ita dico & conſulo Ego Franciſcus de Ca-
pitibus Liſtæ de Padua legum Doctor & Comes.
ibidem iura ciuilia legens ordinariè. & in teſti-
monium me ſubſcripſi,& ſigillari iuſſi.

SVBSCRIPTIO D. IACOBI DE Aluarotis Patauini.

IN Nomine Ieſu Chriſti. Cùm ex ſupra-
ſcripto proximo conſilio ſint adducta om-
nia copioſè,ſubtiliter, & elegantiſſimè per ſu-
praſcriptum famoſum Doctorem D.Conſulen
tem,quæ ad rem & deciſionem ſupraſcriptorũ
dubiorũ pertinere poſſunt, adeò vt nil quodam-
modo addi poſſit, idcirco Ego Iacobus de Alua-
rotis Patauus, & inter Doctores Patauinos mini
mus,de ſubſcriptione requiſitus,ea ſola contẽtus
idem dico & conſulo, prout in prædicto copioſo
conſilio concluſum & deciſum eſt in prędictis
dubijs. Et pręſertim circa primam dubitationẽ
in qua ſunt variæ opiniones ſecutus opinionem
26 Gloſæ ordinariæ, † cùm in iudicãdo melior tex.
habere non poſſit.prout ait Bald.in c.j.in fin. de
natura.ſucceſ.feu.& in l.fin.C. de pe. iud. & Iac.
But.in l. j. qui pro ſua iuriſdi. Quinimò conſul-
uit idẽ Bal.in l.2.C de ſen.quæ ſine cer. quant.
in magnis dubijs,ſemper in iudicando ſit tenen-
da opi.Glo ordinariæ,ex eo,quia talis auctoritas
Gloſſæ,omnes aliàs auctoritates excedit & ante-
cedit,prout ait idem Bal.in l.cũ hæreditas.C.de-
poſi. Et in fidẽ pręmiſſorum me propria manu
ſubſcripſi,cõſuetoq; ſigillo ſigillaui, & muniui
ſaluo ſemper conſilio ſaniori. Ad Laudem Dei
omnipotentis.Amen.

CONSILIVM DOMINI SALVſtij D.Guilielmi de Peruſio,& aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius, an poſſit uti frui non præſtita cautio-
ne,& nu.2.*
2 *Cautio de vtendo,& fruendo, & de reſtituendo uſu-
fructu finito in rebus quæ vſu cõſumuntur,de ſub-
ſtantia uſusfructus eſſe dicitur.*
Intellec.ad §. conſtituitur.in fi. Inſtitu. de uſufructu.

Cautio

3 *Cautio non eſt de ſubſtantia uſusfructus, in rebus quę uſu non conſumuntur.*

4 *Cautio uſusfructus in rebus quæ uſu non conſumuntur, ſæpe remitti ſolet.*

5 *Vſusfructuarius an in rebus in quibus cadit ꝓprius uſusfructus, non videatur ante habere ius utendi, quàm ſatiſdederit.*

6 *Vſusfructuarius percipiens fructus ſciente & patiente proprietario, eoſdem ſuos facit.*

7 *Vſusfructuarius percipiens fructus ignorante proprietario vel ſciente & non diſſimulante petere cautionem præſtari ſibi, eoſdem ſuos non facit.*

8 *Vſusfructuarius quando ſuos fructus faciat, cautione de non utendo arbitrio boni viri non præſtita.*
Intellectus ad l. vxori. ff. de uſufr. leg. cum alijs legi.
Intellectus ad l. i. C. de uſufru.

9 *Vſufructuarius omnium bonorum debet rerum poſſeſſionem manu hæredis recipere.*

10 *Legatarius poſſeſſionem propria auctoritate occupare non debet.*

11 *Vſufructuarius omnium bonorum falcidiam patitur, quemadmodum cæteri legatarij.*

12 *Taciturnitas hęredis non petentis cautionem, non inducit tacitum conſenſum, ut uſusfructuarius fructus ſuos faciat.*

13 *Taciturnitas & patientia an inducant conſenſum ſuper actu difformi.*

14 *Inuentarium rerum defuncti caput eſt, & finis reddendæ rationis.*

15 *Dolus ſubeſſe intelligitur ex denegatione inuentarij.*

16 *Præſumptio vna aliam tollit, vbi de præſumendo agitur.*

17 *Verbum domina, quid importet, & quam poteſtatem faciat.*

18 *Verba teſtatoris prohibentis uſufructuarium moleſtari directè, vel indirectè, quã ſententiã habeant.*

19 *Agens ſecundum naturam actus, contra actum venire non dicitur, licet veniat contra perſonam conuentum.*

20 *Cautio de utendo & fruendo, arbitrio boni viri à teſtatore etiam expreſsè prohiberi non poteſt.*

21 *Vſufructuarius præſtando iuratoriam cautionem, an liberetur à præſtatione fideiuſſionis.*

22 *Cautioni iuratoriæ de utendo quando locus ſit.*

23 *Vſufructu finito an gregis æſtimatio reſtitui debeat.*
Grex pecudum inter res quę uſu conſumuntur non cenſetur.

24 *Rerum quæ uſu conſumuntur cautione data, dominium in uſufructuarium cadit.*

25 *Cautio de reſtituendo uſufructu finito, in pecunia pręſtari debet.*

26 *Earum rerum quarum propriè eſt uſusfructus, inuentarium confici debet, quod caput eſt reddendę rationis.*

27 *Vſusfructuarius animalium an in locum demortuorũ, vel effectorũ inutiliũ, alia ſubſtituere teneatur.*

28 *Vſufructuarius an debeat percipere uſumfructum de pecunijs exactis per emptores mercantiarum fundici ipſius teſtatoris à debitoribus exiſtentibus in trafico ipſius fundici.*

29 *Vſusfructus pecunię chirographarię defuncti, ad uniuerſalem uſumfructuarium pertinet, niſi quid generaliter per ſpecialem clauſulã derogatum ſit.*

30 *Verbis generalibus derogatur per minus generalia.*

31 *Hæredes quando priuentur hęreditate, ex geſtis per ipſos cõtra uſufructuarium bonorum teſtatoris.*

32 *Nemo tertio ſine eius mandato nocere intelligitur.*

33 *Indulti Apoſtolici quæ vices ſint.*

34 *Executor teſtamentarius qualiter mandatum à teſtatore habere intelligatur.*

35 *Factum legitimè pœnam non meretur.*

36 *Alienata ab uſufructuario, in quibus propriè cadit uſusfructus, à ꝓprietario rei vẽdicatione petũtur.*

37 *Alienata quæ uſu conſumuntur à proprietario certi conditione repetuntur.*

CONSILIVM LXXIX.

VISIS, & diligenter inſpectis omnibus quę ſupra in puncto ſatis prolixè narrantur ad quinque, vel ſex dubia principaliter arbitror aduertendum. Et primò. An Domina Franciſca relicta uſufructuaria, fecerit fructus ſuos pro tempore quo fructus percepit ante præſtitam cautionem. Secundò an fratres inſtituti hęredes, non obſtantibus uerbis in teſtamento deſcriptis, in quibus prohibentur ipſam Dominam Frãciſcam ullo modo moleſtare, aut contradicere directè, vel indirectè, per ſe, vel per alium circa dictum uſumfructum, quin ipſum liberè percipiat, & de ipſo faciat, & diſponat velle ſuũ, poſſint à dicta uſufructuaria petere cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, & reſtituendo finito uſufructu. Tertiò, an dicta uſufructuaria liberetur pręſtãdo iuratoriam cautionem allegãdo ſe fideiuſſorem inuenire nõ poſſe. Quartò, an finitò uſufructu dicta uſufructuaria debeat reſtituere ęſtimationem gregis, & animalium, habito reſpectu ad æſtimationem quæ erat tempore mortis teſtatoris, an verò debeant æſtimari ſecundum valorem, & æſtimationẽ quę fieret de ipſis animalibus tẽpore quo ipſa cautio pręſtaretur. Et quid iuris ſi ipſa animalia interim deperirẽt durante uſufructu abſque dolo vel culpa ipſius uſufructuarię, an uſufructu finito aliquid reſtituere debeat de ipſis animalibus ꝑ emptis. Quintò, an dicta uſufructuaria debeat percipere uſumfructum de pecunijs exactis per emptores mercantiarum fundici ipſius teſtatoris à debitoribus exiſtentibus in trafico ipſius fundici. Sextò an dicti hæredes propter aliquid hac ſupradictis narratis, in puncto, poſſint dici priuati, ſecundum formam teſtamenti, ab hæreditate dicti teſtatoris.

1 Redeo ad primum dubium, † ſuper quo reputo aduertendum. Nam ſi quæritur an ſupradicta uſufructuaria fecerit fructus ſuos de rebus quæ remanſerunt in hæreditate, quę conſumuntur, in quibus habet locum titulus de uſufructu:

earum

earum terum quæ uſu conſum. indubitanter, &
2 clariſſimè dicendũ eſt, quòd nõ. † Nã in talibus
cautio de utẽdo & fruendo, & de reſtituẽdo uſu
fructu finito, dicitur eſſe de ſubſtantia uſufru-
ctus. ut in l. hoc Senatus. §. j. ff. de uſuſruc. earũ
rer. & probat tex. expreſsè inſtitut. de uſufruct. in
fine. §. conſtituitur. ibi dum dicit, ſed pro cautio
ne quaſi uſumfructum conſtitui &c. Nec poteſt
ius vtendi, & fruendi competere ante prędictam
cautionem, ut not. Barto. in l. i. C. de vſufructu.
3 licet † ſecus ſit in rebus quæ vſu non conſumun-
tur. Nam in illis cautio nõ eſt de ſubſtantia vſu-
4 fructus, quod patet: † quia in multis caſibus vſu
fructuario remittitur dicta cautio per notata per
5 Glo. in l. uſufructus. C. de vſufru. Si autem † quę
rimus de alijs rebus in quibus cadit propriè vſu
fructus, nec vſu conſumuntur, tunc attendendũ
reputo quòd licet vſufructuarius non videatur
habere ius vtendi, niſi ſatiſdet. vt ff. vt in poſſ. leg.
l. ſi pecuniam. in principio. & ff. de iureiurand. l.
ſed ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum. & ff. de vſu-
fructu. l. ſi homo. & de vſufructu lega. l. vxori.
quod etiam firmauit Gloſſ. in l. hac edictali. §. is
illud. C. de ſecund. nupr. & dicta l. ſi homo. licet
aliter notauerit in dicta l. vxori. & l. ex diuerſo.
ff. de rei vendic. & ff. de vſufructu. l ſi cuius. §. Iu
lianus de quo etiam tangitur in l. ſi furt. de vſu-
fruct. & in l. vti frui §. ſicut. ſi vſufruct. petatur.
tamen Barto. dicta iura intelligit, & ſic præfatas
6 Gloſſas reducit ad cõcordiam, diſtinguendo † ꝙ
aut vſufructuarius percepit fructus ſciente & pa
tiente proprietario, & tunc facit fructus ſuos, &
hoc modo procedunt Gloſ. ſuperius alleg. quæ
concludunt pro parte affirmatiua. Interdum
7 † vſufructuarius fructus percipit ignorante pro
prietario, vel ſi ſciente non diſſimulante ſe petẽ
re ſibi cautionem præſtari, & tunc ſecus per tex.
in dicta l. hac edictali. §. is illud. in ver. ſin autem
utraque Ex qua Theorica videtur ſequi affirma
tina concluſio, videlicet, quòd dicta domina Frã
ciſca pro tempore quo fructus percepit ante pe-
titam cautionem ſcientibus ipſis hæredibus, &
non petentibus cautionem, fecit fructus ſuos.
8 Sed tamen arbitror † quòd in contrarium ſe
habeat veritas ad quod dicendum me mouet ele
gans doctrina Baldi in proprijs terminis ſequen
tis Guilielm. de Cuneo in l. j. C. de vſufructu.
vbi ſuper quæſtione prædicta, an vſufructuarius
non præſtita cautione, faciat fructus ſuos, notan
ter ad propoſitũ dicit, quòd aut vſufructuarius
eſt adeptus poſſeſſionem bona fide, ut quia hęres
tradidit ſibi poſſeſſionem rerum hæreditariarũ
ad vſufructuãdum, nec petijt cautionem, & tũc
facit fructus ſuos propter bonã fidem. l. ſed ſi le-
ge. §. ſcire. de petit hæredi. Aut fuit in poſſeſſio-
ne mala fide. puta: quia occupauit poſſeſſionem
rerum auctoritate propria, ut contingit, dicit ip
ſe, in vxoribus teſtatoris relictis vſufructarijs, &
tunc non facit fructus ſuos ad præſtitam cautio-
nem: quia videtur eas indebitè percepiſſe. & ita
dicit debere intelligi lex vxori. cum alijs ſuperius
allegatis. Pro quo facit, licet ipſe non alle-
get, allegatus text. in dicta l. prima. C. de vſufru-
9 ctu. qui coniuncta Gloſſ. expreſsè vult, † quòd
vſufructuarium omnium bonorum debeat poſ-
ſeſſionem rerum recipere manu hæredis.
10 Præterea illud eſt regulare † in quolibet lega
tario, vt poſſeſſionem propria auctoritate nõ de
beat occupare. l. prima. §. redigitur. ff. quorum le
gat. & l. prima. C. eodem titu. Sed certum eſt ip
ſam dominam Franciſcam fuiſſe uſufructuariã,
ut patet ex verbis teſtamenti. Patet etiam: quia
11 † ille cui relinquitur vſufructus omnium bono-
rum, patitur falcidiam, quemadmodum cæte-
ri legatarij. l. omnium. ff. de uſufructu. & ita fuit
in caſu noſtro. Nam ut in facto ſupra narra-
tur, fratres adiuerunt hæreditatem, & apprehen-
derunt poſſeſſionem bonorum, & tandem ipſa
vſufructuaria aut rerum poſſeſſionem auctorita
te propria occupauit, vnde tanquam indebi-
tã poſſederit & mala fide non potuit facere fru-
ctus ſuos. vẽdicat ergo ſibi locum doctrina Baldi
ſuperius recitata in uſufructuario qui poſſeſſio-
nẽ bonorum habuit ab hærede, ꝙ hęres tradẽdo
poſſeſſionem, & nõ petendi cautionẽ, tacitè tũc
cõſentire videtur, vt faciat fructus ſuos: ſecus in
hęrede, qui nihil geſſit cũ uſufructuario rerum
poſſeſſionem tradendo. Nam tunc nulla reperi
tur materia præexiſtens, vnde oriri poſſit tacitus
conſenſus inter hæredem, & vſufructuarium: ar
gumen. legis ſi in area. ff de condi indeb.
12 Præterea, quòd † taciturnitas hæredum nõ pe
tentium cautionem, hoc caſu non inducat tacitũ
conſenſum, vt uſufructuaria faciat fructus ſuos,
probatur apertè ex doctrina Barto & aliorũ in
13 l. quę dotis. ff ſolu. matrimon. in puncto illo † an
taciturnitas & patientia inducant cõſenſum ſu
per actu difformi. exemplum quando aliquis oc
cupat poſſeſſionem rei meæ me ſciente, & patiẽ-
te: nam ibi notatur, quòd aut præcedit contra-
ctus, ex cuius natura teneor illud pati, & tũc ui-
deor tacitè conſentire: argumen. l. 2. C. de acqui
ren poſſeſſione. & quod ibi notatur. Aut nõ prę
cedit cõtractus ex cuius natura debeam illud pa
ti, & tunc ſi tractatur de magno prędiudicio, non
uideor conſentire, ſecus ſi de modico præiudi-
cio, ut l. quam Tubetonis §. ſunt quidã. ff. de pe
culio. & l. Sabinus. communi diuidun. coniun-
cta. l. nunquam plura defuit. & d. l. ſecũda. de ac
quir. poſſeſ.

Cum itaque in caſu iſto fratres nõ tenerentur
pati ex natura legati, ut uſufructuaria inciperet,
uti frui nõ præſtita cautione, ut ſupra plenius eſt
deductum, & ſumus in caſu, ubi tractatur de ma
gno præiudicio ipſorum hæredum. hoc eſt, ut
uſufructuaria faciat fructus ſuos cautione nõ prę
ſtita: ergo ſequitur manifeſtè, ꝙ patiẽtia ipſorum
hęredũ nõ potuit inducere tacitũ cõſenſũ circa
acquiſitionẽ fructuũ fiendã p ipſam uſufructuariã.
Pręterea quòd ipſa uſufructuaria fuerit in mala

fide fructus ipſos percipiendo, probatur aliũde.
Nam præſupponitur in facto, quòd fratres acceſ
ſerunt ad eam petentes, ut faceret inuentarium,
14 † quod inuentarium eſt caput, & finis reddendæ
rationis, ut notant Doctores in l. cum tale. §. Ti-
tius, de cond. & demonſt. & tangitur in auct. ſed
cùm teſtator. ad legem falcid. in q. de hærede, qui
non fecit inuẽtarium, an perdat Trebellianicã,
quod ipſa facere denegauit, nolens quòd ipſi fra
ttes aperirent ſcrinea, in quibus erant res mobi-
les, & ut experiẽtia docet, ut plurimum maioris
15 valoris, † ex quo certè inſurgit præſumptio doli
ipſius uſuſructuariæ, qui dolus colligitur ex per-
ſpicuis indicijs, ut in l. dolo. de dolo. Ex quo etiã
patet nullã inſurgere præſumptionem taciti cõ-
ſenſus ipſorũ hæredum. tum quia etiam poſſeſ-
ſionem nõ tradiderunt, tum etiam quia ipſis pe-
tentibus confectionem inuentarij extitit dene-
16 gatum. † Vbi enim agitur de præſumendo, vna
pſumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integ. re-
ſtit. cum ſimilib. Et ſic dicta uſuſructuaria pro-
pter malam fidem fructus ſuos non facit. Quam
malam fidem expreſsè põderauit etiam Gloſſ. in
dicta l. vxori.

Nec obſtat prædictis ſi dicatur quòd teſtator
legando eligit eam dominam, & uſuſructuariã,
17 † quaſi illud verbum dominam habeat importa
re, vt poſſit poſſeſſionem aſſumere auctoritate
propria. Nam talia verba non alterant naturam
legati uſusfructus, ſed denotat quãdã ſimplicẽ
præeminentiam, vt habeat præeminẽtiam in do-
mo, ſicut præeminens erat ante mortem uiri. vt
l. 2. ff. rer. amot. & l. j. §. ſi vir. ff. ad Syllan. & l. Ti-
tia. §. q Marco. de annuis legatis. Et ſic cõcludo
quo ad primum dubiũ, ꝙ prædicta Franciſca pro
tempore quo percepit fructus, etiam anteaquã
ab ipſa peteretur cautio de utendo, & fruẽdo ar-
bitrio boni uiri, & de reſtituendo uſuſructu fini-
to, non fecit fructus ſuos, ſed ipſos reſtituere de-
bet fratribus hæredibus inſtitutis.

Venio ad ſecũdum dubium, circa quod dico,
18 † quòd verba teſtatoris prohibẽtis uſumſructua
riam moleſtari directè, vel indirectè &c. Nõ im-
portãt quòd proprietarius nõ poſſit petere cau-
tionem. Nam dicta verba intelliguntur, niſi quæ
ſtio vel moleſtia oriatur ex natura ipſius diſpo-
ſitionis. ut l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.
19 & l. venditores ff. de verb. oblig. Nam † ille qui
agit ſecundum naturam actus, non dicitur ueni
re contra actum, licet veniat cõtra perſonam cõ-
uẽtam. vt d. §. ſed ſi rerũ. de iureiu. & eod. tit. l. ſi
20 duo patroni. §. ſi iurauerit. Præterea † nõ potuiſ-
ſet teſtator etiam prohibere expreſsè petitionẽ
cautionis prædictæ, ut l. j. C. de uſuſruct.
21 Quo ad tertium † fuerunt plures opiniones,
vt referunt Doct. in l. vſuſructus. C. de uſuſructu.
Nã quidã dixerũt ꝙ ſi uſuſructuaria non põt in-
uenire fideiuſſorem propter ipſius paupertatẽ,
quòd tunc admittitur iuratoria cautio. Alij dixe-
rũt, quòd hoc caſu uſuſructus debet puenire ad
manus proprietarij, q cauebit uſuſructuario de
præſtando uſum. Tertij dicunt, quòd ſi uſuſru-
ctuarius nõ poteſt inuenire fideiuſſorem, impu-
tet ſibi: quia non habebit uſumfructum, nec cõ-
modum ex eo, per dictã l. uxori, cum alijs ſupra
in prin. conſilij allegatis. & hanc præciſè tenuit
Accurſius, Odofred. Iac. Butrig. & Cy. quos etiã
ſequitur Bal. Quarta fuit opinio aliorũ, quos ſe-
quitur Bar. diſtinguentium, an perſona uſuſru-
ctuarij ſit ſuſpecta, uel nõ, ut primo caſu nõ cõ-
mittatur iuratoriæ cautioni, ſecundo ſic. Mihi ui
detur quòd de iuris rigore præcedens opinio Gl.
Butrigarij, & aliorum ſequacium per iura allega
ta p eos ſit uera. Sed quidquid ſit in caſu iſto, nõ
expedit multum diſcutere, cùm in facto præſup-
ponatur nõ fore uerum quòd dicta domina Frã
ciſca propter paupertatem fideiuſſorẽ inuenire
22 nõ poſſit. † Si tamen Iudici hoc liquidò appareat
ipſam propter paupertatẽ fideiuſſorem inueni-
re non poſſe. Vel ſequatur opinionem prædictã
Cyni, Butr. & Baldi, quæ in iure uidetur uera, &
hoc mihi uidetur tutius. Vel ſi uelle declinare ad
opinionẽ Bar. diligentes aduertat ad qualitatẽ
perſonæ ipſius uſuſructuariæ arbitrando bonus
uir, an ſit ſuſpecta uel nõ; Aliqua enim ſupra nar
rantur in puncto quæ aliqualiter de ipſa ſuſpitio
nẽ uidentur inducere, uidelicet, quòd ſæpe iurat
& efficitur periura. quòd malè tractauit bona hæ
reditaria diſtrahendo, & diminuendo, & nulla
etiam præſtita cautione, quæ multum cõueniunt
legalitati mulieris. † unde cẽſeo hoc totum iudi-
cis arbitrio relinquendum.

Quoad quartum dubium aduertendum eſt
23 † Nam in grege pecudum, iumentorum, & cęte-
rorum animaliũ propriè cadit uſusfructus, nec
dicuntur animalia eſſe de rebus, quæ conſumun
tur per uſum uſuſructuarij. Inſtituta. de uſuſru-
ctu. §. conſtituitur. ubi tex. dicit, quòd in iumen-
tis propriè cadit uſuſructus, quẽadmodũ in ſer-
uis, ut habetur ẽt expreſsè in tex. in l. uetus. cum
quibus ſequẽtib. ff. de uſuſru. licet ſecus ſit in ui
no, oleo, frumento, ueſtimentis, pecunia, & alijs
24 ſuppellectilib. Nam † dicũtur res quæ uſu con-
ſumũtur, nec in ipſis cadit. l. ius uſu. ff. de uſuſru
ctu. niſi per cautionem tamen trãsferatur domi
nium in uſuſructuarium. ut Inſtitu. de uſuſru. in
princip. & l. ſi olei. & per totum de uſuſructu ea-
rum rer. quæ uſu conſumun. Vnde dicendũ eſt,
quòd uinum, oleum, frumentum, ueſtimẽta, ſup
pellectilia, & alia quæ uſu cõſumũtur, quæ remã
ſerunt in hæreditate, debent æſtimari, & debet
præſtari cautio de reſtituẽdo æſtimationem fini-
25 to uſuſructu. † in pecunia autẽ debet pſtari cau-
tio de reſtituendo tantundem. In grege autẽ pe-
cudum, & cæterorum animalium, quæ præſuppo
nũtur rẽ anſiſſe in hæreditate, nihil uenit de æſti-
matione tractãdum; nam ut dixi in eis propriè
26 cadit uſuſructus, † ſed debet eis confici inuen-
tarium, quod ut ſupra tractatum eſt caput reddẽ
dæ rationis, & tenetur præſtare uſuſructuariã cau

tionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni
viri, & de reſtituendo vſufructu finito, proue
contingit in alijs rebus, vt dicta l. prima, & l.
vſufructu.
Notandum tamen eſt, quòd in animalibus
iſtis licet fœtus, qui naſcuntur, vſufructu du-
rante, pertineat ad vſumfructuarium, tamen ſi
27 ex ipſis † animalibus, quæ ſupererant tempore
inchoati vſufructus aliqua ſint perempta, vel ef-
fecta inutilia, quamuis ſine culpa vſufructuarij
alia ſubſtituenda ſunt in locum mortuorum,
vel effectorum inutilium, de ipſis fœtibus ani-
malium natis, vſufructu durante, quod ſi non
facit, vſufructuarius tenetur, nec dicitur fuiſſe
vſus arbitrio boni viri, & ipſa animalia ſint ſub-
ſtituta incontinenti efficiuntur proprietarij, &
deſinunt eſſe vſufructuarij, quæ omnia proban-
tur ad litteram in dicta l. vetus, cum duabus ſe-
quētibus. vbi autem aliqua corpora animalium
eſſent perempta, vel inutilia effecta abſque cul-
pa vſufructuarij, nec habuiſſet vſufructuarius
vnde potuiſſet ex fœtibus ſubſtituere, ad nihil te
netur, niſi reſtituere gregem tantùm, & talem,
prout reperitur tempore vſusfructus finiti, vt in
iuribus ſupra allega. & facit quod habetur. de le
ga. j. l. ſi grege.
28 Quo ad quintum dubium reſpōdeo † vſufru-
ctuariam non debere percipere vſumfructū de
pecunijs exacti, à debitoribus fundici, ſiue apo-
thecæ panorum per emptores mercantiarum ip
ſius fundici. Expreſſis nāque teſtator, quòd em-
ptores prædicti deberent exigere dictas pecunias
pro hæredibus, & ſic patet quòd cauſa hæredū,
& propter ipſorum vtilitatem voluit teſtator ex-
actionem fieri, & ipſi ſunt qui petere poſſunt di
ctam pecuniam exactam, probatur in l. fideicom
miſſum. §. interdum. ff. de legatis tertio, vbi text.
& de liberatione legata. l. non ſolum. §. primo,
in fin. & l. Aurelius. §. pen. & facit quod notatur
in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de legatis primo,
& l. cum pater. de iur. dot.
29 Præterea probatur ratione. † Nam aliàs di-
cta verba teſtantis, dum dicit, quam præfati
emptores exigerunt pro hæredibus, nihil ope-
rantur, contra de lega primo. l. ſi quando, & con
tra cap. ſi Papa. de priuileg. Si enim intelligere-
mus, quòd exigerent dictos debitores pro hære
dibus, hoc eſt, quòd ipſi hæredes haberent di-
ctas pecunias finito uſufructu. Et interim du-
rante vſufructu vſufructuaria perciperet vſum-
fructum ipſarum pecuniarum exactarum, quem
admodum aliarum rerum, prout haberent ne-
ceſſe dicere volentes tenere oppoſitum, tunc
fruſtra teſtator dicta verba poſuiſſet: nam vſu-
fructu finito, virtute vniuerſalis inſtitutionis di
ctæ pecuniæ pertinent ad hæredes, prout alia bo-
na. Dicendum eſt ergo, vt prædixi vſumfructum
in ipſis pecunijs ad vſumfructuariam non perti-
nere, & derogatum eſſe generali legato vſusfru-
ctus omnium bonorum per præcedentem clau-
ſulam ſpecialem, vt l. prima, de noui oper. nun-
ciat. & l. prima. § dixerit aliquis. de publ. vbi per
Barto. qualiter genus per ſpeciem derogetur:
30 † derogatur enim verbis generalibus per minus
generalia. l. vxor. §. codicillis de leg. 3. & l. ſeruus
vrbanus. in fi. eo. ti. cum ſimil.
31 Venio ad vltimum dubium, † videlicet, an ex
his, quæ ſupra narrantur in facto geſtis per di-
ctos hæredes, vel eorum prælatum, ſiue ſyndicū,
dum dicitur, quòd vendita, diſtracta, data, ſeu lo-
cata fuerunt quædam bona mobilia, ſeu immobi
lia, dictæ hæreditatis abſque expreſſa licentia ip-
ſius vſufructuariæ, an ex hoc dicātur hæredes tur
baſſe eā in uſufructu, adeo quòd priuati ſint hæ-
reditate ſecundum formam teſtamenti. Super
quo dubio dicendum eſt, quòd non, multis de
32 cauſis. Primò quia † præſupponitur dictum Syn
dicum, ſeu Prælatum, qui vendidit, vel locauit,
non habuiſſe ad hoc ſpeciale mandatum: & per
cōſequens nō potuit facere incurrere dictos fra-
tres, & capitulum, in pœnam. de conditione in-
deb. l. ſi procurator. & l. j. §. ſi procurator. ſi quis
iuſdicenti non obtemperauerit.
Præterea allegat dictos fratres habere indul-
33 tum † Apoſtolicum diſponens, quòd ſi ex ali-
qua culpa Prælatorum, aut ſyndicorum, læſio ali
qua contingeret bonis, rebus, aut iurib. ipſorum
fratrum, quòd ipſo iure cōſeruentur illæſi, abſq;
ope reſtitutionis. Vnde etiam ſi ſyndicus habuiſ
ſet ſpeciale mandatum, propter quod ipſi fra-
tres incurriſſent in pœnam priuationis hæredita
tis attamen ſeruari debent illæſi virtute dicti pri
uilegij Apoſtolici. Quid ultra etiam cum ipſi fra
tres fuerint executores relicti, ſimul cum ipſa
vſufructuaria, & cum quodam Franciſco ſer Lu
cæ, & eis data fuerit poteſtas per teſtatorem ven
dendi, & alienandi pro ſatisfactione legatorum.
Præſupponatur quòque in facto dictos fratres ven-
didiſſe, ſeu locaſſe pro ſolutione legatorum fien
da, & maximè pro ſatisfaciendo certis oneribus
debitorum, dictæ hæreditatis, vel pro alijs cau-
ſis ſupraſcriptis, ſciente, uolente, & conſentiente
dicto Franciſco, ac etiam ſciente, & patiente di-
cta uſufructuaria, abſonum uidetur dubitare,
quod ex tali uenditione, ſeu locatione fratres
34 ſint priuati, † cùm ſic faciendo fuerint execu-
tores uoluntatis teſtatoris, & ad id faciendum
habuerint expreſſum mandatum à teſtatore.
35 Nam † quod legitimè factum eſt, pœnam non
meretur. l. Gracchus C. de adulterijs. Et ſic con
cludo, quòd fratres nullo modo poſſunt dici
hæreditate priuati, quaſi indebitè in aliquo mo-
leſtauerint ipſam uſufructuariam. Quinimmò
ex quo dicta uſufructuaria non præſtitit cau-
tionem, & bonorum poſſeſſionem occupauit
auctoritate propria ſine traditione ipſorum hæ-
redum competit ipſis fratribus ius reuocandi ab
ipſa uſufructuaria tenutam, & poſſeſſionem om
nium bonorum hæreditatis, quæ per ipſam poſ
ſidentur. d. l. j. §. rediguntur ff. quor. legat. &

l.j C.eo.ti. Nec incipit ipſa vſufructuaria vti,& fui, niſi præſtet cautionem de qua ſupra dictum
36 eſt plenè † Porrò etiam ſi vſufructuaria recepiſ-
ſet poſſeſſionem bonorum ab ipſis hęredib. & tandem vellet cautionem præſtare, competeret ipſis fratribus rei vendicatio ad vẽdicandum ab ipſa vſufructuaria ipſa bona tradita, in quib. pro-
37 priè cadit vſusfructus, † vel incerti conditio ad
repetendum ea, quæ vſu conſumuntur, de quib. fuiſſet dominium per traditionem tranſlatum: ut l. hoc Senatus. & ibi per Gl. ff. de vſuſr. ear. rer. quæ vſu conſumun.

Salluſtius D. Gulielmi de Peruſio.
Nicolaus de Sicilia Decretorum Doctor.
Petrus de Pecis de Senis.
Robertus D. Honofrij Bartolini de Peruſio.

CONSILIVM D. LAVRENTII DE Rodulphis de Florentia, & aliorum Iuriſconſultorum in cauſa pręcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator volens vſufructuariam liberè poſſe fructus percipere eidem cautionem, alienasque moleſtias remittere intelligitur.*
2 *Verbum poſſe, plenitudinem poteſtatis denotat.*
3 *Verba quòd hęredes vſufructuariam non moleſtent, nec in aliquo contradicant, directè vel indirectè, quam vim habeant.*
4 *Cautionem quam vſufructuarius pręſtare debet, teſtator non poteſt remittere.*
5 *Vſufructuarius bonorum teſtatoris ea propria auctoritate capere poteſt.*
6 *Arguere à contractibus ad vltimas voluntates permittitur.*
7 *Confectio inuentarij remitti poteſt.*
8 *Obligationis omnis minima qualitas, libertatis qualitatem tollit.*
9 *Hæredes quando dicantur vſufructuariam moleſtare.*
10 *Verba liberè poſſe percipere fructus, licet cautionem vſusfructus non remittant, valẽt tamen quo ad remiſſionem inuentarij, & quo ad conceſſionem capiendi propria auctoritate. Fortè etiam quo ad exactionem cautionis, licet expreſſa cautio non valeret. nu. 11.*
12 *Bona fides cauſam faciendi fructus ſuos prębet.*
13 *Continuare poſſeſſionem, & de nouo capere differũt.*
14 *Omnis qualitas à ſuo ſubiecto regulatur, intelligiturque ſecundum tempus verbi cui applicatur.*
15 *Rerum quę vſu conſumuntur, an poſſit vſufructuarius ſine cautionem poſſeſſionem capere.*
16 *Naturalia contractus, illi qui conuenire non poteſt, non auferuntur.*
17 *Non dicitur venire quis contra iuramẽtum, quod habet peritam executionem.*
18 *Regula vbi non valet principale, valeat adiectio pœnæ, non procedit, quando principale eſt prohibitum, maxime fauore hæredis.*
19 *Vſufructuarius bonorum teſtatoris, quando dicatur in dolo verſatus.*
20 *Vſufructuarius qui animalia vendit, contra naturam contractus facere dicitur.*
21 *Verba quęcunque latiſſima excluſionem doli non cõtinent.*
22 *Fructuarius percipiens fructus rerum, quæ uſu non cõſumuntur, ſciente & patiente hęrede, nec cautionẽ petente illos ſuos facit.*
23 *Quæ arbitrio iudicis committuntur, dolus ab eodem iudice arbitrium pronuntiandum eſt, antequàm verificentur.*
24 *Iuratoriæ cautioni, quæ obſtent, quæq; eã excludant.*
25 *Ex præterita malitia pręſumi in futurum circa eandem cauſam.*
26 *Legatum uſufructus bonorũ omnium mobiliũ, & immobilium, nomina debitorum non comprehendit.*
27 *Nomina tertiam bonorum ſpeciem efficiunt.*
28 *Nomina in bonorũ generali appellatione cõtinẽtur.*
29 *Nomina ſub appellatione mobilium, & immobilium non includuntur.*

CONSILIVM LXXX.

ELEGANTER dicta p pręmiſſos eximios Doctores iterum repetere ab re eſſet, nulliq; hæreditati ſeruiret, Ea propter nos infraſcripti Doctores inſimul habita collatione, vt veritas conſolidetur aliqua circa vnumquodq; quæſitum breuiter perſtringemus. Et in primo quo concluditur ipſam vſufructuariam relictam fructus perceptos ſuos nõ feciſſe articulos concluſionũ, non poſſe proce-
1 dere, patet † enim ꝙ teſtator voluit ipſam liberè
poſſe fructus percipere, ergo ſine cautione, aliaque moleſtia: ita. n. importat natura illius dictio-
2 nis aduerbialiter prolatę, † plenitudinẽ. n. deno-
tat poteſtatis. vt in c. de multa. de pręb. & dignita. ff. de pecul. l. quã Tuberonis. §. alia. ſineq; alicuius vexatione, vel impedimento, aut alterius contradictione. l. uim facit ff. de vi, & vi arma. de reſt. ſpol. c. Piſanis. de elec. c. vbi periculum §. qđ ſi. in 6. Adeò ꝙ eius qui ſibi ſuperior eſſet, licentiã excludit: vt in Cle dudum de ſepul. vnde ſine licentia, vel cõtradictione poſſeſſionũ rerum hæreditariarũ videbatur poſſe propria auctoritate vti frui, facit ca. ſi beneficia. de præb. in 6. Ex quo
3 † verbo, & aliis quę poſita ſunt in teſtamẽto. ſ. ꝙ
hęredes eã nõ moleſtent, nec in aliquo cõtradicãt directè, vel indirectè, videntur inferri tres cõ-
4 cluſiones. Prima, ꝙ etſi nõ intelligatur † remiſſa
cautio vſusfructus: quia illa remitti non põt: vt l. j. C. de vſufr. & l. ſcire debetis. & quod ibi nota-
5 tur. C. ut in poſ. leg † tamẽ ei vł permiſſum cape
re bona ꝓpria auctoritate. l. Titia teſtõ §. i. de le-
6 ga. 2. † & quod habetur in contractib. à quib. ad
vltimas voluntates argui permiſſum eſt, vt in iuribus vulgaribus, vt l. ſi C. de leg. in l. 3. C. de pig. niſi enim inuenerit reſiſtentem liciè poſſeſſionis omnium quibus habet vſumfructum, potuit

adipiſci

adipiſci, ut à contrario. in l. non eſt ſingulis. ff. de
reg. iur. & ſic hic ceſſare videtur dictum Baldi in
d. l. j de uſufructu.
7 Secundò: † quia confectio innentarij etiam vi
detur remiſſa, quòd fieri poteſt. C. de arbi. tut.
l. fin. illam enim petere, eſt illi moleſtiam facere,
8 libertatemque in talibus auferre: † omnis enim
minima qualitas obligationis tollit qualitatẽ li-
bertatis. ff. de libe. & poſth. l. in ſuis. & l. Meuius.
9 §. fundo ff. de legat. 2. & ibi Barto. Tertio, † ꝙ
etſi prædicta vera nõ ſint, & non poſſit cautio
remitti, tamen hæredes illam petentes, eique in-
uentarium non confectum impugnantes ipſam
moleſtare dicuntur. l. nõ ſolum. §. ſi ſtatus. ff. de
ꝓcuratoribus & notatur in l. Lucius. § procura
10 toribus. ff. ad Trebellian. † propter quod hæ-
reditatem perdere dicuntur: licet enim non va-
leat ipſum principale quo ad cantionem uſusfru
ctus, valet tamen qno ad remiſſionem inuenta-
rij, ad conceſſionem capiendi propria auctorita
te, & ſic pœna priuationis ſuccedit, ſi propter id
qnod propria anctoritate occupaſſet, etiã ſcienti
bus fructus ſuos argueretur nõ feciſſe. Quinimò
11 & fortè † etiam propter exactionem cautionis li
cet prohibitio nõ valeret. Inſtitu. de legat. §. fin.
& quod notatur in l prima. C. de his qui pœne.
not. Sicque ex prędictis videtur inferri primam
concluſionem non procedere. Quod maximè ro
boratnr ex doctrina Cyni. in l. 4. C. de uſufru-
ctu. Saris enim probabiliter dici poteſt ipſam
dominam ceſſaſſe præſtare cautionem, credens
12 † per ampla verba teſtamenti, de iure non tene-
ri, qno caſu fructus ſnos facere dicit. ff. de peti-
tio. hæred. l. ſed ſi lege. §. ſcire. qnod etiam ſequi-
tur Bald. in dicta l prima. Snpra autem dictum
eſt, qnòd eam poſſeſſionem adepta eſt ſine uitio,
13 præſertim † cùm potius dicatur continuaſſe,
quam de nouo cæpiſſe. l. qni iure familiaritatis.
ff. de acquirẽ poſſeſ. & quod notatur in l. fin. C.
qui pot. in pign. habeantur. Hæc quidem mul-
tum ſtringere videntur contra conſultationem
prædictam, ſed ſubtiliter intuendo, in ueritate
14 non obſtant. Certum eſt enim, † quòd omnis
qualitas regulatur à ſno ſubiecto, intelligiturq́;
ſecundum tempns verbi cui applicatur. l. in deli
ctis. §. ſi detracta. aliàs ſi extraneus ff. de noxalib.
l. Titius. ff. de teſtam. milit. & ibi Barr plenè per
eundem in l ex facto. ff. de nulga. & pnpilla. Sed
omnia verba prædicta, regulant, concernuntq́ue
ipſum uſumfructum, ipſamq́ue dominam Frãce
ſcam, non ſimpliciter, ſed fructuariam, ut ex ver-
bis teſtamenti apparet.
15 Ex quo ſequitur primò, † quòd in rebns quæ
uſu conſumuntur ſine cautione qualitatis illam
non habet, vt habetur in l. prima. C. de vſufru-
ctu. per Doctor. facit. l. prima & quod ibi habe-
tur. ff. eodem titu. & ſic non potuit propria au-
ctoritate illas apprehendere, cùm antequam eſ-
ſet uſufructuaria libertatem, auctoritatemq́ue
ex illis verbis habere non intelligitur.

Sequitur ſecundò, qnòd tam in dictis bonis
quæ uſu conſumuntur, quàm in alijs in qnibus
cautio præſtanda eſt, licet non ſit de ſubſtan-
tia, talia verba ſine moleſtia. &c. de quibus di-
ctum eſt ſupra, ipſam cautionem non exclu-
16 dunt, † ea enim quæ ſunt de natura contractus
illi qni connenire non poteſt, non auferuntur.
l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & ad pro-
poſitum eſt caſus. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. Sed
etſi rem. & l. eum qni. §. ſi iuranero. ff. de iure-
17 iuran. † Vbi non dicitur venire quis contra iura
mentum, quod habet paratam execntionem: ut
l. prima. C. eodem titulo. & l. non erit. § dato.
qui cautionem prædictam, aut cautè ſibi uſu-
fructum deberi exigit, & ſine ulla uti non pa-
titnr. Et ad propoſitum ita determinat Bald.
in eo qui promiſit fructuario moleſtiam non in
ferre. in dicta l. prima. C. de uſufructu. & vl-
tra prædicta iura allegat. l. ſi duo. §. ſi qnis in-
raneris. ff. de inreiurand. & de verborum obli-
gationibus. l. venditores. quod eſt notandnm.
Ex quibus etiam tollitur, quod dicebatur eam
propria auctoritate capere potuiſſe: id enim cõ
ceſſa non intelligitur, niſi poſtquàm fructuaria
fuerit conſtituta.
18 Præterea non eſt verum, qnòd † vbi non va-
let principale, valeat adiectio pœnæ, quia id
non procedit, quando principale eſt prohibitũ,
maximè fauore hæredis. l. quoties. ff. de condi-
tion. & demonſtratio. & l. Seius. & Augerius. ff.
ad leg Falcid.
19 Ruſus † non obſtat, qnod de iuris errore di-
citur, quia illud poſſet eſſe verum, niſi fuiſſet in
dolo verſata. l. ſi decipiendi. ff. ad Velleian. &
quod notatnr in l. ubi. ff. de edend. Fuit au-
tem in dolo verſata, tum quia mobilia inſpici, &
deſcribi paſſa non eſt. l. is cui. §. qui legat. ff. ut
20 in poſſ. legat. cnm ſimilibus, tnm † quia anima-
lia maximè vendidit contra naturam uſusfru-
ctus. vt l. vetus eſt quod. ff. de uſufru. Con-
21 ſtat nanque ex † quibuſcnnqne verbis etiam
latiſſimis non continere excluſionem doli: ut
lege creditor. §. Lucius. cum ſimilibus. ff. man
dat. & qnia in dolo verſata eſt, in poſſeſſio-
ne rernm hæreditariarum, quę apparet non poſ
ſediſſe hæredum voluntate, ſed propria teme-
ritate, & apprenſione. Patet quòd ſumus extra
determinatione Bar. in l. vxori. ff. de uſuf. leg.
22 ubi ſentit, † quòd ſi fructus rerum quæ uſu nõ
conſumuntur, ſunt percepti à fructuario ſcien-
te & patiente hærede, nec cautionem petente,
quòd facit fructus ſuos. & hoc ſequitur Bald. in
l. hac edictali. §. ſinantem utraque. C. de ſecũdis
nuptijs. qnem textum Bart. allegat pro caſu. Ex
quibus patet ex his, quæ proponuntur in pun-
cto concluſionem prædictam veram fore, &
etiam ſeruandam ab auctoritate Baldi compro-
batam.
23 Qnoad tertiam † nil addendum videtur, niſi
ꝙ iudex debet prius, id quod in puncto propo-

nitur, ſcilicet eã nõ poſſe ſatiſdare, declarare, ſe-
cundũ ſuũ arbitriũ, ſecũdũ not per Bal. in l. 2. in
prin. ff. qui ſatiſd. cog. Aduertendumq́; eſſe à iu-
dice, quòd ſecundũ opinioõe Hoſt. in c. fi. de pigno.
ubi Glo. mouit quæſtionẽ, & ponit duas opinio-
24 nes, ut in Glo. ult. † Si admittitur cum iuratoria
cautione, poſt cõtra iuramẽtum uenit, & incipit
diſſipare ab uſufructu repellitur. Nam cùm ante
quã admittatur ex narratis in puncto conſtat ei
ipſam eſſe periurã, & ex bona fide nõ fuiſſe ver-
ſatam, poteſt immò & fortè debet ipſam ad ſatiſ-
25 dandũ cõpellere, aut ab uſufructo repellere, † ex
præterita n. malitia prẹſumitur in futurum circa
eandẽ cãm. l. nõ omnis. §. à Barbaris. ff. de re mil.
Ad quartũ addendũ eſt, quod habetur in d. c.
fi. de pignorib. Quinta etiam concluſio vera eſt,
ſed alia euidentiori ratione, inſpecto enim teno
26 re legati facti dominæ Erãciſchę, patet, quòd † ei
relictus eſt uſufructus bonorum omnium mobi-
lium & immobilium, de nominibus autem debi-
torum nihil dicendum eſt, ſicq́; in legato venire
27 non dicuntur. † ſunt enim tertia ſpecies. l. à Di-
28 uo Pio. §. j. de re indic. † ſicq́; licet contineantur
in generali appellatione bonorum. l. Princeps bo
na. ff. de verbo. obliga. & l. Subſignatum. §. bona.
29 & ibi notatur, † non tamẽ includitur ſub appel-
latione mobilium, & immobilium, caſus eſt in l.
quã Tuberonis. §. i peculio. ff. de peculio. & ibi
per Bald. ad idem allegantem l. vxorem. §. con-
cubinæ. de leg. 3. & l. ſi chorus. §. j eod. tit. & de
legat. 2. l. Caius. & ita determinat Guliel. in Spe
culat. de fructib. & intereſſe in princip. verſi. ſe-
cundo quẹritur. per quæ declarantur notata per
Guliel. in l. prima. ff. de ſtatu hominum. & plenè
per Bar. qui alios refert. in l. Quintus. §. argento.
ff. de aur. & argen. legat. & pro hoc text. bonus in
l. poſtquã ff. de uſufruc. ear. rer. quæ uſu conſum.
Quo ad ultimum in puncto mentio facta nõ
fuit, & in quo plus prẹſupponitur, quem in fa-
cto narretur dicimus breuiter, non apparere all
qua ex quibus dicti hæredes dicantur priuari,
tum quia eorum mandato, nil factum prẹponi-
tur, tum, quia ſi quid factum eſt de voluntate
dictæ legatariæ, & pro ſatisfactione legato-
rum, ſicq́ue licitè factum ſit, ut plenè per Bar-
tol. in l. alio. ff. de alimen. & cibar. legat. Cùm
immò nec priuari poſſent, ſi eorũ iura in termi-
no pro conſecutione eorũ quæ ad eos pertinẽt,
ut l. iniuriarum. §. primo ff. de iniu. & dicto § in-
ter locatorem. cautius tamen agent, ſi per ſyn-
dicum habentem generale mandatum prædicta
exequantur.

Laurentius de Rodulphis de Florentia.
Nellus de Sancto Geminiano.
Antonius de Roſellis de Aretio.
Paulus de Caſtro.

CONSILIVM D. PAVLI DE Caſtro V. I. Doctoris. cum ſubſcriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres faciendo aliquem actum ſimpliciter, an poſſit infra menſem inchoare inuentarium.*
Inuentarium poſt aditam hæreditatem intra certum tempus à iure præfixum, confici debet, ſi eius beneficio hæres gaudere vult.
2 *Proteſtatio de conficiendo inuentario nihil hæredi prodeſt.*
3 *Hæres poſt aditionem hæreditatis, ad inuentarij confectionem, & eiuſdẽ beneficium, modo intra legitimum tempus recurrere poteſt.*
4 *Hæres beneficio non priuatur, niſi ex eo, quòd intra tempus inuentarium non fuit factum.*
5 *Legitima: omiſſo intra tempus inuentario, hæredi non perit.*
6 *Legata facta capellę, & fraternitati dicuntur ad pias cauſas.*
7 *Legitima & hæreditati quæ ante ponuntur.*
Aes alienum, impenſa funeris, impenſa inuentarij, inſinuationis teſtamenti. Itemq́; neceſſarium cauſarum, ante omnia ex hæreditate deducuntur. & numero 8.
8 *Legitima quæ pars ſit.*
9 *Legata ad pias cauſas, legitimam non minuunt, ſed iuxta uires hæreditatis ſoluenda ſunt.*
10 *Legitima tanquàm æs alienum prẹcedit omnia legata tam pia quàm non pia.*
Legitima iure naturæ debetur.
11 *Teſtator non debet relinquere ad pias cauſas in prẹiudicium legitimæ filiorum.*
12 *Legitimę detractio, vel deductio, quomodo ineunda eſt.*
13 *Res uni legatæ an poſſit à iudice alteri pro legitima aſsignari.*
14 *Dilectio perſonę ex verbis teſtatoris collecta, fauorabilis eſt.*
15 *Aequius eſt neceſſarijs perſonis, quàm extraneis rem defuncti vendere.*
16 *Falcidia in legitimam computatur, & ècontrario.*
17 *Dos mulieris in legitimam imputatur.*
18 *Trebellianica tantum de fideicommiſſo vniuerſali detrahitur.*
19 *Falcidię locus non eſt, quoties legitimę deductio ſufficit.*
20 *Verbum voluntarium in hẹrede, & ſic in vltima voluntate, an importet neceſsitatem.*
21 *Verba prẹcipua ſiue neceſſitatem importantia, ab importantibus facultatem diſcrepant.*
22 *Verba quando in ultimis voluntatibus diriguntur ad perſonam grauatam, ſemper neceſsitatem important.*
23 *Teſtatoris cùm de intentione conſtat quid voluerit, illud eſt de neceſsitate executioni mandandum.*
24 *Tempus quantum ſit ad rem vendi à teſtatore iuſſam diſtrahendam.*

Dies

25 *Dies vendendi ex voluntate teſtatoris, quando incipiat.*
26 *Teſtamentarius executor omnibus prefertur.*
27 *Heredis preſentia in actione executoris neceſſaria eſt.*
28 *Executor teſtamentarius cui commiſſa eſt diſtributio legati inter pauperes, non poteſt eligere cõſanguineos, vel alios diuites, ficta cauſa paupertatis.*

CONSILIVM LXXXI.

IN CHRISTI nomine Amen. Reſpondẽ
do ſingulis dubiis formatis in quæſtione, q̃
vertitur inter dominam Catherinam filiã
Tucij, & hæredem ab eo inſtitutam ex par
te vna; Et dominam Franciſcam Vxorem dicti
Tucij ex altera: dico ſuper primo quo quæritur
1 † vtrum dicta domina Catherina, faciendo com
promiſſum tanquam hæres Tucij, cum dicta do
mina Franciſca, nulla proteſtatione præmiſſa, ꝙ
velit vti beneficio inuentarij, poſſit nunc ad in-
uentarij confectionem recurrere, & ipſius bene-
ficio vti, tam in detractione legitimæ, quàm in
aliis. Ad quod breuiter reſpondeo, quòd ſic.
Nam inuentarium eſt conficiendum poſt aditã
hæreditatem infra certum tempus à iure præfi-
xum, quod ſi fiat, gaudet hæres beneficio ipſius,
2 nec aliqua lege cauetur, † quòd cum adiit debeat
proteſtari ſe velle vti dicto beneficio; immò ſuffi-
cit, quòd adeat ſimpliciter, & poſteà infra tem-
pus præfixum inuentarium conficiat; ſi verò nõ
confecerit infra dictum tempus, tunc excluditur
à dicto beneficio non ex eo quòd non fuerit pro
teſtatus, ſed ex eo quòd non confecit. Hæc habẽ-
tur. C. de iure delib. l. fi. §. ſinantem dubius. & §.
ſi verò poſtquam. & in auc. de hæred & Falci. §. ſi
verò non fecerit. & C. ad leg. Falc. auc. ſed cùm
teſtator. verſi. his ceſſantibus. Poſito ergo quòd
per iſtud compromiſſum videatur adiuiſſe hære-
ditatem, ſeu ſe immiſcuiſſe, tamen hoc non fecit
ſpe certiſſima, tanquam talis aditio, vel hæredi-
tas ſibi eſſet expediens, vt ſic ſe excludere volue-
rit à dicto beneficio, vt d. l. ſcimus. §. cùm igitur,
3 ſed fecit de iuribus eius, & de ſua legitima. † Et
ideò poteſt poſt aditionem recurrere ad dictum
beneficium, vt d. §. ſinantem dubius. Poſito ꝙ
non fuerit proteſtata, quòd ſaluum ſit ei dictum
beneficium: nam ius ſibi ipſum conſeruat ſine
ſua proteſtatione; vt patet in iuribus ſupradictis:
igitur proteſtatio ſuperflua eſt, iux. not. in ſimili,
in l. alimen. C. de negot. geſt. Ex quibus apparet,
quòd reſponſio facta per dictam dominam Frã
ciſcam ad citationem de ipſa factam, & proteſta
tio, & petitio per ipſam facta, nõ procedunt, nec
ſunt bene fundatæ; quia fundantur in eo, quòd
dicta domina Catherina per dictum compro-
miſſum videtur ſe immiſcuiſſe in hereditate, nul
la facta mentione de inuentario, vel proteſtatio-
4 ne, quæ non requiruntur vt dixi, ſed ad hoc † vt
procederetur, debet fundari in eo quòd infra
tempus legitimum inuentarium non fuit factũ:
quod hic non eſt, vt in facto præſupponitur. igi-
tur &c.
5 Præterea etiam ſi omnino omitteretur inuen-
tarium conficere, non perderetur legitima: vt
no. in auc. ſed cùm teſtator. in Gl quæ incipit, no
ta per hanc. in fine & in auc. hoc amplius. C. de
fideicommiſſis. quod omnes Doct. ſequuntur:
igitur &c. Et ex his ſatis eſt reſponſum ad primũ
quæſitum.
Quantum ad ſecundum dubium reſpondeo,
6 † quòd legata facta Capelle & fraternitati, dicun
tur legata ad pias cauſas, cùm ſint facta pro ani-
ma teſtatoris iux. no. in l ſi quis Titio. ff. de lega.
2. per Gl. & Doctores.
7 Quantum ad tertium quæſitum, reſpondeo † ꝙ
de iſta hæreditate, primò & ante omnia debet de
duci æs alienum, id eſt, debita, & ſic dos matris
iſtius dominæ Catherinæ. Iſta enim minuũt hæ-
reditatem, & legitimam. ff. de inoffic. teſtamen. l.
Papinianus. § quanta autem. & §. quoniam au-
8 tem quanta. C. ad leg Falc. l. imponenda, † & ẽt
funeris impenſa. ut dd. §§. Item debet deduci il
lud quod ſpenditur in confectione inuentarij, &
etiam quod ſpenditur in recolligendo teſtamen
tũ, & in ipſius inſinuatione. Item in aliis cauſis
neceſſariis. C. de iure delib. l. fi. §. in cõputatione.
Deinde deducitur legitima dictæ dominę Ca-
therinæ, quæ eſt tertia pars reſidui. C. de inoffic.
9 teſtam. auc. nouiſſima. De aliis † autem duabus
partibus dicti reſidui, debent ſolui legata facta
ad pias cauſas, & etiam alia non pia, iuxta uires
hæreditatis: poſt quam inuentarium conficitur.
C. de iure delibe. l. fi. §. & ſi præfatam. Ex his pa
10 tet, † quòd legitima tanquam æs alienum præ-
cedit omnia legata, tam pia, quàm non pia, cùm
ſit debita iure naturæ. ut l. cum ratio. de bo. dam.
l. ſcripto ff. unde liberi. & ſic debet pręcedere om
nia legata. C. de iure delib. l fi. §. & ſi pręfatam. ẽt
11 pia, † quia non debet relinquere quis ad pias cau
ſas in pręiudicium legitimæ filiorum. vt no. in l.
Papinianus. §. j. ff. de inof. teſt. Non ergo primo
detrahuntur legata ad pias cauſas, ſed prius legi-
tima de tota hæreditate.
12 Sed hic incidenter quæritur † qualiter fiet iſta
detractio, reſpondeo, ſecundum iuris rigorẽ, de
qualibet re hæreditaria debet habere tertiam par
tem. C. de inof. teſt. l. ſcimus. §. repletionem: ve-
rum quia ex hoc inſurgit difficultas, & incõmo-
ditas, poteſt iudex eidem pro ſua legitima ſigna-
re vnam rem, ſecundum ſuum arbitrium, & diſ-
cretionem iux ea quę habentur in l. filium quem
habentem. fam. erciſcun. in tex. & Glo. & per Do
cto. & per Gul. de Cuneo in d. §. repletionem. ar
gum. ad hoc C. quando, & quibus quarta pars de
betur. l. 2. in prin. & ff. de lega. j. l. non amplius. §.
fi. cum l. ſeq.
13 Item fuit à me quęſitũ incidenter, † an potue
rit

rit iudex aſſignare pro legitima domum dicti te
ſtatoris patris dictæ dominæ Catherinę,quę fuit
legata in codicillis dictæ dominæ Franciſcæ , &
mandatum fuit , quòd venderet, & diſtribueret
14 pauperib.certè † videtur dicendum,quòd non,
quia in ea teſtator magis dilexit dictã dominam
Franciſcam, quàm ipſam dominam Catherinã
hęredem.ff. de conditio.& demonſtra.l.ſi quis.
eum.in fin. & ſic non habet locum illa æquitas
de qua habetur in d.l.filium quem habētem.Sed
in contrarium,quia licet illa ceſſet, ſubſunt aliæ
cauſæ, & ęquitas hoc ſuadet : nã iſta domus fuit
legata dictæ dominę Franciſcę , non ut apud ſe
teneret. ſed vt venderet, & pretium diſtribueret
pauperibus: ad quod faciendum ipſa tenetur,&
15 cogi poteſt, vt infra dicã. † Aequius eſt ergo, vt
vendatur dictæ dominæ Catherinę,cùm ipſa do
mus fuerit ſuorum prędeceſſorum. quàm ſi ven
deretur vni alteri extraneo:arg.l ſi in emptione.
ff.de mino.de bon.liber l. libertus qui ſoluendo.
C.de admi.tuto.l. lex quæ tutores § j.in auc.ne-
que virum. quod ex dote §.j.in auc. de trien. &
ſemiſſ.§ j Fiet autem venditio hoc modo, quia
æſtimabitur tertia pars quam habet dicta domi-
na Catherina in ſingulis rebus hęreditariis, & q̃-
libet legatarius ſoluet dictæ dominæ Catherinę
æſtimationem tertiæ partis rei ſibi legatæ . & de
dicta æſtimatione ſoluta, ſoluetur pretiũ dictæ
domus,de eo quod eſt vltra tertiam , quę ſibi ſi-
militer debetur ,& illud quod ſoluetur , diſtri-
buetur in pauperes.Nec hoc tendit in lęſionem
pauperum,quia ipſi debent habere pecuniã , &
non rem:unde nihil ad eos qui habeat rẽ , & vn-
de pecunia veniat.Item in hoc non lęditur dicta
domina Franciſca,quia nõ fuit ſibi legata, vt ha-
beret, ſed ut venderet , & pretium diſtribueret,
& ad hoc poteſt colligi,vt infra dicam.Quib.om
nibus conſideratis,iſta uidetur æquior , & beni-
gnior pars,ſcilicet, ut dicta domus tota poſſit
huic aſſignari pro ſua legitima, videlicet , tertia
pars dictę domus,ſuadente rigore:& alię duę ter
tię ſuadente ęquitate ex cauſis ſupradictis,ſoluto
pretio duarum tertiarum , de eo quod dicta do-
mina Catherina rediget ab aliis legatariis ꝓ ter-
tia parte,quam habet in ſingulis rebus legatis,&
de illo ſatisfiat pauperibus, quorum non inter-
eſt quis habeat,pur,quòd ipſi pecuniam habeãt:
ex quibus omnibus patet ſufficienter reſpõſum
ad primam partem tertij quęſiti.
16 Ad vltimam verò partem reſpondeo, † quòd
in legitima computatur Falcidia, & ècontra , id
eſt dicere, quòd non debet fieri niſi una detra-
ctio,videlicet legitima,quæ eſt maior quàm fal-
cidia,& illa legitima computatur in falcidiam,&
hoc ideò quia iſta legata ſunt pura , non condi-
tionalia.iux.nota.in l.quanquam.C.ad leg.Falc.
& in c.Raynutius.& in ca.Raynaldus.extra de
teſtamentis.
17 Circa quartum reſpondeo , † quòd dos data
dictę dominę Catherinæ , imputatur in legiti-
mam.C.de inoſ.teſt.& l.quoniam nouella.
Circa quintum patet ex prędictis, quotam &
quantam portionem habebit iſta domina Cathe
rina.Nam deductis debitis , & funeris impenſa,
habebit tertiã partẽ reſidui.cùm ſit unica tãtum
filia nulla facta deductione legatorũ ob pias cau-
ſas,ut ſupra dixi.per auc.nouiſſima.C. de inoffi-
18 cio.teſtam.† Trebellianicam verò non habebit,
quia illa detrahitur de fideicommiſſo vniuerſa-
le , quod in caſu noſtro locum non habet, item
19 nec ſalcidiam: † quia ſufficit detractio legitimæ
per no.in d.l.quanquam.C.ad leg Falc.
20 Circa vltimum quæritur,videlicet, † de lega-
to domus facto in codicillis dubitatur vtrũ dicta
domina Franciſca,cogatur illam domum vende
re,& precium diſtribuere pauperibus , cùm verè
ſit in ſua libera poteſtate,hoc facere,vel non, &
hoc uidetur quòd hoc ſit in ſua libera poteſtate,
ut hoc poſſit facere,ſi velit,ſi autem nolit , non
cogatur:nam verba codicillorum dicunt , quòd
dictus teſtator voluit,quòd dicta domina Franci-
ſca dictam domum cum maſſaritiis poſſit,& ſibi
21 liceat vendere,&c.† & ſic non ſunt verba pręce
ptiua,uel neceſſitatem importantia , ſed faculta-
tem.iux.no.in l.j.C.quomo.& quando iudex.&
l.non quidquid. ff de iudic. Contrarium eſt ve-
22 rum; †.nam in vltimis voluntatibus , quando
uerba diriguntur ad perſonam grauatam,non re
fert qualia ſint , ſcilicet pręceptiua, vel depreca-
tiua, ſemper enim importãt neceſſitatem.Suffi
23 cit † enim,quòd conſtet de intentione teſtato-
ris,quid uoluerit, vt illud ſit de neceſſitate execu
tioni mandãdum,ut l.vnum ex familia.§.fina.de
leg.2 & no.in l.peto.in princip.eo ti, hic autem
fuerunt directa ad grauatum , ſcilicet ad perſo-
nam,dictæ dominæ Frãciſcæ legatariæ,ergo &c.
tex.eſt expreſſus.de lega.3.l. fideicommiſſa §.hęc
verba. Concluditur ergo , quòd dicta domina
Franciſca tenetur de neceſſitate vendere, & pre-
tium diſtribuere.
24 Et ſi quæratur † infra quãtum tempus debet
hoc facere,reſpondeo infra annũ , alias exequu-
tio deuoluitur ad Epiſcopum:vt in c.tua nos.de
teſtamen & in auc.hoc amplius.C. de fideicom-
25 miſſis.† & incipit annus à die monitionis , vt
ibi dr.Si uerò infra annum vendat,& velit diſtri
buere pauperibus, poteſt hoc facere , etiam ſine
hærede , cùm à teſtatore ſit ſibi commiſſum,
26 † & teſtamentarius exequutor pręfertur omni-
bus , videtur tamen quòd hęres ſit requirendus
cùm ſit venditio , ne aliqua machinatio fiat iuxta
ea quæ no.Bart.in l.alio die.ff. de alimen & ciba.
27 leg.† Debet ergo requiri hęres in vẽditione,ſed
in diſtributione poteſt eligere dicta domina Frã
ciſca pauperes, quos vult etiã ſine hęrede , poſt-
quam ſibi commiſſum eſt à teſtatore,dummodo
28 eligat illos,qui verè,ſint pauperes, † ſecus ſi eli-
geret conſanguineos, vel alios diuites , ficta cau-
ſa pau-

ſa paupertatis iux. not.in l.illud.C.de ſacroſ. ec-
cleſ.& l. & ſi forte. de caſtren. pecu. Ex quibus
patet reſponſum ad vltimum quo ſubijcitur, vi-
delicet,quòd dicta domina Francisca non bene
credit videlicet, ſe poſſe retinere dictam domũ
cum maſſaritijs,& nõ cogi diſtribuere, vt ſupra:
immò cogitur,ut ex prædictis patet.

Paulus de Caſtro.

CONSILIVM D. HONOFRII Bartholini de Peruſio in ſupraſcripto caſu.

SVMMARIVM.

1 *Paulus de Caſtro excellentiſſimus utriuſque Iuris Doctor.*

2 *Verbum poteſt in vltimis voluntatibus an diſpoſitionem,& neceſſitatem inducat.& nu.4.*

3 *Cauſę expreſſæ,quas perſonas reſpiciunt conſiderandum eſt.*

4 *Verbum poteſt, aliquibus caſibus conſilium potius quàm neceſſitatem importat.*

5 *Cauſa fauorem alterius reſpiciens ſemper cenſetur finalis.*

6 *Modus vel cauſa reſpiciens cauſam fauorabilem, & piam præſumitur finalis.*

7 *Relictum pro anima pauperibus ad pias cauſas cenſetur relictum.*

8 *Executrix teſtamentaria intra quantum tempus poſſit legata diſtribuere.*

9 *Hæres adeſſe debet & requiri in venditione rerum teſtatoris quæ fit per teſtamenti executorem legatarij poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem per hæredem, ſi propria auctoritate legata capiunt,ea perdunt.*

CONSILIVM LXXXII.

IN CHRISTI nomine amen. Requi-
ſitus de ſubſcriptione circa vltimum du-
1 bium tantum, ſuper quo conſuluit † Ex-
cellentiſſimus vtriuſque Iuris Doc. Do-
minus Paulus de Caſtro, quia ſuper alijs du-
bijs, ut mihi proponitur, cauſa eſt deciſa, unde
in illo vltimo puncto, dico idem quod ſupra
conſultum eſt, per eum, per iura & rationes
2 ſuas. Et quia † verbum poteſt in ultimis vo-
luntatibus inducit diſpoſitionem, ut no. in l.
Gallus. in princip. ff. de libe. & poſthu. & ibi
per Bart. vbi dicit quòd neceſſitatem inducit.
Nam quando verbum poteſt adiungitur cau-
ſæ, & tunc ſi ad actum certæ perſonæ requi-
ritur potentia cum actu. l. 3. §. ſi quis ſic. ff. de
ſtatu liber. & not. Bart. in l. j. ff. de inin. teſta.
3 † Sed in hoc conſiderandum eſt, quòd aut cauſa
expreſſa concernit fauorem eius, ad quam verbũ
4 poteſt dirigitur, † & eſt potius conſilium, &
non inducit neceſſitatem, ut l. cùm pater. §. man
do. de leg. 2. ſed ſi reſpicit fauorem alterius, tunc
inducit diſpoſitionem, ut l. t1. §. hæc verba. ff. de
5 lega. 3. Idem uidemus, † quòd quando cauſa re-
ſpicit fauorem alterius, ſemper cenſetur cauſa fi-
nalis, ſecus ſi reſpicit fauorem eius, cui dirigitur
ſermo: ut l. ſi mulier C. de iur. dot. & l. qualiter.
C. de epiſcop. & cleric. & plenè not. Bart. in l. 2.
6 ff. de donat. Et ibi etiam dicit, † quòd quãdo mo-
dus uel cauſa reſpiciunt cauſam fauorabilem &
piam, præſumitur finalis. ut l. ſi ego. in prin-
cip. ff. de iure dot. & C. de donatio. l. ſi quis pro
redemptione.

Nunc ad propoſitum reuertendo hic teſtator
in codicillis reliquit domum cum maſſaritijs, ut
poſſit, & ſibi liceat vendere, & dare, & diſtribue-
re pauperibus Chriſti, pro anima ipſius teſtato-
ris, & ſic cauſa expreſſa, nõ concernit vtilitatem
dictæ dominæ Franciſcæ, ſed piam cauſam, &
utilitatem teſtatoris, pro anima ipſius teſtatoris,
7 † & relictum pro anima pauperibus, ſine dubio
ad pias cauſas cenſetur relictum. l. ſi quis Titio.
ff. de legat. 2. & ibi per Gloſſ. in l. id quod paupe-
ribus. & l. nulli. C. de epiſco. & cler. & per conſe-
quens neceſſitatem inducit, & vendatur, & di-
ſtribuatur inter pauperes pro anima teſtatoris.
8 Ipſa tamen domina Franciſca, † tanquam exe-
cutrix relicta, in hoc habet poteſtatem diſtri-
buendi infra annum, poſteà pertinet ad epiſco-
pum: ut l. nulli. C. de epi. & cle. & in c. nos quidẽ.
9 & c. tua nobis. de teſta. † & debet bona fide di-
ſtribuere: ut d. c. tua. & ne fiat venditio viliori
pretio, poteſt hæres adeſſe, & debet requiri iux-
ta. no. per Bart. in l. à filio. ff. de alimẽ. & cibar. leg.
& in Specu. de inſtrumen. edic. § nunc verò ali-
qua. verſ. ſed an. Ex quibus concludo idem quod
ſupra conſultum eſt.
10 Denuo † item quæritur de nouo dubio, quod
quidam legatarij cæperũt partem rerum relicta-
rum, an per hoc perdant ius legati, & in hoc nõ
inſiſto. tex. & Gloſ. in l. non dubium. C. de legat.
diſtinguunt, quòd aut poſt aditam hæreditatem,
& apprehenſam poſſeſſionem per hæredem, lega
tarij eorũ auctoritate cęperunt, & perdunt, aliàs
non. ff. quor. lega. l. j. Laus Deo.

Honofrius Bartholini de Peruſio.

CONSILIVM D. MARCI ANGElellis de Peruſio. I.V.D. In cauſa ante ſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Verbum poteſt, quid importet.*

2 *Cauſa an præſumatur finalis vel impulſiua.*

3 *Relictum pro anima cenſetur pium.*

4 *Legatarium propria auctoritate abſq; hæredis voluntate res legatas apprehendentem iure legati, non cadere videri.*

5 *Intellectus ad l. i. ff. quo legato.*

6 *Intellectus ad l. nõ dubiũ. C. de leg. & l. extat. ff. quod met. cau. & ad l. ſi quis in tanta. C. unde vi.*

CON-

CONSILIVM LXXXIII.

CHRISTI nomine inuocato. Quia
propter feſtinantiam nuncij, requiſi-
tus ſum de ſubſcriptione tantum, ſi-
ne aliis allegationibus, ideò breui-
1 ter me expedio. † quantum ad uirtutem dictio
nis poteſt, an importet neceſſitatem, an verò
placitum voluntatis. Bar. ponit.ff. de offic.pręſid.l.ſæpe audiui. Et etiam dominus Bald. ibid.
not. ponendo regulas, quòd quando dirigitur
verbum poteſt, perſonæ quæ tenetur actum
exercere & inducit neceſſitatem: aliàs verò, ſi
actus eſt voluntarius, non inducit neceſſitatem,
2 ſed volũtatem, & liberum arbitrium. De † cauſa
autem vtrum pręſumatur finalis, vel impulſiua.
not.per Glo j.in § ſextum l.j.de poſtu.not. Bar.
in l.Titio centum.§ j ff.de cond.& demonſtr.&
quod plenè not. Bald. in l. generaliter. C. de
epiſc.& cler & fuit generalis doctrina Iacobi de
Are. quòd in legatis & ultimis voluntatibus, ſi
implementum pertinet ad commodum legatarij
cenſetur cauſa impulſiua, ſi autẽ pertinet ad aliũ
cenſetur cauſa finalis & facit quod notat Bar.in
3 l.j.ff. de conditio. & demonſtratio. De † legato
autem relicto pro anima quod cenſeatur pium.
not.in d.l.ſi quis Titio.& facit quod not. Ange.
de Peruſ.in auct de hære.& Falc. §. ſi quis antẽ.
4 Quantum autem † ad vltimum dubiũ, an legatarius apprehendendo poſſeſſionem rei legatę, propria auctoritate abſque hęredis voluntate
cadat à iure ſuo, videtur quod non cadat à iure
5 ſuo: † primò per leg. i. ff. quor. legat.ubi licet legatarius occupet rem propria auctoritate, tenet
interdicto quorũ legatorũ: ut falcidiæ detrahatur, tñ hæres cauere tenetur legatario de legato
reſtituendo, deducta falcidia. Sed in hoc conſidero, quòd interdum legatarius occupat rem legatam, ante aditam hæreditatem, & loquitur.l.j.
ff. quor. legat. quandoque occupat poſt aditam
hæreditatẽ, & tuncaut cum conſenſu hęredis, &
clarum eſt quòd non pręiudicat ſibi legatarius,
aut abſque voluntate hęredis, & tunc ante apprehenſam poſſeſſionem hęredis, & habet locũ
interdictum quorum legatorum, & non cadit à
iure ſuo: ut not Bald in l j.C.quor. lega.aut poſt
aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem bonor hæredit factam per hęredem, ut fuit
in caſu noſtro, & tũc cadit legatarius à iure ſuo,
6 † ut l.non dubium.C.de legat.& quod ibi not p
Glo.& Doct & per Odofred.in l.extat. ff. quod
met.cau.obi tenet, quòd cadit legatarius à iure
ſuo, ſic occupando, vel per edictum diui Marci;
vel per leg.ſi quis in tantam. Laus Deo.

Marcus Angellelt de Peruſio.
Ioannes de Baudinis de Senis.

CONSILIVM D. MARCI ANgelelli de Peruſio I V.D.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij, poteſt creditoribus pecuniarys, res hęreditarias pro pecunia in ſolutũ dare ad ſuam electam.*
Aliud pro alio ſolui non poteſt. & nu. 7.
2 *Solutione eius quod debetur, debitor liberatur.*
3 *Declaratio ad tex.in l. fin. §. & ſi præfactam. C. de iure deliberan.*
4 *Debitoris eſt electio in alternatiuis.*
5 *Inuentarium conſeruat hæredem ſine damno.*
6 *Minus damnoſum eſt hæredi, rem creditori ſoluere, quam pretium ex venditione rei relatum.*
8 *Quod partium conuentio facere poteſt, multo magis legis ſanctio poteſt.*
9 *Creditor hęreditatis an poſſit petere quòd ſibi ſatisfiat de rebus pretioſioribus hæreditatis.*
10 *Grauatus in uno. in alio releuandus eſt.*
11 *Dote non reſtituta, an poſſit mulier petere alimenta, & eorum intereſſe. & 15. & 18.*
12 *Dotis debitor an uſuras præſtare teneatur.*
13 *Statuti de dote interpretatio.*
14 *A uerbis ſtatuti recedi non oportere.*
15 *Vidua intra quantum tempus poſt mortem mariti per hęredem alimenta præſtari debeant.*
16 *Vidua quas operas in defuncti domo edere debeat.*
17 *Hæres moroſus alimenta mulieri poſt annum pręſtare tenetur.*
18 *Hæres quando dotem mulieris ſoluere intelligitur, ut ſe liberet à præſtatione alimentorum.*
19 *Lucrũ donationis propter nuptias mulieri ſoluẽdum.*
20 *Maritus quatenus de dote lucratus eſt, eatenus vxor de donatione propter nuptias lucrari debet.*
21 *Panni lugubres an debeantur vxori in morte uiri.*
22 *Conſuetudo eſt altere lex, & ligat ſicut lex.*
23 *Impenſæ quæ ad honorem mortui & conſanguineorũ pertinẽt, ut neceſſariæ ab hęrede faciendæ ſunt.*

CONSILIVM LXXXIIII.

CHRISTI nomine inuocato. Viſo
dicto puncto, & narratis in eo, viſa
confeſſione dotis habitæ, facta per
dictum P.& viſa citatione & proteſtatione facta pro parte dictæ dominæ Pieriæ, hæredis dicti Pauli, & uiſis ſtatutis productis, & viſo
inſtrumento curæ dicti Maſi, reſpondeo ad dubia ſupra ex dicto puncto elicita.
1 Et circa † primum vtrum hęres cũ beneficio
inuentarij, poſſit creditoribus hęreditarijs res
hęreditarias pro pecunia in ſolutũ dare. quia debitor, creditore inuito aliud pro alio ſoluere nõ
2 poteſt: ut ff.ſi cer.pet.l 2.Sed quia † ad tollẽdum
obligationem, & liberandum debitorẽ à creditore, oportet quod debitor ſoluat quod debetur.ut
inſti.quib.mod. tollit. oblig. in prin. igitur. &c.

Sed

3 Sed contrarium eſt de iure dicendum: † quia
tex in l.fi.§.etſi præfatam.C.de iure deliber. di-
cit,quòd hæredi facienti inuentarium,datur po-
teſtas ſatisfaciendi creditori,de pecunia, vel reb.
4 hæreditariis,† cùm ergo iſta ſit alternatiua,de pe
cunia,vel rebus,apparet, quòd electio eſt ipſius
debitoris: vt l. plerunque.ff. de iure dot.& hoc
expreſsè extimat Barto. in d.§. et ſi præfatam.
5 † Nam inuentarium conſeruat hæredem ſine
6 damno in d.l.fi.Si ergo † cogeretur hæres ven-
dere,& pretium redactum ſoluere creditoribus,
quando non eſt certum res eſſe defuncti, hæres
eſſet in damno:quia obligaretur emptori de eui
ctione, & ad defendendum,quod emptori licet
habere: vt l. ſtipulatio iſta habere licere. de verb.
obli.l.emptor.de euictionibus.
Prætereà, quòd poſſit hæres ſatisfacere de re-
bus hereditariis creditoribus hereditariis pecu-
niariis.tenent Bal.in d §.et ſi præfatam:& Ang.
de Vbal.in ſuo trac.de inuentario hæred.
7 Non † obſtat,quòd aliud pro alio ſolui nõ poſ-
ſit:quia illud habet locum tam in aliis debitori-
bus,quàm in his qui faciunt inuentarium.Vel il
lud habet locum,niſi diſpoſitio unum diſponat,
& inducat, quòd aliud pro alio ſolui poſſit.
8 † Nam ſi ex couẽtione partium hoc poteſt fieri,
ergo multo magis ex poteſtate,& diſpoſitione le
gis.Concluditur ergo, ꝙ heres cum beneficio in
uentarij poteſt creditorib.pecuniariis hæredita-
riis de bonis hereditaris ſatisfacere.
9 Sed hic occurrit unum dubium,† an poſſit pe-
tere creditor,quòd ſibi ſatisfiat de rebus pretio-
ſiorib. hæreditatis, & uidetur quòd non: quia
electio eſt collata in ipſum hæredem debitoris,
& quia tex in d.§ etſi præfata.non diſtingnit,nec
dicit de rebus pretioſioribus.
10 Sed contrarium credo de iure dicẽdum: † qa
tex.eſt in auc.niſi debitor.C.de ſol. Nam credi-
tor in uno grauatus:quia cogitur aliud pro alio
recipere:ergo conueniens eſt, quòd in alio rele-
uetur,& ſibi ſatisfiat,de reb.pretioſioribus argu.
ff. de iureiu.eum qui.
11 Circa ſecundum, † vtrum non ſatisfacta do-
te,&c.videtur dicendum quòd mulier non poſ-
ſit petere alimenta,& intereſſe alimentorum ab
12 heredibus uiri: † quia in dote reſtituenda dicit
Bar.quòd non preſtantur vſure, quamuis in do-
te danda ratione more debeantur, vt ipſe not.in
l.in ſulam.§.vſure.§.ſol.mat.& ita dixit etiã Bar
ro.conſulendo: Sed cõtrarium credo in caſu no
ſtro,nam ſi ne reſpiciamus verba ſtatuti,alimen-
ta debentur vxori,quouſque de integra dote ſibi
13 fuerit ſatisfactum. Ita dicit † ſtatutum ſub rubr.
de reſt.dot.in verb.& teneantur heredes uiri:er-
14 go ſi ſtatutum hoc dictat, † non eſt recedendũ
15 à verbis eius:vt l.non aliter.de leg.3.† Siue reſpi
ciamus ius commune, debet hæres mariti alimẽ
ta vxori præſtare, & infra annum mortis, etiam
ſi nulla mora interueniat in reſtituendo dotem,
16 † debet tamen uxor in domo viri filare, & ope-
rari: ut not. Glo. in l ſicut. ff. de oper. libert.facit
quod no. per Glo.ff vt in poſſ. lega.l.j § tranſa-
17 ctio.& C.de rei vxoriæ actione.l.unica. Poſt † an
nuum verò tenetur præſtare heres alimenta mu
lieri in mora:quia hoc eſt intereſſe, quod debe-
tur ex mora abſque eo,quòd habitet mulier,vel
operetur cum hæredibus uiri:ut l.ſi mora ff.ſo.
mat.& expreſsè tenet Bal ff.ſolu.mat.l. diuortio.
in fi.principij.& ſic concluditur, quòd dicta ali-
menta huic mulieri debentur quouſque eidem
integra dos fuerit ſatisfacta, ſecundum formam
dicti ſtatuti.
18 Non obſtat † proteſtatio facta dictæ uxori do-
minæ Magdalenæ,& notificatio eidem facta per
hæredes quòd accipiat ſibi,& ſatisfaciat in poſ-
ſeſſionibus, & reb.hæreditariis dictam dotem,&
lucrum donationis propter nuptias,& quòd hæ
res obtulerit ſeparatum dictam dotem.& lucrũ,
in & de bonis mobilibus, & immobilibus dictæ
hæreditatis ſoluere,& ſatisfacere: quia dicta pro
teſtatio,citatio,& notificatio non ualet, nec con
ſtituit eam in mora,quia ut ſupra in puncto. Pri
mò dicta domina Magdalena erat furioſa, & tan
quam furioſa datus fuit ei curator:ergo dicta pro
teſtatio,citatio, & oblatio fuerunt nullæ, & non
valent,quia dicta D. Magdalena carebat ſenſu,
ſicut ſi fuiſſet facta infanti carenti intellectu.ff.
de cur fur.l.2 & quia non conſtituitur in mora:
arg.l.ſed hæc ſi ex ſtipulatu.& l.ſi mora.ff.de ver
bo obli.cum ſimilib.per Bar. de adminiſtra.tut.
l.j.§.ſufficit.Concluditur quòd non obſtante di
cta proteſtatione dictæ mulieri ſemper dicta ali
menta debetur.
19 Circa tertium,† an dicta mulier poſſit pete-
re lucrum donationis propter nuptias,non inſi
ſto:quia dicendum eſt quòd ſic,& quantum ſit
lucrum,attenditur conuentio,& legis,vel ſtatuti
diſpoſitio.facit quod notatur in l. ſi conſtante.
20 & in l.cùm multæ.C.de dona.ante nup.† Nam
quatenus lucretur maritus de dote,eatenus lu-
cretur vxor de donatione propter nuptias.
21 Circa quartum,† an hæres uiri teneatur face-
re pannos viduales, vxori uiri,etiam ſi non fece-
rit eidem tempore mortis uiri, aduertendũ eſt,
quòd leges non dicunt, quòd uxor teneatur in-
duere ſe de nigro propter mortem uiri, nec ècõ
tra: dicunt quòd heredes uiri teneantur indue
re uxorem uiri de panno nigro, nec pannos
uiduales facere,ſed Do. Ang. de Vbaldis de Pe-
ruſ.in l. decreto. C. de infan. dicebat, quòd in
22 hoc debet attendi conſuetudo patriæ;† quia cõ-
ſuetudo eſt altera lex, & ligat ſicut lex: ut plenè
notatur in l. de quibus.ff. de legi. & l. prima.C.
quæ ſit long. conſuetud. Conſuetudine autem
patriæ noſtræ, & in locis circunſtantibus, mihi
uidetur quod ſit onus hæreditarium, & perti-
neat ad heredes uiri, & ſic eſt communis cõſue-
tudo, quod heredes viri induant vxorem do
panno nigro in morte uiri, de bonis ipſius vi-
23 ri.† Tendit enim iſta expenſa ad honorem uiri,
& ſuo-

& ſuorum conſanguineorum.

Er ideo concludo, quòd hæredes dicti Pauli, videlicet dicta Domina P. ienetur facere dictos pannos viduales dictæ dominæ Magdalenæ, vxori quondam dicti Pauli: ſi hoc dictat cōſuetudo, quæ conſuetudo viget in iſta ciuitate Peruſij, & in multis terris circunſtantibus, facit quod notatur in l.prima.§. ſed qui Domini. ad Syllania. & ita pluries fuit conſultum in hac ciuitate.

Marcus Angelelli de Peruſio.

CONSILIVM D. MARCI ANgelelli Iuris Vtriuſq; Doctoris Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota intra annum luctus quid perdat.*

2 *Vidua poteſt omni tempore, & ſine timore pœnæ nubere.*

3 *Leges mulieribus ſecundò nubentibus intra annum luctus, pœnas indicentes iure Pontificio abrogatæ ſunt.*

4 *Mulier quę propter tranſitum ad ſecunda vota debet perdere proprietatem, non tamen debet perdere vſumfructum.*

5 *Mulier tribus caſibus ad ſecunda vota tempeſtinè feſtinans mulctatur.*

6 *Mulier vt regulariter ad ſecunda vota tranſiens, neq; donationem perdit, neque lucrum, ita nec ius petendi alimenta, donec ipſi dos in fine anni reſtituatur.*

7 *Dos non ſoluta alimenta importat, quod intereſſe loco fructuum dotis vocant.*

8 *Statuta vetantia vſuras loco intereſſe peti, retardatæ ſolutionis dotis intereſſe non includunt.*

9 *Nec ſuperiora verba ſtatuti alimenta peti prohibēt.*

10 *Vidua vt in domo viri operetur, iure communi tenetur non municipali.*

11 *Mulier an debeat veſtiri pannis vidualibus in morte mariti.*

12 *Conſuetudo quę ius facit, approbata in regione eſſe debet.*

13 *Paria ſunt mulierem habere à uiro, uel ab alio contemplatione uiri.*

14 *Feſtinatio ſecūdarum nuptiarum mulierem odioſam maribus defuncti facit.*

15 *Anima uiri contriſtatur de ſecundis nuptijs uxoris.*

16 *Cauſa ad non cauſam deueniente, ex delicto alicuius dati repetitionem facit.*

CONSILIVM LXXXV.

INVOCATO Chriſti nomine Amen. Viſo dicto ſtatuto, & viſo dicto inſtrumento, & puncto, & contentis in eo, quantum ad donationem propter nuptias, & lucrum dictarum ducentarum librarum den. videtur de
1 iure dicendum, quòd licet † Domina Candida
ſe maritauerit infra duos mēſes, à tempore mor
tis primi mariti, & ad ſecunda vota tranſiuerit,
tamen non perdit dictum lucrum. Nam ſecundum Apoſtolum mulier, mortuo viro, nubat
in Chriſto, aliàs in domino. facit quod no. Innocen. de ſecund. nup. in cap. fina. & quod no. in
2 l.j.C. de ſecundis nuptijs. † ergo patet quod poteſt liberè, & ſine timore alicuius pœnæ nubere,
nec diſtinguit Apoſtolum tempus: ergo nec nos
debemus diſtinguere: vt l. de pretio. ff. de pub.
Præterea doctrina eſt Barto. Bald. & aliorum
3 Doc. † quòd pœnæ legales, quæ imponebantur mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota
infra annum luctus, ſunt ſublatæ de iure canon.
vt no. Bal. in l. quid ergo. §. primo, de his qui no.
infam & not. in dicta l. prima: ergo patet, ꝙ iſta
mulier tranſeundo ad ſecunda vota, non perdit
donationem propter nuptias, & lucrum cc. libra
4 rum den. præterea † licèt perderet proprietatē,
non tamen debet perdere vſumfructum. ut in
auctēn. in donatione. C. de ſecund. nup. quod
eſt verum non ſolum ſi donauit maritus, ſed
etiam ſi alius contemplatione mariti: ut ibi
notatur.

Sed finaliter contrarium eſt de iure dicendū,
videlicet, ꝙ dicta dn̄a Candida perdiderit dictā
donationem, nec poteſt ex dicto pacto agere: vn
5 de eſt aduertendum, † quòd tres ſunt caſus. Aliquando mulier tranſit ad ſecunda vota feſtino
tempore infra tempus quo poteſt timeri pertur
batio, & permiſſio ſanguinis, ſicut fuit in caſu
noſtro: quia tranſiuit ad ſecunda vota, antequā
formetur corpus, & membra pueri in corpore
mulieris, & etiam non ſolum poteſt timeri turbatio ſanguinis, ſed etiam incertitudo partus videlicet, cuius ſit primi, vel ſecundi viri: vt no. in
l. liberorum. § j. de his qui not. infam in Glo &
iſto caſu mulier ſubſtinet omnes pœnas legales.
Nec ſunt correctæ: quia facit contra naturalem
rationem, & hoc conſuluit Raynerius de Forliuio, Iac. & Paulus de Eleazar. & hoc expreſsè
tenet Bal. in d l.j. in fin. C. de ſecun. nup. in primis recollectis, & idem no. in d. l. liberorum. § j.
vnde in caſu noſtro iſta domina Candida, quæ
ſic feſtinauit, priuatur omni lucro, quod ei com
petebat ex primo marito.

Secundus caſus eſt: quādo mulier infra annū
luctus nubit, tamen poſtquàm eſt certum, quòd
non timetur de turbatione ſanguinis.

Tertius caſus, quādo nubit poſt annū luctus,
& iſtis duobus caſib. non punitur, ſed habet locum auc. in donatione, quia reſeruatur uſusfru-
6 ctuali mulieri. Circa ſecundum dico, † ꝙ ſicut
non perditur dos per tranſitum ad ſecunda vota, vt no. in l.j. C. de ſecū. nup. ita nō perdit ius pe
tendi alimenta, quouſque dos in fine anni reſti
7 tuatur: † quia iſta alimenta non percipiuntur,
vt lucrum à viro, ſeu ab hæredibus viri, ſed
petūtur in intereſſe loco fructuum dotis: vt no.
in l.

in l.prima.C. de rei vxo. actio. Tenet enim ibi
Cyn quòd etiam ſi ſtatutum non diceret, quòd
poſſint peti vſuræ loco intereſſe, loco retarda-
tæ ſolutionis dotis peti poſſent, & idem tenet
Bald.licet Barto.dicat quòd non in l.inſulam.§.
vſuras.§ ſolu.matrimon.bene tamen conſuluit
9 Bar. quòd interim † debentur alimenta, etiam ſi
ſtatutum non diceret, facit quod notatur in l.ſi-
10 cut.ff. de oper. liber. † Nec obſtat ſi dicatur, quod
debet operari in domo uiri, quia illud uerum de
iure communi, ſed ſtatutum hoc non requirit,
ergo nec nos, &c.
11 Circa † tertium de pannis uidualibus, dico, quod
hæredes mariti non tenentur inducere vxorem
de panno nigro, ſeu pannis uidualibus, niſi eſſet
12 conſuetudo approbata in patria. † Ita no. An-
gel de Vbal.de Peruſio, in l.decreto. de infami-
bus. Ergo ſi non tenentur, ſi conceſſerunt ex eo-
rum liberalitate fuit donatio. Modo ſicut mu-
lier perdit donationem prouenientem à uiro,
ita prouenientem ab hærede, contemplatione
13 viri: † quia iſta parificantur, habere à uiro, vel
ab alio contemplatione viri: vt in dicta aucten.
in donatione, & facit quod no.in l.ſed ſi plures.
14 §.in arrogato.ff.de vulg.& pup.† eſt enim effe
cta indigna, ita feſtinanter ſe maritando, & eſt fa-
15 cta odioſa primo uiro: † quia contriſtatur eius
anima ex iſto tranſitu ad ſecunda uota, nec de-
bet ex ſuo delicto quomodum reportare: quia
ſua culpa, & ſuo defectu ceſſat cauſa propter quã
indumenta fuerunt conceſſa, uidelicet cauſa ſer
uandi uiduitatem uſque ad tempus à iure ciuili,
& canonico inuentum, quod eſt, quouſque ceſ-
ſet ſuſpicio turbationis ſanguinis, & incerti par-
16 tus, ut ſupra dixi. † Vnde cùm cauſa deuenerit
ad non cauſam ex delicto ſuo, dicti panni poſ-
ſunt repeti, facit in argumen.l.ſi fullo.ff.de condi.
ſine can.& facit quòd no.in l.plenum.§.equitij.
de viu.& habi.&c.

Marcus Angelelli de Peruſio.

CONSILIVM D. BARTHOLO-
mæi de Puteo Cremonenſis, legum
profeſſoris.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio conditionalis conditionis euentum requi-
rit, vt effectum habeat.*
2 *Differt aliquid prouidentia alicuius obueniſſe, & à
caſu, & fortuna, licet reſpectu illius.*
3 *Fideicommiſſum ab hærede relinqui doteſt. & nu-
mero 4.*
4 *Differt aliquid nomine appellatiuo hæredis relinqui,
& nomine proprio, vel proprio, & appellatiuo,
vel ſimul proprio, & appellatiuo, vel quo alio no
mine, quàm hæredis.*
5 *Recedendum non eſt à verbis, cùm in eis non eſt am-
biguitas.*
6 *Inſtitutus grauatus de reſtituendo hæreditatem, ſi
deceſſerit ſine filijs, & filij eius ſine filijs intelligi-
tur grauatus, ſi deceſſerit ipſe ſine filijs, et filij eius
ſine filijs.*
7 *Conditionis adiectio alternatiua à copulatiua pluri-
mum differt.*
8 *Concurſus vtriuſque requiritur in copulatiua condi-
tione.*
9 *Verba ſic ſemper intelligenda ſunt, ut aliquem effe-
ctum operentur.*
10 *Verba ſi contingerit Maurum, & filios Maurij dece-
dere ſine filijs quandocunque, tunc & eo caſu &c.
quam ſententiam recipiant.*
11 *Copula &, interdum in diſiunctam particulam vel, re
ſoluitur.*
12 *Impoſſibilitas reſultans variam verborum ſignifica-
tionem aliquando inducit.*
13 *Conditio ſecundum ordinem ſubſtitutionis implen-
da eſt.*
14 *Subſtitutus non admittitur, niſi ordo datus in ſub-
ſtitutione obſeruetur.*
*Intellectus l.cùm teſtamento. in princ.ff. de hæred.in-
ſtituen.& l.ſi mater.§.fina.ff. de vulga.& pupil-
lari.*
15 *Verba in teſtamentis plenè interpretanda ſunt, ut
operentur, quàm maximè poſſint.*
16 *Naturę ordine pater præmori filio intelligitur.*
17 *Ordo ſcripturæ regulariter attendi debet.*
18 *Verba teſtatoris ubi ex una parte aliud ſignificant,
ſiue connexitas, aliud mens ipſius, quid ſequen-
dum.*
19 *Teſtatoris uoluntas in teſtamentis prius attenden-
da eſt.*
20 *Teſtatoris legitima voluntas in omnibus domi-
natur.*
21 *Dilectio perſonarum magna, maior, maxima, eſt at-
tendenda.*
22 *Vltimæ uoluntates ſic intelligendæ ſunt, ut res ma-
gis ualeat, quàm pereat.*
23 *Coniuncta ſępe reſoluitur in diſiunctam, & econtra.*
24 *Subauditiones ad liberorum ſuſtentationem ſæpe
fieri.*
Idq; quatuor exemplis in ſingulis declaratum.
25 *Subauditiones in vltimis voluntatibus fiunt.*
26 *Interpretatio interdum fit in ſubſtitutionibus.*
27 *Voluntatis defuncti quæſtio iudicis ſententia deci-
denda eſt.*
28 *Intellectus ad l.fin.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio. ſub
condi.fac.*
29 *Reſtitutio ex clauſula generali non datur, propter
ignorantiam facti.*

CONSILIVM LXXXVI.

IN CHRISTI nomine Amen. Caſus ſuper quo videntur eſſe data quædam conſilia, quæ diſcordant in concluſione, & idcirco aliud conſilium petitur, vt ille ad quem cauſæ cognitio, atque deciſio pertinet melius valeat veritatẽ iuris cognóſcere, & ſecundũ illam decidere, talis eſt. Quidam Franciſcus Matthæi habens

vxorem, & carens liberis, teſtamentum fecit in
quo ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit Guido-
nem eius fratrem, ſi contingerit viuere poſt mor
tem ipſius teſtatoris, ſi autem præcederet ipſi te-
ſtatori, filios & hæredes dicti Guidonis inſtituit
ſibi hæredes: ſi autem contingerit prædictum
Guidonem, & filios dicti Guidonis decedere ſi-
ne filijs, quandocunque, tunc & eo caſu Ioannē
Nicolucij eius attinentem, ſi tunc viueret ſibi hę
redem inſtituit, ſi autem non uiueret, filios & hę-
redes dicti Ioannis ſibi hæredes inſtituit. Poſt
dictum teſtamentum deceſſit dictus Franciſcus
teſtator ſuperſtite dicto Guidone eius hærede,
qui Guido deinde deceſſit ſuperſtite Andriola
eius filia pupilla, eius hærede in certa quantitatę
pecuniæ, quodam alio hærede vniuerſali inſtitu
to, deceſſit poſteà dicta Andriola pupilla ſine fi-
liis ſuperſtite domina Catherina eius matre legi
tima, & naturali, & vxore olim dicti Guidonis.
Modo vertitur quæſtio inter dictum Franciſcū
ſubſtitutum ſuper bonis dicti Franciſci ex una
parte, & dictam dominam Catherinam matrē,
& hæredem dictæ Andriolæ ex altera, & ſuper
iſto puncto principaliter nouum conſilium pe-
titur propter diſcordiam dictorum conſiliorū.
Sunt & alia dubia circa q̄ petitū fuit conſiliū cir
ca hęreditatē dicti Guidonis, & datum fuit, ſed
nulla varietas ſuper illis reperitur inter conſul-
tos; de quibus fortan inferius aliquid tangam.

Redeundo igitur ad primum punctum præ-
miſſum, primo præmittam rationes & allegatio
nes, quæ fiunt contra dictum Franciſcum ſubſti
tutum per matrem dictæ Andriolę. Secundo ſu-
büciam allegationes, quæ fiunt pro parta dicti
Franciſci, contra prędictam dominam Catheri-
nam, demum ſubüciam conſilium meum, & id
quod mihi videtur; Allegationes igitur, quę fiūt
contra prædictum ſubſtitutum ſunt eæ.

Dicitur nanque, quòd in perſona dictæ An-
driolæ filiæ dicti Guidonis, fundari non poteſt
aliquod onus alicuius fideicōmiſſi, cū in ipſam
filiam nullum commodum, ſiue emolumentum
collatum fuerit per prędictum Franciſcum teſta
torem: igitur grauari non potuit. l. ab eo. C. de
fideicom. fuit enim dicta filia inſtituta ſub con-
ditione, ſi dictus Guido præcederet teſtatori, ſed
ipſe ſuperuixit: ergo non euenit conditio, & per
1 conſequens † diſpoſitio conditionalis effectum
non habuit. C. de inſti. & ſubſtitu. ſub conditio fa
ctis l. prima, & per totum ti. ff. de cond. & demō.
quaſi per totum titulum, & de condic. inſer. C.
per totum titulum, etiam præſuppoſito, quòd
hæreditas dicti Franciſci ad dictam filiam perue
2 niſſet, mediante perſona Guidonis, † cùm non
prouidentia dicti Franciſci teſtatoris ad eā per-
uenerit, ſed à caſu, & fortuna, reſpectu ipſius Fran
3 ciſci per l. ſed & ſi ſic. §. j. ff. de leg. 3. † Non obſtat
quòd ab hærede hęredis poſſit relinqui fideicō-
miſſum, ut l. ſi fuerit. §. fi. ff. de leg. 3. & d. l. ſed &
4 ſi ſic. in prin. † quia verum eſt, vbi nomine appel
latiuo hæredis eſt relictum, ſecus autem ſi no-
mine proprio, vel proprio, & appellatiuo, vel ſi-
mul proprio, & appellatiuo, vel ſi alio nomine,
quàm nomine hęredis. ut dicta l. ſed & ſi ſic. §. fi.
& quod no. in l. ſi fuerit. §. fi. ff. de lega. 3. Sed eſt
plus in caſu noſtro, quòd nullo modo proprio,
vel appellatiuo fuit grauata dicta Andriola, vt
5 paret ex verbis † à quibus recedere non debe-
mus. l. non aliter. ff. de legat. 3. cùm in eis non ſit
ambiguitas, ut. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff.
de lega. 3. Sed eis inhærendum eſt: vt l. proſpe-
6 xit. ff. qui, & à quibus. Non obſtat † quod not.
Barto. in d. l. ſed & ſi ſic. §. fina ubi dicit, quòd ſi
grauetur inſtitutus, de reſtituendo hęreditatem
ſi deceſſerit ſine filijs; & filij eius ſine filijs, q̄ in-
telligitur ipſe inſtitutos ſub duplici conditione
grauatus, ſi deceſſerit ipſe ſine filiis, & filij eius
ſine filiis, & ſic hic euenit caſu cū hęc filia deceſ-
ſerit ſine filiis: quòd etiam idem Bar. cōſuluit in
conſi. 198. quod incipit; Andreas, &c. quia loqui
7 tur † vbi conditio fuit alternatiuę adiecta, ſcili-
cet ſi ipſe, aut eius filij deceſſerint; ſecus autem
8 in iſto caſu; quia † fuit copulatiuè adiecta, vbi re
quiritur concurſus vtriuſque: ut l. ſi hæredi plu-
res. ff. de condi. inſti. at ipſe Guido deceſſit filia
ſuperſtite. & ſic defecit dicta conditio. Vnde di-
cta determinatio Bar. non facit contra, ſed pro.
9 Item † nō obſtat, ſi diceretur quòd uerba ſic ſunt
intelligenda, vt aliquem effectum operentur; vt
l. ſi quando. ff. de lega. j. & l. j. ff. ad municip. quia
hic effectum operari poterant: quia dictus teſta-
tor, & Guido tanto tempore potuiſſent ſuperui-
uere quòd dicta filia potuiſſet concipere, & de-
cedere cum filiis, & poſteà dictus Franciſcus, &
demum dictus Guido. Vnde eo caſu operaren-
tur, vt excluderetur ſubſtitutus, non obſtante, q̄
Guido ſine filiis deceſſiſſet, cùm ex ipſa filia ſu-
perextarent filij. & ſic pro eis prudens conſilium
teſtantis, animaduerteretur; vt l. Lucius. in fin. ff.
de hęre. inſti. & eæ ſunt allegationes, quæ fiunt
contra ſubſtitutum.

Pro ſubſtituto verò fiunt infraſcriptæ allega
tiones, videlicet, quòd dicta particula ſubſtitu-
10 tionis, vbi dicitur; † Si autem contingerit prædi
ctum Guidonem, & filios dicti Guidonis dece-
dere ſine filijs quandocunque, tunc & eo caſu
Ioannem Nicolucij eius attinentem, ſi tunc vi-
ueret, ſibi hęredem inſtituit, debeat intelligi
11 disiunctiuè, † & quòd illa copula &, reſoluatur
in vel, quaſi dixerit, ſi ipſe Guido, vel eius filij
deceſſerint ſinę filiis, q̄ tunc ueniat ſubſtitutus,
12 † nā q̄n eſt impoſſibile, q̄ tota copulatiua ſit ue-
ra, reſoluitur in coniunctā: ut l. Titio fundus. ff.
de uſufr. leg. l. fi. C. de codicill. Bar. no. in l. j. ff. de
iure codicil. circa principium. & in l. ſi is qui du
centa. §. utrum. ff. de rebus dub. ubi tractat ma-
teriam copulatiuæ. At in propoſito impoſſibile
eſt totā copulatiuā eſſe verā: quia ſi Guido mo-
ritur ſine filiis, nō pōt alia pars ſubſtitutionis ve-
rificari, uidelicet, quòd filij Guidonis qui non
ſunt

ſunt, decedant ſine filijs: vna ergo pars tantum
dictæ particulæ poteſt verificari, & patet ad ſen-
ſum: igitur reſolui debet in diſiunctam, & ſic vi-
detur procedere quod not. Barto. ponit in l. Cē
turio. ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitut. in illa quæ
ſtione, quando ſubſtituit teſtator poſt mortem fi
lij, & filiarum, quòd ſub duplici conditione
videatur inſtitutus grauatus, ſi ipſe inſtitutus, &
filij deceſſerint ſine filijs, debeat intelligi diſiun-
ctiuè propter prędictam impoſſibilitatem. Et
ſi diceretur, ꝙ immò, utraque pars poſſet veri-
ficari prædictæ copulatiuę, videlicet, ſi filij Gui-
donis decederent ante Guidonem ſine filijs, &
poſteà ipſe Guido decederet etiam ſine filijs, &
ſic tam Guido, quàm filij deceſſiſſent ſine filijs,
& ſic eſſet verificata vtraque pars copulatiuæ,
13 hoc non habet obſtare: † quia conditio non eſ-
ſet impleta ſecundum ordinem ſubſtitutionis:
nā verba ſubſtitutionis requirunt quòd primò
Guido, deinde filii decedant ſine liberis, quod
14 non eſſet in caſu proximè dicto, † & quòd iſte
ordo debeat conſiderari, & attendi, videtur pro
bari. ff. de hæred. inſtituen. l. cùm teſtamento.
in principio. & ff. de vulgari & pupill. l. ſi mater.
§. fin. vbi ſubſtitutus nō admittitur niſi ordo da
tus in ſubſtitutione obſeruetur.
15 Præterea † in teſtamentis debemus ple-
nè interpretari verba, vt operentur quàm
plus poſſint. l. in teſtamentis. ff. de regulis iuris.
& ex mente teſtatoris ſatis veriſimiliter poteſt
comprehendi, ſiue præſumi, quòd intellexe-
rit teſtator ordine ſucceſſiuo: quia iſtud eſt na
16 turale, † quòd pater præmoriatur filio. l. nam
& ſi parentibus. ff. de inofficioſo teſtamento.
17 Et pro ordine † ſcripturæ, quòd debeat attendi,
facit. l. quoties. ff. de uſufructu. l. generaliter.
§. ſi quis ergo. ff. de fideicommiſſ. libert. Poſ-
ſet etiam vltra ſuperius allegata pro matre con-
tra ſubſtitutum allegari. l. fina. C. de inſtitutio.
& ſubſtitutionibus. Quid dicendum? certè ſu-
per iſto articulo duo conſilia primum pro-
lata, ad inuicem repugnant, in finali conclu-
ſione, demum habitum eſt tertium conſilium,
quod concordat cum altero ex prædictis con-
ſilijs in fauorem ſubſtituti. Mihi autem inter
tantos Doctores durum videtur ſoluere pręmiſ
ſam ambiguitatem, & ad vnam partem declina-
re, & certè vti dicitur in præmiſſis conſilijs dif-
ficultas iſtius articuli inſurgere videtur ex eo,
18 quòd ex vna parte verborum † teſtamēti ſignifi
catio, ſiue connexitas, vnum concludere viden
tur, ſcilicet contra ſubſtitutum, mens autem te-
ſtatoris, ſiue eius interpretatio aliud conclude-
re videtur, ſcilicet pro ſubſtituto. Vnde inſur-
git dubium an ſtandum & inhærendum ſit ſigni
ficationi verborum teſtamenti, an verò ſit re-
currendum ad interpretationem dictorum ver-
borum, & ſi recurrendum eſt, qualis ſit, ſi-
ue eſſe debeat huiuſmodi interpretatio, & per
19 quem fieri debeat, ſed † cùm ita ſit, quòd in
teſtamentis voluntas teſtantis ſit illa, quæ per
prius attentenda eſt, cùm illa regula & teſta-
menta: ut l. prima. C. de ſacroſanctis eccleſi. ubi
textus generaliter dicit, quòd nibil eſt quod
magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremę
voluntatis poſtquàm iam aliud velle non poſſu
mus, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum nō
redit arbitrium. Item dicit text. in l. cùm quæ-
20 ſtio. C. de leg. in fine. † in omnibus enim teſta
toris voluntatem, quæ legitima eſt, dominari cen
ſemus. Item dicit alia lex ne dum nimia vtimur
circa huiuſmodi ſenſus ſubtiliter, iudicia te-
ſtantium defraudentur. Iſta eſt lex, ſi quis hæ-
redem. in fin. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub con-
di. fac. Item dicit alia lex, vbi manifeſtiſſimus
eſt ſenſus teſtatoris verborum interpretatio nun
quam tantum valeat, vt melior ſenſus exiſtat,
lex eſt 3. in fine. C. de liber. præteritis, vel ex-
hære. Hoc etiam dicit lex in conditionibus pri-
mum locum, in princip. ff. de condi. & demon
ſtra. vbi text. dicit, quòd regit teſtamenta. Ex
iis omnibus apparet, quòd vbi de mente teſta-
toris liquet, ſi illa voluntas, & illa mens eſt
licita, præualet, & ſequenda eſt. Legitur in
propoſito themate diligenter circumſpiciendū
eſt, an liqueat de mente teſtatoris, quæ repu-
gnet ſignificationi verborum, & certè videtur,
quòd ſic ex ſerie & ordine graduum, in ſubſti
tutionibus dicti teſtamenti adhibitis. Ex quibus
21 colligitur, † quòd in conſequenda eius hære-
ditate præ cæteris dilexit Guidonem fratrem
ſuum, poſt illum prædilexerit filios dicti Gui-
donis, poſt illos, ſi deceſſiſſent ſine liberis, prę
dilexit Ioannem Nicolutij eius attinentem,
poſt illud Ioannem filios dicti Ioannis: ec-
ce igitur manifeſtiſſimus videtur ſenſus, id eſt,
mens dicti teſtatoris, quòd voluerit eius hæ-
reditatem poſt mortem Guidonis, & poſt mor-
tem filiorum ſuorum decedentium ſine filijs,
deuenire in prædictum Ioannem, ad quem di
ctus teſtator habuiſſe videtur magnam affectio
nem; quia non ſolum ipſum Ioannem, venienti
bus ſibi ab inteſtato prædilexit, ſed etiam præ-
tulit filios ipſius Ioannis, & de Guidonis vxore,
nullam fecit mentionem. Si igitur nobis conſtat
de ſenſu, id eſt, de mente teſtatoris, prout con-
ſtare videtur ex prædictis & alijs, quę ad hoc poſ
ſent adduci, maximè quòd dicta clauſula poſita
in verſi. ſi autem cōtigerit ipſum Guidonem, &
filios dicti Guidonis decederet ſine liberis, quan
docunque, cùm poſita ſit in fine dictæ particu-
læ ſubſtitutionis, poteſt, & debet referri tan-
tum ad proxima, id eſt, ad filios dicti Gui-
donis, propter inconuenientiam, & abſurditatē,
quæ reſultaret, referendo ad omnia, audacter re
cedere poſſumus à vi & ſignificatione verborū,
ſecundum regulas grammaticales, & ſequi ſen-
ſum legalem. Nam alibi, ut conſtat de mente te-

ſtatoris,coniuncta reſoluitur in diſiuncta: vt l Ti
22 tio fundus.ff.de vſufruc.lega.† Et in multis vo-
luntatibus, vbi ſecundum proprium intellectū,
diſpoſitio non poteſt ſortiri effectum,amplecti-
mur improprium,vt res magis valeat, quàm pe-
reat.l. Proculus.ff. de vſufructu. Ad hoc facit l.
ſed & ſi poſſeſſori.§ item ſi iurauero.in fin.ff.de
23 iureiur.Item † ſæpe coniuncta , reſoluitur in di-
ſiunctam,& econtra,ſecundum ſubiectam mate
riam l.ſępe.ff.de verborum ſignific.Item in aliis,
24 quę ſunt ſtricti iuris,videmus, † quòd ad ſuſten
tationem libellorum, quandoque ſubaudiuntur
quædam verba:vt no.Bat.in l.eius qui in prouin
cia.ff. ſi certum pet. vbi ſi dicatur talis filius ta-
lis,ſubauditur quondam.Et ſi quis dicat in libel
lo ſe eſſe in poſſeſſione alicuius rei in incorpora
lis,ſuſtinetur libellus, & exponitur, id eſt, quaſi
poſſeſſione:vt no.Doc.in dicto §.itē ſi iurauero.
Item admittitur libellus, ubi quis dixit,commo-
dauit,ille qui mutuauerat:ut no.Bar.in l.ſecunda
C.de iis,qui ex publicis ratio.lib.10.Item ſi quis
dixit in libello ſe hæredem, cùm ſit bonorū poſ-
ſeſſor, ſuſtinetur iſte libellus: ut no. Bald. in l.ſi
25 auus C.unde liberi.† Si igitur in iudiciis huiuſ-
modi ſuppletiones,& ſubauditiones fiunt,quan
to magis in ultima uoluntate? ſequendo mētem
teſtatoris, debet ſic, & taliter interpretari, quòd
locus ſit cauſæ teſtati,& quòd ſubſtitutus admit
tatur. Videmus etiam quòd in teſtamentis ſi te-
ſtator dixerit Titius hęres,ſubauditur eſto. Aut ſi
dixerit Titius eſto, ſubauditur hæres, quaſi plus
fuerit dictum,& minus ſcriptum.l. prima.§. ſi ex
fundo.uer.ſi autem.ff.de hęred. inſtituen. & hoc
tantum procedit attenta mente teſtatoris.Igitur
in propoſito dicendum eſt,quòd poſtquam con
ſtat de mente teſtatoris per rationes,& coniectu
ras ſuperius allegatas,debeamus aut reſoluere di
ctam coniunctam in diſiunctam : aut illa uerba
ſine liberis referre tantum ad proxima:id eſt ad
filios Guidonis,prout ſuperius cautum eſt. Iſta
autem interpretatio, quando expedit, fienda eſt
inter ſenſum,& uerba,ut ſenſus præualeat,vt di
26 cta l.3.C.de libe. præt.vel exhæreda.† Et in ſub-
ſtitutionibus interdum fit interpretatio: ut in c.
ſi pater.de teſtamentis.lib. 6.& facienda eſt per
27 iudicem † Nam dicit lex,quòd uoluntatis defun
cti quæſtio in examinatione iudicis eſt.l.uolunta
tis.C.de fideicomm.& quod ibi no.Igitur circū-
ſpectus iudex, ponderatis & conſideratis dictis
uerbis teſtatoris,& attenta dilectione, quam ha-
buiſſe ad dictum Ioannem Nicolucij declaratur,
& ad eius poſteritatem, poterit colligere men-
tem teſtatoris fuiſſe, quòd mortuis filiis Gui-
donis, ſine filiis poſt mortem Guidonis admit-
ti debeat prędictus ſubſtitutus,& in iſta opinio
ne ego ſum.

Non obſtant ea, quę contra ſubſtitutum alle-
gantur; quia eleganter reſponſum eſt per illum
Doctorem,qui conſuluit pro prędicto ſubſtitu-
to. Nam poteſt dici, quòd ſubſtitutio prædicti
Ioannis ſumat fundamentum in perſona dicti
Guidonis,qui fuit hęres inſtitutus à ſi atre, & ſic
honoratus, & fuit hæres fratris, ut prępupponi-
tur in themate,& ſic potuit grauari, & grauatus
uidetur ſub duplici conditione : alternatiuè ta-
men intellecta,ſcilicet,ſi ipſe deceſſerit ſine libe
ris,aut eius liberi deceſſerint ſine liberis: ut no.
Bar.in l.ſed & ſi ſic.ff. de leg.3.& iſta ſubſtitu-
tio erit compendioſa: quæ facta maiori, uideli-
cet dicto Guidoni non continet pupillarem,&
ſic nullo tempore ualuit iure directo,ideò nimi
rum,ſi continet fideicommiſſariam:ut plenè no
ta in l.precibus.C. de impube.& aliis ſubſtitu-
tionibus.& l.Centurio.ff.de uulga. & pup.& ex
iis uidentur repulſa omnia,qui fiunt contra ſub
ſtitutum.

28 Non † obſtat etiam.l.ſi C.de inſti & ſubſtitu.
ſub condi.fa. vbi ad luctuoſam hæreditatem fi-
lij, præfertur mater ſubſtituto : quia ibi illa ma-
ter fuerat hæres in parte inſtituta à marito, ex
quo apparet de affectione mariti ad eam, in uno
caſu uulgaris ſubſtitutionis, ſi poſthumus non
naſcetur, ex quo ueriſimiliter colligitur eadem
affectio in alio caſu ſi natus fuerit, & illicò de-
ceſſerit, ut ibi. At in caſu noſtro uxor Guidonis
non fuit inſtituta, nec nominata in teſtamento
Franciſci, & ſic ad ipſam nullam habuit affectio
nem. Vnde non obſtat. Et iſta puto ſufficere cir
ca primum dubium.

Circa alia dubia formata ſuper hęreditate Gui
donis, ſto contentus de reſponſis datis per con
ſultum ſuper illis,excepto, quòd ſuper ſexto du-
bio aliquantulum dubito,in, & ſuper illo arti-
29 culo,† an ſit concedenda reſtitutio in integrū,
ex clauſula generali aduerſus curſum pręſcri-
ptionis,propter ignorantiam facti eius,cui actio
competebat, ubi ille conſultus ſequendo Doc.
maximè Bal in l.j.C.qui admi.ad bon poſſeſſ.in
23.oppo.& in l.quoties.C.de preci.impe. offer.
qui uidetur tenere, quòd propter ignorantiam
facti non detur reſtitutio ex clauſula generali:nā
iſta opinio uidetur dura, ubi eſt ignorantia facti
probabilis,quòd denegetur reſtitutio & Spec.in
ti.de locato uerſicu.17.hoc tenet expreſsè,quod
concedatur reſtitutio, & ſic uideretur opinio.
Bartol. & Specula. magis æqua, & illam in con
ſulendo ſemper eſſe ſequutum. Circa alia du-
bia ſto cum aliis conſiliis . Ideò me ulterius
non extendo.

Et ita dico,& conſulo , prout ſuperius ſcri-
ptum eſt, ego Bartholomæus de Puteo de Cre-
mona,minimus inter legum profeſſores, & in te
ſtimonium pręmiſſorum , propria manu me
ſubſcripſi,& ſolito anulo ſigillaui.

CON-

CONSILIVM D. LEONARDI DE Battiolis Patauini V.I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Caſus huius conſilij ex libello actoris.*
2 *Exceptiones ad libellum.*
3 *Hæres inſtitutus in certis rebus nullo ſibi dato cohærede, an in totam hæreditatem inſtitutus cenſeatur. numero 24. Et vide in ſequenti conſilio nu. 2. cum ſequen.*
4 *Subſtitutio ſecundum inſtitutionem principalem regulatur.*
5 *Teſtatoris voluntas in fideicommiſſis maximè attenditur.*
6 *Teſtatoris voluntas tanquam lex ſeruanda eſt, & ei parendum ac fauendum.*
7 *Sententia iuxta tenorem libelli benè concepti, & probati, ferenda eſt.*
8 *Fructus collecti ab hæredibus grauati per negligentiam fideicommiſſarij non petentis ſibi reſtitui fideicommiſſum, non debentur ipſi fideicommiſſario.*
9 *Hæres grauatus de reſtituendo fideicommiſſo vniuerſali, poteſt tamen teſtamentum condere, & vniuerſalem hæredem inſtituere, quo ſcilicet ad legitimam.*
10 *Legitimæ aliquod onus, conditio, vel grauamen adijci non poteſt.*
11 *Trebellianica quando detrahitur.*
12 *Intellectus ad prouiſionem Duca. trac. i. c. 6. de legitima iure natura debita. & nu. 13.*
14 *Legitima debetur liberis ex legis prouidentia, & ad eam relinquendam titulo inſtitutionis, parens compellitur.*
15 *Fructus percepti per liberos primi gradus, non imputantur in Trebellianicam, ſecus in alijs. & numero 20.*
16 *Vſusfructus perceptus à filio in ſuis bonis aduentitijs per patientiam patris, ad quem ſpectabat videtur remiſſus, neque poſt mortem patris de eo poteſt à cohæredibus inquietari, nec in aliquo computari, ſed cedit lucro filij, & eſt ipſius præcipuum.*
17 *Prælegata quo caſu veniant in fideicommiſſum.*
18 *Donatio qua morte confirmatur diuerſa eſt à relicto, ſeu prælegato.*
19 *Res inter alios acta tertiò non prçiudicat.*
20 *Dos data, an in legitimam, vel Trebellianicam computetur.*
21 *Falcidia non detrahitur vbi legata vltra dodrantem non excedunt.*
22 *Omiſſio inuentarij hæreditatis per grauatum ſibi præiudicat in Trebellianica.*
23 *Forma ſententiæ ſecundum quam eſt in hoc caſu iudicandum.*

CONSILIVM LXXXVII.

IN NOMINE domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius glorioſiſſimæ genitricis Virginis Mariæ, & totius Cœleſtis curiæ triumphantis Amen. In cauſa, lite, & quæſtione vertente. & quæ verſa fuit coram Magnifico, & generoſo D. Poteſtate & Capitaneo Ciuitatis Taruiſij, pro noſtra Ducali Illuſtriſſima Dominatione Venetiarum, eiuſque tribunali, & officio inter Ser Laurentium de Bonaldis, honorabilē ciuem Taruiſij, & Ser Iacobum de Fabris eius procuratorem ex vna parte agentem, & petentē, & eximium Doctorem D. Georgium de Spineta, tutorem Magdalenæ pupillę, & hęredis, & olim filiæ Ioannis Antonij de Bonaldis, & Ser Iacobum Fabri actorem ſuum, eius nomine cōparentem ex alia ſe defendentem, commiſſa cōſulenda mihi Leonardo de Battiolis infraſcripto. Viſis & diligenter examinatis proceſſibus, & ſcripturis mihi exhibitis pro parte prelibati Magnifici D. Poteſtatis, & Capitanei, clauſis & ſigillatis cum litteris eiuſdem. Auditiſque & intellectis allegationibus dicti Laurentij, & eius Clariſſimi aduocati, oretenus, & in ſcriptis, & per me ſuppletis allegationibus pro altera parte abſente, & contumace, & diutius expectata, in his in quibus de iure fuit opportuna ſuppletio, vt conſultatio mea clarius, & expeditius intelligatur, totus & omnimodus ſubſtantialis effectus omnium actorum, & actitatorum in pręſenti cā videtur conſiſtere in infraſcriptis, videlicet;
Quia pro parte dicti Laurentij narratur, & ex-
1 ponitur in eius libello, & petitione, † quòd q. Iacobus de Bonaldis q. Ser Franciſci, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inter cætera inſtituit eius hæredem vniuerſalem, & inſolidū Io. Antonium de Bonaldis eius fratrem, cui Ioā. Antonio, quandocunq; contigerit ipſum mori abſque liberis maſculis, ſubſtituit D. Laurentiū, cuius Iacobi defuncti, hæreditatem adiuit ipſe Ioannes Antonius, & demum deceſſit ſine liberis maſculis ſuperſtite Domi. Laurentio, qui prædictorum notitiam habens, acceptauit hæreditatem Domi. Iacobi ex illius teſtamento pręnarrato. Quare concludendo petitur declarari hæreditatem, & bona quondam Do. Iacobi de Bonaldis, per mortem Domi. Ioannis Antonij, ſine liberis maſculis deuolutem eſſe Dom. Laurentio, & partem aduerſam compellendam ad reſtituendam ipſam hæreditatem, & ipſum Laurentium mittendum in poſſeſſionem, tanquàm hæredem fideicommiſſarium Domi. Iacobi rerum, quas Domi. Iacobus tenebat, & poſſidebat cum fructibus etiam perceptis, & qui perciperentur à mortis tempore Domi. Ioannis Antonij, &c. prout in libello, & petitione continetur.

2 In exceptionibus † autem partis aduerſæ plura deducuntur, & inter cætera inſtrumenta, quæ

ſunt viſa conſideratione digna, videlicet, quòd ſi
qua fieri debet reſtitutio, primo debet detrahi
de hæreditate q. D. Iacobi hęreditas q. Ser Fran-
ciſci patris prędictorum, ſubiacens fideicommiſ-
ſo propter ſubſtitutionem inuicem eis factam in
ipſo teſtamēto paterno. Item quòd dictus q. Ser
Franciſcus fuit vſufructuarius omnium bonorũ
aduentitiorũ q. D. Iacobi, & Nicolai eius filiorũ:
pro quorum bonorũ vſufructibus, & redditib.
habitis per D. Iacobum eidem Magdalenæ pu-
pillæ, & hæredi q. Ioannis Antonij patris ſui cō-
perit retentio. Item quòd D. Ioannes Antonius
dotauit Mariam ſuam, & dicti q. Iacobi ſororē,
& quàm plures alias expenſas fecit pro hæredi-
tate q. Iacobi, & eius occaſione, pro quibus in-
tendit vti retentione D. Magdalena pupilla, &
hæredes D. Ioannis Antonij. Item quòd in teſta-
mento dicti q. Ser Franciſci fuit factum legatum
venerabili D. Sorori Antoniæ Moniali duca-
torum ſex ſingulo anno, cuius æſtimationis pe-
tit fieri detractionem, & ſimiliter Falcidiæ om-
nium relictorum D. Laurentio in teſtamento di
cti q. Iacobi, vltra inſtitutionem hæredis. Nega-
tur ēt narrata prout narrantur, &c. Sunt & alia
plura hincinde deducta, quæ ex inſpectione pro
ceſſus clarè liquent, quæ non eſt viſum eſſe opus
hic inſerere breuitatis cā, & præcipuè cũ in præ-
miſſis, & circa p̄miſſa uideatur cōſiſtere tota vis,
& ſubſtantia proceſſus, quoad ꝓpoſitũ noſtrum.

His igitur pręmiſſis attingenda eſt deciſio ſu-
praſcriptorum omnium, & ſingulorum.

Et primo quidē circa libellum, & petitionem
liquido patet ex inſtrumentis, & ſcripturis in p̄-
ſenti iudicio productis dictũ q. Iacobum de Bo
naldis deceſſiſſe teſtatum, inſtituto hærede Ioan
ne Antonio fratre ſuo, & ſibi ſubſtituto Laurē-
tio prędicto, vt ſupra in forma debita, valida, &
ſolenni. Item caſum ſubſtitutionis eueniſſe, & ei
locum eſſe. Nec obſtat ipſi Laurentio, quòd in
inſtitutione facta in teſtamento Iacobi videatur
ſolùm inſtitutum Ioānem Antonium in bonis
immobilibus, & actionibus, & in eiſdem ſubſti
tutus Laurentius, & ſic non debeat habere bo-
na mobilia, de quib. non eſt facta mentio: quia fa
cillimè reſpōdetur huic obiectioni eſſe de re nō
3 dubia, cùm ſit caſus l. de ea. certum enim eſt, † q
hæres inſtitutus in certis reb. nullo ſibi dato co-
hærede, capit totam hæreditatem, & cēſetur vni
uerſaliter inſtitutus ex præſumpta voluntate: vt
eſt tex. in l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtitu. &
inſtitu. quib. mod. teſta. infir. §. ſed & ſi quis. cũ
4 concordan. † & ſubſtitutio regulatur ſecundum
naturam inſtitutionis principalis: ut C. de impu
be. & aliis ſubſti. l. j. cùm ſim. meritò igitur ſub-
ſtitutus vniuerſaliter vocatur, ſicut & inſtitutus
5 † præſertim cùm in fideicommiſſis voluntas eſt
maximè attendenda: ut C. de fideicom. l. cum vi
rum. & ff. de leg. j. l. placet. & ad Treb. l. hæredes
mei. §. cùm ita, cùm ſimil. Meritò igitur fieri pe-
titur declarationem, prædictam hæreditatem,
ſcilicet & bona q. Iacobi deuoluta eſſe ad ipſum
Laurentiũ, & partē aduerſam cogi ad reſtōnē, &
6 mittendũ Laurētiũ in poſſeſſionē, ut ſupra, † cũ
teſtatoris voluntas tanquā lex ſit ſeruanda, & ei
parendum ac fauendum: ut C. de ſacroſ. eccl. l. j.
& in auc. de nup. §. diſponat, cum infinitis con-
cordantibus: & per tot. ti. ff. & C. ad Treb. & de
materia miſſionis, pleniſſimè in l. fi. C. de edic.
diui Adr. toll. Et in ſtatuto communis Taruiſij,
de quo in proceſſu ſub rub. de inſtituto hærede
in poſſeſſionem mittendo. cuius verba ſunt cla-
riſſima, ſi ad aliquem eſt deuoluta hæreditas ex
teſtamento, ſeu per aliam quamcunq; ultimā vo
luntatem, ꝙ inſtitutus hæres in poſſeſſionem
mittendus ſit ſine quæſtione, & cōtrouerſia earũ
rerum, quas defunctus habuit, & tenuit, vel vi-
ſus fuerit tempore mortis tenere, & poſſidere.
7 Igitur † cùm libellus fuerit, & ſit bene cōceptus,
& probatus, conſequenter, iuxta eius tenorē eſt
ferenda ſententia, & pronuntiatio. ff. cōi diuidũ.
l. vt fundus & extra de ſimo. ca. licet Hely. habita
tamen ratione retentionis inſertorũ, quæ dicen-
tur infra in diſcuſſione exceptionis. Eo maximè
quia Laurentius & eius procurator ſaltem tacitè
videntur acquieuiſſe. & conſenſiſſe, quòd diſcu-
tiantur: vt patet ex proceſſu: fortè. n. aliter non
poſſent in hoc iudicio decidi, propter verba ſta-
tuti prædicti, ſine quæſtione, & controuerſia, &
per ea quæ habentur in præalleg. l. fi. C. de edi. di
ui Adr. toll. Vnica etiam modificatione, & limi
tatione adiecta circa fructus petitos in fine ip-
ſius libelli, videlicet quòd illi ſolum non debean
tur, & non veniant in reſtitutione, qui recepti
8 fuerunt † ex negligentia fideicommiſſarij non pe
tentis, iuxta ea quæ plenè habentur: & not. ff. ad
Treb. l. in fideicommiſſaria. & l. mulier. §. ſi hæ-
res. & C. ad Treb. l. iubemus. Venire ergo debēt
in reſtitutionem fructus ſolum à tempore, quo
deſijt eſſe in negligentia, de quibus in executio-
ne fit liquidatio.

Diſcutiamus igitur ſubſequēter exceptiones
partis aduerſę, de quibus ſupra, quæ ſub earum
habeant vigorem, & quæ non, in huiuſmodi ꝓ-
ceſſu miſſionis, & quomodo. Prima ergo exce-
ptio, de qua ſupra eſt iſta, videlicet, quòd prima
debeat detrahi, ſeu retineri hæreditas quondam
Ser Franciſci patris dictorum Iacobi, & Ioannis
Antonij, ſubiacens fideicommiſſo ex ſubſtitutio
ne inuicem facta in teſtamento paterno.

Circa quam aduertendum eſſe cenſeo, quòd
prædictus Ser Franciſcus in ſuo teſtamento, &
ultima uoluntate inſtituit filios ſuos maſculos
tũc viuētes, & poſthumos hęredes uniuerſales,
& inuicē eos ſubſtituit, ſi aliqui p̄deceſſerint ſine
filiis, in forma ſolenni, & uigore dictæ ſubſtitu-
tionis: quia prædeceſſit Iacobus antedictus ſine
filiis, debebatur portio Iacobi ipſi Ioanni Anto-
nio, vigore dictæ ſubſtitutionis, & conſequenter
debetur prædictæ pupillæ filiæ ſuæ, & hæredi, q̄
p̄tendit ius detractionis, & retentionis, vt ſupra.

In hac quidem exceptione aduertendũ, nemini
9 dubium eſſe: quòd licet D. Iacobus, fuerit† graua
tus de reſtituẽdo ipſi Ioanni Antonio, tamẽ po-
tuit teſtamentum condere, & etiã vniuerſalẽ hę
redem inſtituere, ſaluumq́ue & integrum manet
fideicommiſſum debitum ipſi hæredi inſtituto:
per tex. C. ad leg. Fal. l. irritũ. & quod ibi not. In
cuius fideicõmiſſi detractione debet ex perſona
10 Iacobi haberi ratio† legitimę ſibi debitæ iure na
turæ, in qua non potuit adijci aliquid onus, cõdi
tio, vel grauamen, vt eſt text. C. de inoffi. teſta. l.
quoniam in prioribus. & l. ſcimus. §. cùm autẽ.
11 De† Trebellianica aũt ſunt opiniones, tamẽ ue-
rior & communior opinio eſt, quòd detrahitur
vltra legitimam in propoſito caſu: quoniã roga
tus eſt filius ſub conditione, ſi deceſſerit ſine fi-
lijs: licet aliud ſit quàm purè: ut p Glo. & Doct.
in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. & ff. de inoffi. te-
ſta. l. Papinianus. §. meminiſſe. & in alijs pluri-
bus locis apud Legiſtas, & apud Canoniſtas in c.
Raynutius. 1 & c. Raynaldus. extra de teſtam. &
hoc de iure communi.

Veruntamen aliquid dubij argui poteſt in cõ-
12 trarium in caſu noſtro, propter† prouiſionem
Ducalem tranſmiſſam in proceſſu: quę in ciuita
te Taruiſij ſeruatur, videlicet, Trebellianicã nul-
lo modo poſſit detrahi, poſtquam aliquid, ut in
propoſito, legitima ex voluntate teſtatoris rema
net apud filium inſtitutum, & de reſtituendo ro
gatum, ſiue grauatum: ſatis enim videtur de volũ
tate teſtantis ſibi relicta eſſe legitima, poſtquam
inſtitutus eſt hęres per eum: cuius inſtitutionis
reſpectu detrahit legitimã, vt ſupra. Si enim nõ
haberetur reſpectus ad inſtitutionem teſtamen-
tum eſſe irritum, ſiue nullum: per §. aliud. in au-
then. vt cũ de appella. cogn. & quod not. in auc.
nouiſſima. C. de inoffi. teſta. Dicit enim ipſa pro
uiſio Ducalis, ſi occurrerit, quòd aliquis maſcu-
lus aut fœmina ſit inſtitutus hæres in teſtamen-
to, & grauatus ſit reſtituere hæredem alteri,
nõ poſſit propterea dictus inſtitutus habere vel
percipere aliquid de dicta hęreditate, niſi illam
partem, quæ ſibi relicta fuerit per teſtãtem in di
cto teſtamento. Hoc tamen non ob. verius vi-
detur, quod ſuperius eſt concluſum, ſcilicet, etiã
13 Trebellianicam detrahẽdam: quoniam ſanè† in
telligẽdo prouiſionẽ prędictã, ipſa loquitur quã
hęres rogatus de reſtituẽdo, habet aliqd ex iudi-
cio teſtatoris, vltra titulum inſtitutionis, vt puta
quia de hęreditate grauatus reſtituenda aliquo
retento, vel factum eſt ei pręlegatũ, ſecutus quan
do ſolum eſt inſtitutus & rogatus de reſtituẽdo
hęreditatem totam, aliàs contingere poſſet, quã-
doque quòd nihil haberet niſi nudum nomen.
& quando non eſſet filius ipſe hęredes inſtitutus
& grauatus, quod videtur abſurdũ, & rationi mi
nimè cõſonum, cùm indiſtinctè loquatur, & reſ
pectum habeat ad omnem caſum, & ſic vniformi
ter debet accipi intellectus eius, vt nullo caſu ſe
quatur inconueniens, ſed omnem caſum in ipſo
determinet: argu. C. de impube. & alijs ſubſti. l.
quamuis. & ff. de vulg. & pupil. l. iam hoc iure. &
huius intellectus veritas ꝓbatur ex verbis rectè
ponderatis pręfatæ prouiſio. Ducal. quę dicunt;
Quòd hæres inſtitutus & grauatus reſtituere hæ-
reditatem, non poſſit habere vel percipere aliqd
de dicta hæreditate, niſi illam partem tantũ, quæ
ſibi relicta fuerit per teſtantem in dicto teſtamen
to. Primò ergo pręſupponit hęredem fore inſti-
tutum & rogatum de reſtituendo hæredem, &
ſic totam vel totum illud quod titulo inſtitutio-
nis à teſtatore conſecutus fuit. deinde dicit; *Quòd
talis hæres* inſtitutus & rogatus nõ poſſit habere
vel percipere, niſi illã partem, quæ ſibi relicta
fuerit per teſtantem in dicto teſtamento. Et ſic
notat aliquod extrinſecum relictum vltra titulũ
inſtitutionis. Si autem fortè rogaretur hęres in-
ſtitutus de reſtituendo hęreditatem aliquo reten
to, tunc benè poſſet etiam procedere prohibitio
proui. quia illud ſibi remanens perceperet per te
ſtantem; Et hoc modo nulla reſultat abſurditas,
aut inconuenientia.

Nec obſtat, quod ſupra dixi, videri legitimam
percipi ex voluntate teſtãtis: quia aliàs teſtamen
14 tũ corruerẽt: † quia reuera legitima habet & de-
betur liberis ex legis prouidentia: ut eſt tex. in au
thẽ. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & in corpore un
de ſumitur. Et ad eam relinquendam titulo inſti
tutionis compellitur parens per tex. in d. §. aliud
ad effectum eorum quę ſequuntur ex titulo inſti
tutionis. de quibus in d. authẽ. nouiſſima. not. Et
iſta conſideratio, ꝙ habeat ex voluntate teſtãtis;
quia inſtitutus eſt, eſt conſideratio remota, non
principalis: quia principalis eſt prouiſio legis, &
principale debet attẽdi non remotus per iura
vulgaria: prædicta autem prouiſio conſiderat re
lictum per teſtantem principali intentione, &
cum effectu, vt ſatis patet ex prædictis.

Concluditur ergo in propoſito deducendam
legitimam, & Trebellianicam, & illas remanere
debere in hæreditate dicti q. Iacobi, & ſic ſolum
dimidiã, dimidiæ hęreditatis paternę, in qua fuit
inſtitutus dictus q. Iacobus, venire in reſtitutio-
15 ne fideicommiſſi. Nec etiam dicta† Trebelliani-
ca Iacobi in bonis paternis debet diminui p im-
putationem fructuum perceptorum: quia Iaco-
bus ipſe fuit de liberis primi gradus ipſius q. Ser
Franciſci patris ſuis, quibus non imputantur fru
ctus in Trebellianicã, ut eſt caſus. C. ad Trebel.
l. iubemus. cum ibi not. licet in alijs qui non ſint
de liberis prędictis, fructus imputẽtur in Trebel
lianicam. quando percepti ſunt iudicio teſtato-
ris: ut ff. ad Trebell. l. in fideicõmiſſaria. & not.
in d. l. iubemus.

Secunda exceptio ſuprascripta eſt, quòd Ser
Franciſcus antedictus fuit uſufructus omnium
bonorum aduẽtitiorum q. dicti Iacobi, & Nico-
lai fratrum, eiuſq́ue filiorum, pro quorum bono
rum uſufructib. & redditibus, habitis per D. Ia
cobum eidẽ Magdalenæ pupillę & hæredi dicti
q. Ioannis

q. Ioannis Antonij patris ſui competit retentio.
Circa quam exceptionem aduertendum videtur
quòd vſusfructus dictorum bonorum aduenti-
tiorum, quantum eſt reſpectu Nicolai non pro-
batur perueniſſe in ipſum Iacobum.

Quantum verò attinet ad ipſum Iacobum
adhuc eſt conſiderandum quòd ipſe vſusfructus
bonorum ſuorum aduentiorum non venit in
ratione deductionis vel retentionis conſideran-
16 dus: † cùm enim pater viuus paſſus fuerit conti
nuò eum fore penès Iacobum filium familias
moriens cum huiuſmodi perſeuerantia volunta
tis, videtur remiſiſſe talem vſumfructum, & vide
tur cedere lucro filij, ita quòd eius ſi præcipuū
nec à cohæredibus inquietari poteſt, vel ex eo-
rum perſona, nec aliqua ratio exigi aut ſequiti p
tex. in l. cùm oportet. § ſi autem. C. de bon. quę
lib. & vt ibi concludit Glo. morte confirmatur
talis remiſſio uſufructus, & conſequenter non
imputatur in legitimam, cùm non fuerit expreſ-
ſum: argu. eius quod habetur de donatione ſim-
plici in l. ſi quando. § & generaliter. C. de inoffi.
teſta. & in auctẽ. ex teſtamento. C. de colla. &
ibi per Bart. & alijs Docto. neque etiam venit ut
17 relictum. † ſeu habens vim relicti, vel prælegati
in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, vt de
hoc eſt optimus tex. & caſus in l. ſequẽs. ff. de le-
gat. 2. licet de alijs prælegatis aliter dicatur: ut
plenè habetur & not. D. de fideicõmiſſ. l. cùm vi-
rum. & ibi per Glo. & Doct. & d. l. ſequens quæ-
18 ſtio. † Eſt enim huiuſmodi donatio quæ morte
confirmatur, diuerſa ſpecies à relicto ſeu præle-
gato: ut not. in d. l. ſequens. quæſtio. de leg. 2. nõ
poteſt igitur talis uſusfructus deduci aut retineri
ad aliquod effectum: vt colligitur ex prædictis.

Nec obſtat ex præmiſſis quod dicitur & de-
ducitur in proceſſu de ſententia, ſeu laudo
aliàs lata in huiuſmodi materia: quæ poſtmo-
dum fuit annullata, & deinde reducta ad validi-
tatem per viam tranſactionis: quia clara patet re
ſponſio: quia licet de ea, & compromiſſo antea
emanato in forma debita non conſtet. Item etiã
quia hæc ſententia & tranſactio fuit facta, & la-
ta inter duas perſonas, & de alio uſufructu, &
ad alium finem, meritò non præiudicat in pro-
19 ceſſu præſenti: † quia res inter aliòs acta, &c. C.
res inter alios act. in rubro & nigro, cùm ibi ple-
nè notatis. Sunt & aliæ rationes, quas gratia
breuitatis omitto: quia ſatis ex inſpectione pro-
ceſſus patent. Non obſtat igitur hæc ſecunda ex-
ceptio fundata ſuper huiuſmodi uſufructu.

Tertia excepsio de qua ſupra eſt, quòd D. Ioã-
nes Antonius dotauit Mariam ſuã, & dicti q. Ia-
cobi ſororem, & quamplures alias expenſas fecit
pro hæreditate q. Iacobi, & eius occaſione: pro
quibus intendit vti retentione dicta pupilla filia
& hæres dicti Ioãnis Antonij. Circa hanc exce
20 ptionem bimembrem. Primò circa primũ † mẽ-
brum dotis videtur dicẽdum nõ competere ius
retentionis: quià vt patet ex inſtrumento dotali.
& finis, & quietationis in præſenti proceſſu, di-
cta dos fuit ducatorum ſexcentorum, de quibus
fuerunt ducati quingenti dati de bonis paternis,
& ducati centum de bonis D. Ioannis Antonij,
partim, & partim de bonis q. D. Magdalenæ ma
tris ſuę, computatis denarijs legati dictæ q. D.
Magdalenæ, facti D. Mariæ. Quantum igitur ad
bona paterna, certum eſt non competere aliquã
rationem: quia ipſa dos fuit per hæredes inſti-
tutos, à quibus iure legati relicta fuerat ęqualiter
ſoluenda, & tota hęreditas in effectu peruenit in
ipſum Ioannem Antonium: quia ex ſubſtitutio-
ne paterna ſucceſſit in partem Iacobi, & ex per-
ſona ſua habuit reſiduum bonorum paternorũ,
& dos illa fuit debita, tanquam legatum in teſta
mento paterno relictum, ut patet ex eius teſta-
mento, nõ autem ut æs alienum ſoluta: quia tũc
benè certum eſſet, eius haberi debere reſpectum.
Cùm ergo vigore legati fuerit debita & ſoluta
per ipſum hæredem, cui onus legatorum fuit
adiectum, & incumbit, nõ debet diminuere legi-
timam debitã iure naturæ ipſi Iacobo, quia ſine
aliquo onere legatorum eam debet habere per
iura ſuperius allegata, & alijs cõcordãtibus. Poſ-
ſet tamen dubitari an ratione Trebellianicæ Ia-
cobi haberi debet conſideratio dotis prædictæ.
Item an venire debeat in cõſideratione reſpectu
legitimę & Trebellianicæ Iacobi ſaltem quanti-
tas, quæ non facto legato dotis fuiſſet debita ipſi
filiæ, vt ſaltem illius quantitatis ratio habeatur.
Verum quia iſtud in hoc proceſſu non liquet, cũ
de hoc nulla ſit facta ſufficiens probatio vel de-
ductio, ex exigeret altiorem indaginẽ, videtur
reſeruari debere in hoc, ius in iudicio pleniori.
Hoc enim iudicium ſummarium miſſionis ĩ poſ
ſeſſionem, non debet ex hoc retardari, & iure
cõmuni per d. l. fin. C. de edic. Diui Hadria. toll.
cùm etiam uigore ſtatuti de quo ſupra. Quo ad
alia etiam cẽtum data de bonis Ioãnis Antonij,
& q. D. Magdalenæ, videtur illorum centum nõ
habendam rationem: quia videtur donaſſe, quã-
tum eſt reſpectu ſui, cui non incumbebat onus
illud: argu. l. fin. C. de dot. promiſ. & l. j. §. accidit.
C. de rei vxo actio. cùm ibi plenè not. tum quia
fuit hęres D. Magdalenę, quę legauerat ipſi Ma-
riæ. & ſic ex debito fecit. Quantum verò ad
aliud mẽbrum huius exceptionis, ſcilicet de ex-
penſis factis in hæreditate prædicta, & eius occa-
ſione, D. Laurentius contentatur de expenſis le-
gitimis liquidandis, id circò non eſt opus in-
ſtare, cùm etiam iuſtitiæ & æquitati conueniat.

Quarta exceptio ſupradicta eſt de legato an-
nuo ducatorũ ſex facto D. Antoniæ moniali in
teſtamento paterno, & de Falcidia omnium reli-
ctorum D. Laurentio in teſtamẽto dicti q. Iaco-
bi ultra inſtitutionem; & videtur non eſſe ratio-
21 nabilem huiuſmodi exceptionem † tum quia nõ
fuerant facta legata vltra dodrantem; & ſic non
eſt locus Falcidiæ de iure communi: ut Inſtitu.
de l. Falc. circa principi. tum etiam quia prouiſio

Ducalis

Ducalis tractant de Falcidia nõ habet prodeſſe parti aduerſę: ut ex eius inſpectione clarè liquet, & ideo non inſiſto. poſſet tamen circa ęſtimatio nẽ dicti legati annui fortè dubitari propter Trebellianicam D. Iacobi; ſed quia non fuit deducta & probata talis æſtimatio, & exigit altiorem indaginem, ideo reſeruãdum conſulo ius in pleniori iudicio, & quòd propter hoc non retardetur præſens induciũ. per ea quę ſuperius in alia exceptione dicta & allegata fuerunt.

Aduertendum etiam circa Trebellianicã quã pręrendere videtur D. Magdalena pupilla ex per ſona D. Ioannis Antonij rogati de reſtituendo hæreditatem fratris ſui Iacobi, ut ſupra in caſu, quo Trebellianica ipſa veniret deducenda, fructus per eũ percepti iudicio teſtatoris poſt mortem Iacobi, & ante mortem ipſius Ioannis Antonij, viderentur imputãdi in eam: quia ipſe Ioannes Antonius reſpectu Iacobi eum grauantis, nõ eſt de liberis iuxta ea, quæ plenè habentur in d l. fideicommiſſaria. ff ad Trebel. & in l. iubemus C.
22 ad Trebell †cui etiam obſtat omiſſio inuentarij hæreditatij in forma ſolenni concepti, ſequendo opin. tenentium talem omiſſionem pręiudicare quoad omiſſionem Træbellianicę de quibus plenè in aucten ſed cùm teſtator. C. ad leg. Fal. & ff. ad Trebel l. Marcellus. §. quod autem. quã tamẽ examinationem opinio. nõ expedit ingredi. Quo ad propoſitum caſum, quia ex teſtamẽto D. Iacobi, Ioannes Antonius habuit vltra inſtitutionem prælegatum, de quo in teſtamento eius continetur, & ſic non poteſt ratione Trebellianicæ aliud cõnſequi propter prouiſionẽ Duc. de qua ſupra ſunt & alia plura hincinde deducta, ꝓpoſita & narrata; circa quę non eſt viſum facere inſtantiã, tum quia nõ ſufficienter probata, tũ etiam quia ſubſtantia effectualis totius proceſſus videtur in prædictis conſiſtere. Circa iurium etiam allegationes multa omitto gratia breuitatis.

Ex prædictis itaque omnibus & ſingulis, & alijs omiſſis pro breuitate ſeruãda pręhabita diligenti & matura deliberatione circa conſideranda & attendenda.

23 IESV CHRISTI †Domini noſtri, eiuſque glorioſiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ & cũctorum cœlitum nominibus repetitis, dico & cõſulo partes Magnifici & generoſi D. Poteſtatis & Capitanei ꝓlibati, & eius officij fore & eſſe debere in pronuntiando, & ſentẽtiando. & declarando in præſenti cauſa in hunc modum, videlicet; Hæreditatem & bona dicti q Iacobi ſpectare & pertinere ad pręlibatum Laurentium uigore ſubſtitutionis & fideicommiſſi contenti in teſtamento dicti q. Iacobi ſupradicti, & ſucceſſiuè partem aduerſam condemnandam ad reſtitutionem hæreditatis & bonorum prędictorum cum fructibus à tempore, quo deſijt eſſe in negligentia non petendi prædictus Laurẽtius fideicõmiſſarius, vt ſupra, liquidãdis in executione, ipſumque Laurentium, & ſuum procuratorem eius nomine mittendũ eſſe, & mitti debere in poſſeſſionem bonorum, quæ q D Iacobus tenebat & poſſidebat, & tenere & poſſidere viſus fuit tempore mortis; factis tamen prius per partem aduerſam detractionibus & retentionibus infraſcriptis, videlicet; Retenta, ſeu deducta dimidia ſolũmodo illius partis hæreditatis & bonorũ, in quib. fuit inſtitutus pręlibatus Iacobus in teſtamento paterno prędicto, & rogatus de reſtituẽdo quę, ſunt in effectu quarta pars bonorum paternorum: ut patet ex ſupradictis: qa ſcilicet dimidia peruenit in D. Ioannẽ Antonium ex ſua propria inſtitutione paterna, & alia dimidia in Iacobum, cuius dimidiæ reſtituitur ſolum medietas, ut ſupra, & nulla habita ratione vel conſideratione uſufructuum bonorum aduẽtitiorum prędictorum, & dotis datæ per dictum Ioannem Antonium, ſorori ſuæ Mariæ, detractis inſuper omnibus & ſingulis expenſis legitimis factis per q. D. Ioannem Antonium, pro hæreditate dicti q Iacobi. & eius occaſione, liqdãdis in executione, & nullis alijs factis retentionibus, vel detractionibus per partẽ aduerſam. Circa quas etiam detractiones & retentiones, vt ſupra pręmiſſas & conceſſas, aſſignetur terminus arbitrio iudicis parti aduerſæ ad liquidationem competens & conueniens, ne in longum protrahatur, uel retardetur miſſio in poſſeſſionem petita, & hoc quoad negotium principale.

Quantum uerò attinet ad expenſas litis; comperio ex proceſſu liquido conſtare partẽ aduerſam non iuſtis rationibus motam in pluribus, uidelicet circa petitionem compromiſſi; circa contradictionem non procederetur tempore feriarũ; circa falſitatẽ teſtis non admittendam, de qua pars altera contentabatur, circa declarationem uerborũ inſtitutionis, & ſubſtitutionis, & in protractionibus litis factis per grauamina interpoſita ad Ciuitatem Venetiarum, & occaſione prędictorum. prout in proceſſu apparet. Debito igitur iuſtitiæ, & conſcientię ſatisfactionis, dico & cõſulo partem aduerſam condemnandam in expẽſis factis ex cauſis antedictis, quę legitimę uidebũtur ipſi D. Iudici medio, uel taxationem aſſumẽdo, eis diligenter examinatis, & ſuperinde partiũ auditis allegationibus allegare uolentium. Ab alijs uerò expenſis abſoluendam propter iuſtam & probabilem litigandi cauſam. Saluis inſuper & reſeruatis remanẽtib. iuribus partium, & aliorum quorumcunque intereſſe attendentium, in iudicio pleniori iã circa ſuperius expreſſa quas dixi reſeruanda, q̃ circa alia q̃cunq; Et hęc dico, & conſulo eſſe debere partes antedicti Magnifici D. Poteſtatis, & Capitanei, & officij ſui in ſententiando, pronunciando, & declarando. Ad Dei omnipotentis laudem, & gloriam. Amen.

Ego Leonardus de Baiolis de Padua. Iuris Vtriuſque Doctor conſultus in cauſa, & lite ſupraſcri-

præſcripta dico, & conſulo iuris eſſe in cauſa,& lite prędicta, prout ſuperius ſcriptum eſt, & in fidem præmiſſorum ea ſcribi feci,& me ſubſcripſi,ac etiam ab extra ſigillo meo paruo conſueto muniui ad Dei laudem,& gloriam, Amen, Anno Domini Mccccxlix. die ſecunda Nouembr.

CONSILIVM INCERTI AVCTORIS in cauſa præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ex falſa ratione,& cauſa expreſſa in ipſa ſententia,eſt ipſo iure nulla.*

2 *Subſtitutio fideicommiſſaria particulariter facta de certis bonis,remanet particularis.*

3 *Directa inſtitutio particularis facta per verbum directum,inſtituo, particulariter de certis bonis,trahitur ad vniuerſum per ius accreſcendi. & num.15.*

4 *Subſtitutio fideicõmiſſaria particularis facta per verbum commune,vel obliquum particulariter de certis bonis,non trahitur ad vniuerſum patrimoniũ, & ius hereditarium teſtatoris.*

5 *Subſtitutio compendioſa facta per verbum cõmune, de certa re, vel bonis etiam intra tempora pupillaris ætatis,non trahitur ad directam,& ſic ad vniuerſum patrimonium teſtatoris.*

6 *Verbum commune directum certæ rei, non trahitur ad vniuerſum Idem de verbo obliquo.& num.13.*

7 *Ratio diuerſitatis inſtitutionis directæ,& ſubſtitutionis fideicommiſſariæ particularis.de quibus ſupra quæ ſit.& nu.8.9.10.& 11.*

9 *Seruus proprius ſine libertate,hæres à domino nõ poteſt inſtitui,& inſtitutio ſic ſine libertate facta de eo non tenet.*

10 *Verbum inſtituo,ſui natura eſt aptum comprehendere vniuerſa bona,& hereditatem teſtatoris.*

11 *Beneficium iuris accreſcendi nihil aliud eſt, quàm tacita voluntas teſtatoris à lege præſumpta.*

12 *Subſtitutio fideicommiſſaria fit aut per verbum obliquum,aut per verbum commune,& quæ hæc verba ſint.*

14 *Teſtatoris à verbis,& eorum proprio ſignificatu nõ eſt recedendum,etiam ſi de tacita teſtatoris volũtate contrariã appareat.*

16 *Trebellianica quando detrahitur.& nu.17.*

17 *Intellectus ad prouiſio.Ducal.in lib.Duc.prouiſ.trac. 1.c.7.ſub rub.de legitima iure naturę debita.& nume.18.& 28.*

18 *Prouiſio Ducalis ſupraſcripta duo continet,primò q́ quocunque relicto filius ſit contentus,& illud ſibi imputet in legitimam,ſecundò quòd quomodocunque grauatus,legitimam tantum habere debet. & nu.20.& nu.22.*

19 *Legitima de iure communi debet à parentibus filijs iure inſtitutionis directè relinqui.*

21 *Reſponſio contra primum intellectum prouiſionis Ducalis,alium intellectũ vide & declaratur per verba ipſius prouiſionis,& ſupra num.17.*

22 *Filius ſecundum verum huius prouiſionis intellectũ, indiſtinctè grauatus à patre de reſtituenda hæreditate,non poteſt niſi ſolam legitimam detrahere, & ſic ſemper practicata fuit, & intellecta per omnes.*

23 *Sententia lata contra leges,eſt ipſo iure nulla.*

24 *Sententia lata ſuper cauſa in iudicio non deducta, ipſo iure nulla eſt,& .ſupra nu.23.*

25 *Intellectus ad prouiſ.Duc.trac.1.c.8.ſub rub. quando Trebellianica non debetur.& nu.33.*

Relictum factum à teſtatore heredi grauato de parte quota hæreditatis ſuæ priuat ipſum heredem iure detrahendi Trebellianicam,ſed ſi rem certam relinquat, non priuat per dictam prouiſionem.& nu. 28.& 33.

26 *Reſiduum rei certæ non eſt, nec dici poteſt relictum partis hæreditatis,& ratio eſt: quia hereditas eſt ius incorporale, & nomen iuris, quod conſiſtere poteſt etiam ſine ſpeciebus,vel rebus, aut corporibus.*

27 *Verbum partem,in dicta prouiſione poſitum quid importet? & nu.34.*

Verbum vnumquodque legis dicitur cum miniſterio poſitum.& nu.33.

29 *Ratio in lege expreſſa,diſpoſitionem ipſius legis generalem reddit ad omnes caſus in quibus mens ipſa.& ratio ſibi vendicat, etiam ſi caſus illi aliter per aliam legem ſint deciſi.& nu.30.*

31 *Ratio ſcripta in lege,idem eſt,quòd ipſa lex.*

32 *Legis correctio inducitur per rationem expreſſam,et ſcriptam in lege,& dubium eſt,an per tacitam.*

33 *A verbis legis, & eorum proprio ſignificatu non eſt recedendum, præſertim in ſtatutis, & iuribus municipalibus, vt hęc prouiſio,quæ ſunt ſtricti iuris, & nu.34.& 35.*

36 *Abſurda ſunt omnino uitanda:nam ut abſurdi intellectus euitentur,etiam à propria verborum ſignificatione recedendum eſt.*

CONSILIVM LXXXVIII.

IN NOMINE domini Ieſu Chriſti. Quod 1 ſententia lata contra Magdalenam in primo,& principaliori articulo, in quo agitur de uirtute reſtitutionis petitę contra ipſam Magdalenam uigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ factæ per q. Iacobum Bonaldo in eius teſtamento. An uirtus ipſius ſubſtitutionis, & reſtitutionis fideicõmiſſariç ſit uniuerſalis,an verò particularis, vt allegatur pro ipſa Magdalena; nulla ſit ipſo iure,breuiter & clarè deducitur; in ipſo enim articulo per cõſultorem in conſilio,& ſucceſſiuè per iudicem in ipſa ſententia concluditur,& terminatur hereditatem, & bona indiſtinctè omnia Iacobi teſtatoris ſpectare, & reſtitui debere Laurentio ſubſtituto uigore ipſius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ de ſe factæ

in teſta-

in teſtamento ipſius Iacobi, non obſtante quòd
ſubſtitutio ipſa ſit particularis, particulariter fa-
cta de bonis immobilibus & actionibus, & p ip-
ſum conſultorem in ipſo conſilio, & ſucceſſiuè
per ipſum iudicem in ipſa ſententia lata per om
nia ſecundum illud. Ad probationem ipſius de-
terminationis allegatur & exprimitur ratio, &
cauſa hæc, ſcilicet, quia ſicut in inſtitutione par-
ticulari, particulariter facta de certis bonis inſti-
tutus particularis, capit totum per ius accreſcē-
di, & ex præſumpta voluntate teſtatoris, cenſe-
tur vniuerſaliter inſtitutus: ſic & in ſubſtitutio-
ne fideicōmiſſaria particulari, ſubſtitutus parti-
cularis capit totum per ius accreſcendi, & cenſe-
tur ex coniecturata voluntate in totum ſubſtitu
tus: quia ſubſtitutio fideicommiſſaria regulatur
ſecundum naturam inſtitutionis, quæ ratio &
cauſa allegata & expreſſa in ipſa ſententia eſt in
iure, vt clarè probabitur. Igitur ipſa ſententia in
1 præallegato articulo † lata & expreſſa ratione &
cauſa falſa in iure expreſſa in ipſa ſententia eſt
ipſo iure nulla: quia continet expreſſum errorē
iuris. ff. de excuſa. tuto. l. qui teſtamento. ff. de re
iudic. l. cùm prolatis. & C. quando prono nō eſt
neceſſ. in l. 2. Et ita eleganter not. Bart. ff. de ac-
quir. hęre. in l. ſi is ad quem. & Innocen. Anto. de
But. & alij Canoniſtæ, extra de renuntia. in c. in
pręſentia. & de proba. c. quoniam contra falſam.
Falſitas autem ipſius rationis & cauſæ allegatæ
in ipſa ſentētia probatur per tex. ff. ad Trebel. l.
cogi. §. & generaliter, qui ad litteram apertè cō-
2 cludit, † quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria par-
ticulariter conferens ſubſtitutio in ea tanquā fi-
deicommiſſario particulari, ipſa ſola bona parti-
cularia in ea deducta; nec ipſe ſubſtitutus in ea
conſequitur, neque conſequi poteſt aliqua alia
bona, quàm bona ipſa particularia deducta in
ipſa ſubſtitutione: per quem tex. Doct. omnes in
d. §. & generaliter. & in l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hę
redi. inſti. & in l. ijs verbis. & in l. illa inſtitutio.
3 eo. titu. concludunt † quòd licet directa inſtitutio
particularis facta per verbum directū ciuile, in-
ſtituo, particulariter de certis bonis trahatur ad
vniuerſum per ius accreſcendi: vt probat tex. l. j.
§. ſi ex fundo. de hæred. inſtituen. Attamen ſubſti
4 tutio † fideicommiſſaria particularis facta per ver
bum commune, vel obliquum particulariter de
tis bonis, non recipit augmentum, nec trahi-
tur ad vniuerſum patrimonium, & ius hæredi-
tarium teſtatoris, per ius accreſcendi, ſi rema-
net particularis, particulariter conferens ſubſti-
tutio in ea, tanquam fideicommiſſario particula
ri, ipſa tantum bona particularia in illa particu
lariter deducta & nominata à teſtatore, quam ēt
cōcluſionem repetunt in materia ſubſtitutionis
compendioſę. ff. de vulg. & pupil. in l. Centurio.
& ibi Bart. & in l. precibus. C. de impube. & alijs
ſubſti. & in d. l. illa inſtitutio. præallega. dicentes
5 poſt Ricar. Malumb. † quòd ſubſtitutio compē-
dioſa facta per verbum commune adiectum cer
tæ rei vel bonis certis, etiam inter tempora pupil
laris ętatis non trahitur ad pupillarem directam,
6 & ſic ad vniuerſum patrimoniū teſtatoris: † qa
verbum commune adiectum rei certæ vel bonis
certis nō trahitur ad vniuerſum per d. § & gene
raliter. & prædictę diuerſitatis inter inſtitutionē
directam particularem, & ſubſtitutionē fideicō-
7 miſſariam particularem; ratio hæc eſt. In † inſti-
tutione enim directa particulari, particulariter fa
cta de certis bonis imminet periculum concur-
ſus cauſæ teſtati, quæ teſtati cauſa ſibi locum ven
dicat in ipſis particularibus bonis deductis in ip
ſa inſtitutione & cauſæ inteſtati, quæ eſt locum
habitura in certis bonis à teſtatore non deductis
in ipſa inſtitutione particulari: qa bona ipſa tan-
quam non diſpoſita à teſtatore ex teſtamento, ex
legis diſpoſitione deuoluuntur ad proximiores
ab inteſtato vocatos hæredes, ad quos omnia bo-
na ipſius teſtatoris fuiſſent deuoluta, ſi ab eo nō
fuiſſent diſpoſita ex teſtamento. ff. de iure codi-
cil. l. ſi quis cum nullum. & l. quidam referunt.
Cùm quantum ad ipſa bona in ipſa inſtitutione
non deducta verum ſit dicere teſtatorem ipſum
nullum teſtamentum condidiſſe. Ad quem con-
curſum euitandum ne ex eo annulletur teſtamē
tū & diſpoſitio teſtatoris, & lex ipſa inducit præ-
ſumptionem tacitæ voluntatis ipſius teſtatoris,
vt eius fuerit voluntas hæc innata, ſcilicet, ut hæ-
res ipſe in ipſa directa inſtitutione particulari-
ter inſtitutus, vltra particularia bona in ipſa inſti-
tutione deducta cōſequatur & conſequi valeat,
etiā omnia alia ipſius teſtatoris bona in ipſa inſti
tutione particulari nō expreſſa, neque deducta:
8 † & ipſius pręſumptionis legalis cauſa eſt ipſa na-
tura & naturalis inſtinctus, & deſiderium homi-
nis, qui eſt quòd omnis actus ab ipſo homine ge-
ſtus, omnis diſpoſitio ab eo ordinata, ſuum con-
ſequatur effectū, & valeat omni modo, & forma,
quibus melius pōt de iure efficaciter ſubſiſtere.
ff. de teſta. mili. l. ſimiles qui deſtinauerat. ff. de
acqui. hære. l. pro hærede. §. Papinianus. & quod
ibi notat. & ff. rem rat. habe. l. 3. §. fina. Si enim
non diceretur, nec à lege talē præſumeretur fuiſ-
ſe voluntatem teſtatoris: vt hæres ipſe particula-
riter inſtitutus in certis bonis conſequi poſſet
etiam alia bona in ipſa particulari inſtitutione
non deducta; ſed propria ipſam particularē in-
ſtitutionem, & expreſſionem bonorum particu-
larium, à teſtatore factam in ipſa inſtitutione, te-
ſtatur ipſe diceretur voluiſſe hęredem ipſum cō-
ſequi debere ipſa tātummodo bona particularia
deducta in ipſa inſtitutione; & non alia, vt ſonāt
verba ipſius inſtitutionis à teſtatore expreſſa, cō-
ſequēter diceretur teſtatore ipſum voluiſſe de-
cedere pro bonis ipſis in ipſa particulari inſtitu-
tione deductis teſtatum, & pro alijs bonis in ipſa
non deductis inteſtatum, & ſic pro parte teſtatū,
& pro parte inteſtatum; quod non poteſt; ideo
eius diſpoſitio redderetur nulla: ut in regula iu-
ris iuſ noſtrum. ff. de reg. iur. Et ſic teſtator ipſe
diceretur

diceretur elegiſſe viam ad impugnãdum iudicia
ſua, quod eſt cõtra naturalem inſtinctum & deſi
derium à natura mentibus hominum inſertum,
vt ſupra deductum eſt, ideo lex non ſic, ſed con-
trarium præſumit vltra ipſam particularem ex-
plicationem verborum teſtatoris, imitando natu
ram ipſam, & inſtinctum illius; quod & lex ipſa
alibi facit in ſimili in inſtitutione facta de ſuo ꝓ-
prio hærede inſtituto, in teſtamento, à domino
ſuo ſine libertate. Ipſa enim lex imitando præal-
legatum naturalem inſtinctum inducit præſum
ptionem tacitæ voluntatis teſtatoris, vt fuerit, re
linquere ipſi ſeruo ſuo inſtituto hęredi libertatẽ;
ſine quã non poterat valere inſtituto de eo facta,
& cõſequenter nec omnis alię diſpoſitio ipſius
domini facta in eius teſtamento, ne ſi aliter dice-
retur, ſcilicet quòd dominus ipſius inſtituti ſer
ui omittendo illi libertatem relinquere, videre-
tur ipſum noluiſſe liberum remanere, ſed ſolum
modo hęredem ſine libertate, quod de iure fieri
9 non poteſt: † quia ſeruus proprius ſine libertate
hæres à domino non poteſt inſtitui, & inſtitutio
ſic ſine libertate facta de eo non tenet. ff. de hæ-
red. inſti. l. quoties. §. ſi. ff. de condi. inſtitu. l. quia
ratio. Et ſic videretur elegiſſe viam ad impugnã
dum iudicia ſua, quod cùm ſit cõtrarium natura
li inſtinctui & deſiderio, lex ipſa nõ imitatur, ſed
cõtrarium pręſumit imitando naturalem inſtin
ctum. C. de neceſſ. ſer. hęr. inſti. l. cùm quidam. In
multis etiam alijs caſibus lex ipſa imitando natu
ram & inſtinctum illius præſumptionem diuer-
ſimodam inducit: quia maxima cauſa p̄ſumptio
nis legalis eſt ipſa natura, & eius inſtinctum: vt
colligitur ex not. per Bal. & alios. C. de bon. quæ
lib. in l. cùm oportet. & C. de proba. in l. ſiue poſ
ſidetis. Ipſam etiam præſumptionem tacitæ vo-
lũtatis teſtatoris ipſa lex in inſtitutione ipſa dire-
cta particulari vltra præallegatam cauſam & ra-
tionem naturalẽ inducit propter vniuerſalitatẽ
ipſius verbi directi ciuilis, inſtituo, expreſſi in
10 ipſa inſtitutione directa, † quod verbum ſui na-
tura & ſignificatum eſt vniuerſale aptum compre-
hendere vniuerſa bona, & hæreditatem teſtato-
ris: vt probat tex. in d. §. ſi ex fundo. l. j. de hęred.
inſti. & in l. ſi ita quis hæredes inſtitutus fuerit. &
in auten: vt cũ de appella cogn. §. cęterũ & not.
Bar. in d. l. Centurio. de vulga. & pupil. in j. quæ-
ſtio principali in qua tractat de effectu ſubſtitu-
tionis compendioſę, in vltimo quęſito ipſius q̃-
ſtionis: & not. in l. his verbis pręallega de hęred.
inſtitu. & in l. quoties. C. de hęred inſti. Meritò ſe
cundum vniuerſalitatem ipſius verbi; inſtituo,
lex ipſam pręſumptionem tacitę voluntatis in-
11 ducit conformẽ ipſius verbis expreſſis. Et ex † ip
ſa voluntate tacita à lege præſumpta, lex ipſa in-
ducit ipſi hæredi inſtituto beneficium iuris ac-
creſcendi, quod nihil aliud eſt, quàm tacita vo-
luntas teſtatoris à lege pręſumpta: vt probat tex.
ff. de lega. 2. l. ſi Titio & Męuio. §. Iulianus. & l.
ſi ego & Titius. de iniuſt. rup. & not. p Bar. de le-
ga. 3. in l. re coniuncti. & in d. §. Iulianus. pro-
pter ꝙ ipſa particularis inſtitutio facta de cer-
tis bonis, trahitur ad vniuerſum, & ipſe hęres in
ea inſtitutus, ea vniuerſaliter conſequitur. In ſub
ſtitutione autem fideicõmiſſaria particulari, par
ticulariter facta de certis bonis ceſſat periculũ
cõcurſus cauſę teſtati, & inteſtati, quę cauſa inte
ſtati non eſt ſibi locum vẽdicatura in bonis alijs
ſubſtitutione ipſa fideicommiſſaria non dedu-
ctis, cùm ipſa bona, etiam ſi non deferantur ex
p̄ſumpta voluntate teſtatoris per ius accreſcẽdi
ad ipſum fideicommiſſariũ, non tamen neceſſa-
riò transferũtur aduenientes ab inteſtato, ſicut
in inſtitutione directa particulari; quia in ipſa fi
deicommiſſaria ſubſtitutione particulari ſubeſt
perſona hęredis directi ex teſtamento venientis,
& in cuius perſona ſuſtentatur cauſa teſtati, pe
nès quem hæredem directum bona ipſa ſunt re-
manſura. Ideo cùm in ea ſubſtitutione fideicom
miſſaria, ceſſet periculũ præallegatum ipſius cõ-
curſus cauſæ teſtati & inteſtati ceſſat ipſa pręſũ
ptio à lege inducta de tacita voluntate teſtatoris,
pariter ceſſat pręallegata cauſa & ratio naturalis
ipſius pręſumptionis, vt patet expreſsè: propter
quam naturalem cauſam lex ipſam pręſumptio-
nem tacitę voluntatis induxit; igitur lex ipſa in
ea ſubſtitutione fideicommiſſaria, nõ inducit pręę
allegatam pręſumptionem tacitę voluntatis te-
ſtatoris, cùm in ea ceſſet cauſa naturalis: propter
quam lex illa pręſumptionem induxit. Et quia
etiam verba expreſſa ipſius ſubſtitutionis fideicõ
miſſarię particulariter factæ de certis bonis par-
ticularibus, ſunt directò contraria ipſi tacitę vo
luntati præallegatę à lege præſumpta de vniuer-
ſali conſequutione bonorum teſtatoris particu-
12 lariter diſponẽtis: † omnis enim ſubſtitutio fidei
commiſſaria fit aut per verbum merè obliquũ,
ut eſt verbum, reſtituat, aut per verbum commu
ne, vt eſt verbum, ſubſtituit, & verbum, per-
ueniat, quod eſt commune: ut probat tex. in l. hę
redes mei. § cùm ita. ff. ad Trebell. & not. Bar. in
d. l. Centurio. in penul. col. per quod verbum, p-
uenit, facta eſt ſubſtitutio particularis de Lauren
tio, non autem per verbum merè directũ ciuile.
ff. de vulga. & pupilla.. verbis ciuilibus. & quod
ibi not. & in d. l. Centurio per Bar. & in l. his ver
13 bis. de hęred. inſti. † Et quodlibet verbum aut ob
liquum, aut commune adductum, non vniuerſi
tati omniũ bonorum, ſed particularitati, & cer-
tis bonis particularibus, eſt particulare, & tãquã
particulare nullatenus trahi poteſt ad vniuerſita
tem bonorum, nec ipſam vniuerſitatẽ cõtineret
ut probat tex. clarus in d. §. & generaliter. & in l.
omne verbum. C. communia de lega. & not. per
Bar. & alios in d. l. his verbis ff. de hęre. inſti. & in
d. l. Centurio. Ideò lex ipſa contra ipſa verba ex-
preſſa ipſius ſubſtitutionis fideicommiſſarię par
ticularis non inducit pręſumptionem tacitę uo-
luntatis teſtatoris contrarię ipſis verbi expreſſis,
ſed uult ipſis verbis expreſſis ſtãdum eſſe, & par-
ticulari-

particularitati ex ipſis verbis inductæ, & declara
14 tæ, vt probat tex. in d. §. generaliter. †cùm à ver-
bis teſtatoris & proprio ſignificatu eorum non
ſit recedendum. ff. de lega. 3. l. non aliter. & l. La-
beo. §. idem Tubero. de ſuppelle. lega. Et non ſo
lùm lex contra verba teſtatoris, non inducit præ-
ſumptionem tacitæ voluntatis ipſius teſtatoris:
verum immò, vbi ẽt cõſtaret de tacita voluntate
teſtatoris cõtraria, ſeu diuerſa à verbis: quia volũ
tas teſtatoris tacita continet plus; verba aũt ex-
preſſa minus, vel econtra, lex ipſa vult & ſtatuit
ſtandum eſſe verbis expreſſis reiecta, ſeu non at-
tenta voluntate tacita, etiam ſi de ipſa tacita vo-
luntate clarè conſtaret, tex. eſt peregrinus, & no-
tabilis. ff. de vſufruct. lega. l. ſi alij. per quem tex.
ita concludunt omnes Docto. Bald. Ange. Saly.
& alij. C. de fideicommiſ. in l. cùm virum. Ex qui-
bus clarè liquet falſitas prædictæ rationis & cau
ſæ allegatæ, & expreſſæ in ipſa ſentẽtia, & maxi-
mè dum in ea dicitur ſubſtitutum particulariter
ex tacita voluntate teſtatoris totum conſequi:
quia ut ex ſupradictis clarè patet, in inſtitutione
directa particulari lex propter euitationem peri
culi concurſus cauſæ teſtati & inteſtati habentis
15 annullari diſpoſitionem teſtatoris. †Et propter
vniuerſalitatẽ uerbi directi ciuilis, inſtituo, benè
inducit præſumptionem tacitæ voluntatis teſta
toris, etiam vltra particularitatem ab ipſo teſta-
tore expreſſam, ſed in ſubſtitutione fideicommiſ
ſaria particulari ſecus, propter defectum præal-
legatum periculi concurſus ſupradicti, cauſæ te-
ſtati & inteſtati, & propter repugnantiam parti-
cularis verbi communis, aut obliqui expreſſi &
appoſiti in ipſa ſubſtitutione fideicommiſſaria
particulari. Ex cuius falſitate rationis & cauſæ cla
rè, probatur nullitas ipſa ipſius ſententiæ in præ
allegato primo & principaliori pũcto. Et ex ad-
uerſo veritas defenſionis & allegationis factæ ꝑ
ipſa pupilla, ſcilicet quòd ſubſtitutio fideicõmiſ-
ſaria facta de Laurentio ſit particularis, & ex ea
ipſo Laurentio ſubſtituto debeantur ipſa ſola bo-
na immobilia & actiones expreſſa à teſtatore Ia
cobo, & deducta in ipſa ſubſtitutione fideicõmiſ
ſaria. Hæc de prima parte præallegatæ ſentẽtiæ.

Secundò loco quòd nulla ſit ſententia ipſa in
alio ſecundo articulo ex parte ipſius, in qua ter-
minatum eſt de bonis hæreditarijs quondam Ser
Franciſci patris Iacobi teſtatoris detrahendis, tã
quam æs alienũ de hæreditate ipſius Iacobi, vir-
tute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ab ipſo Ser
Franciſco patre factę, detrahi debere legitimam
iure naturæ debitam ipſi Iacobo de ipſis bonis
paternis, & Trebellianicam etiam de fideicom-
miſſo vniuerſali, quo ipſe Iacobus extitit graua-
tus de reſtituẽdo Io. Antonio eius fratri & hæræ
16 di illius, †& ipſam legitimam & Trebellianicam
remanere in hæreditate ipſius Iacobi, & illam au
gere & reddere locupletiorẽ breuiter declarat.
Nã & ſi de iure communi, maximè canonico ve
ra ſit ratio ipſa & cõcluſio, ꝙ filius ſub cõditione
grauatus poſsit detrahere de bonis paternis reſti
tuendis legitimã, & Trebellianicam, per c. Ray-
nutius, & c. Raynaldus. de teſtamentis. Attamen
de iure municipali ciuitatis Taruiſij cõtrarium
17 cautum eſt, † quòd filius grauatus de reſtituen-
da hæreditate & bonis paternis de ipſis bonis pa
ternis contra uoluntatem patris diminuere &
detrahere non poſſit, niſi ſolam legitimam iure
naturę debitam, & de ipſa legitima contentus
permanere debeat: nec de legatis particularibus
Falcidiam, neque de fideicõmiſſo vniuerſali Tre-
bellianicã detrahere poſſit, ut apertè ſtatuit pro-
uiſio Ducalis, ſituata in lib. Ducal. proui. tract.
1. c. 7. ſub rubri. de legitima iure naturæ debita,
18 &c. Ipſa †enim prouiſio duo determinat, Primò,
quòd relictum à patre filio factũ generaliter ſub
quocunque titulo, & de re aliqua, aut rebus cer
tis mobilibus, aut immobilibus, ipſi filio compu
tetur in legitima iure naturæ ſibi debita, & de ip
ſo relicto remanere debeat contentus, nec poſſit
de alijs bonis paternis, & alijs ab eius parente re-
lictis contra uolũtatem paternam quicquam pe-
tere occaſione ipſius legitimæ, ſi ipſum relictũ
aſcendet ad quantitatem legitimæ, ſi uerò non
aſcendet, poſſit in alijs bonis paternis petere ſup
plementum, vſque ad quantitatem ipſius legiti-
19 mę: †de iure enim communi, quo de qualibet re
paterna filio debetur legitima, quę de ſingulis re
bus detrahitur ff. de pecul. leg. l. ſi peculium. & l.
2. C. quand. & quib. quar. par. debe. lib. 10. & no.
C. ad leg. Fal. in l. 2. Et quo ẽt iure filio titulo in-
ſtitutionis directæ à parente relinqui debet ipſa
legitima: ut in auct. ut cum de appel. cogn. §. cæ
terũ. & Glo. in auct. nouiſſima. C. de inoffi. teſt.
qui maximè dubium erat an pater in aliquibus
tantum bonis aut rebus, & quolibet relicti titu-
lo, legitimã aſsignare poſſet filio ſuo? & an ſimpli
citer relinquendo ipſi filio titulo legati, aut fidei
commiſſi certas res ſuas, aut bona aliqua uidea
tur relinquere animo computandi ipſo filio in
legitimã ſuam: ut not. Doct. & maximè Bal. C.
fam. erciſcun. in l. filium quem habẽtem. & ff. ad
leg. Fal. in l. in quartam. per Bar. & alios ad du-
bium tollendum emanauit ipſa prouiſio Duca-
lis in prima, & ultima parte ſui.
20 Secundò† determinat ipſa prouiſio, quòd fi-
lius à patre grauatus onere legatorum particu-
latiũ, aut fideicommiſſi uniuerſalis de bonis ip-
ſius eius patris alteri reſtituendis ſolam legiti-
mam, & nil aliud poſſit percipere, nec Falci-
diam, neque Trebellianicam de fideicommiſ-
ſo uniuerſali; quia uult quòd filius ipſe de ipſa
legitima detrahenda debeat contentus rema-
nere, quod ſecũdum etiam de iure maximè ciui
li erat dubium iuxta no. per Docto. in d. l. filium
quem habentem. & C. ad Trebellian. l. iubemus.
& ff. de inoffic. teſtamen. in l. Papinianus. §. me-
miniſſe. per Bartol. Et quòd ipſa prouiſio Du-
calis prædicta duo determinet, declarat rubrica,
de primò, in prima parte, dum dicit; De legitima

iure naturæ debita, & eius ſupplemento, de ſe-
cundò in ultima parte, cùm dicit, & quòd nihil
aliud peti poſſit. Declarat etiam tenor verborũ
ipſius ꝓuiſionis.de primò, in principio, & fine,
de ſecundò, in medio, ibi, *Nec Iure Legitimæ.*
31 Nec obſtat ſi dicatur † quòd ipſa prouiſio ꝓ
hibeat detractionem quartæ Trebellianicę, eo:
ſolo caſu in ipſa prouiſione deſcripto, ſcilicet
quando pater ipſe vltra inſtitutionem factam de
ipſo filio, ipſi filio particulariter reliquerit tan-
tum quantum ſit ipſa legitima, vt vltra ipſam
legitimam in certis bonis relictam detrahere nõ
valeat Trebellianicam; vt loqui videntur verba
ipſius prouiſionis; quia reſpondetur quòd ipſa
prouiſio de caſu præallegato, ideò fecit mentio-
nem, ut decideret primũ principale dubium ex
ea ſublatum & deciſum, de quo ſupra, non antẽ
vt per ipſum caſum reſtringeret ſecũdum prin-
cipale diſpoſitum de prohibitione detractionis
Falcidiæ, aut Trebellianicę vltra legitimam de-
bitam de iure naturæ, vt ſolum in caſu prædicto
prohibita ſit detractio ipſa Trebellianicę, & non
in alio caſu, quãdo relictum aliquod particulare
non eſſet factum filio; nulla enim diuerſitatis ra
tio reddi poteſt, quare magis lex in caſu ipſo reli-
cti particularis facti filio prohibere voluerit de-
tractionem Trebellianicæ, aut Falcidiæ vltra legi
timam, quàm in caſu alio relicti non facti parti-
culariter ipſi filio: ergo cùm nulla ratio diuer-
ſitatis immineat, idem ius erit in vtroque caſu,
vt iuribus vulgaribus. ff. ad leg. Aquil. l. illud. &
de verbo. oblig. l. à Titio, cum ſimil. Et maxi-
mè cùm ratio ipſius legis, ſeu prouiſionis expreſ-
ſa in ea, quæ eſt hęc, quòd filius habita & detra-
cta ſua legitima, de illa debet & poteſt remanere
contentus, quæ ratio eſt eadem, cùm determina
tione ipſius prouiſionis ſit vniuerſalis, quo ad
ipſos ambos caſus; per quam rationẽ clarè aperi
tur mens & diſpoſitio ipſius prouiſionis, hæc ſci
licet, quòd prouiſio ipſa fauere voluerit volun-
tati patris, qui bona ſua aut in uita, aut poſt mor
tem filij, alteri reliquerit, vt uoluntas & di-
ſpoſitio ipſius patris nõ poſſit eneruari per filiũ,
& diminui, & ad parũ aut nihilũ deduci, per de-
tractionem duarum quartarũ, ſcilicet legitimæ
& Trebellianicæ, & hoc manifeſtè indicant ver-
ba rationis ipſius prouiſionis, ibi, *Quoniam ſi*
32 *habuerit*. Et ita † ſemper intellecta & practicata
eſt ipſa lex, & ſic ſemper obſeruatum, quòd filius
indiſtinctè grauatus à patre de reſtituenda illius
hæreditate, non poſſit detrahere niſi ſolam legi-
33 timam. Sententia † igitur ipſa in præallegata
ſui parte expreſſè lata contra ipſam prouiſionẽ
inſertam in uolumine ſtatutorum cõmunis Tar
uiſij, nulla eſt ipſo iure: vt not. Bar. in l. cùm
prolatus. ff. de re iudi. & Bal. in d. l. 2. C. quando
prouo. non eſt neceſſ. Hæc de ſecundò.

Tertiò autem & vltimò, quòd nulla ſit ipſa
ſententia, in tertia ſui parte; in qua determinat
Magdalenæ ex perſona q. eius patris, non cõpe-
tere ius detrahẽdi quartã Trebellianicã, de hære
ditate q. Iacobi Boaldo, & hoc vigore legati par
ticularis relicti patri ipſius pupillæ, vltra inſtitu-
tionem de eo factam, de quo legato fit mẽtio in
ſententia ipſa. & virtute prouiſionis Ducal. in
ea parte adductę & allegatę ad probationẽ ipſius
determinationis breuiter declaratur duabus ra-
tionibus; prima: q̃a ſentẽtia ipſa in ea parte lata
eſt ſuper cauſa non deducta in iudicio pro parte
ipſius pupillæ; nam cùm pro ipſa pupilla in iudi-
cio cauſæ uertentis inter ipſam & Laurentium,
cõtra petitionem Laurentij oppoſita & allegata
eſſet hæc diſpoſitio & cauſa, ſcilicet, quòd ſubſti-
tutio fideicommiſſaria particularis facta de ipſo
Laurentio, & fideicõmiſſum particulare, parti-
cularium bonorum immobilium, & actionum
in ea contentum excedebat dodrãtem hæredita-
tis Iacobi detractis debitis de ipſa detrahendis
& ſoluendis, & propter hoc petita eſt pro parte
ipſius pupillæ detractio Falcidiæ de ipſo fidei-
commiſſo particulari, conſultor & iudex in ipſa
ſententia mutat cauſam deductam pro ipſa pu-
pilla terminando, quòd detractio quartæ de-
trahendæ pro parte pupillæ, non virtute & occa
ſione Falcidiæ detrahendę de particulari fidei-
commiſſo, vt deductum eſt pro ipſa pupilla, vir
tute Trebellianicæ de fideicommiſſo vniuerſali,
quod non deductum eſt, neque allegatum pro
ipſa pupilla, per eam detrahi non poteſt virtute
prouiſionis vt ſupra allegatæ, loquentis de detra
34 ctione quartæ Trebellianicæ. Cùm igitur † mu-
tata cauſa, ut ſupra ſententia ipſa in ea parte la-
ta ſit contra ipſam pupillam ſuper cauſa in iudi
cio non deducta per eam, clarum eſt ſententiam
ipſam eſſe ipſo iure nullam, ſecundum no. per
Bal. C. de fideicom. liber. in l. fin.

Secunda ratio eſt: quia ſentẽtia ipſa in ea par-
te lata eſt ex falſa cauſa iuris allegata in ipſa ſen-
tentia: quia apertè lata eſt contra verba: & cõtra
mentem etiã prouiſionis adductæ in ipſa ſenten
35 tia; declaratam ex verbis expreſſis illius: ex † uer-
bis enim ipſius prouiſionis clarè declaratur, q̃
relictum factum à teſtatore hæredi grauato de
parte quota hæreditatis ſuę. priuat ipſum hęredẽ
iure detrahendi quartam Trebellianicam, ut pa-
tet ex verbis ipſius prouiſionis ibi: *Niſi eam par-
tem*; &c. Non igitur relictum factum à teſtatore
de re certa, vt fuit relictum factum à Iacobo te-
ſtatore, Ioanni Antonio eius fratri, & hæredi
grauato, cui reliquit pratum, de quò conſtat ex
teſtamento ipſius Iacobi teſtatoris, priuare po-
terit hęredẽ vigore ipſius prouiſionis iure detra-
36 ctionis quartę Trebellianicę: † quia relictum rei
certę hæreditariæ non eſt, nec dici poteſt eſſe
relictum partis hęreditatis, cùm hæreditas ſit ius
incorporale, & nomen iuris, quòd conſiſtere
poteſt etiã ſine aliquibus ſpeciebus, vel rebus aut
corporibus. ff. de peti. hære. l. hæreditas. & not. ff.
de leg. j. in l. ab omnibus. cum ſimil. nec ſine cau
ſa vſus eſt Legiſlator & conditor ipſius proui-

ſioni

27 ſionis verbo partis dicendo,† *Eam partem*, non
autem rei, aut quãtitatis certę, cum quolibet ver
bum in lege poſitũ, dicatur cum miniſterio poſi-
tũ, non autem ſine myſterio, ut in j. conſti. Cod.
§. quib. & in l. 2. & ibi no. C. communia de le. cũ
maximo. n. myſterio, & maxima cã lex, & proui-
ſio ipſa Ducalis uſa eſt verbo *partis*, non autem
verbo rei certæ, aut quantitatis, ut ex ipſo verbo
partis declararetur, mentem conditoris ipſius
prouiſionis, & etiam prouiſionis; & legis ipſius
conditę fuiſſe, ut non pro modica re, aut quan-
titate hæres grauatus priuaretur iure detrahen-
di quartã Trebellianicã, ſed pro quota parte hæ-
reditatis, q̃ eſſe non põt ſic minuſcula, ut eſt res
certa, aut quãtitas, quæ ẽt decẽ ſoldis eſſe põt, &
abſurdũ eſſet dicere ꝙ pro quantitate tã modica
relicta ex ipſa uoluiſſet hæredem priuare iure de-
tractionis quartæ Trebellianicæ, q̃ ẽt ex maxima
quantitate eſſe põt, ut eſt in caſu huius detractio-
nis quartę detrahẽdę de hereditate Iacobi eo ca-
ſu, quo locus eſſe dẽret reſtõni illius, qd eſt falsũ.
Pro perfectiori intelligẽtia prouiſionis Duca.
ſituatæ ſub rub. de legit. iure natu. debita, &c al-
28 legata in 2. parte ſentẽtię nullę,† & nulliter latę
contra Magdalenã, hic breuiter ſuperaddunt iã
allegatis, & ſumma cum rõne dictum eſt, ꝙ natu-
ralis & uera rõ expreſſa, & ſcripta in ipſa proui-
ſione, & lege municipali in verbo *Quoniam ſi ha-
buerit de ipſis bonis quantum ſit, &c.* quæ ratio ge-
neralis eſt faciens uoluntati patris grauantis filiũ
ſuum de reſtituendo bona ipſius patris alteri ut
filius ipſe grauatus non poſſit ipſam voluntatẽ,
& diſpoſitionẽ pr̃nã eneruare, & minuere, & de
illa detrahere niſi ſolã legitimã iure naturæ debi-
tã ipſi filio, reddat diſpoſitionẽ ipſius legis ꝓhibi-
tiuę uniuerſalẽ ad oẽm caſum, in quo filius ſit à
pr̃a grauatus reſtituere bona illius, ſiue facto, ſi-
ue non facto, ipſi filio grauato particulari relicto
29 ab ipſo patre grauante; nam ipſa naturalis † rõ
in ea lege expreſſa eſt mens ipſius legis, uerbis de
clarata, ex ipſa ratione uerbis expreſſa in ea lege,
iõ diſpoſitionem ipſius legis reddit generalem
ad omnes caſus, in quib. mens ipſa, & ratio ſibi
locum uendicat, tex. eſt. ff. ſol. mat. in l. cùm mu-
lier. & in auc. conſt. hæc in nou. conſt. in prin. &
in auc. ut iud. ſine quoque ſuffr. in prin. & §. j. &
in j. conſt. Cod. in fin. Sufficit enim Legiſlatori
cogitaſſe, & multo magis expreſſiſſe rõnem, &
cãm ſui ſtatuti, cùm non poſſint omnes caſus, &
iuris articuli ſigillatim comprehendi. ff. de legi. l.
non poſſunt, & ſic dummodo conſtet de men-
te, maximè uerbis ipſius legis declarata per rõnẽ
in ea ſcriptam ſufficit. C. de legi. l. non dubium
in tex. & Glo. & per Doc. & no. Dy. in c fi. de re-
gu. iur. lib. 6. & no. in d. l. cùm mulier. & de elec.
in ca. ubi periculum. propter quod dicunt Doc.
quòd quando in lege aliqua eſt expreſſa ratio ip-
30 ſius legis, † ratio ipſa expreſſa in ipſa lege, facit
& operatur, ut diſpoſitio ipſius legis trahatur ad
omnes caſus, etiam in ipſa lege non comprehen-
ſos, in quibus ipſa ratio expreſſa in ea lege ſibi lo
cum uendicat, etiam ſi caſus illi eſſent aliter per
legem aliter deciſi: quia omnis caſus, in quibus
reperitur ipſa ratio expreſſa in ipſa lege, intelli-
31 guntur per ipſam legem deciſi, eo † quia ratio
ipſa ſcripta in lege ſit idem quod ipſa lex. C. de
reuoc. dona. l. ijs ſolis. & in auc. de hęre. ab inte-
ſta. §. ex his ad quod. d. l. non dubium. in text. &
32 Glo. concludens, quòd † per rationem expreſ-
ſam, & ſcriptam in lege inducitur correctio le-
gis, licet per rationem tacitam, in qua dubitatur
condere valeat dubium ſit, an correctio legis ip-
ſa inducatur per no. ff. ſolu matrimo in l. ſi verò.
§. de uiro. ita pulchrè, & eleganter dixit Bald.
quem ſequuntur Ang. & omnes. C. de ſacroſan-
ctis eccl. in auc. quas actiones. Hęc de ueritate in-
tellectus deciſionis præallegatæ.
Ad perfectiorem autem deductionem, & co-
33 gnitionem ueritatis deciſionis alterius † prouiſio
nis ſituatæ ſub rub. quando Trebellianica non
debetur, &c. allegata in ultima parte præallegatæ
ſententiæ hęc ſuperadduntur. Et ut præallega-
tum eſt, quodlibet uerbum legis habetur, & cen-
ſetur in ipſa lege cum myſterio poſitum, ideò di-
citur ex eo ꝙ à uerbis legis, & eorum proprio ſi-
gnificatu recedi non poteſt. ff. de exercit. l. j. §. ſi
is qui nauem. ff. qui & à quibus. l. proſpexit. & q
pet. tut. l. credendum. & no. per Docto Bald. &
alios in d. l. non dubium. de legibus. Ideò cùm in
præallegata prouiſione ex lege municipali appo-
34 ſitum ſit nomen † illud *Pars hereditatis*, non au-
tem nomen aliud, ut res, aut ſpecies, vel quanti-
tas hęreditatis, ab ipſo nomine *patris*, & proprio
ſignificatu illius recedi non poteſt: & ab ipſo
non recedendo neceſſariò concluditur. Quod ex
ex diſpoſitione ipſius legis, illud relictum factũ
hæredi grauato de reſtituendo hęreditatem, hæ-
redem ipſum habet priuare iure detrahẽdi quar-
tam Trebellianicam, quòd relictum ipſi hæredi
factũ eſt de parte quota ipſius hæreditatis, quia
de relicto illo loquuntur uerba ipſius legis, non
autẽ aliud relictum ipſi hæredi factum non de
parte quota, ſed de re certa, ſeu ſpecie, aut quan-
titate: quia de tali relicto non loquuntur verba
ipſius legis, nec ad illud extra eorum ſignificatũ
applicari poteſt. Pręallegata nanque regula di-
ctans à uerbis legis, & eorum ſignificatu ꝓprio,
non eſt recedendum, & ſi gñalis ſit, & gñaliter
debet intelligi in qualibet lege, ꝑmaximè aũt ſibi
locũ vendicat in ꝑalleg. lege municipali duplici ra
35 tione. Prima: † quia lex ipſa municipalis eſt ſtri-
cti iuris. Statuta enim ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè
intelligenda, ut ad litterã uerba eorũ iacent. ff. de
ver. ob. l. quidquid aſtringendæ. & l. conſti. ff ad
munici. & no. C. de noxa in l. ſi ſerui noſtri. per
Doc. Secunda ratione: quia à proprio ſignifica-
tu ipſius nominis, *Pars*, appoſiti in ipſa lege,
diſcedendo, & ipſius legis diſpoſitionem in-
telligendo in quolibet relicto facto de qualibet
re, ſeu ſpecie, aut quantitate hæreditaria, ſeque-

getur maxima abſurditas. ſ. ꝙ pro relicto minimo ēt decem ſoldorum hæres ipſe grauatus priuaretur iure dettahendi quartā Trebellianicam, quæ q̄ñq; maximi pretij eſſet ēt ducatorū mille, prout eſt in præſenti caſu hæreditate ipſius Iacobi Bonaldi, quod eſſet abſurdiſſimū. & nedū contra verba, verū immò, & cōtra mentē ipſius legis
36 municipalis: † nā rōne euitādę abſurditatis, & intellectus abſurdi, lex ipſa determinat, vt ēt à proprio ſignificatu verborū legis recedatur, vt ipſa abſurditas, & intellectus abſurdus euitetᷣ, vt probat tex. ff. de leg. l. in ambiguo. & ad exhib. in l. pe. multo ergo fortius neceſſariò ſtabitur proprio ſignificatui verborum, nec ab eo recedi poterit ratione, & cauſa præallegata euitandæ abſurditatis: argumento ſumpto à maiori. Laus Deo.

CONSILIVM D. MARTINI DE Garatis Laudenſis V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus poteſt eſſe tutor. & nu. 2.*
2 *Iudeus non poteſt iurare ad ſancta Dei euangelia.*
3 *Iudæus excluditur ab honoribus, non autem ab oneribus.*
4 *Correctio legum vitanda.*
5 *Iudæus iurat per omnipotentem Deum, ſiue per legem Moyſes*
6 *Iudæus poteſt eſſe procurator etiam Chriſtiani.*
7 *Priuilegium principis conceſſum ſingulis ciuibus ciuitatis, extenditur ad Iudęos.*
8 *Iudæa mater, vel auia non poteſt eſſe tutrix.*
9 *Tutor ut adminiſtrare poſſit, habet dare ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore. & nu. 13.*
10 *Tutor quæ neceſſario facere habeat, vt poſſit legitimè adminiſtrare.*
11 *Tutor habenti dari non poteſt validè alius tutor. & num. 17.*
12 *Mulier ſi in inſtrumento tutela non renuntiat omni legum auxilio, non dicetur legitima.*
14 *Tutrix data cum inquiſitione ſatiſdare non tenetur, & tunc quomodo ſit interponendū decretum. num. 15. & 16.*
18 *Debitor ſoluens tutrici non legitimæ non eſt tutus.*
19 *Sententia inter tutorem minus legitimum, & pupilli debitorem pupillo non prȩiudicat.*
20 *Intellect. ad l. 1. §. idem Pomponius ff. quod ſal. tu. & num. 21.*
22 *Debitor pupilli, vt ſoluendo ſit ſecurus, quæ requirantur.*

CONSILIVM LXXXIX.

CASVS talis eſt. Quidam Hebræus nomine Muel de Curtia habitator terræ Arimini, deceſſit īteſtatus relictis duobus eius filiis legitimis, & naturalib. ex quadā eius vxore procreatis, in pupillari ętate, hęredib. vniuerſalib. & relicta D. Stella eius vxore, matreq; dictorum pupillorum, quæ D. Stella coram iudice competenti tutelam perſonarū, & bonorum dictorum eius filiorum acceptauerat, & iurauit, &c. & promiſit, &c. & ſe, & ſua obligauit: fideiuſſores præſtitit pro ratione reddenda, &c. deinde inſtrumentum inuentarij tutelę ſolēniter confecit, cuius tutelæ auctoritate ipſa ſe ingeſſit in adminiſtratione dictorum pupillorū, & bonorum in dicta ciuitate Arimini. Demū eadē tutrix, tutorio nomine ad iudicium prouocauit quendam alium Hebræum debitorem pupillorum, de certis denariis, &c.

Et his primo quęritur. An Iudæus poſſit eſſe tutor. Secundò, an Iudæa mr̄, vel auia poſſit eſſe tutrix. Tertiò ſuppoſito, ꝙ poſſit eē tutrix, an dicta D. Stella poſſit adminiſtrare tutelā. Quartò an iudex poſſit legitimare perſonam tutoris. Quintò qualiter debitor ſoluens dictæ tutrici, poſſit eſſe tutus.

CHRISTI nomine inuocato. Circa primū. ſ.
1 an † Iudęus poſſit eſſe tutor, vr̄ dicēdum, ꝙ non, quia tutor & curator debēt iurare ad Sācta Dei Euangelia: ut in auc. ut ij qui ob res mino. §. fin.
2 ſed † Iudæus nō pōt iurare ad ſacra euangelia: q̄a videretur in cōtemptū facere. l. eos. C. de iudęis. & ita tenet Bar. in rub. ff. vete. de iuſti. & iure.

Contrariū puto verius. ſ. ꝙ tutor eſſe poſſit. l. Spadonē §. iam tamē. ff de excu tu & hanc partē tenet Gl. in d. l. Spadonē, cū qua trāſeunt Ray. & Bal. & idem tenuit Do. Bar. in d. l. Spadonē. § iam tamen. Probatur hęc pars ratione: quia
3 † licet Iudæus prohibeatur ab honoribus: ut l. fi. C. de Iudæis, non tamē prohibetur ab oneribus, & conſequenter à tutela, quæ eſt onus; ut plenè per Cy. in l. voluntariè. C. de excuſatio. tut.
4 Prætereà † legum correctio eſt euitanda. l. vnic. C. de inof. doti. & c. cū expediat. de elec. in 6. ergo nō dicemus. d. § ī d. l. Spadonē. eſſe correctū.

Nec obſtat rō d. Bar q̄a rn̄deo, ꝙ Iudęus non
5 iurat ad ſacra Dei euangelia, ſed iurat † per omnipotentē Deū, ſiue per legē Moyſi: ut no. Speti. de iur. cal. §. reſtat. verſus finē. §. Et iō D. Bald.
6 in d. §. iā tamē. in d. l. Spadonē. ait † ꝙ Iudęus pōt eſſe procurator ēt Chriſtiani Itē dicit ſe cōſuluiſ
7 ſe, ꝙ † priuilegiū principis conceſſum ciuib. ſingulis ciuitatis extēditur ad Iudæos. Ex his apparet Iudęū poſſe eſſe tutorē p̄cipuè alterius Iudęi.
8 Circa ſecundum dubium, an † Iudæa mater, vel auia eſſe poſſit tutrix. Articulus eſt pulcher, & dubitabilis mihi, ſaluo ſaniori cōſilio, & iudicio, pro nunc videtur quòd non: quia priuilegium conceſſum matri, & auię habet ſolum locum in his, quæ ſunt orthodoxæ fidei, ideſt, Chriſtianæ fidei, ut ad litteram dicit tex. in auct. quæ de hæred. quæ ab inteſta. defer. §. ex ijs. in tex. ibi, in his volumus obtinere, quę catholicæ fidei ſunt, & ſic in Iudęa, quę nō eſt orthodoxę fidei, non habet locū, auc. matri, & auię. C. quādo mul. tut. offic fun. ſed habeāt locū iura antiqua, videlicet, vt impetrent tutelam à principe: vt l. 2. C. qū mul.

tut.

tut. offi. ſuu.& hoc caſu poſſet ſaluari Do. Bar. in
d. rub. ff. de iuſt.& iure.

Circa tertium, videlicet ſuppoſito, quòd Iudæa
poſſit eſſe tutrix, an dicta Do. Stella tutrix vigore
tutelarum, Paduæ & Mantuę decretarum,
poſſit agere,& reliqua adminiſtrare.

Capio primo, tutelam decretam Paduæ, quá
tutelam dico minus legitimam, & inefficacem:
quia non præſtitit ſatiſdationem rem pupil. ſal-
9 uam fore, † quàm tutor, ſiue tutrix pręſtare tene
tur. l. 2. C. de tu.& cura. qui non ſatiſde. l. ſuſpe-
ctus. ff. de ſuſpe. tu.& no. Glo. & Bar. in l. legiti-
mè. in prin. ff. de legi. tu.& idem Cy.& Bal. in l.
fi. §. omnem. C. de admi. tu.& Do. Ange. in auc.
vt obſe. habetur proh. reſ. mino. §. fi. in quib. lo-
10 cis Gl.& Doc. concludunt, † quinque tutorem
facere oportere.

Primum, rem per decretum iudicis accipere,
Secundum inuentarium facere. Tertium, ſatiſ-
dare. Quartum iurare vtilia facere,& inutilia prę
termittere. Quintum, promittere cum ſatiſda-
tione pupillum indefenſum nó relinquere cum
cautione hypothecæ bonorum ſuorum: no. Spe.
ti. de tutore. §. qualiter in princip. Bald. in l. cùm
oportet. C. de bon. quæ libe. Secundo dicta tute-
la nullum iuris effectum ſortiri debuit; quia aliàs
Do. Stella in ciuitate Arimini fuit decreta gene-
11 ralis tutrix dictorum pupillorum: ergo † poſte-
rior datio tutelæ facta Paduæ, vel alibi, fuit fru-
ſtratoria,& nulla l. ventri ff. de tu. & cura. da. ab
his. in §. fi. ratio eſt quia prima tutela habet, ita
plenam poteſtatem: ut alia decerni nó poſſit, niſi
in caſibus. no. per Gl. Inſti. de cura. §. interdum.
Facit etiam: quia D. Stella non tetigit ſacras ſcri
pturas Bibliæ: ſicut Chriſtianus eodem modo
tangere debet Sacra Euangelia: tex.& ibi, Ang.
in auc. ut ij. qui d. §. fin. Ex prędictis concluditur
tutelam decretam Paduæ non ſubſiſtere.

Capio ſecundam tutelam decretam Mantuę,
quàm etiam de iure non cenſeó legitimá ratio-
nibus iudicis. Primò: quia licet in inſtrumento
tutelari ſit renuntiatum beneficio Velleiani, &
12 ſecundis nuptiis, tamen † non eſt renuntiatum
omni alij auxilio. Gl. notabilis, quæ incipit omni
alij, cum qua tranſit Ang. in §. ex his. in auct. de
hær. ab inteſta.& D. Bar. in l. ſi quis ſub condi-
tione. ff. de teſta. tu. in ver. quid ſi renuntiauerit,
& eſt tex. in auc. vt ſine prohibi. ma. debi. §. quia
13 verò: Secunda ratio eſt; quia D. Stella † non ſa-
tiſdedit: ergo non habet legitimam adminiſtra-
tionem: ut per Glo.& Bar. in l. legitimos. in prin
ci. ff. de legi. tu.& per Cy. & Bal. in l. fin. §. fi. C. de
admi. tut.

14 Neb obſtat, quòd Do. Stella † eſt data cum in-
quiſitione: ergo non tenetur ſatiſdare: ut per
Cyn. in rub. C. de tuto. vel cura. qui non ſatis.&
per Bal. in l. legitimos. in prin. ff de leg. tu. quia re
ſpondeo hic aduertendum, an decretum inquiſi
tionis fuerit legitimè interpoſitum, uidelicet pri
mo inquirendo, an magis expediat pupillo de-
cernere Do. Stellam tutricem filiis ſuis ſine fi-
deiuſſione quam non reperit, quàm eam nó de-
cernere: ut per D. Bal. in d. l. legitimos, ſed hic nó
conſtat ipſam quæſiuiſſe,& non reperiſſe fideiuſ
ſores. Immò uериſimile eſt contrarium: quia in
tutela decreta in Ciuitate Arimini dedit fideiuſ
ſores: igitur &c.& eſt neceſſe, quòd in decreto fa
ciat mētionem tutricem eſſe fidam, & legitimá:
ut in d. l. legitimos per D. Bal.& quòd inſpician-
tur facultates pupilli, & reliqua poſita per Glo.
in uerbo ex inquiſitione. §. ſed ex his. inſtitu. de
Attilia. tuto.& facit l. nec ei. ff. de adoptio. Ter-
tia ratio eſt: quia dicta tutela, eſt nulla, ſuppoſi-
to, quòd ſine ſatiſdatione cum inquiſitione po-
15 tuerit dari: quia † decretum inquiſitionis non
fuit interpoſitum à iudice ſedente pro tribuna-
li loco ſolito maiorum, ubi iura redduntur. l. na
turali. §. pe. ff. de confite. tuto.& Glo. in l. qui ha
bet. §. quolibet loco. ff. de tutel. & D. Alber. in l.
16 penul. ff. de iuſt. & iure. Nam † licet tutela ſine
inquiſitione poſſit decerni quolibet loco: ut d. l.
qui habet. §. quolibet loco. ff. de tutel. tamen vbi
decernitur cum inquiſitione, ut in caſu noſtro,
non ualet niſi iudex ſedeat pro tribunali in loco
maiorum. l. pen ff. de iuſti. & iur. & d. l. naturali.
§ j. ſed in d. inſtrumento tutelæ non ſedebat p
tribunali in loco ſolito maiorum, ubi iura reddū
tur: ergo &c.

Poſtremo ambæ dictæ tutelæ decretæ tam Pa
duæ, quàm Mantuæ ſunt nullę: quia poſtquam
eſt decreta generalis tutrix dictis pupillis in ci-
17 uitate Arimini; ergo † amplius decerni non po
teſt. l. uentri ff. de tu.& cura. da. ab ijs. Nam quan-
do tutela non uacat de iure, neque de facto, non
poteſt amplius decerni: quia fruſtratoria eſſet ſe-
cunda datio. l. tutor ſi petitus. ff. de tu.& cur. da.
ab his.& ibi Barto. ratio: quia tutela eſt actus ita
plenus, ut nó poſſit multiplicari. Glo. in §. inter-
dum. inſt. de cura. Simile dicimus in decreto, q
eſt ita plenum: ut non poſſit multiplicari. not.
in l. traditionibus. C. de pactis. l. 3. §. ex plurimis.
ff. de acquir. poſ. igitur, &c. l. non cogendum. §.
Sabinus. ff. de procura. l. ſi id quod. in princip.
ff. de reſcin. ven.& in §. quibus. in prima conſti-
tu. Cod.

18 Circa ultimum, quo quæritur, † an debitor ſol
uens dictæ tutrici, ſit tutus, dicendum eſt, quòd
non; quia non ſoluit legitimæ perſonæ. l. qui ho
minem. §. ſi nullo.& in l. filiæ. ff. de ſolu.

Nec obſtat ſi allegetur interlocutoria lata,
quà pronuntiatum fuit dictam Stellam habere
debere,& infra tempus legitimú produxiſſe in-
ſtrumentum tutelæ: quia reſpondetur talem in-
terlocutoriam non facere cautum dictum debi-
19 torem ſoluentem: quia † talis ſententia nó facit
ius in præiudicium pupillorum Do. Barto. in l.
ante ſententiam. ff. de appellationibus recipien.
in uerſiculo tertio quæro, licet faciat ius quo
ad aduerſarium,& ideò poteſt appellare: quia ge
ſta per eum non præiudicant pupillo. l. ſi tutor.

C. in quibus cauſa in integrum reſtitutio non eſt neceſſa. & Bal. in l. licet. in vl. col. ver. quero quid ſi iudex. C. de procuratoribus.

30 Nec obſtat † l. j. §. idem Pomponius. cum ibi nota. ff. quod fal. tut. quia reſpondeo, aut iudex pronuntiauit ſimpliciter eam eſſe tutricem, & procedūt prædicta: vt factum fuit in caſu noſtro. Si verò pronunciauit eam eſſe tutricem, & adijciat iudex decernens, ſe ratum habiturum, quòd ab eo tutore factum erit, tūc valent geſta p eum,

31 & tunc loquatur † l. j. §. idem Pomponius. allegata. & ita tenent Bar. & Bal. in d. §. idē Pomponius. & ꝙ no. Bar. in l. ante ſententiam. ſupra al-

32 leg. Nam † vt dictus debitor ſit ſecurus requirūtur no. per Gl. & Doc. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de min. & per Bar. Bal. Alb & Ange. in l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtit. mino. Ex his apparet quid iuris in quæſitis elicitis ex themate.

Martinus Garatus.

CONSILIVM D. MICHAELIS de Accoltis de Ponenano de Aretio I.V. Docto.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes an poſſint repeti, & quomodo, & quādo, per totum conſilium.*
2 *Teſtes ad æternam rei memoriam ſuper quibus repeti non poſſint.*
3 *Ratio legis vbi locum habet, ibi & legis diſpoſitio tenet.*
4 *Verba legis offendere licet, ſeruata mente legis.*
5 *Legis intellectus, & anima, in ipſa legis rōne cōſiſtit.*
6 *Teſtes aperti, & publicati non poſſunt repeti, vel recipi.*
7 *Subornationi teſtium leges concurrunt.*
Timor ſubornationis teſtium repetitionem impedit, & num. 8.
8 *Teſtes variantes non probant.*
10 *Litigātibus metum producendi teſtes imponere æqui iuris eſt.*
11 *Ius infinitatem abhorret; quia finire lites ſtudet.*
12 *Teſtes ante teſtificatos ꝓducēs, in dolo eſſe cenſetur.*
13 *Teſtium repetitio, ſeu noua receptio non permittitur, ne detur materia delinquendi.*
14 *Iura ſic intelligi debent, vt nihil iniuſti, vel abſurditatis contineant.*
15 *Matrimonij ſpecialis eſt fauor in producendis denuo teſtibus.*
16 *Iure ſingulari ſi quid introducitur, contrarium eius iure communi tenet.*
17 *Fraudibus & malitijs hominum omnia iura reſiſtere conantur.*
18 *Nemo ad probandum, vel quid faciendum, admitti debet, quod probatum, vel factum non releuat.*
19 *Teſtis in ſecundo dicto contrarius primo, an probet, Petrus de Ancharano Doctor eximius. Idem Doctor profundiſſimus nu. 41.*
20 *Teſtificans in ſecundo examine contrarium primo, euidenter ſubornatus præſumitur.*
21 *Iura permittentia in certis caſibus, teſtes poſt publicationem, & aperturam, ſeu poſt dicta ita teſtificata recipi, & admitti debere, qualiter loquantur.*
22 *Noui teſtes recipi poſſunt.*
23 *Cauſarum enumeratio propter quas repetitio teſtiū, vel noua productio repudiatur.*
24 *Teſte examinati ad æternam rei memoriam, repeti poſſunt, extra aperturam teſtimoniorum.*
25 *Rei iudicatæ quoties non obſtat exceptio, toties nō nocet publicatio, & apertura teſtium.*
26 *Sententia lata inter eaſdem perſonas, an noceat, quādo in alio iudicio ad alium finem agitur.*
27 *Permiſſum cenſetur, quod prohibitum non reperitur.*
28 *Teſtium prima receptio, & publicatio non ritè facta, ſecundam fieri non impedit.*
Intellectus ad Clementinam teſtibus. de teſtibus. & nu. 32. cum ſeq.
Practica notabilis, & cautio de teſtium repetitione.
29 *Argumentum à contrario ſenſu validum eſt in iure.*
30 *Teſtes non ritè recepti non valent.*
31 *Impedimentum nō præſtat, quod non ſortitur effectū.*
32 *Verba legis, vel canonis ſemper intelligi debent cum miniſterio poſita.*
Et ſemper debent ſic intelligi, ut aliquid operentur.
33 *Duo requiruntur ad hoc, vt noua teſtium receptio fieri non poſſit.*
34 *Factum non dicitur quod non eſt legitimè factum.*
35 *Non oppoſitum in cauſa principali poteſt opponi, & non probatum probari in cauſa appellationis.*
36 *Subornatio teſtium non minus timetur in cauſa appellationis, quàm in principali.*
37 *Cauſa appellationis cenſetur eadem cum prima.*
38 *Subornationis timor non eſt ſola ratio prohibitionis repetendorum teſtium, ſed identitatis inſtantiæ.*
39 *Productio teſtium in cauſa appellationis, ad aliud fit, quàm in principali.*
40 *Agentis intentio eſt in prima inſtantia, vt reus condemnetur, rei verò intentio, vt ipſe abſoluatur.*
41 *Teſtium productio in cauſa appellationis quare fiat. Iacobus Butrigarius Doctor ſubtiliſſimus.*
Vt iniquitas, vel æquitas ſententiæ detegatur.
42 *Malis duobus concurrentibus, minus eligendum eſt.*
43 *Minus malum eligere eſt eligere bonum.*
44 *Argumentum ab abſurditate ſiendū rectè ducitur.*
45 *Iuriſconſultus veritatis cultor eſſe debet.*
Veritati omnia cedunt, & ipſa ſuper omnibus præualere debet.
46 *Iudicantē oportet cuncta rimari pro ueritate eruēda.*
47 *Probationum facultas non eſt contrectanda.*
48 *Teſtium publicatio in quibus caſibus non impedit nouos teſtes induci.*
49 *Petitorium iudicium, ſiue petitio hæreditatis idem.*
50 *Agendi modus in petitorio, & poſſeſſorio variatur.*
51 *Ioannes de Lignano illuſtris Doctor.*
52 *Quod æquitas ſuadet ſequendum eſt.*
53 *Nemo præſumitur delinquere velle, immò præſumitur ſemper velle facere actum à delicto alienum.*
54 *Iudex exigere debet iuramentum à producentibus teſtes,*

teſtes, quòd talem productionē animo calumniæ, vel malitiæ non petunt.

55 *Salutis æternæ nemo immemor præſumitur.*

56 *Multa fauore vltimarum volūtatum, ne pereant, cōtra ius commune recipiuntur.*

57 *Domeſtici teſtes quando admitti poſſunt.*

58 *Intellectum Specu. in titu. de teſte. §. i. verſicu. quid ſi idem teſtis.*

59 *Teſtis primum dictum quando non valuit, ſecundum valere debet.*

60 *Teſtes qui recordantur de aliquo, de quo non depoſuerunt, quod primo dicto contrarium non ſit, ſecure teſtificari poſſunt.*

61 *Memoriæ refricari ſolet, & redire in animum teſtis.*

62 *Teſtis dicere poteſt ſe non fuiſſe recordatum, ſi modo rationem addit obliuioni.*

63 *Teſtes variantes ſuper non neceſſariis, eorum dicta non vitiant.*

CONSILIVM. XC.

DOMINA Antonia filia olim domini Angeli de Corezo, ciuis Aretini, maior 25. annis, ſanæ mentis ... ſuum vltimum teſtamentum coram ſeptem teſtibus, iure exiſtens, infirmata morbo poſtifero, condidit, quod teſtamentum quidam dominus Antonius plebanus de Sieteno, in ſcripturam redegit, in quo teſtamento coram dictis teſtibus rogatis, & adhibitis per dictum plebanum prædicta Domina Antonia, Guidonem eius virum, hæredem inſtituit, & dominæ Magdalenæ matri ſuæ, legatum fecit de quadam domo: contingit quòd ipſe Guido, & domina Magdalena fuerunt citati, & moleſtati ab venientibus ab inteſtato dictæ dominæ Antoniæ, ꝓpter quod ipſi Guido, & domina Magdalena, defendendo ſe, fecerunt dictos teſtes examinari, & dicta eorum publicati, qui teſtes videtur aliquantulum varij in multis interrogationibus factis per iudicem. Nunc quæritur nunquid dicti teſtes poſſint repeti in alio iudicio vel principaliter intentato per dictos uenientes ab inteſtato, vel in cauſa appellationis in iudicio pendete, in quo depoſuerunt, vel an dicti Guido, & domina Magdalena poſſint repetere, & repeti facere dictos teſtes ad æternam rei memoriam præſuppoſito, ut ex actis dictæ cauſæ apparet, quòd dicti teſtes rebus ſic ſe habentibus, non fuerunt ritè recepti.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

1 †Ponderatis, & in iure rectè pēſatis, omnibus & ſingulis in puncto pręmiſſo, ſubſtantialiter, & ſenſosè narratis, non videtur modo aliquo ambigendum, quòd dicti teſtes non poſſint repeti ſuper eiſdem, ſuper quibus teſtificati fuerunt, in aliquo alio iudicio, ſiue in iudicio de nouo principaliter tentando, per venientes ab inteſtato, ſiue in cauſa appellationis à ſententia quæ in præſenti

2 iudicio formaretur. † Nec etiam poſſunt præfati Guido, & dominā Magdalena ipſo repeti facere, ſeu de nouo examinari, & recipi facere ad eternā

3 rei memoriam, † nam vbi vendicat ſibi locum ratio legis, habet & locum legis diſpoſitio. l. adigere. § quamuis. de iure par. & de re milit. l. milites

4 agrum in prin. Hinc eſt, quòd † licet offendere verba legis, ſeruata mente legis. l. credentium. in prin. ff. qui petant tutores. & l. ſcire oportet. §. aliud, de excu. tut. & plenè notat. per Dy. in c. fin.

5 de reg. iur. in 6. Et ideò dicit Bal. † quòd intellectus, & anima legis, in ipſa legis ratione conſiſtit, ut no. per ipſum in l. cùm mulier. ff. ſol. mat. & facit l. fin. de prædi. cur. lib. 10. Sed ratio prohi

6 bitiua iuris, quòd † teſtes aperti & publicati, quorum dicta ad partis producentis notitiam deuenerunt, non poſſunt repeti, vel recipi ſuper iis, ſu

7 per quibus atteſtati fuerunt, ſecundum † iuris ciuilis, & canonici cenſuram eſt ſubornationis timor, ut probatur in auten. de teſtib. §. quia uerò. & in c. fraternitatis. extra de teſtib. & ibi plenè per Ioan. And. & extra de teſtib. c. cùm ueniſſet. & ibi not. eod ti. c. conſtitutus. & c. cùm cauſa. & in Clem. teſtibus. cum ibi plenè notatis per Glo. & Doctores. de teſti. & notat per Bar. Bal. & alios Doct. in auten. at qui ſemel. C. de probationib. & l per hanc. C. de temp. appell. & faciūt etiā plenè not. per Bar. in l. j. §. nunciatio. de no. oper. nunci. & in Spec. in tit. de teſte. §. ſatis utiliter. verſ. hoc etiam notat. cum verſ. ſequenti. & verſ. ſed nunquid. & in tit. de dilat. §. nunc vide-

8 dum. verſ. in ſumma. Sed talis timor † ſubornationis ſubeſt in caſu pręmiſſo, in quocumque dictorum caſuum dicti teſtes repetantur ad inſtantiam ipſorum producētium, vel ſuper his, ſuper quibus teſtificati fuerunt, producantur, ut euilibet rectè intuenti apparet; quia ex quo pars producens fuit dicta teſtium percunctata, & uidit ip-

9 ſos teſtes in multis inuicem variare, † & propter talem varietatem non probabunt. ut l. eos. cùm ibi plenè notatis per Bar. ff. de falſis. & in c. quoniam cōtra. cùm ibi plenè notatis per Innoc. extra de proba. & ſic videtur defeciſſe in probando quod probare poſſe ſperabat, in repet. ſeu noua examinatione, quaſi quadam iracundia, & rubore cōuictus, & motus pręſumitur velle conari ne in mendacio eius, q daſſerit, deprehendatur. Et ideò timetur quòd teſtes eoſdem in receptione, ſeu reiteratione receptos ſubornet, & ideò multū in caſu iſto ſubornatione timetur. pro quo facit. l. qui cùm maior. §. libertus. ff. de bon. libert.

10 Item quia valde æquum † & iuſtum fuit ſecundum Doctores imponere metam producendi. Nam ſi liceret producere ſecundos teſtes, poſt primos, ergo & tertios poſt ſecundos, & ſic de-

11 inceps. & ſic eſſet in infinitū procedere, † quod ius ex toto abhorret, extra de teſtib. c. licet. & ibi not. & in dicta Clem. teſti. cùm ibi notatis per Doctor. & faciunt etiam ad præmiſſa plenè notata per Ioann. And. in dicto c. fraternitatis. & per Doct. in dicta auten. at qui ſemel. C. de proba-

12 probationibus. Quod etiam cõfirmatur : † quia
nitens producere teſtes , & præcipuè eoſdem,
poſt publicationem teſtium , & poſt didicita te-
ſtificata ſuper his, ſuper quibus primo producti
ſunt, cenſetur eſſe in dolo: quia pręſumitur , ꝙ
velit ſubornare teſtes, vt ſic falſum teſtificentur,
ſecũdum plenè not. per Doctores in iuribus ſu
13 pra alleg. Vnde ſi † talis repetitio permitteretur,
ſeu noua receptio, eſſet dare materiam delinquẽ
di, quod omnia iura refugiunt. l. conuenire. ff. de
pact. dota. & eſſet viam falſitatibus aperire. quod
penitus abſurdũ eſt dicere, & ex toto iuri & ęqui
14 tati diſſonum, & † quia ſemper iura intelligi de-
bent, vt nihil iniuſti, vel abſurditatis cõtineãt: ut
l. ſi ſerui noſtri. cum ibi not. C. de noxalib. & ple
nè not. per Bar. & Bald. in l. omnes populi. ff. de
15 iuſti. & iur. Item quia ſpeciale eſt, † quòd in cau
ſa matrimonij. poſt publicationem , & aperturã
teſtium poſſint alij teſtes ſuper eodem capitulo
induci: vt probatur expreſsè in c. ſeries. extra de
teſtib. & ibi not. & eod. titu. c. cùm in tua. & not.
plenè per Ioan. And. in d. c. fraternitatis. de teſti.
16 † Ergo in alijs in cõtrarium eſt ius commune: ut
patet in iuribus ſupra alleg & per l. j. in fin. ff. ad
muni. Item quia in prima examinatione ſemper
ſperatur communiter per ipſam examinationẽ,
falſitatem comprehendi, & pręcipuè propter in-
terrogatoria, diligenter examinata , potiſſimè in
loco, tempore & alijs circunſtantijs, & prædica-
mentis, de quibus plenè habetur. & not. de teſti.
cum cauſam. & ibi per Innoc. & Ioan. And. & p
Bal. plenè, & eleganter in l. teſtium. C. de teſtib.
& per eundem. in l. data opera. C. qui accuſa. nõ
poſſ. & quia ſi ſecus diceretur iura canonica & ci
uilia, hoc ſimpliciter , & indiſtinctè prohibentia
eſſent ludibrio, & impoſita verbis, & non rerum
efficientibus contra l. 2. cùm ibi not. C. commu.
deleg. & eſſet ampliare viam falſitatibus , fraudi-
bus, & malitijs hominum, quod fieri non debet,
17 † immò omnia iura ciuilia, & canonica , fraudi-
bus & malitijs hominũ, reſiſtere conantur. l. in
fundo. cũ ibi not. ff de rei ven. & in cap. porrò. de
diuor. cum ſimi. Hoc etiam ratione inconuinci-
18 bili confirmatur, † quia quis non debet admit-
ti ad probandum, vel faciendum, quod probatũ,
vel factum non releuat, vt l. ad probationem. cũ
ibi no. per Bar. & alios. C. de proba. & facit l. hęc
ſtipulatio. § diuus. ff ut leg. nomi. cauea.

Sed ſi rectè aduertatur in caſu pręmiſſo, veriſ-
ſimè incaſſum niti videtur dicta pars producẽs,
ſeu quæ primò produxit dictos teſtes volens in
alio iudicio, ſiue ad ęternam rei memoriam eoſ-
dem teſtes repetere, ſiue repeti facere, & ſeu ite-
rato examinari facere , ſuper primo per eos atte-
ſtatis; quia, ſi dicunt idem, quod primo ſignãter
dixerunt, fruſtra eſt, & votum producentis mini
19 mè adimplent : † & ſi contrarium diceretur in
ſecundo dicto, ſtaretur primo dicto, & ſic ſecun-
dum non valeret : ut no. per Docto. in capit. ve-
niens. el a. extra de teſtibus, & eod. ti. c. cum cau-
ſam & præcipuè per Innoc. & Ioan. And. quod
ratione euidenti dici vrget , quia ſecundò teſtifi-
cando contrarium eius quod dixit in primo , vi-
detur periurus, propter præcedentem contrariã
atteſtationem cum iuramento factam ; pro quo
facit tex. in c. cùm impoſſibilibus. cum ibi no-
tatis. de iureiur. in 6. & faciunt plenè not per
Doct. eximium D. Pet. de Anchar. in d. Clem.
teſtib. de teſtib. & not. per Io. And. in c. frater-
nitatis. de teſti. Quinimò , & ſecundum Spec.
not. in tit. de teſtib. §. j. verſi. quid ſi idem teſtis.
tunc neutro dicto ſtandum eſt c. ſolicitudinem.
cum ibi not. extra de appell. & d. l. eos cum ibi
not. ff de fale & p not. per Innoc. in d. c. quoniã
contra. extra de probationib.

20 Pręterea , ſi bene aduertantur † dicti teſtes,
ſecundò deponentes contrarium eius , quod in
primo dicto dixerunt , præſumuntur euidenter
ſubornati, & tanquam ſuſpecti , debent ex toto
repelli. 4. q 3. produci. & per not. in d. c. cùm
cauſam. in Glo. teſtibus & eo. tit. c. conſtitutus.
& faciunt plenè not. per Io. de Fantucijs. in d.
clem. teſtibus de teſtibus. Ergo neceſſariò infer-
tur, & concluditur , quòd cùm pars producens
ex repetitione, & noua repetitione dictorum te
ſtium, nullum effectum reportare valeat : ut ex
præmiſſis apparet, non debet exaudiri talem re-
petitionem, & reiteratã receptionẽ, fieri petens.

21 Pro quo etiam facit, † quia iura permittentia
in certis caſibus , teſtes poſt publicationem , &
aperturam teſtium, ſeu poſt didicita teſtificata,
recipi & admitti debere, loquuntur ſi bene pon-
derentur ; quando pars producens , vult nouos
teſtes producere, nõ eoſdẽ quos primò ꝓduxit,
vt habetur plenè p Io. And. in d. c. fraternitatis.
& eo. ti. c cũ cauſam. & c. cũ in tua. & clarè pro-
bat tex. eo. ti. c. ſeries. & ibi notatur. & eod. tit. c.
conſtitutus. cum ibi notatis. Ergo permittendo
in caſibus prædictis, quòd recipiantur noui te-
22 ſtes, cenſentur iura prohibere receptionem, † &
repetitionem teſtium primò productorum , de
præſumpt. c. non. cum ibi notatis. & l. cùm præ-
tor. in prin. cum ibi notatis ff. de iudicijs & l. ma
ritus. C. de procuratoribus. cum ibi notatis. &
hoc propter maiorem timorẽ ſubornationis, &
alijs cauſis ſupradictis & allegatis.

Sed his non obſtantibus contrarium arbitror
de iure dicendum, ad cuius clariorem indaginem
23 pręmittendum eſt, † quòd quandocunque quis
vult impedire productionem teſtiũ, propter lap
ſum dilationis, & hoc non pertinet ad caſum no
ſtrum: ſed habetur in c ſi. extra de ferijs. & ibi per
Bar. & alios Doctores. & in c. licet cauſam. poſt
prin. de proba. & in c, 2. de dilatio. Quandoque
propter multitudinem refrenãdam, & hoc habe-
tur in cap ſignificauerunt. extra de teſtib. Quan-
doque propter pluralitatem productionum , &
hæc eſt materia. c. vltra tertiam. extra de teſtib,
& authen. at qui ſemel. de probatio. & ibi ple-
nè per Cyn. Bar, & Bal. & alios Doctores. Quan-
doque

duque propter renuntiationẽ, & concluſionẽ,
& de hoc habetur in d. §. quia verò. in auctẽn. de
teſt. & in c. cùm veniſſet. extra de teſt. & ibi per
Innoc. quandoque propter teſtium publicatio-
nem, & aperturam, & tunc quãdoque in eadem
cauſa, quãdoque in diuerſa, & quãdoque in cau
ſa appellationis: de quibus omnibus plenè nota-
tur per Io. And. in d. c. fraternitatis. de teſtib. &
per Pet. de Anchar. in d. Clem. teſtibus. de teſtib.
Iſtis ſic præſuppoſitis, luce clarius oſtenditur,
quòd talis repetitio, vel receptio, fieri poteſt, &
24 admitti debet: & primò † ꝙ poſſit fieri dicta re-
petitio & receptio, ſi dicti producentes volunt fa
cere examinari dictos teſtes ad ęternam rei me-
moriam probatur; quia quando variatur modus
agendi, non obſtat publicatio, & apertura teſtiũ,
quo minus poſſint iterato recipi, & induci: ut
eſt caſus in terminis, qui prefatam dubitationẽ ſi-
gnanter decidit in c. veniens. extra de teſtibus. &
ibi plenè notatur. & not. plenè per Io. And. in d.
c. fraternitatis. in 9. q. eo. ti. & per Pet. de Anch.
& plures alios Doctor. Modernos in d. Cle. te-
25 ſtib. ſępe allegata. Quod ratione cõfirmatur, † qa
vbicunque non obſtat exceptio rei iudicatæ, ibi
non obſtat publicatio, & apertura teſtium: vt. l.
cùm quæritur. ff. de except. rei iudi. & in c. inter
dilectos. de fid. inſtru. & not. per Io. Andr. in d. c.
fraternitatis. Sed in caſu iſto, non obſtaret exce-
ptio rei iudicatæ, ex quo variatur modus agendi,
& diuerſa cauſa agitur: ut d. l. cũ quæritur, & ibi
26 plenè notatur. † Non enim obſtaret ſententia la
ta inter eaſdem perſonas, quando in alio iudicio
ad alium finẽ agitur: vt d. l. cùm quæritur. & de
re iud. ſuper controuerſia. & not. de purg. cano
nica c. cùm dilectus. Ergo multo minus obſtat
receptio, & publicatio teſtium ad alium finem fa
27 cta, † & quia nullo iure reperitur hoc ꝓhibitũ,
ergo cẽſetur hoc permiſſum; ut not. Io. And. in
d. c. veniẽs. & facit quod legitur, & notatur de trã
ſlat. c. inter corporalia §. ſed neque. ad fin. & fa-
ciũt etiam not. per Io. And. eo. ti. c. cauſam quæ.
28 el. j. & eod. ti. c. cùm cauſa. cum ſimi. Item † quia
in caſu prædicto. ex quo talis prima receptio te-
ſtium, non fuit ritè facta, non obſtat talis prima
receptio, & publicatio, quo minus ſecundò fieri
poſſit, ſiue in alio iudicio, ſiue in cauſa appellatio
nis, ſing. probat tex. in d. Clem. teſtib. de teſtib.
vbi tex. dicit; Teſtibus ritè receptis, & eorum at-
teſtationibus publicatis, ſicut non licet ſuper eiſ
dem, vel directò contrarijs articulis, alios, vel
eoſdem teſtes, in principali cauſa producere, ſic
non debet in appellationis cauſa licere, cùm nõ
minus in appellatione, quàm in principali cauſa
ſubornatio ſit timenda, &c. Et ibi hoc firmat Io.
And. in Glo. ſuper verbo ritè; vbi Glo. ad noſtrũ
propoſitum notanter dicit, quòd ſi receptio te-
ſtium non tenet, puta, quia facta per eum, qui nõ
erat iudex cauſę, vel facta ſuper principali lite nõ
conteſt. eo caſu quo conteſtari debuit, & ſic fieri
non potuit: vt lit. non conteſt. c. accedens. publi-
catio dictarum atteſtationum nõ impediret pro
ductionem iterum ritè fiẽdam, & facit quod no
tatur extra eo. ti. c. cùm cauſa. in vlt. Glo. & idem
firmat Pau. de Eleazar. & Io. de Fantucijs. in d.
Clem. teſtibus. ſuper d. Glo & idem ibi Pet. de
Anchar. in ver. 4. quæro. pone quòd publicatis
atteſtationibus, pars didicit teſtificata, tamen ex-
aminatio apparet nulla ex cauſis ibi notatis in
Glo. & hoc probatur directè per tex. illius Clem.
29 dum dicit ritè receptis, &c. † argu. ſumpto à con
trario ſenſu, quod eſt validum in iure: ut l. j. §. hu
ius rei. ff de offi. eius cui man. eſt iuriſdi & de ijs,
30 quæ fiũt à prælato c. Apoſtolica. Item, † quia te
ſtes non ritè recepti, nõ valent: ut extra de teſtib.
c. o. ergo non debent tales teſtes non ritè recepti
31 pręſtare impedimentum; † quia non præſtat im-
pedimentum, quod de iure non ſortitur effectũ:
ut in reg. iur. non præſtat. in 6. cum ibi not. per
Dyn. Item & hoc ratione neceſſaria dici vrget;
32 † quia verba legis, vel canonicis ſemper debent
intelligi cũ miniſterio poſita; ut in j. cõſtit. C. §.
quibus. cũ ibi notatis. & ſemper debent ſic intel
ligi, vt aliquid operẽtur. l. ſi quãdo. cum ibi not.
per Bar. & Bal. ff. de leg. j. ergo tex. d. Cle. debet in
33 telligi, dum dicit, ritè receptis, &c. † quòd duo re
quirantur ad hoc, ut noua receptio fieri nõ poſ-
ſit, ſcilicet, quòd ſint ritè recepti, & ꝙ ſint etiam
publicati. &c. quia iſte eſt verus intellectus d.
Clem de teſtib. ſecundum Modernos Doct ibi
34 ſuprà relatos. † Non enim dicitur factum, quod
non eſt legitimè factum. l. quoties ff. qui ſatiſd.
cog. & l. non putant. §. non quæ vis. ff. de contra
tab. cum ibi not. per Bar. & ſic text. illius Clem.
notanter decidit quæſtionem præmiſſam. Nam
in caſu noſtro dicti teſtes non fuerunt ritè rece-
pti; quia lite non cont. & non ſeruatis alijs ſeruã
dis de iure: ut patet per acta cauſę. Item, & ſi fuiſ
ſent ritè recepti, tamen poſſent de nouo recipi
ad ęternam rei memoriam, vt dixi, vt probatur
expreſsè in d. c. veniens. cum ibi plenè not. per
Innoc. & Ioan. And. & eo. ti. c. fraternitatis. Item
& in cauſa appellationis, ſecundum opinionem
legiſtarum, de qua in l. per hanc. C. de temp. ap-
35 pell. & de appell. l. eos. ꝑ quę iura patet, † quòd
non oppoſitum in cauſa principali poſſum op-
ponere, & nõ probatum probare in cauſa appel-
lationis, per quæ iura pręcipuè tenent Legiſtæ,
quòd publicatio teſtium facta in cauſa principa-
li, non impedit iteratam productionem teſtiũ,
etiam ſuper eiſdem articulis in cauſa appellatio
nis. Canoniſtæ tenent contrarium in d. c. frater-
nitatis. & ibi not. per Innoc. & Ioan. And. & ꝓ
batur in d. Clem. teſtibus. de teſtib. Et ratio Cano
niſtarum fundatur ſuper ſubornationis timore,
36 † qui non minus imminet in cauſa appellatio-
nis, quàm in principali, vt ſignãter not. tex. in d.
Clem. teſtibus. in fine. ibi, cùm non minus in cau
ſa appellationis, quàm in principali ſubornatio
ſit timenda, & plenè legitur, & habetur in di-
37 cto capitu. fraternitatis. † & quia cauſa appella-
tionis

tionis cēſetur eadem cum prima; iux.l.inuitus;
cu m ibi nor.C.de procur.

Sed ad primam rationē reſpondent Legiſtæ,
38 †quòd ſubornationis timor, non eſt ſola ratio
prohibitionis, ſed identitatis inſtantiæ, & ideò
ubi variatur inſtantia, ſicut eſt in cauſa appel-
lationis: quia licet ſi eadem cauſa cum primá, ta
men inſtantia eſt diuerſa: ut plenè not. per Do-
ctor. in d.l.inuitus. & eo.ti.in l.ita demum. publi
catio non habet obeſſe, nec iteratam productio
nem & receptionem impedire licet eædem ſint
perſonæ, eadem res, & eadem cauſa petendi: ut d.
c.ueniens. de teſtib. cum ibi not. & C. de teſti. l. fi.
& extra eo. ti. c. præſentata.
39 Itē, †& ſi bene aduertatur in cauſa appellatio,
nis, ad aliud fit productio teſtium, quā in prima,
40 quia in prima producūtur ex parte actoris: † ne
reus condemnetur attenta petitione agentis. ex
parte rei, vt ipſe reus abſoluatur à petitione ip
41 ſius actoris, † ſed in cauſa appellationis fit teſtiū
productio, ut imparitas, vel æquitas ſimul dete-
gatur. Sicut ergo propter diuerſitatē rei petitæ,
vel cauſæ petendi, non obſtaret vt ſu-
pra dixi per d l. cùm quęritur. & de re iud. c. cùm
ſuper controuerſia. Item nec publicatio, vt plenè
not. per Io. Andr. in d. c. fraternitatis. in 9. q. Et
licet Bar. in d. l. per hanc, ſequatur opin. Cano.
Iac. tamē But. Doctor ſubtiliſſimus. ibi ſequitur
opinio. Legiſt. quam etiam ſequitur præfatus
Doctor pfundiſſimus D. Pet. de Anc. in d. Cle.
teſtibus. dicens opi. Legiſt. ſeruandam eſſe vbiq;
locorū, pręterq̄ in terris eccleſiæ, ſiue in foro ca
nonico; vt ſic in foro canonico ſeruetur opi. Ca-
no. & in foro ciuili ſeruatur opi. Legiſt. qa dictā
opinionem ſequūtur Glo. iuris ciuilis, & alij Do
cto. & Cy. & alij, excepto Bar & ideò tanquam
cōmunis opi. ſequēda eſt in foro ciuili, iux. not.
per Innoc. de conſtitutionibus, ne innitaris. &
per Bal. in l. j. in fine. de Senatorib. Quæ Legiſt.
42 opinio tali ratione confirmatur, † quia vbi con-
currunt duo mala, minus malum eſt eligēdum.
43 †& eo caſu minus malum eligere, eſt eligere bo-
num. l. pen. cum ibi not. ff. de iuſt. & iur. Sed ita
eſt quòd ſi admittatur probatio per teſtes in cau
ſa appellationis, quando fuerunt inducti & pu-
blicati teſtes in cauſa principali, inſurgit vnum
malum: quia adeſt ſubornationis timor, ut in
iuribus ſupra allegatis. Sed ſi in cauſa appellatio
nis, quis eo caſu non poſſet probare per teſtes,
44 † inſurgere aliud malum, & maius, quia ueritas
& iuſtitia ocultarentur, quod ex toto abſonum
45 eſt dicere; † qa veritatis debemus eſſe cultores,
& veritati omnia cedunt, & ipſa ſuper omnibus
46 pręualere debet. 8. diſt. conſ. †. Et iudicantem
oportet cuncta rimari pro veritate eruenda. 30.
q. vlt. iudicantem. & de fid. inſtr. c. cùm Ioannes
eremita. & ibi not. & faciunt not. per Io. And. in
Clem. ſępe de verb. oblig. ergo &c. & quod hoc
caſu ſit maius quàm primum, ſatis clarè patet ex
47 pręmiſſis, † & quia probationum facultas non
eſt contrectanda. ut l. quoniam. C. de hæret. Et,
quia contra primum malum poteſt ſubtilis inda-
gatio iudicis occurrere, & cum ſolertia prouide-
re, ne teſtis falſum dicat. & ſi variat, vel uacillat,
fidem non adhibere. & ipſum ad ſemitam verita-
tis, cū interrogatorijs opportunis reducere: iux.
ea quæ plenè not. per Innoc. & Ioan. And. in c.
quoniam contra. de probat. & faciunt etiam no-
tat. per Bar. ff. de infamib. l. Lucius. Et optimè ad
propoſitū probat tex. in l. 3. §. i. ff. de teſtib. ibi,
tu magis ſcire potes quanta ſit fides teſtibus ad-
hibenda. &c. & faciunt etiam notata per Innoc.
eod ti. cum cauſam. Sed ſi probationes teſtiū in
cauſa appellationis nō admitterentur, & alię pro
bationes non eſſent, iudex cauſæ non poſſet ſecū
dum veritatem iudicare, & veritatem reperire,
quod penitus à iure, & æquitate videtur alienū,
meritò propter hoc maius malum euitandum di
ctum primum minus malū tolerandum eſt. Pro
48 quo etiam facit: † quia etiam in multis alijs caſi
bus æquitate ſubgerente, publicatio teſtium nō
impedit nouos teſtes induci, de quibus plenè p
Io. And. & in d. c. fraternitatis. in 9. q. de teſtib.
Tamē in illis caſibus idem eſt timor ſubornatio
nis, ergo &c.
49 Et idem dico in † iudicio per dictos venien-
tes ab inteſtato, principaliter intentando, ſcilicet
intentando petitorium, hoc eſt petitionem hęre
ditatis, vt probatur in d c. veniens. el. 2. & ibi per
Innoc. & Io. And & eod. ti. c. cùm in tua. cum ibi
50 notatis. † quia ſic agendo principaliter, & peti-
toriū deducendo, variatur modus agendis, & ſic
licita eſſet repetitio, & recepio iterata dictorum
teſtium, non obſtante publicatione pręmiſſa, vt
probatur expreſſè in iuribus pręallegatis, per ea
quæ ſupra plenè dixi, & per plenè notata per p-
fatum dominum Pet. de Anchar. in d. Cle. teſti
bus. & faciunt no. eleganter per Bar. in l. perſcri
ptione. C. ſi contra iua vel utilit. publicam.

Nec obſtant ſupra in contrariū allegata; quia
ſatis ex pręmiſſis patet reſponſum. Non obſtat
primum in contrarium in allegatum, ſcilicet de
timore ſubornationis &c. nam minus malū eſt,
licet ſubſit talis ſubornationis timor hoc tolera-
re, quàm præcludere viam, & facultatem proba-
tionū, vt ſupra plenè dixi, & probaui. Item quā-
do receptio prima fuit nulla; quia non ritè facta
51 non ſubeſt ſubornationis timor, † ſecundum
Doctorem illuſtrem D. Ioannem de Lignano in
d. Clem. teſtibus. quia tunc non animo ſubornā
di pſumitur uelle iterato facere recipi, vel exami
nari teſtes: ſed quia prima receptio fuit nulla,
aliàs eſſet auferre omnimodam facultatem pro-
bandi, quod eſſet iuri & ęquitati diſſonum. Item
& ſi receptio tenuiſſet, tamen in caſibus ſupradi
ctis, nō obſtat timor ſubornationis prędictus, ut
ſupra plenè dixi.
52 Nec ſimiliter obſtat ſecundum: † quia in caſi-
bus prędictis ęquum eſt, hanc ſecūdam receptio
nem permitti: quia permittitur cum cauſa iuſta;

vt patet per iura ſupra allegata,& per ea quæ ſu
pra dixi,& ſic non inſurgit abſurdũ prædictum.
Item non obſtant alia, quæ ſucceſſiuè dicta
53 ſunt, præcipuè, † quia nemo præſumitur delin-
quere velle.l.merito.ff. pro ſocio.Immò ſemper
quis præſumitur velle facere actũ à delicto alie-
54 nũ,ut no.Bar.in l.gerit.ff de acq.hær.Et põt † iu
dex exigere iuramentũ à producentibus, quòd
talem productionem animo calumniæ, vel mali
tiæ non petunt:ut in ca.2.de iur.cal.in 6.& pro-
batur directò in c.præſentium,cùm ibi not.de te-
55 ſtibus.in 6.† & nemo præſumitur immemor ſa-
lutis æternæ l.fi.C.ad leg.Iul.repetundarum. Eſ
ſet nanque,ſi rectè ponderetur per indirectum,
annullare dictum teſtamentum, & dictam vlti-
mã uoluntatẽ.Cui affluenter fauent iura, vnde
æquius eſt talẽ receptionẽ permitti, ut ſupra dixi,
& maximè hoc dicendũ,ex quo dictum teſtamẽ-
56 tum non poteſt per alios teſtes probari.Vñ † ne
pereat dicta ultima voluntas, item teſtes iurati
recipiendi ſunt, pro quo etiam facit tex. in c.per
tuas.cum ibi.no.per Io.And.extra de teſtibus,&
etiam; quia quando aliquid veriſimiliter nõ po-
57 teſt probari, niſi per certos homines, † quanq̃
ſint domeſtici producentis, vel aliter ſuſpecti,&
non idonei,admittũtur in teſtes, & idonei cen-
ſentur, vt d.c.veniens.el 2. & ibi no.de teſtib. &
C.de repud.l.conſenſu.§.ſerui.& l.lex quæ tuto
res,cũ n ibi no.per Bar.C.de admi.tu.
Nec etiam obſtat aliud, quod multum vrgere
uidetur; quia quis non debet admitti ad proban
dum,quod probatum non releuat,&c.qa immò
releuat ipſum,ſecundò producentẽ,& inducentẽ.
58 Nec obſtat dictũ † Spe.in d.c.de teſte.§.j.ver.
quid ſi idem teſtis;quia debet intelligi:ꝙ non va
let ſecundum dictum, quando primũ eſſet vali-
dum,ſecus ſi eſſet inualidum:iux.no.per Io.An.
in d.c.veniens.& d.ca. cùm in tua.& hoc ſentit
Io.And.in addi. Spe. in d.verſi.quid ſi idem te-
59 ſtis,†quia quando primum dictum non valuit,
valet ſecundum,& hoc fuit de mente.Gl.de teſti
bus.ca.cùm cauſam: & ſatis probatur per tex.in
d.Clem.teſtibus.argu.ſumpto à contrario ſenſu,
ut ſupra dixi,& hæc etiam fuit intentio Ioannis
de Fantuciis in d.Clem.teſtibus circa fin.Sed in
hoc non expedit multum inſiſtere:quia non cõ
ſulo teſtibus, quod dicant contrarium eius, qđ
primò dixerant, vt euitent omnem ſuſpicionẽ,
& ne tanquam ſuſpecti repellantur, vel crimen
falſi incurrant, per dicta l.eos, cùm ibi no. ff. de
fal.& per no.per Innoc.infra in ca.quoniam cõ-
tra.de prob. & per præfatos Doc. Modernos in
60 d.Clem.teſtibus.Sed † ſi modo recordantur, de
aliquo,de quo non depoſuerint,quod non ſit cõ
trarium primo dicto, securè teſtificari poſſunt,
& hoc eſt de mente dicti Ioannis de Fantuc.in
dicta Clemen.teſtibus.circa fin.arg.§. quoniam
verò multi,cum ibi no.in authen. de teſtib. pro
quo optimè faciunt no. per Bald.in dicta l. data
opera.C.qui accuſ.non poſ.pro quo allego.Gl.
ordinariam in c.cùm cauſam,quæ inter œcono-
mum.de teſtibus in Gloſſ. ſuper verbo quos ad
61 aliud, ibi, vel hoc non nocet, &c. † Nam iſta
ſtant ſimul, quòd nunc recordetur, de his, quæ
tunc non recordatus fuit, & ex hoc non reddi-
tur contrarius,varius, vel vacillans, & hoc in ſi-
mili,ſignanter no.Bal in c.j.§.j.in coll. quid ſit
inueſtitura, per tex.ibi.dum dicit non reminiſci,
quòd valeat dictũ eius, quia examinatus in vna
cauſa,dixit ſe non recordari, & poſtea depoſuit
in alia cauſa ſuper facto.& dixit ſe nunc recorda
ri. Item addendo non contrariatur primo di-
ctis: quia diuerſa, & non aduerſa deponit, pro
quo etiam faciunt plenè no.per Bald.in l.teſtiũ.
C.de teſtibus,& facit quod ſingul.no.Io. And.in
c.cum impoſitionibus.de iureiur.in 6.in Nouel.
& facit de ſimonia.c.ex inſinuatione,& l.de æta-
te.§.fina. de interrog.actionibus. Vnde uidere
62 † meo dicti teſtes aliqualiter variantes, poſſunt
dicere,quòd nunc recordantur,rationem adden
do: quia propter dictam litem diu ventilatam,&
altercationes magnas, quæ fuerunt inter partes
prædictas per magnum temporis interuallum
de viribus dicti teſtamenti, quæ ad eorum noti-
tiam deuenerunt, multum cogitauerunt ſuper
hoc, & ideò recordantur modo de dubus, de
quibus tunc non fuerunt recordati, videlicet ꝙ
plebanus, lecto teſtamento, dixit eiſdem teſti-
bus; Vos ſitis teſtes huic teſtamento dominæ
Antoniæ,& illi qui dixerunt,quòd domina An-
tonia dixit ore proprio: Facio Guidonem meũ
maritum hæredem.poſſunt dicere ex cauſa præ-
dicta addendo,& non corrigendo, non minuen
do modo aliquo primò dicta, quòd plebanus di
xerat lecto teſtamento in præſentia dictorum te
ſtium,Fate uni coſi come io ho letto, & ella diſ-
ſe,Meſſer ſi.&c. & iſto modo puto, quòd ſic ad
dendo inquantum ſciant ueritatem, ſic eſſe, &
nunc recordantur teſtificari poſſunt. & non in-
currunt ex hoc contrarietatem aliquam per ea
quæ ſupra dixi.
63 Nec etiam ſuitiant dictum primum aliquæ va
rietates ipſorum teſtium,in his ſuper quibus de-
ponunt,ſuper non neceſſariis,ut no.Bal.in l.te-
ſtium.C.de teſtib. & in d l. data opera.Vnde li-
cet aliqui dicant,quòd plebanus ſcripſit teſtamẽ
tum in ſala, aliqui dixerint, quòd ſcripſerat in
camera, aliqui dicant ſuper hoſtio cameræ, non
vitiant, ex quo ſunt conteſtes in aliis neceſſariis
ad probationem teſtamenti prædicti. Nec dicun
tur ſingulares,immò conteſtes,ex quo in ſubſtã-
tialib.concordant, & eorum dicta tendunt con-
textualiter,adeundo probationis effectum, ſecũ
dum plenè no.per Bal.in d.l. teſtium.C.de teſti.
& probatur in l.qui ſententiam.C.de pœn.ibi,in
unum conſpirantes,concordantes: quia rei finẽ
&c.& faciunt etiam no.per eundem in d.l. data
opera.& per Innó.de teſti.cum cauſam.
Ex quibus dico, & concludo, quòd prædicti
teſtes poſſunt de nouo repeti,& examinari, ſiue
ed æternam

ad ęternam rei memoriam, ad inſtantiam prædictorũ producentium, ſiue in cauſa appellationis, à ſentẽtia lata, uel ferenda in dicto iudicio, uel in iudicio principaliter intẽtãdo per dictos uenientes ab in teſtato, ut ſupra dixi, & puſsũt addere, vt ſupra dixi; in quantũ ſciant ſic veritatem eſſe, & nunc recordentur, non autem corrigere primo dicta, detrahere, vel minuere, & ſic teſtificãdo ua lebit dictum ipſorum, & plenè probabunt teſtamentum prædictum. Laus Deo.

Michael de Accoltis, de Puntenano, de Aretio.

CONSILIVM D. MICHAELIS DE Accoltis de Aretio V.I.D.

SVMMARIVM.

1 Legatum generale an reſtringatur per ſpeciale & nu. 9. & 16. cum ſeq.

2 Verba intelligi debent ut aliquid operentur.

Legatum ab hærede debetur.

3 Teſtator non præſumitur ſe incontinenti corrigere.

4 Viuere quilibet præſumitur certum annis.

5 Diſpoſitio ſpecialis ſemper derogat generali; ſaltem quatenus uerba generalia obſcura declarantur, & commodè declarari poſſunt per verba præcedentia ipſius ſpecialis diſpoſitionis clara.

6 Intellectus ad l. cum vulgari. ff. de dote prælega.

7 Doti & cauſæ dotis omnia iura fauent.

8 Interpretationem & intellectum abſonum omnia iura fugiunt.

10 Omne dicens nihil excludit.

11 Generaliter dictum, generaliter debet intelligi.

12 Verba clara interpretationem non recipiunt.

13 In incertis non certis, interpretationi locus eſt.

14 Simpliciter dictum, ſimpliciter intelligi debet.

15 Teſtatoris illa cenſetur intentio, quæ ex verbis deſcriptis in teſtamento elicitur: quibus in dubio continuò inhærendum eſt.

16 Deſignatio ut legatum ſoluatur poſt legatum relictum appoſita, quid operetur.

17 Intellectus l. cum certus. ff. de vino & oleo legato. Et l. ſi ſeruus. §. qui quinque. ff. de legat. 1.

18 Teſtatoris mens attenditur, & ipſa limitat, ampliat, & declarat in teſtamento diſpoſita, & præ cæteris in eo dominatur.

19 Conditionum uerba quæ teſtamento præſcribuntur, pro voluntate conſiderantur.

20 Legatum pro dote factum puellæ egenæ, naturam legati ad pias cauſas habet.

21 Anima cæteris rebus pretioſa eſt.

22 Nemo præſumitur ſalutis æternæ immemor.

23 Anima per legata ad pias cauſas exoneratur, & releuatur à pœnis purgatorij.

24 Vita acta in conſideratione eſſe debet.

25 Qualis quis fuit in vita, talis præſumitur fuiſſe in morte.

26 Ex perſonis & cauſis plura præſumuntur.

27 Coniecturæ multæ in unum confluentes, pondus habent claræ & euidentis probationis.

28 Voluntatis probatio clara & euidens dicitur, quæ ex legitimis coniecturis elicitur.

29 Verba operari aliquid debere, intelligitur ſi modo poſſunt, & hoc de mente eſt teſtantis.

30 Expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur.

31 Verba, & alia dimidia ſoluatur poſt mortem ſuam, quam interpretationem recipiant.

32 Regula, dictum generale ſequens, non debet ſe referre ad dictum ſpeciale præcedens, quomodo intelligatur.

33 Teſtatoris voluntas impugnanda non eſt.

34 Teſtatoris dictis omnis interpretatio iuſta, & æqua eſſe debet.

35 Intellectus ad l. Titia. §. Lucius. de legat. 2.

CONSILIVM XCI.

IN NOMINE Domini Amen. Si dedu- cta ſupra ſerio ſe in puncto, rectè aduertantur, non uidetur modo aliquo ambigendũ,

1 † quod heredes dicti Mei filii, teneantur ad preſtationem totius dicti legati facti pro dote puellæ prędictæ, ex quo pręceſſit ſpecialis diſpoſitio teſtatoris in dicto legato iniungendo hæredibus, vt ipſum legatum ſoluant de bonis mobilibus, & immobilibus hæreditatis ipſius teſtatoris, limitatur generalis diſpoſitio ſequens; vt ipſum ſpeciale legatum procedens in dicto generali legato, non includatur, quia hoc in iure plerunque certum eſt, & potiſſimè in ultimis voluntatibus, quod ſpeciale relictum præcedens, limitat generale ſequens, & eidem generali in ſpecialiter prouiſis derogat, ut probatur expreſſè de alim. & cibar. leg. l. libertis. & eo. ti. l. alimenta. §. baſilicas. & de leg. l. 3. l. vxorem. §. feliciſſimo. & de vul. & pup. l. cohæredi. §. qui patrem. & de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures, & facit lex doli clauſula; de verb. oblig. & l. ſanctio legum. & quod ibi not. per Bar. ff. de pœnis. & l. talis ſcriptura. cum ibi not. per Bar. & Bal. ff. de leg. j. Quod etiam ratione perliquidum demonſtratur. † Nam verba debent intelligi, vt aliquid operentur. vt l. ſi quando. ff. de leg. j. ſed de iure legatum debetur ab hærede. l. legatorum. de leg. 2. in prin. & ibi not. & l. ſtatu liber à certis. ff. de ſtatu liber. ergo ut dicta verba aliquid operentur, dum dicit quòd reliquit centum flor. auri ſoluendos per hæredes; &c. debet intelligi quòd onus ſoluendi dictum legatum centum floren. ſit inſolidum, & totaliter, & ſpecialiter iniunctum heredibus teſtatoris prędicti, & ſic in dicto legato poſteà ſequenti generali, non comprehenditur. Et hoc etiã dici vrget

3 ne dictus † teſtator dicatur incontinenti ſe corrigere contra legem non adita. de condi & demon. & quod ibi not. & faciunt plenè not. per Cyn. in l. z. C. de teſta. tut. & per Bar. in l. omnes populi. de inſt. & iur. Sed ſi diceretur, quòd in dicto legato generali includeretur dictum legatum, &

tum,& limitaretur,& modificaretur,ſecundum dictum ultimum legatum, idem teſtator ſe corrigeret, ut ex prædictis patet, & maximè, quia voluit dictum legatum dotis ſolui:, cùm puella legataria eſſet ætatis ſexdecim annorum,& in ca ſu quo nuberet:ergo ſi includeret in hoc ultimo legato generali, dicta puella legataria non haberet, nec habere poſſet dictum legatum dicto tempore, cùm eſſet ætatis ſexdecim annorum, quia ſaltem dimidiam dicti legati non poſſet cõ ſequi niſi poſt mortem uxoris dicti teſtatoris v-
4 ſufructuariæ,quæ poſſet multum uiuere: † quia quilibet pręſumitur uiuere centum annis, ſecundum curſum naturæ: ut l.ſi.C.de ſacroſanctis ec cleſiis,quod eſt abſurdum dicere, & directò contra mentem, & uotum teſtatoris: ut patet ex uerbis ipſius teſtamenti ad inuicem conquaſſatis, & ſimul iunctis: argumen. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. cum ibi nota.per Glo. & Barto.de legatis I.

5 Item † quia diſpoſitio ſpecialis ſemper derogat generali, ſaltem quatenus uerba generalia obſcura declarantur, & commodè declarari poſſunt per uerba præcedentia ipſius ſpecialis diſpoſitionis,clara,ut eſt textus nota.qui hanc dubitationem determinare uidetur in l.Titia.§.Lucius.& quod ibi notatur de legatis ſecundo.Sed in caſu prædicto dicta uerba dicti legati generalia ſequentis generalia, & ambigua limitationē, & declarationem congruè recipiunt per uerba dicti legati ſpecialis præcedentis liquida &c.Talis nanq; diſpoſitio generalis in fine appoſita ad dictum legatum ſpeciale præcedens, congruè refelli non poteſt ex congruitate ſermonis, vel ex teſtatoris mente, ſi uerba dicti teſtamenti rectè ponderentur: ergo legatum prædictorum præcedens ſpeciale complectitur, ſiue ad ipſum non refertur, ſecundum plenè nota. per
6 Cyn. & Bald.C. eodem titulo.l. prima. † Et etiam hoc procedit ſecundum plenè not. per præfatos Doctor. in iuribus antedictis, quando ſi fieret talis relatio, diſpoſitio præcedens ſpecialis, efficeretur inutilis, ut ſingul. probat textus in l.cùm uulgari.ff. de dote prælegat. & ibi nota. Sed ſi bene conſideraretur in caſu prædicto, talis diſpoſitio ſpecialis, ſcilicet legatum dotis prędictæ efficeretur quaſi inutile, ſi dicta puella legataria haberet neceſſe expectare mortem uxoris dicti teſtatoris, per ea quæ ſupra dixi: ergo &cæte. Eſſet nanque talis interpretatio o-
7 dioſa, † & non fauorabilis doti & cauſæ dotis, cui omnia iura fauent: ut l.prima, cum ibi plenè notatis.cum ſimilibus.ff.ſoluto matrimonio,
8 †& interpretationem, & intellectum abſonum, & abſurdum omnia iura fugiunt. l. penultima. ff.ad exhibendum. & l. ſecunda. C. de noxal. & plenè per Doctores.in l. omnes populi. de iuſtitia & iur. & facit etiam l. cùm certus. & quod ibi nota. ff. de uino, & oleo legato, & nota.per Cyn. in lege ſi quis argentum. C. de do. & per Barto.in l.inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerb. obligatio.

9 Sed his non † obſtantibus, partem contrariam ueriorem puto: nam hoc directò important uerba legati prędicti, dum dicit medietatem omnium legatorum factorum in pecunia
10 numerata, &c.† quia, qui omne dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. mandati. & quod ibi notatur. Vnde cùm ſic generaliter dixerit, etiam dictum legatum centum florenos auri factum pro dote prædicta, ut ſupra comprehendit: quia renera,& ipſum pecuniarium eſt, & latius ſe ipſum declarat, diſponens dum ſubdit, ita quòd tempore ſuæ uitæ medietas dictorum legatorum factorum in pecunia, & florenis
11 ſit ſoluta. &cęte. Et † quia generaliter dictũ, generaliter debet intelligi. l.prima. §. generali-
12 ter. de legat. pręſtand. meritò † cùm de ſe uerba clara ſint, aliam interpretationem non reci-
13 piunt: † quia in incertis non certis interpretationi locus eſt.l.continuus. §. cum ita. de uerborum obligationibus.l.pediculis.§. Labeo. de auro & argento legato. l. ille aut ille. §. cùm in uerbis.cum ibi nota.per Barto. de leg. tertio. & plenè per Bald.in l. uoluntatis. C. de fideicom-
14 miſſ. † Quod enim ſimpliciter dicitur, ſimpliciter debet intelligi.de legatis primo. l. ſi cui ſeruſ.§.primo,& ibi per Bartol.& Bald. facit l. prima.§.ſi quis ſimpliciter.& quod ibi nota de uerborum obligati.quare liquidò conſtat, quòd dicta domina Marieta uſufructuaria, & legataria, prędicta tenetur ſoluere medietatem dicti legati centum floren. auri, de fructibus bonorum teſtatoris prædicti,ſecundum formam & tenorē legati antedicti,& potiſſimè hoc dicendum:quia
15 † illa cenſentur [illegible] teſtatoris, quæ ex uerbis deſcriptis in teſtamēto elicitur, quibus in dubio continuò inhærendum eſt.ff. de lega. tertio. l.non aliter cum ibi not.per Barto.& de vſufru. lega.l.ſi alii.

16 Nec † huic concluſioni obuiat,quòd dictum legatum centum floren.auri, non cenſetur uerè legatum pecuniarium, per uerba in ipſo legato inſerta:dum ſubdit ſoluendos per hęredes ſuos infraſcriptos in bonis mobilibus, & immobilib. quia ſi diligenter data verba penſentur,dicta uerba non limitant, ſeu qualificant legatum prędictum:quia ſunt appoſita per legatum perfectũ, & in executione ipſius legati: unde ſolum deſignant unde legatum debeat ſolui, quæ deſignatio ſic facta non cenſetur facta ad ſubſtantiam legati,ſeu ad taxandum, limitandum, vel qualificandum dictum legatum, ſed ſolum ex abundanti, ad demonſtrandum unde ſolui poſſit: ut probatur expreſsè in l.quidam teſtamento in principio,& ibi per Bartol. & Bald. de leg primo,& l.Paulo Callimacho. §. fina. de leg.3.& plenè,& eleganter per Bart. in l.Lucius.

de alimen.& cib.leg.& de uerbo. obligati.l.inter
ſtipulantem.§.ſacram.& per Cyn.& alios. C.de
17 donat.l.ſi quis argentum. † Et ſic non obſtant iu
ra ſupra pro alia parte allegata, quia vendicant
ſibi locum, quando talis demonſtratio, non ad
executionem legati, ſed in ſubſtantia ipſius lega
ti apponitur gratia taxandi, & limitandi,& qua
lificandi dictum legatum, ut probatur in d.l.cũ
certus.& in l.ſi ſeruus.§.qui quinque & ibi no.
per Bar. de leg.1. quod ſecundum Bart.in dicto
§.ſacramẽ. apparet quando dotalis conſignatio
additur verbo diſpoſitiuo, ſeu obligatiuo, in ea-
dem oratione ante perfectum legatum, ſecus
quando adiicitur executioni, ſeu præſtationi ip
ſius legati; ut eſt in caſu iſto, quia poſt legatum
perfectum; & præſtationem ipſius legati, talis
deſignatio adiecta fuit; vnde dictum legatum ta
lis deſignatio non habet arctare, qualificare, uel
limitare quo minus etiam de pecunia numerata
tale legatum ſolui debeat,& ideò cùm per talem
deſignationem non alteretur ſubſtantia dicti le
gati, pro neceſſario infertur, & concluditur, ꝙ
dictum legatum centum floren. auri pro dote
eſt,& fuit legatum uerè, & propriè pecuniariũ,
& per conſequens in dicto ſequenti legato in-
cluditur.

18 Pro hoc etiam facit,†quia hoc videtur directè
ex coniecturata mente teſtatoris, procedere, quę
præſertim in teſtamentis attendenda eſt; quia ip
ſa eſt quę limitat, ampliat, & declarat in teſta-
mento diſpoſita, & præ cæteris teſtamentis do-
minatur l. in conditionibus primum locum de
condi.& demonſt.& eo.tit l.pater Seuerinam.§.
19 conditionum uerba ibi, † conditionum uerba,
quę teſtamento præſcribuntur pro voluntate cõ
ſiderantur &c. Nam conſideratio, quòd alia lega
ta facta in pecunia numerata per dictum teſta-
torem, habito reſpectu ad magnitudinem patri-
monii dicti teſtatoris ſunt exigua; quia non a-
ſcendit ultra ſummam 25. floren auri, quorum
dimidia Marietta pręſtare debet, & quod ſunt
20 legata relicta ad pias cauſas ferè omnia, † & ꝙ
etiam dictum legatum factum pro dote dictę
puellę ęgenæ, eſt,& cenſetur factum ad pias cau
ſas: ut plenè habetur,& not.per Doct.de leg.2.l.
ſi quis, Titio not per Bald.C.de ſacroſ.eccleſ.l.
21 illud.† & quia anima eſt cæteris rebus præ ferẽ-
22 da C de ſacroſ.eccleſ.l.n.& nemo † præſumitur
immemor ſalutis æternę.C.ad leg.ful. repet.l.fi.
23 Et † quia per talia legata facta ad pias cauſas, ani
ma exoneratur, & releuatur a pœnis purgatorii,
& veriſimile eſt, quòd teſtator magis prædile-
xit animam quàm uxorem præcipuè hoc dicen-
24 dum, † attenta qualitate dicti teſtatoris, qui
ſemper inuita fuit uir catholicus & ſpiritualis,
& operibus miſericordiæ, & pijs intendebat,
& miſerabilibus perſonis pro ſalute animæ ſuæ
25 ſubueniebat,†& ſic qualis fuit in uita, talis præ-
ſumitur fuiſſe in morte,& conſiderata amplitu-
dine patrimonii, & conſequenter magna quan-
titate fructuum, quos dicta domina ſingulo an-
no percipit,& ei qualitate hæredũ inſtitutorũ,
apparet euidenter, quòd dictus teſtator uoluit
dictam eius vxorem uſufructuariam ſoluere di-
midiam dicti legati dictorum centum floren. de
26 fructibus prædictis † Ex perſonis nanque &
cauſis, plura præſumuntur de præſumptio.c. cũ
27 in iuuentute & l.fi.in fi.ff.de act.& oblig. Ex † q-
bus præſumptionibus, indicijs & coniecturis in
unum confluentibus, euidens patet uoluntas te
ſtatoris ſic diſponentis, & probatio uoluntatis
28 prędictæ, quia † clara & euidens dicitur proba-
tio uoluntatis, quę ex legitimis coniecturis eli-
gitur. de legatis primo l. licet Imperator. & ibi
notatur.

Nec obſtat ſupra pro alia parte allegata in cõ-
trarium: quia ex propriè dictis ſatis patet reſpon
ſum; Nam non obſtat.l.cohæredi.§.qui patrem.
cum alijs alleg. quia prædicta procedunt in du-
bio: ut patet in iuribus pędictis hic autẽ ſumus
in caſu certi: quia per uerba dicti legati ſequẽtis,
apparet expreſſè, quòd uoluit dictum præcedẽs
legatum includere in hoc ſequenti legato, ut ſu
pra dixi. Item quia in hoc ſequenti legato, plus
uenit, quàm in primo; quia fauorabilius pro
anima ipſius teſtatoris, ut ex pręmiſſis apparet:
ergo &c. pro quo faciunt not.per Bald. in l.talis
ſcriptura.in fi.de leg.1.

Similiter non obſtat.l.ſi quando.cum ibi no.
29 quia operantur † uerba quando poſſunt,& quã-
do hoc procedit de mente teſtatoris, ſed in caſu
pręmiſſo dicta uerba per hęredes meos. &c. ni-
30 hil ultra debent operari; † quia expreſſio eorum
quę tacitè inſunt, nihil operatur. de lega j l.hęc
verba. & ibi plenè per Doctor. not. & maximè
per Bar.& Bal.

Nec etiam obſtat, quod ſupra dictum eſt, ui
delicet, quòd tale legatum efficeretur quaſi inu-
tile, &c. quę ratio prima fronte multum urgere
31 uidetur; † Nam poteſt probabiliter dici, quòd di
cta uerba, & alia dimidia, ſoluatur poſt mortem
ſuam, &c. quandam largam demonſtrationem,
ſeu modificationem deſignent, quę non habet
impedire, quo minus etiam ante mortem dictę
mulieris dicta dimidia dicti legati ſolui debeat
ex coniecturata mente teſtatoris, per eadem quę
ſupra dixi: pro quo facit. l. Titio centum, in
principio, cùm ibi notatis per Bartol. eodem tit.
Vel etiam probabilius, poteſt dicitur, quòd di-
cta uerba, & alia dimidia ſoluatur poſt mortem
ſuam. &c. non comprehendat legatum dotis pię
dictum, cui tempus & dies certa abiecta fuit, ſed
legata alia pecuniaria, quibus dies adiecta non
fuit, ut probatur expreſſè in dicta l. talis ſcriptu-
ra & ibi plenè notatur per Bar.& Bald.
32 Non obſtat, † quòd dictum legatum genera-
le ſequens, nõ debet ſe referre ad dictum legatũ
ſpeciale pręcedens, quò ad quędam, ſed quo ad
omnia

ꝯmala;ut l.3 § filius, & ibi plenè per Barto. & alios, Doctor. ff. de liber. & poſthu. & in d.l. talis ſcriptura. & per Cyn. C. eod. titu. l. 1. quia iſtud eſt verum ſi commodè referri poteſt, ſed ſecus ſi commodè referri non poteſt: quia tunc refert ſe ad illud, ad quod poteſt: vt in dictis iuribus plenè habetur, & facit. ff de ſolutionibus. l. ſi ex pluribus. cum ibi not. & de condict. & demonſt., l. quibus diebus. §. quidam Titio. & quod ibi not. per Barto. & ead. l. §. dominus. cum ibi nota. Sed in caſu noſtro non poteſt ſe referre in dicta parte, tum quia tempus eſt ſpecialiter appoſitum, vt dixi, tum etiam quia legatum, efficeretur quaſi inutile, ſi per tempus dicta puella haberet expectare ſolutionẽ dotis, & per indirectum impediretur matrimonium, quòd eſſet penitus abſurdum, & contra diſponentis mentem, & ideò in dicta parte ad dictum legatum ſe non refert, pro quo faciunt plenè allegata, & maximè in d.l. cùm vulgari. ff. de dote prælega. & faciunt not. per Barto. in l. 1. § 1. ff de publi. & l. prætor. §. vtrique differentia. ff ui bonorum rapto Eſſet:

33 † ſiquidem impugnare voluntatem defuncti, quod nullatenus eſt dicendum: quia nemo præſumitur velle eligere viam, per quam ſua diſpoſitio impugnaretur. ff. de teſtam. mili. l. miles qui destinauerat. & eſſet interpretatio iniqua. cui ius

34 reſiſtit, † quia interpretatio debet eſſe iuſta, & æqua, vt ſupra dixi. & probatur in l. ſocius pro filia. ff. pro ſocio. & in l. item illa. de conſtitu. pecu. & not. per Bal. in d.l. talis ſcriptura.

35 Non † obſtat d.l. Titia. §. Lucius. quia ibi præceſſit generalis diſpoſitio, hic tamen præceſſit ſpecialis prouiſio, & ſequuta eſt generalis, vt plenè not. & declaratur per Barto. in l. Mæuius. §. eum qui. ff de lega. ſecundo. Ex quibus concludo, quòd dicta domina Marieta uxor dicti teſtatoris, & vſuſructuaria, vigore, & prætextu dicti legati, & oneris ſibi iniuncti in dicto legato vſusfructus ſibi facto, tenetur ſoluere medietatem dicti legati centum floren. auri, dictæ puellæ legatariæ, de fructibus bonorum hæreditatis teſtatoris prædicti, & aliam dimidiam dicti legati centum floren. auri, debent ſoluere hæredes dicti teſtatoris, de præſenti, ſi ipſa puella eſt ætatis ſexdecim annorum, & nupſit ſecundum formam dicti legati facti puellæ antedictæ. Laus Deo.

Michael de Accoltis de Aretio.

SVBSCRIPTIO D. ANGELI DE Gambilionibus Aretini. V.I.D. In cauſa ſupraſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Verba, quòd medietas legatorum tempore ſuæ vitæ factorum in pecunia, quem intellectum habeant.*

2 *Vſusfructus multis modi finitur.*

CONSILIVM XCII.

ET ITA Dico, & conſulo, ut ſupra dictum eſt, per famoſiſſimum Legum Doctorem Dominum Michaelem, & & ad fidem prædictorum, hic propria manu ſcripſi, & ſigillaui meo ſolito ſigillo, cauſis & rationibus ſupra per eum allegatis, & maximè, quia dicta uerba oppoſita in teſtamento;

1 Ita quòd medietas dictorum legatorum tempore ſuæ vitæ factorum in pecunia, & florenis &cæt. habent hunc intellectum, quòd ipſa domina Marieta ſit uſufructuaria, & vſuſructus morte finiatur: vt inſtitut. de vſuſructu. §. finitur. cum ſimilibus, quòd ipſa domina Marieta de ipſis fructibus, & de ipſo uſuſructu, medietatem ſoluat, vſque ad mortem, hoc eſt uſquequo vſusfructus durat, & de ipſis fructibus, & non de alio, & alia medietas ſoluatur poſt mortem ſuam per ſuos hæredes infraſcriptos, &c. & quòd ipſi hæredes teneantur ſoluere aliam medietatem de aliis rebus, quàm de vſufructu quomodocunque, quando dies legati ipſos hæredes interpellabit: ut l. magnam. C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. non autem poſt mortem dictæ dominæ Marietæ, puta ſi alio modo interpellarentur à die legati, uel aliter finiretur uſusfructus, quàm per mortem,

2 † cum multis modis poſſit finiri: ut dicto §. finitur. & ſic dictus teſtator vnum modum expreſſit, per quem verisimiliter credidit dictum uſumfructum finiri, tamen ſi alio modu finiretur, etiam uoluit tunc hæredes dictam medietatem dictorum legatorum ſoluere, facit lege terna. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ſub conditio. fact. & l. mulier. in principio. ff. ad Trebellianum. & nota. per Bartol. plenè in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liberis. & poſthumis. & ſic ſi ipſa Domina Marieta iam diu aliter quàm per mortem, perdidiſſet dictum uſumfructum, dicti hæredes tenerentur ad dimidiam dictorum legatorum, & ſic manifeſtè datur intelligi quòd ex dictis uerbis dictum legatum factum Mattheæ, non eſt abſurdum, nec in abſurdum ſonat, & illa maxima ratione, quia expreſſam, & ſpecificam ſuam diem propriam habet, ergo illa clauſula generalis, quòd ſoluantur poſt mortem dominæ Marietæ, ad illud non refertur: ut d.l. talis ſcriptura.

Ego Angelus de Gambilionibus de Aretio.

CONSILIVM D. FLORIANI DE Sancto Petro Bononienſis V. I. D. In cauſa præcedenti.

S V M M A R I V M.

1 *Mens diſponentis ſola attendi debet.*
2 *Voluntatis quæſtio non eſt admittenda.*
3 *Teſtatoris intentio qualis fuerit, ex eius uerbis depre-henditur.*
4 *Verbum ſoluendum, non naturam legati, ſed executio-nem tantum reſpicit.*
5 *Vox omnium, vniuerſalis eſt, & nihil excepit.*
6 *Solutio legati plerique ad arbitrium commiſſariorum refertur.*
7 *Legatum vſusfructus acceptãs, uidetur eum cum ſuis oneribus acceptare.*

CONSILIVM XCIII.

CHRISTI nomine repetito: Atten-
ta forma verborum dicti teſtamen-
ti, ponderata & facti ſerie, & eo de
quo dubitatur, copioſiſſimè eſt argu-
tum ad partem, & diſcuſſum negotium per præ-
fatos egregios conſultores, & allegata iura, vi-
gentes rationes, vnde non eſt neceſſaria alia re-
petitio prædictorum, ſed conſiderandum ſo-
lùm quid finaliter concludendum, ſuper dubio
de quo quæritur. An dicta uxor teneatur ad ſol-
uendum medietatem centum florenorum, reli-
ctorum dictæ Mattheæ pro dotibus ſuis; & omiſ
ſis allegationibus ad partes induhitarum eſſe vi-
1 detur, quòd † attenta mente diſponentis, quæ
ſatis clara eſt, & quæ ſola debet attendi. ff. de con
ditio. & demonſtra. l. in conditionibus primum.
& eius verbis quando ſunt certa totaliter inhæ-
2 rendum, † nec admitti debet uoluntatis quæ-
ſtio. l. ille, aut ille. ff. de lega. 3. §. cùm in uerbis ff.
3 de lega. 3. † Ex illis enim deprehenditur qualis
fuerit intentio de ſupellectil. legata. l. Labeo. ipſa
tenetur ad medietatem ipſius legati uerè in pecu
nia numerata conſiſtentis; quia dicit legatum
floreno. centum anti, & in hoc conſiſtit uis lega
4 ti: verba autem quæ ſequuntur, † ſoluendos
per hæredes in bonis mobilibus, & immobilibus,
reſpiciunt executionem tantùm ipſius legati, &
ſic nihil agunt in ipſum legatum iam aſcriptum.
ff. de lega. 1. l. quidam teſtamento. in princ. & ibi
not. & licet per prius onus iſtius legati nomina-
tim fuerit, iniunctum hæredibus, quod modicũ
facere uidetur rem dubiam; ut per primum cõ-
ſultorem tactum eſt, tamen in ultima uolunta-
te pendente ſolum uoluntate teſtantis, poteſt fa
ciliter ab illo diſcedi & noua forma dari, quæ hic
data uidetur, cùm grauet uxorem ſub uniuerſali
5 nomine omnium legatorum, † & iſta uniuerſa
lis omnium, requirit concurſum omnium, quaſi
nullum uideatur exceptum. l. à Procuratore. C.
mandati & 19. diſt. ſi Romanorum.

Magis uidetur de alio dubitandum, ſcilicet
quomodo debeat, & quando iſta domina ſolue
re, quæ grauatur in fructibus, non enim uidetur
onerata ad iſtam ſummam uno momento ſol-
uere, ſed diſtributè, in tempus ſuæ uitæ: ibi, ita
quod temporæ ſuæ uitæ medietas dictorum legato-
rum ſit ſoluta. &c. In hoc autem puto ſic conſi-
6 derari debere † quod ad arbitrium commiſſariorũ:
quia dixit unà cum fideicommiſſariis ſuis, de
iſtis redditibus, annuatim detrahatur tantũ quan
tum eis iuſtũ uiſum fuerit, cõuertendũ in ſatisfa-
ctionẽ talium legatorum, vſquequo ipſis fuerit
de dimidia ſatisfactum, & ſi interim eam mori
contigerit, & vſumfructum finiri, licèt fortè mo-
reretur priusquam teſtator cogitauerit, nihilo-
minus tamen dimidia dictorum legatorum ſol-
7 uatur de bonis ipſius fructuariæ. Ex quo † enim
acceptauit legatum uſusfructus, uidetur acceptaſ-
ſe cum onere ſolutionis talium legatorum pro
dimidia, nec audiretur, uolens commodum lega-
ti, & recuſare onus ipſi legato iniunctum: argu.
C. de furt. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cùm in ſecunda
& de caduc. tollend. l. prima. §. pro ſecundo. Ex
quo patet, quòd ſi interim antequàm tãtum poſ-
ſit eſſe deductum de fructibus, quòd aſcendat ad
medietatem dicti legati, floren. centum, qui de-
bent conuerti in dotẽ dictæ Matthææ, ipſa Mat-
thæa peruenerit ad ætatem 16. annorum, & mari
tata ſit, & ſic de neceſſitate ſit dotem de præſenti
ſolui, hæredes ſi non habent pecuniam, potue-
runt grauari ad aſſignandum de bonis dictæ hæ-
reditatis mobilibus, & immobilibus, vſque ad
valorem dictæ ſummæ centum floren. uel tantò
minus quantum à muliere conſecuti eſſent: quia
non eſt dubium, quod illud ante omnia conuerti de-
beret in dotem, ſi extaret, & pro reſiduo, uel pro
rata dimidia dicti legati, ſi à muliere nil conſecu-
ti eſſent, ius haberent contra dictam vſufructua
riam obligatam ad ſoluendum dimidiam, ſecun-
dum formam ſupradictam, donec ipſam dimi-
diam eis integraliter ſoluerit qui iam legato in-
tegraliter ſatisfecerunt. Et ſecundum hoc puto
ſatisfieri etiam uoluntati defuncti, quam ſim-
pliciter ſequi debemus, & non uti tanta iuris
ſubtilitate, quòd illã modo aliquo ſubuertamus,
ut dixit tex. in l. ſi quis hæredem. C. de inſt. & ſub
ſti. ſub cond. fac.

Florianus de Sancto Petro de Bononia.

CONSILIVM D. MICHAELIS de Accoltis de Pontenano de Aretio V. I. Doctoris.

S V M M A R I V M.

1 *Pater an teneatur dotare iterum filiam, ſi dotem perdit. & numero 2. 9. 10. & 11. cum ſequentibus.*
2 *Dotare iterum non tenetur, qui ſemel dotauit.*

Præſtitur

3 *Præſumitur ſemper de aliquo, quòd aliquando diues efficietur, & in futurum bona acquiret.*
4 *Stimulus paternus ſemper conſilium ſalubre capit pro filijs.*
5 *Pater debens filiæ dotē, ſoluendo eius viro liberatur.*
6 *Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
7 *Infinitas non toleranda.*
8 *Iura ſemper interpretationem iniquam refugiunt.*
10 *Ceſſio actionum quomodo liberet.*
11 *Pater reſtitutam dotem filiæ ſecundò nupturę conſeruare debet.*
12 *Diligentis patris familiàs officium quale ſit in dotando filiam.*
13 *Patres qui filias deſpondent, conditionem & qualitatem generi cognoſcere putantur.*
14 *Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, ad arguendam culpam alicuius.*
15 *Culpa patris non debet filiam afficere.*
16 *Culpa ſolum culpanti, & non alij nocet.*
17 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non alij debet imputare.*
18 *Hæredes tenētur ad id ad quod tenebatur defunctus.*
19 *Inanis eſt actio quam inopia debitoris excludit.*
20 *Paria ſunt aliquid non eſſe, vel eßе, & non poſſe allegari.*
21 *Argumentum à communiter accidentibus valet.*
22 *Experientia efficax eſt magiſtra.*
23 *Nobilis ſine artificio vel induſtria communiter nihil lucrari præſumitur.*
24 *Coniecturæ in incertis, non certis locum habent.*
25 *Diſpoſitio legis prouidens quòd pater filiam dotet, non debet eſſe impoſita verbis, ſed effectibus.*
26 *Dos data non cenſetur, ſi data eſt non exiſtenti ſoluendo, à quo rehaberi non poteſt.*
27 *Mulier infelix eſt, quæ reperitur ſine dote.*
28 *Mulier debet habere, unde ſe, & ſuos filios gubernare, & ſubſtentare poſsit.*
29 *Filia nupta ſine dote, exiſtens in matrimonio, poteſt petere dotem ſibi conſtitui.*
30 *Pater ad dotandam filiam, officio iudicis ex æquitate cogitur.*
31 *Intellectus ad l. ſocius pro filia. ff. pro ſocio. & ſupra nume. 2.*
32 *Filia iterum à patre dotari debet, quoties ſine ipſius culpa dos amiſſa eſt. & nu. 36.*
33 *Caſus fortuitus intelligitur, qui humano iudicio prędideri non poteſt.*
34 *Culpa alicuius quando præcedit caſum, is de culpa tenetur.*
35 *Onus dotandi filiam, quod incumbebat patri uiuenti, concomitatur quemcunque habentem bona paterna.*
36 *Baldus doctor illuſtris.*

CONSILIVM XCIIII.

IN nomine Domini noſtri Ieſu CHRISTI, Amen. Satis liquidò, & euidenter ex deductis, & ſerioſè narratis in puncto pręmiſſo,
rectè intuenti conſtare videtur, quòd dicta domi
na Ioanna non poteſt petere dictam dotem à di
ctis ſuis fratribus, & hæredibus, ex teſtamento di
1 cti quondā Titii eorum communis patris; † qa
licet pater teneatur dotare filiam, ut habetur in
l. qui liberos. ff. de ritu nup. & l. fin. & ibi plenè
not. per Cyn. Bar. & Bal. C. de dot. promi. & no.
per Glo. in l. obligari. §. lege. ff. de actio. & ob-
2 liga. Tamen † ex quo ipſam ſemel pater dotarit,
iterum ſi viueret, ipſam pater dotare non tene-
retur, igitur nec tenentur dicti ſui filii & hære-
des, & hoc probatur expreſſè in l. ſi ſocius pro
filia. in uerſi. & ſi prior. ff. pro ſocio, dum ſubdit
& ſi prior maritus facere non poſſet, non denuò
de ſocietate conſtituendam dotem, niſi nomina-
tim ita conueniſſet. &c. Pro quo etiam facit, quia
iura dicentia, & diſponentia, quòd pater tenea-
tur dotare filiam, loquuntur de ſimplici dote, &
ſic de vnica dote, & donatione tantùm. argu. l. ſi
quis teſtamento. cum ibi not. ff. de leg. 1. & l. ſer-
uus. ſi hæredi. ff. de ſta. libe. & faciunt no. per Bar.
& Bal. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. de leg. 1. & facit. l.
fideicommiſſa. §. ſi quis. 10. de lega. 3. Item quia
ex quo præſumitur, quòd quis efficiatur diues,
3 & in futurum bona † acquiret: arg. C. arbit. tute.
l. ſi defunctus. caſu fortuito, & non culpa dicti
Titii dotantis dicta dos ammiſſa cenſetur. Item
hoc coadiuuat tam proxima ſanguinis coniun-
4 ctio: † quia ſtimulus paternus ſemper conſilium
ſalubre capit pro filiis. l. amiciſſimos. §. fi. ff. de ex
cu. tut. & ſic talis caſus fortuitus debet ſolū no-
cere creditori, cui ſolutum fuit, & ſic dicto Se-
io, & eius hæredibus, nō autē dicto Titio, & eius
hæredibus. & hoc notabiliter decidit Bald. in l.
fin. C. de dot. promiſ. in uer. ſed nunquid. eo ca-
ſu quo tenetur dotare ſi ſemel dotarit &c. Pro
5 quo etiam facit; † quia pater conſtituendo dotē
congruam filię, & ſoluendo eius uiro, ut ſoluit
dictus Titius, iuri & debito iuris, perfectè & in-
tegrè ſatisfecit: igitur plenè, & in perpetuum de
6 bet intelligi à tali obligatione legali ligatus: † qa
ſolutione eius quod debetur omnis tollitur obli
gatio, inſti. quib. mo. tollitur oblig. in prin. Item,
quia & ſi ſecus diceretur eſſet ualdè onerosum
7 ipſi patri, & eſſet † quaſi infinitatem induce-
re, videlicet, quòd ſi multis, & multis uicibus
hoc contingeret, dotem denuò dare teneretur,
quod omninò eſt euitandum, iux. plenè not. per
Bar. in l. qui bona. §. fi. & l. ſi finita in prin. & ibi
Dyn. ff. de dam. infec. Et ideò talis legis interpre
8 tatio eſt omninò euitanda; † quia ſemper inter-
pretationem iniquam, iura refugiunt. l. penul. ff.
ad exhiben. & l. ſerui ueſtri. cum ibi not. C. de no
xalib. & not. plenè per Bar, & Bal. in l. omnes po
puli ff. de iuſt. & iur.
9 Prætereà † ex quo pater ſibi & ſuis hæredibus
ſtipulatus fuit dictam dotem ſibi reſtitui, & ſol-
ui in omnē caſum & euentum dotis reſtituēdæ,
uel conſignandæ, tenentur ſolum dicti hæredes
patris dictam ſtipulationem dictę dominæ Ioan

næ,remittere, iuxta ea quæ not.per Iaco.de Are.
in l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de leg.3.& not.
10 per Bald.in l.fin.C.de dot.promiſ.vnde † ſolùm
tenentur cedere actiones quas habent contra hę
redes dicti Sei ipſi D.Ioannæ.l.quod debetur.ff.
de pecu.

11 Sed præmiſſis† non obſtantibus contrarium
puto de iure dicendum . Nam pater dans dotem
pro filia eius viro ſtipulans eandem ſibi , & ſuis
hæredibus reſtitui, debet diligenter prouidere
date tali,& ita & taliter,quòd eandem dotem in
caſu ſoluti matrimonii, morte uiri poſſit rehabe
re,& conſequi:ut eam pro ipſa conſeruet.quam
ſibi ſecundo nubenti , abſque diminutione dari
debet,niſi clades patri ſuperuenerit, ex quo eius
patrimonium clade ipſa , & caſu fortuito fuerit
diminutum:ut in auth.ſed quamuis.cum ibi not.
per Doct.C.de rei vxo.actio.& in corpore unde
ſumitur. §. quia verò. cùm ibi no. etiam ſi filia
aliunde fuerit locupletata, & per Do.Bartho.de
Salyc.in d. auth. ſed quamuis.Sed dictus Titius
pater,dando dotem dicto Seio nobili non exiſtē
ti ſoluendo,& nullam ſubſtantiam habenti.tali-
ter non prouidit, ut prouidere debebat,pro con
12 ſernatione dotis pędictæ, † & ut diligens pater
familiàs, prouidiſſet:ergo fuit in culpa taliter do
tem dando:arg.l.ſi creditores.cùm ibi not. ff. de
priuileg.credit.& ff.vt in poſſ. leg.l. ſi is à quo. &
per plenè notata per D.Ang.de Peru.in l.nemo
carcerē. C.de exact. trib.lib. 10. Faciunt not.per
13 Bar. plenè in l.quod Nerua.ff.depoſiti. † Sciuit
enim, vel ſcire debuit conditionem , & qualita-
tem dicti Sei uiri dictæ ſuæ filiæ, antequàm di-
ctam ſuam filiam ſibi nuptui traderet,& dotem
14 daret, ut l.qui cum alio.ff. de reg. iur. † quia ad
arguēdum culpam alicuius, paria ſunt ſcire, uel
ſcire debere. l. quod te. cùm ibi plenè not. per
15 Doct.ff.ſi cer.pe.† ergo culpa patris,non debet
16 filiam afficere; † quia culpa ſolum culpanti, &
non alii nocere debet. C. de iur. dot.l. ſi dotem.
& ibi not.plenè per præfatum D. Bart.de Salyc.
Et ideo pater , uel eius hæredes , dictæ dominæ
Ioanne de nouo dictam eandem dotem dare te-
17 nentur.ex quo culpa patris amiſſa eſt; †quia dā-
num quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alii
18 debet imputare;ut l.damnum.de regu. iur.† &
ad id tenentur hæredes dicti patris,ad quod tene
batur defunctus.l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig.l.in
his.§.1.ff.de reg. iur. Nec poſſunt hæredes dicti
Titii patris allegare in præiudicium dictæ domi-
næ Ioannę dictam dotem eidem dominæ, uel al
teri pro ea datam eſſe, ex quo fuit data dicto Se-
io, non exiſtenti ſoluendo , & pœnitus inopi ,
quia ex quo culpa patris fuit data non exiſtenti
ſoluendo,quo ad iuris effectum habetur pro nō
19 data, & maximè †quia inanis eſt actio,quā ino
pia debitòris excludit:ut l.nam is. ff. de dolo. Et
20 † paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe , & non
poſſe allegari. ff. de manu. teſta. l. qui habebat,
cum ibi not.

Nec obſtant ſupra in contrarium dicta & al-
legata:quia quilibet præſumitur ditari.&c. quia
ex hoc non tollitur culpa & negligentia dicti pa
tris & maximè quia non fecit quod diligens pa
21 terfam.feciſſet † atq. & præcipuè ſumptio à com
muniter accidentibus,quod eſt ualidum de iure.
l.certi condict.§.ſi nummos ff.ſi cer.pet.& not.
in l.fi.C.de hæred.inſti. & probatur in d. l. cum
dotem. cùm ibi not.per Glo.& Bartho. de Sa-
ly. C.de iure dot. Nam communiter diligentes
patres fam. dantes dotes pro filiabus ſuis , dant
viris idoneis , & idoneas facultates habentibus,
& poſſidentibus,ſecundum quantitatem dotis ,
vel taliter ſibi prouident , ut commodè in caſu
reſtituendæ dotis , ipſam dotem conſequi poſ-
22 ſint,†ut experientia facti,quæ rerum efficax eſt
23 magiſtra,hoc luce clarius oſtendit,†& quia no-
bilis ſine artificio,uel induſtria,communiter ni-
hil lucratur;prout erat dictus Seius; pro quo fa
ciunt plenè,& diligēter not.in Spe.in tit.de iud.
§.ſequitur.circa princ. Nec affectio paterna exi-
mit ipſum à culpa. Quia ſupradicta in contrariū
allegata procedūt in caſu dubii.Sed hoc erat cer
tum,& indubitatum, ſcilicet dictum Seiū uirū,
dicto Titio ſocero non eſſe ſoluendo tempore
24 dictæ dotis datæ ergo, &c. † quia in incertis ,&
non certis , locus eſt coniecturæ.l ille. aut ille.§.
j cum ibi not.per Bar.ff.de leg.j. Quod etiam cō
25 firmatur;†quia diſpoſitio legis prouidēs , quòd
pater dotet filiam, non debet eſſe impoſita uer-
bis,ſed effectibus.l.2.in fi.cum ibi not.C.comu.
de leg. Vnde debet intelligi cum effectu,ut pater
det dotem tali,& taliter , quòd filia continuò ha
bere poſſit dotem,& conſequi in caſu reſtituen
26 dæ dotis : † quia non cenſetur data , ex quo eſt
data tali non exiſtenti ſoluendo , & ſic rehaberi
nō poteſt: argu.l.ſi pater §.verſum. ff.de in rem
verſo.& l.inter Caſtellianum . cum ibi not.ff.de
arbit.& per Bart.in l.ſi fideiuſſor.§ fi. de lega.j.
Requirit nanque datio dotis,ut continuò duret,
& rehaberi poſſit, quia in ſe habet tractum ſuc-
ceſſiuum,& maximè, ut cum ea ſecundò nubere
poſſit.& etiam quia ad hoc ſuccedit loco alimen
torum,quæ habent cauſam cōtinuam & ſucceſ-
27 ſiuā.iux.no.per Doct.in l.ſcimus C.de nup. † Et
quia infelix eſt mulier, quæ reperit ſe ſine dote :
vt probatur in l.fi.circa prin.C.de iure dot.& ibi
per Bal.qui dicit ad propoſitum, quia infelix eſt,
28 † maximè ex eo,quia ſe & ſuos filios gubernare,
29 & ſuſtentare non poteſt. Per † quo etiam facit,
quod not.Bal.in l.j.ff.ſol.mat.ſcilicet, quòd etiā
filia nupta ſine dote , exiſtens in matrimonio,
poteſt petere dotem ſibi conſtitui. Et hoc etiam
30 potiſſimè dicendum eſt, & concludendū,†quia
pater ad dotādum filiam , tenetur officio iudicis
ex ęquitate: ut nota. Docto. in dicta l. fina. C.de
dot.promiſſ. Vnde qua æquitate dotare à princi-
piò tenetur, eadem æquitate denuò dotare tene
tur,ſi dos prima ſine culpa mulieris amiſſa eſt,
pro quo faciunt plenè nota. per Barto. in l.2.ff.

de ſi-

de fideiuſſorib. & facit l.prætor.§.penulti ff. de ope.no.nuncia. l.ſi is à quo.in fine.ut in poſſeſ. leg.prout verè, & veriſſimè eſt in caſu propoſito:quia ſine culpa mulieris dicta dos fuit amiſſa; quia pater fuit ille qui dotem dedit, & qui debebat prouidere,dare idoneo, à quo poſſet repetere,ut ſupra dictum eſt,& ſic non obſtant no.per
31 Bald. in l.fina. C.de dot.promiſſ. † Item d.l.ſocius pro filia. loquitur in ſocio,qui vigore ſocietatis conſtringitur,ſed ſecus in patre, qui ex officio iudicis,quod ſuper æquitate fundatur:ut l. Quintus.ff.de annu.legat.& l.cùm poſtulant. de dam.infect.

Et ex charitate naturali filiam dotare tenetur.

32 Vnde qua æquitate & † charitate tenebatur primò dotare,teneturetiam denuò dotare,quando dos primo data ſine culpa filiæ amiſſa eſt, ut ſupra dictum eſt.

Præterea non poteſt dici dicta dos omiſſa caſu fortuito,ſed mera culpa patris,vt ſupra dictū
33 eſt, † & quia caſus fortuitus eſt ille cui humano iudicio prouideri non poteſt. l. quę fortuitis. & ibi Bald. C.de pignor.actio.Sed dictus pater dictę dominę Ioannę dando dictā dotē, poterat ꝓ videre, ut ſupra dictum eſt: ergo culpa patris;& non caſu fortuito,dos amiſſa eſt. Pro quo etiam
34 facit; † quia quando culpa præcedit caſum,quis tenetur de caſu. l.item ſi obſtetrix.in fin.ff.ad leg. Aquil.Item ex quo pater dictæ dominæ Ioannæ in teſtamento ſuo, ſuos filios maſculos hæredes vniuerſales inſtituit,dictæ dominę Ioannæ competit ius habendi,& conſequendi dictam dotem præcipuam à dictis filijs, & hęredibus dicti Titij patris ſui: vt probatur expreſsè rectè intelligendo. in l. fina. cum ibi notatis. per Docto.C. commu.vtri.iudi.& faciũt not.per Bartholo. de Saly.in l.j.§.videamus.C.de rei vxo.action.& C. de iur.dot.l.auia.& p Dyn.Bartol.& Bald.in l. inſulā ff.ſol.mat. in princ. Item hanc quæſtionē notabiliter determinare videtur Cy.in d.auc.ſed
35 quamuis.C.de rei vxo.acti.dum ſubdit,ꝙ † onus dotādi filiam,quod incumbebat patri, donec uiuit,concomitatur quemcunque habentem bona paterna:arg.l.ſecundum naturam.de regu.iur.Et dicta domina Ioanna habere tantam quantitatē pro dote ſua ab hæredibus dicti ſui patris,quantam dedit dictus pater ſuus dicto Seio,olim viro ſuo,per ea quæ ſupradicta ſunt, & quia licet dos fuerit promiſſa,& data dicto Seio, uiro olim dictæ dominæ Ioannæ,tamen dictæ dominę Ioannę acquiſitum fuit ius, petendi dictam dotem, quia pro ea,& eius nomine conſtituta, promiſſa, & data fuit,iuxta plenè not.per Bartholo. de Saly.in d.l.1.§.accedit.C.de rei uxo.act.pro quo etiā facit.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator. cum ibi nota.de leg.1.& l.fideicommiſſa.§.interdum.cū ibi not.per Barto.de lega.3. Item hoc eſt expreſsè,
36 & notanter deciſum † per pręlatos Doctores illuſtres,uidelicet D.Bal.C.de colla.auct. quod locum.vbi notabiliter decidit,quòd ſi filię non poteſt imputari culpa lata, uel leuis in amiſsione dotis,pater ipſam filiā de nouo dotare tenet̃, & probatur per tex.dictę auctenti.& in corpore vnde ſumitur,& per D.Bartho.de Saly.in d.aucten. ſed quamuis.in fin.vbi idem concludit,ſcilicet, quòd ſi nō poteſt filiæ culpam imputari in amiſſione dotis,ꝙ pater de nouo dotare filiam tenetur,& hęc concluſio eſt iuri & ęquitati conſona.

Nec obſtāt ſupra in cōtrarium allegata: quia per prędicta apparet ſufficienter reſponſum. Ex quibus dico, & concludo, quòd dicta domina Ioanna poteſt petere dictam dotem à dictis ſuis fratribus,hæredibus vniuerſalibus,ex teſtamento dicti quondam Titij eorum communis patris. Laus Deo.

Michael de Accoltis de Pontenano de Aretio.

CONSILIVM D. ANGELI DE Gambellionis V.I.Doctoris. In caſu præmiſſo.

SVMMARIVM.

1 Pater an teneatur dotare iterum filiam quæ dotem perdidit,per totum conſilium.
Culpa ubi non eſt,ibi non debet eſſe pœna.
2 Pater non nobilis dando dotem pro filia genero nobili, tamen facultatibus non idoneo, videtur dotem cum nobilitate compenſare.
3 Nemo ſperare debet aduerſum caſum.
4 Quilibet ſperare poteſt quem lucratiuum.
5 Nobiles lucrari poſſunt eundo per officia.
6 Argumentum ualidum de diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem legalem.
7 Pater grauando filios maſculos hęredes inſtitutos de dote & certo legato pro dote ſororis, intelligitur grauare de vnica præſtatione.
8 Intellectus ad l.finalem.C.de dotis promiſ.
9 Dos eſt proprium patrimonium filiæ.& nu.20.
10 Filius legitimam quam à patre recepit,ſi conſumpſit, aliam petere non poteſt.
11 Dos an amiſſa ſit culpa filiæ conſiderandum eſt, & non,an interuenerit culpa patris dotantis: vt iterum habeat uel ne dotari.
12 Dotis poſſeſſionem maritus habet conſtante matrimonio.
13 Paria ſunt non habere actionē,vel inutilem habere.
14 Dotis beneficium eſt inter alia vt ex ea mulier ſe alere poſſet & ſuos filios.
15 Filia dotata à patre (ſi dos amiſſa fuerit ſine culpa eius) iterum à patre, ſeu eius hæredibus eſt dotanda.
16 Frater tenetur dotare ſororem pauperem.
17 Dos & alimenta æquiperantur.
18 Frater qui fuit hæres patris tenetur alere ſororem.
19 Tutor pupilli tenetur alere & inſtruere ſororem pauperem pupilli.
21 Mulier debet habere vnde ſe & ſuos filios alere, & gubernare poſſit.

CON-

CONSILIVM XCV.

IN CHRISTI nomine Amen. Viſo di-
cto puncto, & diligenter examinato, vltra
elegantiſſimè deducta, & serioſè allega-
ta per præfatum conſultorem famoſiſſi-
mum, dominum Michaelem, uidetur mihi pri-
1 ma facie, † quòd dicta domina Ioanna non poſ-
ſit dictam aliam dotem à dictis ſuis fratribus hę
redibus dicti Titij eorum communis patris pe-
tere. Quod probatur ſic, vbi nulla culpa, ibi
nulla pœna: vt l. culpa caret. & ibi not. ff. de reg.
iur. ſed dictus Titius pater dictæ dominæ Ioan-
næ, non fuit in culpa, maritando dictam domi-
nam Ioannam dicto Seio nobili, licet non eſſet
idoneus facultatibus, quoniam ipſe Titius pa-
ter, vt audio, non erat nobilis; vnde maritando
2 filiam ſuam Seio nobili, † videtur emiſſe nobili-
tatem dicti Sei, & cum nobilitate dicti Sei com-
penſaſſe dotem, quam ei pro dicta eius filia de-
dit: vt not. Glo. Cyn. & alij, in l. ſi uoluntate. C.
de dot. promiſſ. & not. Bar. in l. ſi diuortio. ff. de
uerb. oblig. & in l. ſi ſtipulatus fuero te ſiſti. §. ſi.
eo. ti. ergo cùm à principio dictus Titius pater
prædictus, bonam electionem fecit, ſecundum
etiam quod communiter fit, licet poſtea malè
fuerit fortunatus, ſibi & dictæ dominæ Ioannæ,
videlicet, quòd dos non poſſit de hęreditateq; di-
cti Sei mariti prædicti exigi, non debet ei impu-
3 tari: † quia ipſe non ſperabat, neque ſperare de-
bebat aduerſum caſum, & aduerſam fortunam
dicti Sei, ſeu ſui generis: vt l. inter ſtipulantem.
4 §. ſacrã. de verb. oblig. immò † ſperabat & ſpera-
re poterat ipſum lucrari: vt l. ſi defunctus. C. ar.
tu. vbi quilibet pręſumitur lucrari, nec diſtin-
guit nobilem ab ignobili: igitur generaliter eſt in
telligenda: ut l. de pretio. ff. de publ. & maximè
5 † cũ nobiles poſſint lucrari, maximè eundo per
officia: vt l. certi iuris. C. de iudicijs.
6 Pro hoc etiam facit: quia licitum † eſt arguere
de diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem lega
lem: vt l. j. C. de his quib. ut indig. quoniã diſpo
ſitio teſtatoris eſt lex, ut in §. diſponat. in auctẽ.
7 de nupt. ſed † ſi teſtator grauat filios maſculos
hęredes inſtitutos. de dote & certo legato pro
dote ſororis, intelliguntur grauari vnica præſta-
tione tantum, quoniam lex non præſumit teſta-
torem voluiſſe duplici præſtatione, & onere gra-
uare filios: vt eſt tex. in l. Titio teſtamento. §. pen.
8 ff. de leg. 2. Sed † l. fin. C. de dot. promiſſ. cum
ſimi. grauat patrem ad dotandum filiam, ergo nõ
eſt credendum, nec veriſimile, quòd voluerit
ſecunda pręſtatione, & ſecundo onere dotandi
filiam, dictum patrem, uel eius hęredes, qui re-
pręſentant perſonam patris vt in auct. de iureiur.
à moriente præſtito. §. j. grauare. facit. l. bone. §.
hoc ſermone. ff. de verb. ſig. Pro quo etiam facit:
9 quia † dos eſt proprium patrimonium ipſius fi-
liæ: vt l. 3. §. ſed vtrum. uerſ. ergo etiam filiam.
ff. de mino. in tantum quòd computatur in legi-
timam ſuam ſibi, & etiam filijs ſuis, & ſic nepo-
tibus quo ad auum, ut l. quoniam nouella. C. de
inoff. teſta. & ibi not. & l. illam. & l. illud. & ibi
not. C. de collat. & not. plenè Bar. in l. in quar-
10 tam. ff. ad l. Fal. Sed † ſi pater in uita dediſſet fi-
lio ſuam legitimam, licet filius eam perdidiſſet,
amplius petere non poteſt: vt l. j. §. vnde ſi patẽs.
ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus. ergo nec
dicta domina Ioanna, quę ſemel habuit ſuam le
gitimam & ſuam portionem, licet dicta portio,
ſeu legitima ſit perdita, amplius aliquid in bo-
nis patris petere non poteſt.

Sed his non obſtantibus, contrarium de iure
uerius credo, ad quod videndum, ſciendum eſt,
quòd in hac materia ſolum, & dumtaxat inſpi-
11 ciendum eſt † vtrum dos ſemel data à patre fi-
liæ ſuæ, fuerit amiſſa culpa ipſius filię, nec ne, nõ
autem inſpiciendum, vel conſiderandum eſt,
vtrum pater dotando filiam in eligendoq; maritũ
non idoneum facultatibus, fuerit in culpa, nec-
ne, vt vult expreſſè tex. in auct. quod locum, &
in corpore vnde ſumitur. C. de collatio. Sed in
caſu noſtro nõ pręſupponitur, quòd dicta domi
na Ioanna fuerit in aliqua culpa, nõ maritando,
quia ipſa non ſe maritauit, ſed Titius eius pater,
vt patet inſtrumento dotali, non dilapidando,
quia non dilapidauit, nec dilapidare poterat, con
ſtante matrimonio dictam dotem, cùm ipſa do
mina Ioanna non poſſideret, nec dominium de
12 ea haberet, ſed † poſſidebat, et dominiũ habebat
dictus eius maritus. vt l. doce. cũ ſua materia. C.
de rei vendi. Nec etiam aliquã culpã cõmiſit uel
committit, ſeu committere poteſt in non exigen
do dictam dotem, quia nõ poſſet ſi vellet. Primò
quia ei non competit actionem, conſolidationis,
quoniam pater ſibi ſoli, & hæredibus ſuis, fuit ſti
pulatus: vt patet ex dicto inſtrumento dotis, me
ritò, &c. vt not. plenè Bar. in l. poſt dotem. verſic.
circa ſecundum quid iuris &c. & in ver. circa ter
tium, ſcilicet quid iuris. &c. ff. ſol. mat. ac etiã for
tius, quia etiam ſi haberet actionem fruſtratoria
eſſet, quoniam hæreditas dicti Sei ſui mariti, nõ
13 eſt ſoluẽdo: vt l. nã his. ff. de dolo, & † paria ſunt
non habere, vel inutilem habere: ut l. quoties. ff.
qui ſatiſd. cog. Ex quo ſequitur, quòd cum ali-
quo modo non poſſit comprehendi aliqua cul-
pa etiam leuis, vel etiam leuiſſima dictæ dominę
Ioannę, & de pręſenti non poſſit ſe, & filios ſuos
14 alere: quia † inter alia beneficia dotis eſt, ut mu
lier poſſit alere ſe, & filios ſuos ex dote: vt not. in
l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & in l. ſi conſtante. ff.
15 ſol. mat. in princ. & ibi Bart. non eſt dubium † ꝙ
dicta domina Ioanna poteſt petere iterum à con
fratribus ſuis, & hæredibus ſui patris dotari, &
alios florenos 300. ſibi dari, & cõſignari: & iſta
eſt clara, & vera deciſio Glo. in l. ſi cum dotem. §.
1. ff. ſol. mat. & ibi hoc expreſsè firmat Bart. Pro
16 quo multum facit: quia † frater tenetur dotare ſo
rorem pauperẽ ex eodem patre natam, ſed dicta
domina

domina Ioanna nunc eſt pauper: quia non habet aliquam dotem, & eſt nata ex eodem Titio communi patre, ergo ſui fratres hæredes dicti Titij, eorum commuois patris, teoentur dotare dictã dominam Ioaonam: ut de hoc eſt caſus, & ibi Gl. & Bar. in l. cùm plures, §. pen. ff. de admi. tuto. facit quod not. Glo. & Cyn. in l. non minus. C. eo.
17 titu. pro hoc etiam, quia † dos & alimeota æqui parantur: ut not. Doctor. in l. ſcimus. C. de nup.
18 ſed † frater, qui fuit hæres patris, tenetur alere ſororem: vt l. qoi filium. ff. vbi pup. edu. debet.

19 In tantum † quòd etiam imputatur tutori, ſi ſororem pauperem ſui pupilli non alimentauit, & ipſam non inſtruxit. ut d. l. qni filium, & l. 1. §. 2. in fi. §. fi. ff. de tute. & ratio. diſtra. cùm ergo frater, pupillus, & ſic priuilegiatus, teneatur alere ſororem: ergo tenetur dotare.

Non obſtat alleg. in contrarium: & primò lex ſi voluntati: quia poſito quòd pater dicatur emiſſe nobilitatem generi, & tuncio nihilo peccauit, tamen cùm dictæ dominæ Ioannæ non poſſit aliqua culpa imputari, iterum à dicto patre, vel à ſuis filijs, & hæredibus dotanda eſt: vt d. auth. quod locum.

Nec obſtat. l. Titia, quia alio caſu loquitur: vt patet ex ſui lectora.

20 Non † obſtat, quòd dos ſit patrimonium filię & debeat in legitimam computari; quia illud eſt uerum ſi tempore mortis patris, verè & realiter haberet dotem, ſed tẽpore mortis dicti Titij ſui patris dicta domina Ioanna non habuit realiter, nec aliquo alio tempore dotes ſuas, nec habere poteſt à dicto olim uiro ſuo, propter exiſtentiam non ſoluendo merito, &c.

Ex quibus clarè concluditur, quòd dicta domina Ioaona poteſt petere à dictis ſuis fratribus hæredibus eorum communis patris iterum dotari in quantitate aliàs data, per communem eorum patrem: ut authenti. quanuis. C. de vxor. rei
21 actiooe. ut, † vel poſſit iterũ maritari, vel vt poſſit ſe & filios proprios alere, & gubernare: vt. d. l. vbi adhuc. cum ibi not. per Doctores. C. de iore dot. & per conſequens, ut habet dictam quantitatem loco ſuæ legitimæ portionis: ut d. l. quoniam oouella. C. de inoffic. teſtam. Et ſic concludo idem quod præfatus dominus Michael.

Ego Angelus de Gambilionibus de Aretio.

CONSILIVM D. ANGELI DE Gambilionibus Aretini V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta domina & vſufructuaria quandiu vixerit, & vitam uidualem duxerit, reſpectu partis in qua filius vel filia inſtituitur, cenſetur ſolum vſuaria, ſeu alimentaria, quo ad partem extranei hæredis cenſetur vſufructuaria.*

2 *Filia hæres inſtituta, ſi petat ſe immitti in bonorũ poſſeſsionem, & cum cohæredibus petat diuiſionem, non dicitur moleſtare nouercam relictam vſufructuariam, ſi ei offerat alimenta.*

3 *Vſuarius, vel alimentarius non poſsidet ciuiliter, neque naturaliter.*

4 *Verbum, moleſtare, diuerſimodè capitur.*

5 *Corpora hæreditaria quæ ad oculum demonſtrari poſſunt, recipiunt diuiſionem hominis, ſecus nomina debitorum & creditorum, quæ ipſo iure in portione hæreditaria diuiſa intelliguntur à lege. nume. 6.*

7 *Subrogatum, naturam ſubrogati ſapere debet.*

8 *Iudicis arbitrium, in diuiſione, quale.*

9 *Creditor hæreditarius exigit ſibi debitum à quolibet hærede, ſeu cohæreae pro portione in qua eſt inſtitutus & non in pluri, etiam ſi creditor eſſet priuilegiatus, vt fiſcus: niſi creditor deberet conſequi rem indiuiſibilem, cùm tunc quilibet hæredum in ſolidum conueniat. nu. 10. vel niſi eſſet creditor in diem, & vnus ex hæredibus dictam rem poſſideret. nu. 11.*

12 *Forma dat eſſe rei.*

13 *Forma ſeu ſolennitas data à teſtatore ſeruanda eſt, aliàs etiam in fauorabilibus actus vitiatur.*

14 *Copulæ interpoſitio requirit vtrunque extremum verificari.*

15 *Executrix nuda teſtamenti, ſi vendit non ſeruata forma tradita nihil agit, & venditio per hæredes poteſt de facto retractari.*

16 *Fæmina eſſe poteſt nuda executrix.*

17 *Miniſter æquiperatur tutori.*

18 *Executor tenetur reddere rationem hæredibus actione negotiorum geſtorum utili ad ſimilitudinem curatoris.*

19 *Debitor vel obligatus ſine ſui culpa cedendo actionem contra ſuum debitorem, liberatur à ſuo creditore.*

20 *Damnũ ſentiens ſui ipſius culpa, ſibi debet imputare.*

21 *Creditor hæreditarius imputare debet in ſuo credito omne quod detraxit, ſeu conſequutus eſt à dicta hæreditate.*

CONSILIVM XCVI.

PVNCTVS.

NARDVS Petri de Burgo ſuum vltimum condidit, & ſolenne teſtamentum, in qno inter cætera reliquit, D. Stuldinam ipſius teſtatoris vxorem dominam, & vſufructuariam omnium ſuorum bonorum mobilium, & immobilium, quandiu uixerit, & vitam vidualem ſeruauerit cum omnibus ſupellectilibus. Item reliquit eidem uinum, granum, & pannos liberè, nec de aliquibus fructibus teneatur reddere rationem, & ſi infraſcripti ſui hæredes dictam dominam Stuldinam moleſtarent in dicto legato, ſeu alter, uel aliquis ipſorum, ex nunc ipſum moleſtantem, vel alterum ipſorum moleſtantiom ab eius hæreditate priuauit, & priuat, & damnat,

nolens

nolens ipſam dominam Stuldinam moleſtantē
quo quomodo ſibi hæredem ſore.aut aliquid de
bonis ſuis attingere, & habere. item diſpoſuit,
quòd pro integra ſatisfactione omnium debito-
rum ſeu creditorum, & legatorum in dicto ſuo
teſtamento, quòd dicta domina Stuldina cum
Arrengucio Philippi,& quocunque alio, prout
ſibi dominæ Stuldinæ uiſum fuerit, poſſit, & va
leat de bonis ipſius teſtatoris, quibuſcunque vē
dere,& alienare,& creditoribus pecunias ſolue-
re, & integram ſatisfacere omnem pecuniȩ quā
titatem,cuicunque debitam. In omnibus autem
aliis ſuis bonis, prædictum Arrengucium Phi
lippi, & dominam Marietam filiam dicti teſta-
toris, & uxorem Nicolai magiſtri Nicolai, &
Catherinam filiam etiam ipſius teſtatoris æquis
portionibus hæredes inſtituit, cui Catherinæ
prælegauit pro dote ſua florenos 300.auri.Con
tigit,quòd mortuo dicto teſtatore,dicta domina
Stuldina plura uendidit de bonis dicti teſtato-
ris,& nō ſatisfecit alicui creditori, uel legatario,
ſed in priam utilitatem pretium ex uenditione re
dactum conuertit. Poſteà uerò dicta D. Marieta
uirtute l.fin.C. de edict. diui Hadria. tollen. im-
miſſa fuit in tenutam omnium, & ſingulorum
bonorum mobilium; & immobilium dicti teſta
toris pro tertia parte. Nunc autem dicta D. Ma
rieta petiit coram Vicario Terrȩ Burgi & obti
nuit diuiſionem fieri de & ſuper hæreditate di-
cti Nardi,cum dictis ſuis cohæredibus, ſecundū
formam ſtatuti Burgi,ſub rubri. de rerum com-
munium diuiſione, det electam, ſiue optionem
ſuo conſorti, ſiue conſortibus accipiendi partē
quam uoluerit, & ita dicta D. Marieta parata eſt
facere. Ex quo themate contingit de pluribus du
bitari. Primò quid ueniat in legato facto D.Stul
dinȩ Secùndò,an dicti hæredes, & maximè ipſa
D.Marieta ſit priuata hæreditate, & portione
ſua ex prædictis,uidelicet in primis petendo poſ
ſeſſionem bonorū,uirtute & conditione ex lege
fi.C.de edict. diui Hadria.tollen. & nunc ſecun-
dario petendo, & prouocando cohȩredes ſuos
ad diuiſionem bonorum dictæ hæreditatis. Ter
tio in caſu quo de dicta hæreditate dicta D.Ma-
rieta non ueniat priuāda,quo modo debeat par-
tes de bonis hæreditatis facere, attento quòd in
dicta hæreditate ſunt debita,& credita,& iura,&
actiones. Quartò an uendita per dictam Do.
Stuldinam ualeant,& teneant,attento,quòd de
pecunia & pretio ex uenditionibus redacto,ipſa
non ſatisfecit creditoribus & legatariis. Quintò
in caſu quo ualeant dictæ uenditiones, an dicta
D.Stuldina teneatur dictis hæredibus refunde-
re & reſtituere dictum pretium ex uenditionib.
redactis pro equali portione. Sextò, an dictus
Arrengucius, & dicta D. Marieta liberentur à
dicta Catherina, eorum cohærede in prælegato
eidem facto de florenis 300. auri, cedendo ei a-
ctiones contra dictam D.Stuldinam, ex eo: quia
per dictum teſtatorem fuit conceſſa licentia ven

dendi de bonis dicti teſtatoris pro ſatisfactione
legatorum, & creditorum, & per conſequens
etiam prælegati dictæ Catherinæ,& non ſatisfe
cit ipſa D.Stuldina.

Et quo ad primum quæſitum, quoniam eſt
clara deciſio Gloſſ.& Doctor & etiam quia non
ſum bene corpore diſpoſitus, paucis utar; &
1 ideò, † quòd ipſa domina Stuldina,quo ad par
tes dictȩ dominæ Marietæ, & Catherinæ filiarū
dicti teſtatoris,eſt ſolum vſuaria.ſiue alimenta-
ria,& ſic quo ad ſubſtentationem vitæ, dictȩ D.
Stuldinæ nō autem eſt uſuſfructuaria,ſed quoad
partem dicti Arrengucii hȩredis extranei dicti
teſtatoris,eſt vſuſfructuaria, ſecundum quòd de-
terminatum fuit in Curia Bul. Bon. vt not. Glo.
& Doctor.in authen.hoc ita. C.ſi mulier ſecun-
do nupſ.& Bar.in l.Titia.§ Titia.de leg 2.

Quo ad ſecundum quȩſitum ſimiliter dico,
2 † quòd ita D. Marieta non eſt priuata hæredita-
te, ſeu portione tertia hæreditatis dicti Nardi,
quamuis petierit ſe immitti in poſſeſſionem be
neficio l.fi.C.de edic.diui Hadri.toll. Ac etiam,
quia nunc petat dictam diuiſionem: nam cùm
dicta D.Stuldina,quo ad partem dictæ D.Marie
tȩ ſit tantum alimentaria, per conſequens ipſa
D.Marieta ſit proprietaria prædictæ ſuȩ portio-
nis,non poteſt dici facere contra mentem,& di
ſpoſitionem dicti Nardi teſtatoris,quia quilibet
hȩres inſtitutus in teſtamento non abolito, neq;
vitiato,poteſt petere ſe immitti in poſſeſſionem
ex beneficio d. l.fina.ut no.in d. l. fi. Ac etiam po
teſt agere familiȩ erciſcundȩ iudicio cum cohȩ-
redibus ſuis, ad diuiſionem hȩreditatis, ſiue hæ
res, quia agit familiæ erciſcundȩ iudicio, poſſi-
deat bona hȩreditaria, ſiue non, dummodo à co
hȩredibus aliis agentis dicto iudicio, non nege-
tur eſſe cohȩredem, vt habetur in l. 1. ff.famil.er
ciſcun.Sed in caſu noſtro dicta D. Marieta poſ-
ſidet bona hȩreditaria, & non negatur hȩres à
cohȩredibus ſuis: ergo iudicium famil. erciſ. ſibi
competit de iure. Nec ppea prȩdicta modo ali-
quo dicit facere moleſtiam dictȩ D. Stuldinȩ in
legato facto ipſi D.Stuldinȩ: quia cùm dicta D.
Stuldina ſit tātum alimentaria, ſeu uſuaria, quo
ad partes dictȩ D.Marietȩ, ut dictum eſt, neceſ-
3 ſariò ſequitur, † quòd ipſa D. Stuldina partem
dictȩ D. Marietȩ non poſſidet neque ciuiliter,
neque naturaliter: ut inſti.de uſu & habita. §. 1.
cum ſimili. facit quod habetur in l. naturali. in
4 prin.ff de acquirenda poſſeſſ. Vnde † uerba dicti
Nardi teſtatoris, intelliguntur ſecundum regu-
las iuris communis, quamuis uerba ſua ſint mul
tum lata: ut l.nemo poteſt. & quod ibi habetur,
ff de leg. 1.& quod ibi not.per Glo. & Bar. & in
l.codicillis.§.ſi de leg.2 & per conſequens intel
liguntur,quòd filiȩ dicti teſtatoris, non debeant
moleſtare dictam D. Stuldinam,in alimentādo
ipſam,& quo ad ipſum Arrengucium cohȩredē
extraneum intelliguntur, quòd in portione ſua
non debeat ipſe Arrēgucius moleſtare ipſam in
vſufructu

vſufructu : qa quo ad ipſum vſufructuaria eſt, vt
4 dictum eſt, & dictum † verbum moleſtare, poteſt
diuerſimodè intelligi ſecundum quòd ad perſo
nas refertur, facit quod habetur in l.2.ff.de offic.
procon.& lega. igitur cum dicta Marieta parata
ſit, & paratam ſe offerat præſtare alimenta, quo
ad partem ſuam debitam dictę D.Studlinę, non
dicitur modo aliquo moleſtare dictam D. Stul-
dinam in dicto ſuo legato, facit quod habetur in
l.acceptam.C.de vſur.& in l.obſignationem. C.
de ſolutio.& in l.ſi rem.§.ſi.ff.de pig.act.

Quo ad tertium quęſitũ, quo modo debet fie-
ri diuiſio de dicta hæreditate, & etiam breuiter
5 cõcludo, quòd † omnia corpora hæreditaria, quę
ad oculũ poſſunt demonſtrari, recipiunt diuiſio
nem fiẽdã ab homine: vt plenè habetur per Glo.
& Docto.in.l.ea quæ. C.fam. erciſcun.& in.l. hæ
6 redes.§ j ff.eod.tit Nomina † uerò debitorum, &
creditorum, & iura, & actiones actiuę & paſſiuę.
non recipiunt diuiſionem hominis, cum ipſo iu
re in portione hæreditaria: ex l. duodecim tabu-
larum, diuiſæ ſunt: vt eſt text.ad literam in d.l.ea
quæ & in.l j.C.ſi cer.pet.& in l.2. quod ibi not.
C.de hære.acti.cum ſimili. Preterea attenta for-
ma dicti ſtatuti ſub rubri.de rer.commu.diuiſ.ip
ſa Do.Marieta, quæ prouocauit ad diuiſionem
ſuos cohæredes, ſucceſſit in locum iudicis, corã
7 quo actum fuit dicto iudicio: ergo † naturam di
cti iudicis ſapere debet: vt l.ſi eũ.§ qui iniuriarũ.
8 ff.ſi quis caut.& per conſequens, ſicut † iudex poſ
ſet ſingulis cohęredibus, ſingulas res hęredita-
rias adiudicare. & ſicut iudex poſſet in pecunia
cõdemnare, vnũ ex cohęredibus cuius res ſibi in
parte aſſignata, plus ualeret quã alia tangente al-
terum cohæredẽ: ut inſti.de offi.iud.§. ſi fam. er-
ciſc & §.ſeq.facit.l.non amplius §.ſi.cum l.ſeq.
ff.de leg.j.& hoc ſi commodè dictæ res recipiũt
diuiſionem, aliàs autem poteſt unam rem, quæ
diuiſionem non recipit, vni inſolidum adiudica
re, alterum autem in pecuniam condemnare: vt
in d.§.famil.erciſ.verſ.quid ſi commodè. Et ſic
eodem modo poterit facere dicta D.Marieta, &
debet facere partes in dicta hæreditate, uidelicet
primo, quòd de creditoribus hæreditarijs nihil
diſponat, neque diuiſionem, neque cõſignatio-
nem aliquam faciat, quoniam, vt ſupra dictum
9 eſt. poteſt † quilibet creditor hæreditarius, ac etiã
neceſſitate petere creditum ſuũ, & ipſum exige-
re à quolibet cohærede proportione, in qua eſt
inſtitutus, & non in pluri: vt dictis iuribus etiam
ſi talis creditor eſſet priuilegiatus vt fiſcus: vt d.
l.2.C.de hæred. acti. facit l. pacto ſucceſſorum.
10 C de pact niſi † talis creditor hæreditarius debe
ret habere à dictis hæredibus rem indiuiſibilem,
quia tunc vnumquenque hæredem inſolidum
conuenire poteſt: vt. l.2. §.ex his.&. §.ſeq.ff.de
11 verb.oblig & quod ibi not. uel † niſi eſſet credi
tor in diem, & vnus ex hęredibus inſolidum di-
ctam rem teneret, & poſſideret, & facultatem rei
reſtituendæ, inſolidum haberet: quia tunc talis
creditor poteſt contra talem hæredem inſolidũ
agere: ut l.3.§ ſi hæres.ff.commodati.& not.ple
nè Bart. in l ſtipulationes non diuiduntur. ff.de
uerb.oblig. Item ipſa D Marieta in diuidendo
dictam hæreditatem, non uult, nec cogitur diui-
dere nomina debitorum dictę hæreditatis, quo-
niam ipſo iure diuiſa ſunt: vt in dictis iuribus ha
betur: & qlibet dictorũ triũ cohęredũ habet actio
nem contra quemlibet debitorem hęreditarium
pro tertia parte. ſed ſi ipſa D.Marieta uellet quã
dam noiationẽ, ſeu conſignationem facere de di
ctis noibus debitorũ & creditorũ dictæ hæredita
tis. & ponere in qualibet parte hæreditatis par-
tem ſuam, vel ponere dicta nomina debitorum,
& creditorum in vna parte, & de alijs corpori
bus hæreditatis facere duas partes, vel diuidere
dicta nomina debitorum, & creditorum ad libi-
tum ſuum, in quancunque partem uoluerit, il-
lud poteſt, dummodo animaduertatur, quòd no
minatio, ſeu conſignatio de nominibus credito-
rum, aliter facta, quàm pro tertia parte non prę
iudicet modo aliquo ipſis creditoribus hęredi-
tarijs, quin ſemper ipſi creditores nõ vadant ſẽ-
per contra vnunquenque hęredum prędicto-
rum, pro tertia parte: ut.d.l. pacto ſucceſſorum.
Quo ad quartam quæſtionem, an vendita per
dictam D.Stuldinam, ualeant, & breuiter dico,
quòd attendenda ſunt verba & forma dictarum
uenditionum. Nam ſi in dictis venditionibus,
ipſa D.Stuldina, vnà cum dicto Arrengucio, &
quacunque alia perſona eligenda per dictam D.
Stuldinam, arbitrio boni viri: vt plenè habetur
in l.in fideicommiſſa. §. quanquam. de legat. 3.
uendiderit pro ſatisfaciendo creditoribus, & le-
gatarijs hæreditarijs, tales vẽditiones valent, nec
modo aliquo per dictos cohæredes, vel alterum
ipſorum poſſunt retractari, ſed omnis venditio
facta per dictam Do.Stuldinam prędicta forma
non ſeruata, & in quo prædicta, uel aliud prædi
ctorum defecerit, uidelicet, uel quòd dicta Do.
Stuldina non vendiderit cum Arrengucio, &
cum quadam alia tertia perſona, uel vendiderit
nõ exprimendo, quòd volebat pro ſatisfactione
creditorum & legatorum, tunc talis vẽditio mo-
do aliquo de iure non ſortitur effectum: quia for
12 ma † eſt illa quæ data eſſe rei : ut l.Iulianus. §.
13 quantum.ff.ad exhiben.& † forma, ſeu ſolenni-
tas data à teſtatore, ſeruanda eſt, & ipſa non ſer-
uata, etiam in fauorabilibus actus vitiatur : ut l.
cum 2.§. cùm prætor.ff.de tranſact & l.qui Ro-
mę.§. Flauius. ff de verbo. obligatio. Vnde non
ſufficit, quòd dicta Do.Stuldina vendiderit vnà
cum Arrengucio, ſed requiritur, quòd etiam alia
perſona vltra Arrengucium, eligenda per dictã
D.Stuldinam interuenerit in dicta uenditione,
14 quoniam † ad uerificationem copulæ, & quę eſt
poſita in dicta particula dicti teſtamenti requi-
ritur utrũque extremum uerificari : ut l. ſi hæ-
redi plures.ff.de condi.inſti.& not. plenè Bart.
in l.qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.dub. Nec ſuf-

ficit

ſicit, quòd in uenditionibus prædictis, conſenſus dicti Arrengucii, & alterius perſonæ interuenerit, niſi in dictis uenditionibus fuerit dictũ, & expreſſum quod uendebat pro ſatisfaciendo creditoribus, & legatariis dicti Nardi, uel in caſu quo non expreſſerint dicta uerba, in ueritate dictum pretium fuerit conuerſum in ſatisfaciendo creditoribus, & legatariis dicti Nardi, aliàs ſi dicta cauſa ob quam fiebat dicta uenditio, non fuerit expreſſa, uel ſaltẽ, quod dictũ pretiũ non fuerit uerſum in ſatisfaciendo creditoribus, & legatariis, tũc talis uenditio facta per dictam D.
15 Stuldinã; ut † nudã executricẽ dicti teſtamenti non ualet arg. l. 1. §. non aũt. & l. fi. ff. exercit. & quod no. Bar. in l. ciuitatib. ff. ſi cer. pet. & in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ. Ex quo ſequitur, quòd talis uenditio non ſeruata forma debita, & quæ de iure non ſortitur effectum, poteſt per dictos cohęredes retractari de facto, quoniã dicti hęredes habent in dictis bonis taliter uẽditis, uel petitionem hæreditatis: ut l. 4. & l. licet minima. ff. de peti. hæred. uel habent rei uendicationem, uel publicianam: ut l. officium. ff. de rei uendic. & l. 1. C. ubi in rem actio. & in l. 1. ff. de publicia. uel habent illam eandem actionem, quam habebat Nardus defunctus in dicta re: ut l. ſi ab eo. ff. de pig.

Quo ad quintũ quæſitum, an dicta D. Stuldina teneatur refundere pretium redactum ex dictis uenditionibus, quæ de iure ualuerunt dictis cohæredibus, breuiter dico, quòd ſic, quia cùm dicta domina Stuldina fuerit nuda mini-
16 ſtra, quòd † quamuis fuerit fœmina eſſe potuit: ut not. in l. 1. §. proprio. C. de caduc. tollen. ad ſi-
17 militudinem tutoris; † cui miniſter æquiparatur, ut no. Glo. ſing. in l. tutela plęrunque. ff. de
18 tutel. tenetur † rationem reddere dictis cohæredib. & ponere calculum, & oſtendere quid expẽdidit de dictis pretiis redactis ex dictis uenditionibus, & quod creditum, uel legatum ſatisfecit: aliàs autem ipſa tenetur: ut not. Bar. in l. ſi quis Titio. ff. de leg. 2. & plenè in l. alio. ff. de alimen. & cib. leg. & Cy. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. & facit. l. 1. & per totum. ff. de tut. & rationib. diſtrahen. & tenetur actione negotiorum geſtorum: utili ad ſimilitudinem curatoris: ut l. curatoris: & quod ibi habetur. C. de neg. geſt.

Quo ad ſextum, & ultimum quæſitum, an dictus Arrengucius, & dicta D. Marieta, liberẽtur à dicta Catherina à dicto prælegato trecentorũ floren. cedendo actiones contra D. Stuldinam, breuiter dico quòd non, quia illa eſt regula ue-
19 ra, ꝙ † quoties quis ſine culpa ſua eſt obligatus uel ſine culpa ſua aliquis eſt debitor: tunc cedẽdo actionem contra ſuum debitorem, liberatur à ſuo creditore: ut l. cum fundus. §. ſeruum tuũ. in fi. & quod ibi habetur. ff. ſi cer. pet. Sed in caſu noſtro, dicta D. Stuldina eſt debitrix in dicto pretio redacto dictorum D. Marietæ, & Arrengucii, ex culpa dictorum D. Marietæ, & Arrengucii, quia debebant dictam D. Stuldinã cogere, & compellere ad ſatisfaciendum dictis creditoribus, & legatariis, & non permittere quòd dicta D. Stuldina prædictum pretium conuerteret in
20 ſui utilitatem: unde † fuerunt in culpa negligentia, & per conſequens eis debet imputari: ut in c. damnum. de reg. iur. in 6. vnde non liberãtur cedendo actionem dicta Catharena contra dominam Stuldinam. Sed ipſa Catharena debet habere à dicta Domina Marieta centum floren. & à dicto Arrengucio tantundem. Non autem debet habere à quolibet floren. 150. & ſic integrè tercenta, quia hæredi à ſeipſo legari, ſeu prælegari non poteſt: ut l. legatum. §. hæredi. ff. de leg. j. & per conſequens dicti centum floreni, & ſic tertia pars dicti prælegati cùm dicta Catharena adiuerit hęreditatem paternam, ſibi competunt iure hęreditatio, & in parte ſua confunduntur: ut d. §. hæredi. & l. miles. §. pro parte. ff. de leg. 2. & no. in l. filiab. §. fi. & l. filio. cũ ll. ſeq. & ibi Barto. ff. de leg. j. Et eodẽ modo dicta Domina Marieta ſolum poteſt petere à dictis ſuis hæredibus de ſuo prælegato centum flore. flore. 76. & duos tertios, & non plus, quia reliqui confunduntur cum ſua portione. Sed aduertendum eſt, ꝙ ipſa
21 Domina Catharena † debet imputare in dictis ducentis florenis omne id quod detraxit, ſiue cõſumpſit a die mortis dicti Nardi, citra de dicta hæreditate uel eius fructibus: ut l. incerti iuris. cũ l. ſeq. C. fam. ercis. & l. ut puta §. fi. & l. ſeq. cum ſimilibus. ff. eod. ti. Laus Deo.

Ego Ang. de Aretio.

CONSILIVM D. ANTONII DE Andarellis de Gradaria Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Inter Patrem & filium etiam quò ad profectitium peculium cadit obligatio naturalis.*
2 *Patria poteſtas quæ cauſat impedimentum ne filius patri obligetur, eſt de iure ciuili.*
3 *Obligatio naturalis non oritur ex iure ciuili, ſed de iure gentium.*
4 *Obligatio naturalis operatur in filio quòd ipſe agnoſcere habet bonam fidem, & non locupletari cum aliena iactura nu. 5*
6 *Nemo probibetur agnoſcere bonam fidem.*
7 *Filius ſub obtentu naturalis obligationis ſi patri vel alteri ſoluit, non repetit.*
8 *Obligatio naturalis impedit repetitionem ſoluti.*
9 *Ius quod quis non habet, trãſmittere non poteſt.*
10 *Teſtes duo omne probant uerbum.*
11 *Teſtis unius dictum ſuppletur alterius dicto.*
12 *Filius adminiſtrans bona paterna, licet ſeorſim viuat quod acquirit cenſetur profectitium.*
13 *Peculium recipit incrementum, & illud dicitur eiuſdem generis.*

Filius

14 *Filijs, operando circa res patris patri operari videtur.*
15 *Damnum contingens in peculio filij non faceret eum teneri patri uel fratribus.*
16 *Coniecturis locus eſt in incertis, & non in certis.*
17 *Poſſeſſio transfundit onus probandi in aduerſarium.*
18 *Filius operando in rebus patris. quatenus ex opera quæſitum eſt filio concedetur: & id quomodo intelligendum.*
19 *Pater dans filio fundum ut ſe alat, ſi filius ex fructibus ſuperlucratur, dicetur lucrum profectitium.*
20 *Gloſſa & Bartolus, ubi ſunt concordes, fatuum eſt dubitare.*

CONSILIVM XCVII.

IN NOMINE domini noſtri Ieſu
Chriſti. Ex facto præponitur, quòd ſer
Nicolaus filius Pauli, in patria poteſta-
te conſtitutus ſeorſum à patre habita-
uit, & artem tabellionatus exercuit, ac bona
paterna adminiſtrauit, ſe vxorem, & filios
aluit, & hoc tempore durante, plures poſſeſ-
ſiones, & prædia quæſiuit, & ſuo nomine emit,
& inſtrumenta in eius perſona ſouare fecit. de-
mum moritur, ſuperſtitibus filijs, vxore, & pa-
tre, demum moriuntur filij iſtius ſer Nicolai
ſuperſtitibus matre, & auo paterno: qui à mor-
te filij & citra iſtas poſſedit, & hodie poſſidet.
Dubitatur an iſta vxor ſer Nicolai ex perſona
filiorum, quorum eſt hæres, poſſit petere, &
conſequi dicta bona, & quid, & quantum ip-
ſi filijs remanſerint hæredes patris, ſcilicet ſer
Nicolai, & ipſa ſit hæres ipſorum. Addito quòd
ſer Nicolaus ad inſtantiam patris præſentis,
dum eſſet infirmus infirmitate, qua deceſſit,
fuit confeſſus dictas res, & bona quæſiuiſſe de
pecunijs, & rebus paternis. Ad quod reſpon-
ſum dando, dico, ſtante confeſſione præmiſſa,
1 quòd res careret dubio, inter † patrem enim, &
filium, etiam quo ad profectitium peculium, ca-
dit obligatio naturalis, vt probatur. ff. de condi.
inde. l. frater à fratre. & ibi Gl. & plenius Bart.
2 patria † etenim poteſtas, quæ cauſat impedi-
mentum, ne filius patri obligetur eſt de iure ci-
ui. l. nam & ciuium. ff. de iis qui ſunt ſui vel alie.
iur. & ſic ſolum impedit ciuilem obligationem
3 oriri non naturalem: quæ † oritur non ex iure
ciuili, ſed gentium ff. de regu. iur. l. cuius per er-
rorem. §. ij natura debet quem iure gentium da-
4 re & facere oporteret. Operatur † autẽ ipſa natu
ralis obligatio, quòd filius agnoſcere habet bonã
fidem, & nõ petere quod patris eſt. l. bona fides.
5 ff depoſi. & † non locupletari cum iactura pater
na. l. nam natura. ff. de cõdi. inde. hoc tenet Bar.
6 in ipſa l. frater à fratre. Nemo † enim prohi-
betur agnoſcere bonam fidem. ff. de admin. tut.
7 l. quoties. §. ſicut. Hinc eſt quòd † ſi quid fi-
lius ſub obtentu iſtius naturalis ſoluit, vel dedit
patri vel alteri pro eo, non repetit. ff. de in rem
uer. l. ſi pro patre. in princip. & not. Barto. in ip-
8 ſa l. frater à fratre. Impedit † enim ipſa natura-
lis obligatio repetitionẽ ſoluti. C. de iur. & fac.
ignorant. l. cùm quis. & ibi per omnes. Qua-
re cùm ſer Nicolaus fuerit confeſſus iſtas res pe-
cunijs paternis ſe acquiſiuiſſe, & ipſas patri cõſi
gnauerit, &c. dicendum eſt quòd filij ſer Nicolai
non habuerunt ius in iſtis bonis, nec ad ipſa po-
9 terant aſpirare, ſic nec mater eorum, cùm † in eã
non potuerint tranſmittere ius quod non habe-
bant, de acqui. rer. domi. l. traditio. De hanc au-
tem confeſſione rerum conſtat ex dicto duorũ
10 teſtiũ, in † quorũ ore ſtat omne uerbum, de iudi.
c. nouit. de teſti. c. licet ff. de teſti. l. ubi numerus.
qui teſtes optimè probant cùm ſer Iacobus ple-
nè deponat, & alter teſtis vltra ea q̃ ſpecificè de
ponit, addat ꝙ multę clauſulę interuenerunt, de
quibus nõ recordatur: & ſic verificatur id quod
11 deponit ſer Iacobus: & dictum † iſtius ſecundi te
ſtis ſuppleatur ex dicto ſer Iacobi, per ea quę ſin-
gulariter notant Bal. & Ange. ff. de eden. l. ſi quis
ex argentariis. § 1. maximè ut ex infra dicẽdis oſtẽ
detur, veriſimilia deponãt iſti teſtes, & ea quę rei
de qua agitur ſunt aptiſſima. ad quod. ff. de teſti.
l. ob carmen. cum ſimi. & in l. 3. eo. titu.

Sed vlterius habuit caſum propoſitum. latius
explicando dico quòd ſemota iſta confeſſione,
adhuc dicendum eſt, quòd iſtæ res ſint dicti Pau-
li, non filiorum, nec vxoris ſer Nicolai. Cùm
enim probari poſſit, quòd ſer Nicolaus gerebat
& adminiſtrabat bona paterna, tenendum eſt, ꝙ
ex bonis, & rebus paternis videatur acquiſiuiſ-
ſe, & ſic iſta bona ſint profectitia, & per conſe-
quens Pauli patris dicti ſer Nicolai, quanquam
ipſe eſſet artifex, ſeu notarius, quia vt præſup-
ponitur mihi ipſe habebat vxorẽ, & filios, quòs
de ſuo, & ſua opera alere tenebatur. Non de bo-
nis paternis. ff. de libe. agnoſ. l. ſi quis de liberis.
§. ſed & ſi filius. & quæ quærebat ex ſua opera nõ
erant tanta, quæ ſufficerent ad alimentationem
ſui & ſuę familię, & ad emendum bona quæſita
12 in totum vel pro parte, † quam ob rem ex re
patris videntur quęſitę, & ſic ſunt profectitia.
Hoc tenet Speculat. in titul. de iudic. in quarta
parte. §. ſequitur. verſic. quid ſi alter. ubi allegat
multa pro & contra, & finaliter videtur inclina-
re ſe quòd ſit profectitium, per l. ſi ita §. fina.
de vſu & habit. & per l. ſeruum. §. fina. de acqui.
rer. domin. quam ſententiam ſecutus fuit Do-
ctor ſubtilis Nicolaus de Matiarellis, vt refert
Bal. in l. certum. C. famil. erciſc. ea ratione: quia
13 † peculium recipit incremẽtum, & totum incre
mentum dicitur eſſe peculium eiuſdem generis.
14 ff. de peculio. l. peculium naſcitur. & quia † uide
tur operari patri operando: circa res eius. l. 2 §.
ſed uter. ff. de mino. & eius opera cedit peculio:
arg. ff. de oper. liberto. l. ſicut. Et quia ſicut in ca-
15 ſu econuerſo. Si damnum † contingeret in pe-
culio, non attribueretur imprudentię filij, ut pro
aliqua parte teneatur patri, vel fratribus. d. l. cer-

tum. ſic nec lucrum, ſed eſt patris,& hanc opin,
dicit Bal. eſſe veriſſimam de iure, licèt quandoq;
conſulendo æquitatem tenuerit quòd pars attri
bueretur filio Pauli Bonus vir arbitrari poſſet, &
eius opera quæſitũ eſſe, ut ipſe Bal. refert in ipſa
l. certum in fi.& tenuit Bar. in l. cùm oportet. C,
de bon quæ lib.

Quod in terminis noſtris non obſtat primò;
16 quia † in incertis non certis eſt locus coniectu-
ris. l Cõtinuus. § cùm ita. ff. de verbo. obliga ſed
hic nos ſumus & eſſe poſſumus certi, quòd ex in
duſtria ſer Nicolai iſta bona non fuerũt pro ali-
qua parte quæſita, pro eo. quia id quod ex indu-
ſtria quærebat vix ad alimentandum ſe & ſuam
familiã ſufficiebat, quæ alimenta non ex re pa-
tris, ſed ex ſua induſtria præſtare debebat.

Item & ſecundò, quia iſte ſer Nicolaus nullã
ſuam operam præſtitit in re patris, quia non erat
laborator Item nec mercer cum re paterna exer
cuit, ſed tantum iſta quæſiuit cum pecunia re-
dacta ex redditibus, & fructib rerum paternarũ,
quos fructus & redditus ſine ſua induſtria & ſine
labore impenſo in rebus paternis percipiebat.
Vnde in terminis noſtris ceſſat illa æquitas: quæ
mouebat Bar, & Bal. ne ſcilicet filius labore & in
duſtria ſua fraudaretur. ſ. filius § illo. C de ne ſer
uis hæred. inſtitu & ne operã ſuam quæ diuiſio-
nem recipiebat à re l. Seio ff de annu lega. lugeret ad alios eſſe deuolutam l cùm oportet C. de
bon. quæ libe.& pro hoc facit quòd pater ſer Ni
colai poſſidet iſtas res,& poſſedit ab octo annis,
17 & citra, propter † quam poſſeſſionem trãsfundi
tur onus probandi in dictam dominam, vt ſingu
lariter notat Bal. C. de colla. authen. ex teſtamen-
to. Quam probationem. ſcilicet quòd talis res fue
rũt in totum, vel pro parte quæſitæ ex opera ſer
Nicolai, non video quòd poſſit facere iſta mu-
lier, cùm magna eſſent bona paterna: quæ ſer Ni
colaus adminiſtrabat, & magni redditus & prouẽ
tus ex ipſis percipiebantur, & opera ſua non fue
rit tanta, quæ ad alimenta ſua & ſuæ familiæ eſ-
ſent ſufficientia, ac eſſent talia quę vltra alimen-
ta ad quærendum aliquid ſufficiſſent, Ex † qui-
18 bus conſtat, quòd opinio Doctorum dicentium
quòd quatenus ex opera quæſitum eſt, debet cõ-
cedi filio: quia hic nil operę poteſt attribui, tum
quia non erat ſufficiens ad quæſita pro aliqua
parte, tum quia talem operam non impendit, &
Docto. loquuntur in eo caſu in quo filius operã
præſtitit, puta quia negotiatus eſt cũ pecunia pa-
terna, vt patet ex not. per Bal. in ipſa authen. ex
teſtamẽto.& Iacob But & Bart. & Bal. in l. cùm
oportet. C. de bon. quæ libe.& in d. l. certum. Cũ
ergo iſte ſer Nicolaus adminiſtraret bona pater-
na, & quãtitas patrimonij tãta dici debet & quòd ex
re patris quæſiuerit, & quòd opera filij non fue-
rit tam pretioſa quòd ex ea poſſit dici quæſitum
totum debere attribui rebus paternis & ſic eſt
patris ſecũdum Glo.& Docto.& maxime Bal. in
l. cùm oportet.

Pro iſta parte adduco auctoritatẽ Bal. in l. cũ
ſupra ſæpius allegata. vbi ſupplendo & declarã-
19 do Gloſſam ibi poſitam: quæ vult quòd † ſi pa-
ter dedit fundũ filio vt ſe aleret, & ipſe ex fructi
bus fundi lucratus eſt, quòd iſtud lucrum eſt pro
fectitium, quia dicitur ex re patris quæſitum per
ea quæ habẽtur in l. ba iſta. ad Trebell. dicit Bar.
ego intelligo iſtẽ Gloſſam in fundo; quem filius
laborabat per colonos; nam ſi filius ipſe ſuis ma
nibus coleret tũc pars: quàm acquireret ex ope-
ra eſſet ſua, at vbi per colonũ laborauit, tunc eſt
patris, & eſt profectitium nõ aduẽtitium. quo fit
at cùm ſer Nicolaus nõ ſuis manibus laboraue-
rit, ſed per colonos ipſas res paternas coluerit,
ſeu coli. & laborari fecerit, quòd iſta bona quæſi
ta ſunt profectitia, & ſic ſunt patris, ſiue tenea-
mus opinionẽ Gloſſæ, ſiue Bartoli. vnde ex ſen
tentia Bart. & Gloſ. iſta res videtur eſſe deciſa pro
20 Paulo, vbi autem † Glo & Bar. ſunt concordes,
fatuum eſt dubitare. Quanquam in noſtris ter-
minis & Bald.& Nicol. de Mattarel & Specul &
cæteri penè omnes pro Paulo concludant ut ex
ſupra deductis, & allegatis, facile eſt colligere,
Hinc eſt quòd Bal. in l. certũ. C. famil. erci. cum.
in fin ſignanter dixit, quòd conſuluit inhærẽdo
opin. Bar.& æquitati in terminis Bar. ſcilicet quã
do filius fuit negotiatus cum pecunia, ſeu rebus
paternis quaſi in alijs terminis quales ſcilicet
ſunt noſtri in quibus nulla negotiatio facta eſt per
hunc filiũ. velit Bal & dicat aliud eſſe tenendũ,
ſcilicet quod ſit profectitium id quod eſt quæſi-
tum,& per conſequens ſit patris & non filij. Vn
de ex ſententia Glo ex ſententia Bar in terminis
noſtris, ac etiam Bal. & ex ſententia Specu &
Nicol. de Mattarellis indiſtinctè tenẽtium quòd
ſit profectitium, concludo quòd iſta bona ſunt
Pauli patris ſer Nicolai, non autem fuerunt ſer
Nicolai, neque filiorũ ſic nec vxoris ſunt: Laus
Domino noſtro Ieſu Chriſto Amen

Et ita dico & conſulo ego Antonius de An-
darellis olim de Gradaria, & nũc de Arimino ſo
lo nomine legum Doctor & ad fidẽ ſcripſi, & ſo
lito ſigillo firmaui, ſalua ſcientia potiori.

SVBSCRIPTIO.

QVia elegãter & copioſè multum caſus quę
ſtionis de qua ſupra quæritur per dominũ cõ-
ſulentẽ ſupra deciſus eſt. Idcircò idẽ iuris
ſe dico, ſicut ſupra conſultum eſt ego Gaſpar de
Arenghería Iuris Doctor, & Bononiæ ciuis, ſal
uo ſemper iudicio cuiuſlibet rectius & melius
iudicantis, in cuius fidem, robur, & teſtimoniũ
me hic ſubſcripſi, & ſigillum meum conſuetũ
appoſui.

SVBSCRIPTIO.

QVoniam opportunè ſcriptũ eſt per præſtãtiſ-
ſimum dominum ſupra conſulentẽ, ideò

ſtantibus in facto veris his: quę per conſulentem primum ſupponuntur, de ſubſcriptione ſola requiſitus. Idem dico & conſulo ego Alexander de Tartagnis de Imola legum Doctor, & Bononiæ Iura ciuilia legens, in quorum teſtimonium manu propria ſubſcripſi, ac ſigillo ſolito ſigillaui, alterius rectius ſentientis, conſilio ſemper ſaluo.

CONSILIVM D. IOANNIS DE Monte Sperello Peruſini Legum Doct. in cauſa ſupra ſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Filij ſui hæredes ſunt, & omnibus in hæreditate patris præferendi.*
2 *Mater ſuccedit excluſis auo, & auia.*
3 *Patris bona ad filios tranſeunt continuato vſuſfructu penes auum.*
4 *Vſusfructus natura eſt, ut ipſo finito ille ad proprietarium redeat.*
5 *Filius proprio nomine emens ſibi, & non patri uidetur quærere.*
6 *Vxor emens nomine proprio etiam de pecunia viri, ſibi & non viro quærere videtur.*
7 *Socius emens nomine proprio, licet de pecunia ſocietatis, ſibi acquirit, & non ſocio.*
8 *Filius hodie in aduentitijs, quidquid quærit ex laboribus, & induſtria ſibi quærit quo ad proprietatem.*
9 *Pater dans prædium filio, ut inde ſe alat, ſi filius ex reſiduo aliud emat prędium erit patris.*
10 *Filij lucrum quomodo reſpectu patris conſiderandū.*
11 *Confeſſio ex ſui natura probationem inducit.*
12 *Verba ſunt animi paſsiones & notæ.*
13 *Pater quid probare habeat, ut quęſita per filium eius bona negotiantem, & proprio nomine ementem, ipſi patri acquiſita cenſeantur.*

CONSILIVM XCVIII.

IN NOMINE Domini nſi Ieſu Chriſti. Ponitur in facto quòd ſer Nicolaus filius Pauli in poteſtate patria exiſtens ſeorſum à patre habitauit, & artem tabellionatus exercuit, ac bona paterna adminiſtrauit, fructus poſſeſſionum paternarum recipiendo, & de eis diſponendo, prout libuit, & ſe, & vxorē, & filios aluit, & hoc tempore durante plures poſſeſſiones, & prædia acquiſiuit, & ſuo nomine emit, & inſtrumenta in eius perſona dici fecit, nulla patris facta mentione, & dicitur quòd de exercitio officij tabellionatus arbitrio intelligentium, & ſcientium, & habentium informationem de qualitate dicti Ser. Nicolai, & de lucris ueriſimilibus: quæ potuiſſet facere ex dicto exercitio tabellionatus ſi gubernaſſet ſe, & vxorem, & filios, non ſuperfuiſſe aliquid, unde ex dictus lucris tabellionatus potuiſſet ultra expendere ad emēdum poſſeſſiones, & prædia, quæ emit & acquiſiuit. Et ſic præſupponitur, quòd arbitrio prædicto intelligentium, & attenta qualitate fructuum poſſeſſionum paternarum dictus ſer Nicolaus emerit de pecuniis redactis ex fructibus prædictis perceptis, & ex bonis paternis, cùm etiam dicatur in facto, quòd dictus ſer Nicolaus faciebat certum traficum mercantiarū, quòd ſimiliter pręſupponitur, quòd non poterat ex aliis pecuniis facere, quàm pecuniis redactis ex fructibus prædictis, & bonis paternis. Pręſupponitur quæ vlterius in facto, quòd dictus ſer Nicolaus deceſſit cum filiis legitimis, & patre prędicto ſuo ſuperuiuente, & quòd deinde deceſſerunt filij prędicti remanente matre eorum, vxore olim dicti ſer Nicolai. Dicitur etiā, quòd cum dictus ſer Nicolaus eſſet infirmus, patre pręſente confeſſus eſt, & aſſeruit ſe poſſeſſiones & prędia, quę emerat, emiſſe de pecuniis redactis ex dictis fructibus, & bonis paternis, tamē dubitatur, an teſtes viuant, vel qui teſtificentur de hac confeſſione. Vnde nunc vertitur controuerſia inter hæredes patris dicti ſer Nicolai, & vxorem dicti ſer Nicolai ſuper poſſeſſionibus, & prædiis emptis per dictum ſer Nicolaum ut ſupra, & occaſione dictarum poſſeſſionum emptarum, & pecuniarum expoſitarum in dictis emptionibus, ut ſupra. Ad cuius finalis, & effectualis determinationis reſponſionem.

Primum illud eſt, vt clarum pręmittendum,
1 † quòd hęredes dicti Nicolai fuerūt filiſ ſui; qui patri dicti ſer Nicolai, & omnibus prelati fuerunt, ut in aucten. in ſucceſſione. C. de ſuis & legiti. & in auctenti de hæred. ab inteſt § j. Mor-
2 tuis † autem dictis filiis, ita hæredibus exiſtentibus patris eorum ab inteſtato, ſucceſſit mater eorum, quæ tenet priorem locum aſcendentium. Vnde prælata eſt auo dictorum filiorum ſuorū, vt in aucten defuncto. C. ad Tertu. ibi, ſalua gra-
3 dus prærogatiua. Quidquid igitur † proprium ſuū habuiſſet dictus ſer Nicolaus eo mortuo trāſiuiſſet ad filios hęredes cōtinuato uſufructu penes patrem ſer Nicolai per l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. iuncta l. ſi quis, vel ſi qua. C. ad Tertullia. Et ſic mortuis dictis filiis tranſiuit cum hæreditate eorum ad matrem ipſorum prędictam ſimiliter vſufructu durāte penes dictum auum dum vixit per dictam l. fina. Quo auo poſtea mortuo ad proprietatem, & ſic ad dictam
4 vxorem rediiſſe intelligitur, † ut eſt de natura uſusfructus. inſtitut. de uſufructu § finitur, & l. corruptionem. C de vſufru. Reſidet ergo tota dubitatio, an dictę poſſeſſiones, & prędia empta per dictum ſer Nicolaum debeant eſſe: vel ſaltē pecunia expenſa in emptionibus prædictis dictorum hęredi dicti Pauli, vel reſtitui hædibus dicti Pauli, tanq̄ prouenta ex bonis ſuis. An verò pertineant ad dictā uxorem dicti ſer Nicolai, vt hæredem filiorum ſuorum, hęredum dicti ſer Nicolai. Et prima fronte uidetur dicendum,
5 quòd tantum ad dictam uxorē pertineāt: † quia

nomine proprio emit dictus ſer Nicolaus: vndę
ſibi proprio quæſita videntur, & non patri, p d.
9 l.cùm oportet.C.de bon.quæ lib.& per ea † quæ
dicuntur de vxorę emētę nomine proprio, licèt
de pecunia uiri præſumatur, per l. Quintus. de
don.inter vir.& vxo.ut dicit Bar.in l. & ſi inſtru
mentum.C.de iure ſiſci.lib.10.Et ſicut dicitur,
7 aliàs in ſocio † emente nomine proprio, licet de
pecunia ſocietatis, per Bal.in l.ſi patronus.C.cō
mu.vtri.iud.& per Bar.in l.Titium,& Mæuium,
§.altero.de adm.tut.Et ſicut aliàs etiam dicitur
in l.ſi ut proponis.& l.ſi ex pecunia.C.de rei vē
8 di. Item † hodie in aduentitijs,& quid quærit fi-
liusfamilias ex laboribus, & induſtria ſua quęrit
ſibi quoad proprietatem; ut d.l. cùm oportet,
ergo uidetur quòd dictæ poſſeſſiones, & prędia
pertineant ad dictam vxorem ſer Nicolai, nec te
neatur refundere pecunias expenſas in dictis em
ptionibus hęredibus dicti Pauli.

Sed his non obſtantibus contraria ſententia
iuſtior eſt ſecundum præſuppoſita ſupra, Nā pręſumendum
ſit, & intelligendum, quòd ex pecu-
niis redactis ex fructib. & bonis paternis, narra-
tio ſupra facta euidenter demonſtrat attētis qua
litatib. pręſuppoſitis ſupra in facto, ex quib. ſuc-
9 cedit, † quod dicit Bal.in l.cùm oportet.ibi, quæ
ro pater dedit filio fundū. vt ſe aleret, & ipſe ſe
aluit, & de reſiduo fructuum emit prædium. &
dicit ibi Bal.ꝙ eſt patris, cui acquiritur pleno iu
10 re,& etiam in eadem.l.ibi, quæro. † pater dedit
filio cētum, & cum ipſis lucratus eſt, & dicit ibi
Bal. quòd talia lucra quæſita debent arbitrio iu-
dicis ex qualitate filij, & induſtria, & ex ęquita-
te exercitij, & quantitate pecuniæ arbitrari, &
iudicis arbitrio pars dēt attribui pecuniæ,& illa
pars tanquam profectitia q̄ritur patri,& eius hæ
redibus, altera verò pars debet attribui ipſi indu
ſtriæ filij & labori: & illa eſt, ut aduētitia, & quę
ritur filio quo ad proprietatem,& dicit quòd nō
debet fieri diuiſio ruſticana per medium, ſed ſe-
cundum qualitates prędictas,& arbitrium. Idem
dixit in auct.ex teſtamento.C.de colla. Ibi, deci-
mum capitulum de filio negotiatore,& idem in
l.certum C.famil.erci.ibi, quæro hic pater filio
mercatori.Bar.etiam idem voluit in d.l.cū opor
tet.& in l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pac.& in diuer
ſis aliis locis,& licet dixerit de medietate, tamen
refert ſe ad conſuetudinem regionis, ut patet in
verbis ſuis. in §.ſi pactus. Effectus ergo eſt, quòd
debet æſtimari ſi induſtria dicti ſer Nicolai in
trafico quod ſecit cum pecuniis paternis prædi-
ctis aliquid pro ſua perſona, labore,& induſtria,
meritus ſit,& illud eſt imputandum ad partē di-
cti ſer Nicolai, vt aduentitium, & reliquum pro
fructibus,& pecuniis paternis æſtimaretur attri-
buendum, debet vt profectitiū iudicari,& quæſi-
tum patri pro pleno iure, proprietatis & uſusfru
ctus,& per l.placet. de acq.here. quia in profecti-
tiis nihil eſt immutatum, ut dicit Glo. in l.frater
à fratre.ff.de condi.indeb.illud dixit Glo.ad pro-
poſitum noſtrum in l. cū oportet ibi, ſed ſtatim
quæritur quid ſi dubitetur, unde filius acquiſiue
rit,ꝙ in dubio intelligitur quæſiuiſſe ex bonis pa
ternis, qd magis dicendū eſt in caſu nr̄o, cū præ-
ſupponatur,ꝙ dictus filius erat adminiſtrator: vt
in eadem Gl.ibi, quæro,ꝙ in adminiſtratore, &
Bar.in d.l.cū oportet. loquēdo in filio de quo lo
quitur illa Gl. dicit recurrendum eſſe ad pręſum
ptiones vnde filius acquiſiuerit,& coniecturas, ſi
cut dicitur aliàs de prælato. in auc. licentiam.C.
de epiſ.& cler.& 12.q.4 in c.ſacerdotes.& quod
habetur in c.cùm in officiis.de teſta. In propoſi-
to ēt noſtro ſi probaretur de cōſeſſione, de qua
ſupra df: q̄ feciſſet dictus ſer Nicolaus patri ſuo,
quòd emptiones quas fecerat, de pecuniis pr̄nis
fecerat. Redderet ēt rem claram, cùm agnouerit
11 bonam fidem præſeure patre,& † ex natura cō-
feſſionis; quæ probationem inducit.l. Publia.ff.
depoſi.& l.certum.§. ſi quis abſente.ff. de con-
feſ.& nos ſumus non in actu obligatorio, ſed p-
batorio: & ſi per coniecturas, & pręſumptiones
veniebat probandum, ergo meritò per confeſ-
12 ſionem, & verba dicti ſer Nicolai, cùm † verba
ſint paſſiones animæ, & notæ, vt dicit Bald.in d.
l.j.C.de iure aur.anu.

Sed dubitatur, an teſtes ſint uiui, q intersue-
rūt dictę cōfeſſioni, & ēt ad clarā probationē fa-
ciendam hęredes dicti Pauli patris prouidere de
13 bent ſibi in articulando, & probando, † ꝙ ille ſer
Nicolaus adminiſtrabat bona paterna,& de quā
titate fructuū tot annis, & de paucitate lucri di
cti ſer Nicolai ex arte notariatus, & de expenſis,
victus,& ſui, uxoris, & familiæ, & de paucitate
circa illud traficum, quod faciebat, & deducatur
res ita,& taliter, vt appareat arbitrio iudicare de
bentis,ꝙ pecunia, quæ veriſimiliter ex fructib &
rebus paternis percepta eſt per dictum ſer Nico
laū,& quę arbitrio ſupradicto debet imputari ad
lucrū ipſius pecunię excedit, vel concurrit cū pe
cuniis quib. empta fuerūt p̄dia, & poſſeſſiones p
dictū ſer Nicolaum. Et ita ſm qd apparebit arbi
triū, iudicari debebit p dictis hęredib. dicti Pau-
li,& cū non ſit immutata. l.placet. de acq.hær. in
pſectitiis pr̄i intelligitur quæſiuiſſe,& ſic dictæ
poſſeſſiones,& p̄dia empta de pecunia pſecta ex
bonis pr̄nis, vt ſupra ptinent ad hr̄des dicti pr̄is.

Ita dico,& conſulo ego Io.de Monte Sperel-
lo, de Peruſio legum Doctor,& ad fidem hic me
ſubſcribo,& ſigillo, ſaluo conſilio ſaniori.

SVBSCRIPTIO.

IESV Chriſti noie repetito. Hoc idem quod
elegantiſſimè dictum, & concluſum extitit p
pręfatum D. Ioannem Doctorem excellentiſſi-
mum, patrem & pręceptorem honorandum, di
co & conſulo ego Benedictus de Benedictis de
Peruſio Vtriuſque Iuris Doctor,& ad fidem pię
dictorum me ſubſcribo, ſigilloq; meo conſueto
ſigillo, conſilio veriori ſemper ſaluo.

CON-

CONSILIVM D. IOANNIS DE Monte Sperello Peruſini, Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Agens conditione ex lege vel ex ſtatuto, fundare ſe habet in verbis illius, & ita narrare & concludere.*
2 *Statutum prouidens ſolui ad rationem octo pro centenario, ſi dos debita quoquomodo retardetur, quomodo intelligendum & nu. 3. 4. 5. & 6.*
3 *Termini lapſus conſtituit quem in mora de iure communi.*
4 *Quod relatiuum, cuius ſubſtantiæ, & nu. ſeq.*
5 *Dies appoſitus ab homine in obligatione interpellat pro eo, nõ tamẽ ut rei ipſa natura mora inducatur.*
6 *Marito ſuſtinenti onera matrimonij, debentur vſuræ dotis non ſolutæ de iure canonico & nu. 11.*
7 *Alimenta & vſuræ dotium quando videantur remiſſa, & nu. 8. & q. 17.*
8 *Mora irregularis lapſu biennij contrahitur non ſoluta dote.*
9 *Donare nemo præſumitur.*
10 *Intellectus ad §. diuus. l. cum quidam. ff. de uſur. de quo nu. 7. & nu. 11. 12. & 13.*
11 *Statuti conditio dat actionem perſonalem, quę durat 30. annis.*
13 *Temporis ſolus curſus non inducit præſumptionem liberationis.*
14 *Intellectus Glo. & textum in l. uir uſuras. ff. de donat. inter vir. & vxor. & nu. 8. 15. & 16*
15 *Intellectus ad l. cum oportet. C. de bonis quæ liber.*
16 *Donatio inter patrem & filium non tenet.*
18 *Præſcriptio cum mala fide vllo tempore currit.*

CONSILIVM XCIX.

IN NOMINE domini noſtri Ieſu Chriſti. Viſo ſtatuto ciuitatis Channi, quo cauetur ſub rubrica pro alimentis dotium dentur octo per centenario, c. xv. cuius verba formalia ſunt hæc; Item ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi aliquis debitor dotis alicuius mulieris alicui nuptæ, dictam dotem non ſoluerit dictæ mulieri, vel eius viro, vel patri ſui viri, cui de iure ſolui deberet infra terminum inter partes conuentum, ex tunc teneatur, & obligatus ſit ad dandum & ſoluendum pro alimentis dictæ dotis ultra ipſam dotem, octo pro quolibet centenario anno quolibet, quo fuerit uel in mora prædicta, quæ etiam re ipſa, & abſque interpellatione vel requiſitione aliqua commiſſa intelligatur. Et idem per omnia dicimus, & ordinamus in quolibet debitore dotis dictæ alicuius mulieris viduæ remanentis, cui demum dos reſtitui debet ſolu. matri, niſi fuerit alimenta per debitorem dictæ dotis. Addimus quòd debitor alicuius quãtitatis dotis alicuius mulieris non nuptæ ex teſtamento vel alia vltima voluntate patris vel matris, aut uetaniæ ipſius mulieris, & ipſa mulier non fuerit alimentata à dicto debitore ex tunc obligatus ſit ad dandum, & ſoluendum ipſi mulieri pro alimentis ultra quantitatem relictam pro dote octo per centenarium quolibet anno, quo ſteterit in mora ſoluendi dictam quantitatem. Videtur dicendum, quòd Ser Benedictus qui traxit in cauſam Franciſcum, petendo ab eo alimenta dotis pro tempore nouem aunorum cum dimidio, ad rationem octo per centenarium, conditione ex dicto ſtatuto, cùm in promiſſione dotis non fuerit poſitus aliquis terminus, debeat ſuccedere, & quòd ſtatutum prædictum non habeat locum hoc caſu: & primo quòd debeat ſuccũbere dictus Ser Benedictus,
1 uidetur, quia † agens conditione ex lege, & ſic ex aliquo ſtatuto debet propriè ſe fundare in verbis dicti ſtatuti, vel legis: & ita debet narrare, & concludere, vt in c. ita præſentia. de proba. & Io. And. in c. i. de ho. lib. 6. Vnde Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cleri. in 4. col. dicit cautum debere eſſe aduocatum, vt fundet ſe in verbis ſtatuti, ſed in caſu noſtro in promiſſione dotis non fuit appoſitus aliquis termi-
2 nus, & † ſtatutum ſupradictum dicit ſi infra terminum conuentum non ſoluatur dicto quòd teneatur ad octo pro centenario, quo fuerit in mora prædicta, vnde refert moram prædictam, ſcilicet ex termino, & poſtea ſubdit; Quæ etiam re ipſa, ſcilicet quæ mora prædicta ex termino commiſſa intelligatur abſque interpellatione
3 vel requiſitione aliqua. Vnde † videtur velle dicere vt ſufficiat lapſus termini, vt de iure cõmuni eſt, ut l. magnam. C. de contrahen. & commitien. ſtipu. de verbo. obliga. l. ſi fundum. vnde uidetur, quòd illa verba ſtatuti, quæ etiam reipſa non ponant nouum caſum de alia mora, quàm de ea quæ ex curſu termini conuenti procedit,
4 de qua prædixerat, cùm † illud relatiuum quę, quod eſt ſubſtantiæ ut l. ea tamen adiectio. de leg. 3. videatur referre tantum eandem moram ex curſu termini cõuenti, & videtur quòd ad maiorem declarationem poſuerit illa verba, quæ etiam re ipſa, &c. Volendo declarare, quòd poſt curſum termini conuenti non requiritur alia interpellatio, ſi re ipſa ſine alia interpellatione intelligeretur commiſſa: vnde uidetur voluiſſe declarare, ex quo ponebat nouam diſpoſitionem de octo pro centenario, ne crederetur, quòd ſequiteretur interpellatio vltra lapſum termini ad hunc finem de octo pro centenario.

Sed his non obſtantibus contrariam arbitror eſſe mentem dicti ſtatuti, ut uelit non ſolum ex lapſu termini contenti debere octo pro centenario, ſed etiam quando nullus fuiſſet terminus appoſitus, quo caſu tunc tractamus de mora cõtrahẽda per interpellationem: ut l. qui Romę in §. coheres. de verbo. obliga. ſed etiam re ipſa mora cõtraheretur, uerba erant prędicta: quæ etiam

re ipſa implicant aliũ caſum diuerſum à præcedẽti, & eſſet idem in eo: ut l. Gallus. in §. etiam. de liber. & poſthu. Si enim illa uerba quæ etiam de re ipſa loquerẽtur de eodem caſu, quãdo curſus termini conuenti, fruſtra addiceretur animi nõ erat dubius, quòd interpellatio aliqua nõ requirebatur prædictæ conuentum: ut d. l. magnam. quod non eſt intelligendum: ut nihil operentur: vt l. ſi quando. de lega. 1. de priui. ſi Papa lib. 6. Et ideò illa verba, quę etiam re ipſa ponunt nouum caſum de alia mora, quàm ex diei curſu conuentæ: ſed de mora quæ re ipſa committitur abſque interpellatione, vel diei curſu, de qua prędixerat. Cõmittitur etiam mora reipſa de qua loquuntur prædicta uerba, non per curſum diei conuentæ: quia illa fit per interpellationẽ diei, quæ pro homine interpellat: ut d. l. magnam. Sed re ipſa fit aliis modis mora, quos ponit Gloſ. in l. mora. ff. de vſu. ante fi. Glo. magnæ, & inter alios dicit caſum, poſtnm in prouiſione dotis, in qua ſecuto matrimonio poſt biennium mora re ipſa contrahitur: ut l. fin. §. fina. C. de iure dotium. Quando

5 † enim dies eſt appoſita ab homine, quæ poſtea interpellat pro eo non cõtrahitur mora re ipſa, id eſt, quòd ipſa rei natura mora inducatur: ut inducitur in l in minorum. C. in quibus cau. in integ. reſtitu. & ibi Bart. in fine, poſt multos modos moræ re ipſa, & Bal. in ſummario illius. l. dicit re ipſa, ſcilicet ſine interpellatione, & ſic hominis, uel diei ab homine appoſitę, & iſta eſt intentio dicti ſtatuti: ſecundũ quã illa dictio, quæ refert in genere, ſcilicet de mora ampliando, & addendo, non autem de mora de qua in præcedenti locutum eſt. Licet ſit relatiuum ſubſtantiæ tũ in genere refert moram, dicendo, quæ mora in genere, i. etiã in re ipſa, &c. & ſic no. quę, id eſt, mora prędicta ex curſu diei conuenti. Sicut in ſacra ſcriptura reperitur. Mulier quę condemnauit, ſaluauit, ut dicit Gloſ. in l. ſiue preſec. C. de tranſa. & l dominum. C. de iniuriis. Bartol. in l. Iulianus. ff. de hęre. inſti. Et ſic non obſtant ſupra dicta de relatiuo, uel qui, hoc autem eſt neceſſariũ: ita intelligere ut aliquid addant dicta uerba, dum dicunt quę etiã aliquid operentur, aliud q̃ ſupradicta in contrarium de declaratione, ꝙ poſt lapſum termini cõuenti non requireretur interpellatio, aliàs de hoc enim non erat dubitandũ, nec propter hoc erat opus addere uel declarare, aliter. Vnde ex quo poſſunt intelligi hęc uerba: quæ etiam re ipſa aliter quàm ut declarent plus quod erat clarum: & ut ponant nouum caſum de alia mora, reipſa debent ita intelligi, vt addant & ponant nouum caſum implicãdo, & maximè ubi omnimoda eſt rõ, & maximè, q̃a iſta uerba, q̃ etiam reipſa non cõueniunt interpellationi diei conuentę, ſed ad alios caſus conneniũt, ut ſupra eſt dictũ, & ad hoc concludendum potiſſimè me mouent ſequentia uerba ſtatuti, ponentia duos caſus, alios ibi dum ſubdit ſtatutũ. Et idẽ per oĩa dicimus, & infra dũ ſub dit addimus, ꝙ debitor dum dicit ex tunc obligatus ſit, in quibus duobus caſibus non eſt mora per lapſum termini conuenti, nec eſt tanta ratio, quòd debeantur octo pro centenario, quàm eſt in caſu noſtro de danda do

6 te marito, qui ſubiit onera matrimonii † cui debetur uſuræ loco intereſſe, etiam de iure canonico, ut in c. ſalubriter. de uſur. & in l. inſulã. in §. vſuras. ſolu. matr. per Bar. cum ſimil. Et tamen in caſibus dictis duobus additis, non deberentur uſurę, vt intereſſe, ſicut debẽtur marito, propter onera matrimonii: etiam ſi dies nulla fuerit appoſita, niſi in illis duobus caſibus, aliter interpellatio moram conſtitueret: ergo ſi ſtatutum in illis duobus caſibus uult deberi octo pro cẽtenario, & tñ non erat appoſitus aliquis terminus in cõuentione, fortius ergo eſt intelligendum dote dãda uiro, qui ſuſtinet onera, ꝙ dicta octo pro centenario debeantur, licet terminus conuentus nõ fuerit aliquis: ergo patet apertiſſimè, ꝙ illa uerba, quę etiam re ipſa intelliguntur de mora quæ contrahitur ſine lapſu termini conuenti, etiam ſic dictus Ser Benedictus conditionem ex ſtatuto re ctè intentauit, ut debeantur ſibi octo pro centenario mora re ipſa contracta ſecundum legis diſpoſitionem prędictam, & hęc de prima dubitatione, quæ fit contra dictum ſer Benedictum.

7 Secunda principalis dubitatio fit: quia † uidentur quòd dicta alimenta ſint remiſſa & donata ci qui tenebatur ad dandum dictam dotem, ut gratior efficeretur, ex quo ſtetit per longum tẽpus, quòd dotem non petiit caſus uidetur eſſe in l. cum quidam. in §. dinus. ff. de vſur. & ita conſuluit Bal. cuius conſilij uerba formalia ſunt hęc; Chriſti nomine Amen. poſt biennium à ductio

8 ne puellę debentur: quia † per lapſum bienniſj contrahitur mora irregularis. C. de iure dot. l. fi. in §. prętereà. & plenè per Glo. & Docto. ff. ſol. mat. l. de diuiſione, & hoc uerũ niſi fuerit omiſſa petitio longo tẽpore; nã tunc ut gratior apud debitorem eſſet, pręſumitur omiſſa, & tacitè remiſſa petitio uſurarum. ff. de uſur. l. cùm quidã. §. dinus. ubi eſt tex. not. & licitę ſunt uſurę in dotem, ut de uſu. c. ſalubriter. quia magis alimentorum, quàm uſurarum nomine continentur. ff. ſol. matrimo. l. inſulam. in §. uſuras. longum autem tempus eſt decennium: ideò ſi dictę acceſſionem alimenta, ſeu uſurę petitę non fuerint iuris intellectu prę ſumuntur eſſe remiſſę, & pro pręterito tempore peti non poſſunt: & ita dico ego Bald. & c. hęc ſunt formalia uerba illius conſilii. Vltimò ẽt hanc prę ſumptionem donationis, & tacitam remiſſionẽ uidetur inducere cõiunctio perſonarũ. ff. de ope. liber. l. Campanus. de prob. l. Procula. C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. euer. ſin autem. Item magis in propriis terminis pro hac parte & pſumptione remiſſionis, eſt Glo. in l. vir uſuras. ff. de don. inter uir. & uxo. ubi Gl. q̃ incipit, quibus formaliter dicis. quòd ſi maritus nõ petiit ab uxore dotẽ promiſſam ſibi vĩ remiſiſſe uſuras & donaſſe. Ergo fortius in caſu noſtro

ubi

vbi ſtetit longo tempore, vnde illa Glo. quam
Bal. non allegat in illo conſilio relata ad tex, lo-
quitur de marito qa aluerat vxorem ſumptibus
ſuis & ſic magis facit quàm allegatio Bal. & pro
priè in caſu noſtro. Sed his non obſtantibus con
trariam partem arbitror ueriorem, ſecundum
9 quam etiam aliàs conſului. Primò enim† non eſt
pręſũptio, quòd quis videatur donare, aut iacta
re ſuum. ff. de proba. l. cùm de indebito. ſi quis
cautio. l. ſed & ſi quis. in §. item quæritur. vbi di
citur quòd potius errore, quis videtur feciſſe, aut
omiſiſſe, quàm donandi animo, vnde ita in no-
ſtro caſu, maritus non petendo potius negligen
tia, quàm voluntate donandi, feciſſe intelligitur.
10 Nunc venio ad† dictũ. §. diuus. & nullo modo
mihi videtur, quòd determinet. caſum noſtrum
de vſuris dotis, ibi enim de vſuris lucratorijs ex
ſtipulatione tractatur, quæ facilius remittuntur
propter earum odioſitatem, quàm alimenta do
11 tis, quæ † etiam iure canonico ſunt permiſſa, tan
quam intereſſe, ut in c. ſalubriter. de vſur. & l. ſo
cium qui in eo. in prin. ff. pro ſo. & Glo. eſt notan
da in l. non vtique. in §. nunc de officio. ff. de eo
quod cer. lo. & quod hoc tueri. d. l. inſulam. in §.
vſuras. vnde talia alimenta dicuntur uſuræ re-
compenſationis onerum matrimonij ſuſcepto-
rum à uiro, ut fructus dotis: vt ff. de iure do. l. do
tis fructus. & l. pro oneribus. C. eo. & ſunt hodie
permiſſæ, licet non lucratorię, de quibus per Bal.
in l. j. C. de ſumma Trini. ſicut etiam in l. curabit.
C. de actio. emp. & l. Iulianus. in §. offerri, ff. eo.
licet ergo. §. diuus, diceret illas vſuras p̄ſumi re-
miſſas cũ taciturnitate, nõ ꝓpterea deberet trahi
ad caſum noſtrum diuerſis vſuris oneroſis, vbi
illę ſunt lucratorię, vnde nõ eſt ſimilitudo rõnis,
nec caſus, & ſic non eſt extenuãdus ille tex. ad ca
ſum noſtrũ diuerſum. Inſuper facilius, quis præ-
ſumitur remittere, vt lucrum perdat: vt in §. di-
uus. in illis vſuris quàm alimenta perdere ex cau
ſa oneroſa, & ſic damnum pati. C. de iure delibe.
l. fin. in §. licentia. & ſi in §. licentia. fit illa diffe-
rentia in diſpoſitione legis: ergo magis in præ-
ſumptione mentis hominis, an videatur voluiſſe
donare, cùm magis videatur remittere lucrum
quàm damnum pati uelle. facit. l. qui autem in
prin. ff. quę in fran. cre. & omnia iura multa fa-
cientia differentiam inter cauſas oneroſas, & lu
cratiuas: vt de leg. j. l. ſi mihi & tibi. in prin. de le-
ga. 2. l. Meuius. in § duobus. ad l. Fal. in l. lege Fal
cidia. Placuit hoc eſſe obſeruandum. de excep.
do. apud Cellum. in §. de auctoris. & §. ſed cũ le
gitima. ſi cer. peta. l. ſi cum ſeruum. cum ſimil.
infinitis. Amplius Odofre. intelligit illum §. di-
uus. quando conſtabat de mente remittentis, &
ſic aliter quàm in dubio, licet ſubdat illud quod
ſubdit Glo. ſuper uerbo gratior: ut dignitatem
ſperabat habere per eum, quæ ceſſant in noſtro
caſu, nec etiam coniunctio perſonarum, cauſata
eſt, ut præſumat remiſſionem prædictam, vnde
vel ex negligentia, vel quia credebat ius ſuum du
rare: ut l. ſicut. in §. non uidetur. ff. quib. mo.
pig. vel hypo. ſol. Item in §. diuus. fundamentum
videtur, quòd non petijt vſuras, quæ erant pro-
miſſę quolibet anno, fortè enim ſors erat promiſ
ſa ad diem dari: et interim vſuræ promiſſæ quo-
libet anno, certè facilè videntur remiſſæ. Sed in
noſtro caſu non fuit petita ſors, & ſumus extra
illos terminos, & ſic patet ex prædictis §. diuus
non obſtare, & conſilium Bal. non probari ex il-
lo §. per dictum §. idem. reſpõdetur per aliquos
alios Moderniores ad dictum §. diuus. pluribus
alijs modis: primò quia alimenta iſta non petun
tur, prout eſſent debita de iure communi, ſicut
erat in vſuris quæ petebantur in terminis. d. §.
ſed petũtur. prout ſunt debita de iure municipa-
12 li, cuius † conditio, cùm ſit actio perſonalis durat
30. annis, vt l. omnes. l. ſicut, & l. cùm notiſſimi.
C. de præſcrip. 30. anno. Secunda ratione, quia
§. ille. loquitur in eo, qui longo tempore tacuit
ſpe futuræ gratiæ: vt dicit ibi. Bal. Sed in caſu no
ſtro non conſtat, ꝙ Ser Benedictus ob aliquam
futuram gratiam tacuerit, merito. §. ille non ob.
Tertia ratione, & iſta eſt reſponſio Bart. ad. d §.
diuus in l. quæ dotis. ff. ſolut. matri. quòd ſolus
13 † curſus temporis non inducit pręſumptionem
liberationis, per d. l. libertis. in §. j. ff. de alim. &
ciba. lega. ſed fallit in debito odioſi lucri. ut d. §.
diuus. & ſic intelligit illũ §. in debito lucri odio-
ſi, ſed nos ſumus in debito, fauorabili concernẽ-
te cauſam oneroſam, & intereſſe onerum matri-
monij ſuportatorum per dictum Ser Benedictũ.
Igitur dictus §. diuus. nihil obſt. Et per has ratio
nes reſpondetur conſilio Bal. contra quod Doc.
communiter ſoliti ſunt cõſulere. Et pro hac par
te videtur caſus in d l. libertis. in §. j. ff. de alim.
& ciba. lega. Vbi dicitur, ꝙ licet quòd quis diu
ſteterit petere alimenta debita non ſoluta, quòd
nihilominus peti poſſunt:
14 Nunc venio ad id ꝙ addebant† de lege vir vſu
ras, & reſpõdeo ꝙ ibi dicit tex. donationibus fi-
deicõmiſſo confirmatis: quia donauerat expreſ-
sè liberãdo eam dicit Glo. ibi poſita in ſua prima
opi. ibi quam ponit ſine dubitatione. Secundò
Glo. ibi poſita in ſecunda opin. vbi dicit de taci-
ta remiſſione, non loquitur de terminatione, ſed
ſub dubio fortè, & nihil allegat niſi. l. cùm opor
15 tet ſupra allegatã: ſed ille tex. nihil facit † nam
ibi pater habet vſumfructum ratione adminiſtra-
tionis, unde ſi permittit penès filium reſidere, vi
detur nõ velle vſumfructum, & quia non admi
niſtrat, & eſt quædã relaxatio, & renuntiatio iu-
ris, ꝙ poteſt habere, & facilè fit ibi, & non tractat
pater de onere aliquo. & nõ eſt propria donatio
16 quę † aliàs inter patrẽ & filium non teneret, vt C.
de inoffic. dona. l. 2. quæ omnia ceſſant in caſu
noſtro de marito, de onere tractante. Inſuper
Gloſſ. in dicta l. uir vſuras. relata ad textum, lo-
quitur vbi maritus legauerat dotem, & ibi
etiam facilius deberet fieri remiſſio uſura-
rum dotis mulierum, propter tantam coniun-
ctionem

ctionẽ matrimonij: quia fuit ſocia diuinæ, & humanæ domus: vt l.aduerſus.C.de crimi.expil.hære.quàm in noſtro caſu.Item facilius uidentur remiſſæ vſuræ ibi propter remiſſionem dotis, per ea quæ habentur in l.centum Capuæ.& in l.fi.ff. de eo quod cer.lo. Item ut dixi ſupra prima opi. Gl.non loquens ſub dubio fortè dicit, ꝙ remiſſio erat facta expreſsè. & ſic concludo, ꝙ dictus Ser Benedictus non excluditur à petitione dictorũ alimentorũ, eo quia 10.annis ſtatum fuerit, ꝙ dos petita nõn fuerit à promiſſorib.eiuſdẽ. Tertium dubium contra dictũ Ser Benedictum
17 fit quia † per receptionem ſortis ſimpliciter factam per Ioannem, uidentur remiſſæ vſuræ, & aliæ acceſſiones; vt habetur in d.l. centum Capuæ.& l.fi.& in l.2.in prin.ff. ſi quis cau.

Sed hoc dubio non obſtante in contrarium eſt veritas; illud enim habet locum, quando officio iudicis mercenario deberentur: quia tunc non poſſunt peti de per ſe, ut l.4.C.depo. ut dictis iurib. & in caſu noſtro debentur condictione ex ſtatuto, vnde principaliter & de per ſe poſſunt peti: ut Doct.dicunt in dictis iuribus, facit etiam.ff. de rei vend.l. non ſolum & l.3.in §.ſi mulier.ff.de leg.3.per Glo.& quia hoc eſt clarum non vlterius inſiſto. Quartum dubium fit contra dictum Ser Benedictum de præſcriptione lõgiſſimi temporis: ut l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcrip.30.anno. Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ nunquam fuit decurſa præſcriptio uiuente Do. Frãciſco, qui ſe obligauit principaliter ad dictã do-
18 tem: quia ipſe erat ſciens, & ſic † in mala fide vnde nullo tempore præſcripſit: ut in c.fi.de præſcrip.& in c.malæfidei.de regu.iur.in 6. poſt mortem uerò dicti Do. Franciſci non fuit tantum tẽpus, ꝙ ſit decurſa præſcriptio longiſſimi temporis, nec etiam poſt mortem Pauli. Et ſic nõ ob. etiam quod quinto loco obiicitur, ex quo dictus Do.Franciſcus ſe principaliter obligauit, nõ ſolum ut tutor Et quia hæc ſunt clariſſimè, ulterius me non extendo, & concludo quòd quantũ eſt reſpectu dictarum dubitationum, & ſecundũ terminos ſupradictos dictus Ser Benedictus debet obtinere alimenta, ſecundum formam dicti ſtatuti, à tempore, quo promiſſores dotis fuerũt in mora re ipſa ſecundum d.l.fi.§. præterea.vſq; ad ſortem dotis ſolutam.

Ita dico, & conſulo ego Ioãnes de Monte Sperello de Peruſio Legum Doctor, & ad fidem me ſubſcribo, & ſigillo, ſaluo tamẽ conſilio ſaniori.

CONSILIVM D. IO. DE MONte Sperello Peruſini V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſubſtitutionis, & ſi deceſſerit ſine filijs, tunc talem ſubſtituit, denotant ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*

2 *Prælegatum an veniat in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & ſic in reſtitutione, & ſi præcedit grauamẽ quòd ſic, niſi teſtator locutus fuerit per uerbum portionis hæreditatis. Secus ſi ſequitur poſt grauamen, & hoc niſi teſtator locutus fuerit per uerbum vniuerſalitatem denotans. ſed contra.nu.3.*

4 *Intellectus ad l.cum virum.C.de fideicommiſſis.*

5 *Intellectus ad §. quidam liberis. l. Marcellus. ff. ad Trebellian.*

6 *Intellectus ad l.ſi tertius.ff.de legat.3.*

7 *Ordo ſcripturæ in teſtamentis non attendendus, ſed intellectus.*

8 *Temporis prioritas in teſtamentis non attenditur, ſed tempus mortis.*

9 *Subſtitutio vulgaris vt locum habeat, requiritur concurſus omnium & in omnibus vt caſus eueniat, ſecus fideicommiſſaria, ſicut & pupillaris, in quibus ſufficit quòd caſus eueniat in perſona alterius tantum, ut ſubſtitutio locus ſit.nu.10.& hæc uera niſi ſuper ſit perſona quæ ex voluntate teſtatoris præſumpta excludat ſubſtitutum.nu.11.*

12 *Matri decedente filio inſtituto (dato ſubſtituto per fideicommiſſum) competunt quæ quarta.*

CONSILIVM C.

1 CHRISTI nomine inuocato. Primo præmittendum, † quòd illa verba ſubſtitutionis, & ſi deceſſerint ſine filiis, tunc tales hæredes ſubſtituit, &c. denotant ſubſtitutionem fideicommiſſariam, maximè adueniente caſu mortis filij poſt pupillarem ætatem, & aditam hæreditatem, poſt quæ ſolum uirtus fideicommiſſariæ remanet: ut no.in l.Centurio.ff. de vulga. & pupilla. & l. cùm precibus. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. Nec aduerſatur huic, quòd teſtator dixit ſibi hæredes inſtituit, cùm tunc improprietur, & non uitiat diſpoſitionem: ut dicitur in pupillari: vbi pupillo ſucceditur, & non teſtatori, ſicut in fideicommiſſario; vt l.pen.de impuber. & aliis ſubſtitu. & dicit Glo.in l.prima.ff. de vul. & pup. Hoc præmiſſo, eſt uidendum primo, an prælegatum factum de domo dicto Ioanni, veniat in ſubſtitutione fideicommiſſaria. Secundò, an ueniſſe dicatur caſus ſubſtitutionis, quòd reſtitutio fieri debeat iſtis ſubſtitutis. Tertiò, poſito, quòd non euenerit, an hæreditas huius Martini, Ioanni delata debeat remanere penès matrem hæredem: ut præſupponitur teſtamentariam, uel ad ipſas filias ſorores dicti Ioannis, quarum contemplatione dicitur, fortè reſtitutioni non fore locum ipſis ſubſtitutis. Quo ad
2 primum, an † prælegatum de domo ueniat in reſtitutione, hoc determinatur per Gl. & Barto.in l. Marcellus. §. quidam.ff.ad Trebell. per Glo. & Bald. in l.cùm virum.C. de fideicom. & concluſio eſt, quòd ubi legata præcedunt grauamen ueniãt in reſtitutione fideicommiſſaria, niſi fuerit locutus teſtator per verbũ portionis hæreditatis, &c. ſin autem legata ſequuntur poſt

gra-

grauamen, tunc non veniunt in reſtitutione fi-
deicommiſſaria, niſi teſtator fuerit locutus per
verbum vniuerſitatem denotans, vt per verbum
quidquid, & ſimilia. d. l. cùm uirũ. In propoſito
ergo cùm legatum hoc præcedat, nec ſit adiectũ
verbum, portionem hæreditariã, nec quidquid
vel ſimi. negari non videtur poſſe uenire in reſti-
tutionem. Eſt tamen verum, quòd D. Bartho. de
3 Saly. dicebat † quòd hæc diſtinctio præcedant le-
gata, vel ſequantur grauamen, non probatur in
4 re, & † quòd l. cùm virum. & † d. §. quidam libe-
5 ris. & l. ſi tertius. ff. de legat. 3. non ſapiunt hãc
6 differentiã. † Sed an ſit tale verbum in ipſo roga
mine reſtitutionis, quod de per ſe, & ſui natura
ſapiat vniuerſum, & tunc veniunt in reſtitutio-
nem, aliàs non veniunt ſimpliciter, & iure bene
aduertendo ad illos tex. ſatis probant quod dicit
præfatus Doctor. Præterea firmatur hoc, quia
7 † ordo ſcripturæ nõ attenditur, ſed intellectus:
8 ut l. cùm pater. §. fidei, de leg. 3. † & non attendi
videtur prioritas temporis, ex quò tempus mor
tis teſtatoris inſpicitur: vt l. vxore. §. teſtamento
pueros. ff. de lega. 3. & ex hoc ſequitur poſtea in
caſu noſtro, ſi hæc opinio eſſet uera, quò dicta
domus remanere deberet penès matrẽ hæredem
teſtamentariam ipſius Ioannis, cùm nõ appareãt
verba in ſubſtitutione aliquid vniuerſum deno-
tãtia, per verbum quidquid, &c. prout dicit tex.
in d. l. cùm virum. Quin etiã videntur denotare
portionem hæreditariã, cùm dicit hæredes. &c.
æquis vt ſupra &c. quod ſi verum eſſet etiam ſe-
cundum communem opin. dicta domus legata
remanere deberet penès matrem: intelligendum
eſſet tamẽ ſanè de portione quę obuenit ipſi Ioã
ni filio iure legati, ut ſunt in caſu nſo duæ por-
tiones de tribus, cùm tres fuerint hæredes. Vlti-
ma tamen pars, quæ retinetur iure hæreditario,
veniret bene in reſtitutione; vt l. qui filiabus. §.
fina. ff. de legat. 1 & l. miles. §. pro parte, de lega.
2. & l. Sextuliam, de lega. 3. quidquid ſit, non de-
termino hoc dubium, & maximè cũ opinio Glo.
Bart. & Bal. ſit in contrarium.

Quo ad ſecundum an eueniſſe intelligatur ca
ſus reſtitutionis, videtur primò dicendum, quòd
ſic, licet enim fuerint hæredes inſtituti ipſi tres
filij, & per copulam coniuncti, in ipſa reſtitutio
ne uidetur tamen dicẽdum, ꝙ ſufficiat ꝙ euene-
rit caſus mortis ſine filijs in perſona vnius tan-
9 tum, non omnium, licet † enim in uulgari requi
ratur concurſus omnium: ut l quamuis. & l. hæ-
10 reditate. C. de impub. & ali. ſubſti. at tamen † in
fideicommiſſaria ſecus, ſicut in pupillari. ſufficit
enim ꝙ in perſona alterius tantum, caſus euene
rit, ut ſubſtituto locus ſit, quo ad illum: ut l Lu-
cius. §. Caio. ff. ad Trebellia. de legã. ſecundo. l. fi
na, §. filiam.

In contrarium eſt veritas in caſu noſtro: nam
prædicta in contrarium allegata ſunt vera, niſi
11 † ſuperſit perſona, quæ ex volũtate teſtatoris p̃-
ſumpta, excludat ſubſtitutum: ut eſt caſus in l. pe
nul. C. de impu. & ali. ſubſti. quæ loquitur in
pupillari, attamen idem in fideicommiſſaria: ut
dicit Barto. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad
Treb. Sed in caſu noſtro, nulli dubium, quòd
ſuperſunt filiæ, quæ ex voluntate teſtatoris ex-
cludunt ſubſtitutos ſecundum not. ibid. Siue
tamen excluderent ipſos ſubſtitutos, ſiue non,
12 veritas eſt, quòd † mater fraudari nequit legiti-
ma quæ debetur per patrem ipſi Ioanni, & gra-
uamen uſque ad legitimam reiectum fuit ipſo iu
re: ut l. quoniam in prioribus. & l. ſcimus. §. cùm
autem. C. de inoffi. teſta. & no. in l. ſi pater. C. de
inſti. & ſubſtitu. unde in legitima ſine dubio ma-
ter ſuccedit ipſi filio, quæ erit tertia ſuæ portio-
nis, ſecundum auctẽ. nouiſſima. C. de inoffi. teſta.
cùm etiam quarta Trebellianica ipſa matri de-
betur uigore reſtitutionis, & per matrem, vt hę-
redem Ioãnis fieri debet ſororibus, uel alijs ſub
ſtitutis. Non tamen curandum in hoc, quo ad
matrem, nec hęc impediunt ſe per concurſum,
immò vtraque detrahi poteſt per matrem, tam
in legitima, quàm Trebellianica, maximè cùm
detrahendæ venerint diuerſis temporibus ſecun
dum opinionem firmatam in l. quanquam. C.
ad l. Falcid. & in l. Papinianus. §. quoniam au-
tem. ff. de inofficioſo teſtament. & in c. Raynu-
tius. & in c, Raynaldus. de teſt. Concludo igitur,
quòd mater de dicta hæreditate Martini Ioannis
filio delata poteſt retinere legitimam, & Trebel-
lianicam, & in his liberè teſtari potuit dictus Ioã-
nes. De legato autem domus, relinquo ſub du-
bio. Laus Deo.

Ioannes de Monte Sperello de Peruſio.

CONSILIVM D. FEDERICI de Vigoncia.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta per aſcendentem
deſcendenti habet intellectam clauſulam, videli-
cet, ſi deceſſerit ſine liberis. Idem in portione, quã
deſcendens accipit iure ſubſtitutionis alteri factę.
nu. 2. & 3.*

4 *Subſtitutio euaneſcit ſtatim quòd extat conditio, nec
reuiuiſcit, licet qui purificantur conditionem deceſ
ſerint.*

CONSILIVM. CI.

CASVS talis eſt; Ser Iacobus Bur-
letus pectinator lanę fecit ſuum te-
ſtamentum infraſcripti tenoris, vi-
delicet; Conſiderans hæc igitur di-
ſcretus uir Ser Iacobus Burletus pectinator la-
næ, filius quondam Ser Franciſci Burleti de
Padua, de contrata Auine, per Dei gratia ſa-
nus mẽte &c poſt legata in eo facta, venit ad hę-
redum inſtitutionem, ſic dicens; In omnibus au
tem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus,

iuribus

iuribus, & actionibus quibuſcunque ad ipſum teſtatorem pertinentibus, quomodocunque, & qualitercũque hic. & vbique poſitis, & ſituatis, ſuos vniuerſales hæredes inſtituit, & eſſe voluit Dominam Catherinam ipſius teſtatoris filiam, & Dominam Benedictam vxorem ipſius teſtatoris, & hoc in vita cuiuſlibet ipſarum tantum. Et ſi altera ipſarum decederet. quòd dicta hæreditas deueniat in ſuperſtitem ipſarum uiuẽtem. & hoc in uita ſua tantum, & ꝙ poſt mortem ipſarũ D. Catherinæ, & D. Benedictę, voluit & vult ipſe teſtator, quòd dicta hæreditas quæ ſupererit, uẽdatur per ſuos commiſſarios, & diſtribuatur inter pauperes Chriſti, eligendos per ſuos cõmiſſarios, prout eis melius videbitur, & placuerit, & hoc pro anima dictis teſtatoris, & pro animabus patris, & matris ipſius teſtatoris, dicta tamen Benedicta viuente caſtè. & honeſtè & uitam uidualem ſeruante, aliter ipſa ſe maritante, ꝙ habeat ſolùm dotem ſuam, & cõtra dotem, prout in inſtrumento ſuæ dotis continetur. Suos autem cõmiſſarios, &c. Modo mortua eſt dicta D. Benedicta, relicta dicta D. Catherina eius filia, & ex poſt mortua eſt dicta D. Catherina, relicto poſt ſe Iacobo eius filio infante. & poſt modicum tempo ris interuallũ, mortuus eſt Iacobus infans, filius dictæ D. Catherinę relicta poſt ſe uiua, & ſuperſtite Domina Paduana matre Nicolai de Brozegana notarij, patris dicti Iacobi infantis, & ſic auia paterna dicti Iacobi defuncti: Per commiſſarios nunc dicti teſtatoris dicitur dicta hæreditas deuenit inter pauperes Chriſti, iuxta tenorem dicti teſtamenti propter mortem ipſarum dominarum inſtitutarum, &c. quia uoluntas teſtatoris pro lege ſeruatur, &c. Quæritur quid iuris. Miror profectò ꝙ hæc paupercula uexetur in
1 debitè, quoniam † in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta per aſcendentem deſcendenti ſubintelligitur conditio ſi deceſſerit ſine liberis, l. generaliter. § cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condi. fact. & l. cùm auus. ff. de condi. & demon. unde cũ Catherina cui facta fuit ſubſtitutio deceſſerit relicto filio, euanuit ſubſtituto fideicõmiſſaria facta ſibi in parte ſua, & iſtud nullum habet dubium. Solum dubitari poteſt de parte de qua fuit inſtituta D. Benedicta, mater ipſius Catherinę cui poſtea fuit ſubſtituta ipſa Catherina, & demum ſubſtituti pauperes Chriſti Catherinæ: quia ſunt in ſubſtitutione facta Catherinæ, in ea portione quam ipſa acceperat iure inſtitutionis, ſubintelligitur clauſula ſi deceſſerit ſine
2 liberis. Idem in ſubſtitutione † facta eidem Catherinæ in portione quam ipſa acceperat iure ſubſtitutionis, tanquam ſubſtituta matri: quia qua ratione prędilexit eſiam in ea portione Catherinam, eadem ratione prædilexit filios ipſius Catherinæ per iura primò loco allegata. Præterea ſi etiam ualeret fideicommiſſum factum Catherinæ de pauperibus in portione data primò loco, matri eius de tali fideicõmiſſo deduceretur Trebellianica. & ipſa Catherina ex perſona matris poſſet eam deducere. Tertio eſt aduertendũ, quod ſubſtitutio non eſt facta, niſi in eo quòd ſuperfuit, unde uenire oportet ad materiam auth. contra rogatos. C. ad Trebellia. Sed iſta duo ultima non examino; quoniam primum eſt clariſſi-
3 mum, quòd † in ſubſtitutione facta Catherinæ etiam in ea portione, quam acceperat ex primaria ſubſtitutione, ſubintelligitur conditio ſi deceſſerit ſine liberis, ergo euanuit ſubſtitutio ſta-
4 tim quòd deficit cum liberis, nec † reuiuixit, licet poſtea liberis ſine liberis deceſſerint l. iubemus. circa medium. C. ad Trebel. & not. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. Laus Deo.

Federicus de Vigontia V. I. D.

CONSILIVM D. BARTHOLOMæi de Vulpis ciuis, & de Collegio Iudicum Brixienſium.

SVMMARIVM.

1 *Modus vt ſubſtitutio vulgaris contenta in pupillari expiret, eſt ut adeatur hæreditas cum auctoritate curatoris, uel iudicis.*

2 *Subſtitutio fideicommiſſaria in euentum conditionis explicanda, non ſe extendit ad legitimam iure naturæ debitam: quæ legitima pendente conditione ſubſtitutionis fideicommiſſariæ poteſt dari in dotem irreuocabiliter.*

3 *Filia hæres uniuerſalis de reſtituendo grauata lucratur omnes fructus hæreditatis.*

4 *Sponſus uel futurus ſocer non lucratur fructus futurę dotis, licet onera matrimonij ſuſtineat.*

5 *Fideicommiſſarius mortuus non tranſmittit fideicõmiſſum ad hæredes, & ideò portio eius accreſcit aliis ſubſtitutis.*

CONSILIVM. CII.

BERTHOLINVS de Lauono inſtituit filiam hæredem uniuerſalem, & ei certos ſubſtituit uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſi contingat eam decedere ſine hæredibus ex ſe legitimè deſcendentibus, & mortuus eſt unus ex ſubſtitutis, nupſit in pupillari ętate, & dedit uel dare promiſit omnia bona hæreditaria in dotẽ, quibus futurus ſocer gauiſus eſt, & ipſa adulta effecta annorũ 16. liberauit à dictis fructibus dictorum bonorum ſocerũ. nũc autem uellet dicta bona æſtimata in dotẽ dare, irreuocabiliterque remanere apud maritum uel ſocerum. Quæritur de prædictis quid iuris? Et reſpondetur
1 † quòd ſubſtitutio pupillariter expirauit per pubertatẽ, ut inſti. de pup. ſubſti. §. pen. ut aũt uulgaris expiret, opus eſt aditione cũ auctoritate curatoris, ut l. potuit. C. de iure delibe. uel auctoritate iudicis. l. ſi infanti. eo titu. per ſe quidem adi-
re

re non pôt, vt d.l potuit. Immò ſi decederet hēdi
tate nō adita, ſubſtituti haberēt totū vi vulgaris.
2 † His ſic geſtis remanebit ſola fideicommiſſaria
in euentum conditionis explicanda.l.j.C.de cō-
di.inſer. quæ ſe non extendit ad legitimam debi-
tam iure naturę.l.cohęredi.§.j.ff. de vulg. & pu-
pilla.ſubſti.quæ hodie eſt tertia omnium bono-
rum.anc.nouiſſima.C. de inoffic. teſtamen. quã
pendente conditione ſubſtitutionis fideicommiſ
ſariæ, ſolam poteſt dare in dotem irreuocabili-
ter, ſi tamen non eſſet ſufficiens poſſet augeri ex
dicta ſubſtitutione.in auc,res quæ.C.commu.de
leg.l.fi. & licet de iure communi legitimam, &
Trebellianicam deducere poſſit.vt in c. Raynal-
dus.extra de teſtamen. attamen obſtante ſtatuto
Communis Brixiæ, non poteſt deducere, niſi le-
3 gitimam ex iure naturæ.† Filia autem heres vni
uerſalis inſtituta grauata de reſtituendo lucra-
tur omnes fructus totius hereditatis.l. iubemus.
4 in prin.C.ad Trebellia.† Sponſus autem, vel fu
turus ſocer pupillæ, licet ſuſtineat onera futuri
matrimonij non lucratur fructus futurę dotis,
vt no.in prin.l.dotis. ff. de iure dot. & l.ante.ff.
ſol.mar.& ideò neceſſaria fuit liberatio à fructi-
bus, quæ de iure communi iuramento pręſtito
ualida eſt.per anc. ſacramenta puberum, iuxta
notata in l.3.§.contrarium.ff.de contra. iud.tu-
te.Sed obſtāte ſtatuto Communis Brixię, quod
vult prefactam anc.non habere locum in mino
re vigintiquinque annis.non ualeret, niſi alio re
medio iuuaretur. Quod remedium erit, ut cùm
ſit maior 18. annis faciat procuratorem, cuius
auctoritate omnia geſta rata erunt. Moueatur iu
dicium ſuper fructibus, & fiat compromiſſum
vigore ſtatuti, cuius expeditioni, & firmitati or-
dinem dabo, ſi habeatur recurſus ad me, aliter ſo
5 cer ſubiacebit reſtitutioni fructuum.† Fideicom
miſſarius autem ſubſtitutus mortuus non tranſ
mittit fideicommiſſum ad heredes, vt no. in l.
vnica.C.de ijs qui ante aper. tabu. & ideò portio
eius accreſcit alijs ſubſtitutis, vt in §.in primo, &
§.pro ſecundo, & §.vbi autem.in l.j.C.de cadu.
tollen.& facit l. ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & legiti.
Ita mihi videtur de iure dicendum.

Bartholomæus Vulpis.

CONSILIVM D. BARTHOLO- mei de Vulpis Ciuis Brixienſis.

SVMMARIVM.

1 *Venientes ab inteſtato, an aliquid conſequi poſſint in bonis teſtatoris, qui coram quinque teſtibus teſtatus eſt, cum clauſula, ſi non ualet iure teſtamenti, &c. & iuſſit bona diſtribui inter pauperes Chriſti.*
2 *Teſtes quot in teſtamentis requiruntur.*
3 *Teſtamentū carens hæredis inſtitutione non ſubſiſtit.*
4 *Voluntas ultima in relictis ad pias cauſas, coram duobus ualet.*
5 *Fideicommiſſarij ubi inter pauperes fieri debet diſtributio dicuntur hæredes.*
6 *Relictum operæ eccleſiæ in teſtamento cum quinque teſtibus celebrato, an ualeat.*
7 *Fideicommiſſarij negligentes infra annum exequi teſtamentum, an ſint priuati iure fideicommiſſario, & ius exequendi deuoluatur ad epiſcopum. & numero 9.*
8 *Fratres Sancti Franciſci, an poſſint petere legatum factum operæ eccleſiæ in aliud conuerti, quàm in magiſterio operæ.*
10 *Intellectus ad c. nos quidem.c. ſi hæredis. & cap. tua nos.extra de teſta.cum Glo.*
Intellectus.§. ſi quis.in auth.de eccle.ti.col.9. & extra de teſta.Ioannes.
11 *Executores malè ablata, & incerta auctoritate ſua poſſunt diſpenſare, ſeu ea, quæ pro malè ablatis, & incertis ſunt à teſtatore relicta.*
12 *Eleemoſynæ, an debeant fieri de illicitè acquiſitis.*
13 *Intellectus.c.cùm ſit.extra de Iudæis.*

CONSILIVM CIII.

1 MARCVS quondam Ioannis de Plumbino † ſuam vltimam volun-
tatem cōdidit coram quinque teſti-
bus, in qua poſuit clauſulam, ſi nō
valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum,
vel alio iure quo melius valere poteſt. Et in ea
iuſſit bona diſtribui inter pauperes Chriſti per
ſuos fideicommiſſarios; & inter cętera legata re
liquit operæ eccleſiæ Sancti Franciſci de Plom
bino libras centum conuertendas in magiſte-
rium dictæ eccleſię. Modo ex prędictis quærun
tur infraſcripta. Primò an uenientes ab inteſta
to, poſſint aliquid petere in bonis dicti teſtato-
ris? Secundò an prædictum legatum ualeat? Ter
tiò an executores dati in ultima voluntate ſint
priuati iure fideicommiſſi, & deuolutio facta
ad dominum Epiſcopum? Quartò an fratres
Sancti Franciſci poſſint petere dictum lega-
tum in aliud conuertendum, quàm in magiſte-
rium operę.

Ad primum reſpondetur, quòd venientes ab
inteſtato debeant ſuccedere: quia non ualet iure
teſtamenti, ſed iure codicillorum, vt Inſt.de fidei
com.§.ſingularia. Pręterea no.in l.j. de iure co-
dicillo.in auc.ex cauſa.de lib.pręt.l.fina.C. de iu-
re codicillo. Nam teſtamentum ualere non uide
2 tur. Primò propter defectum teſtium.† Nam ſe-
ptem teſtes requiruntur in teſtamento. ut Inſti-
tu.de teſtamen. §. primo.l. fina. C. de fideicom.
3 † Item quia hęres non erat inſtitutus in dicto
teſtamento, ut Inſti. de fideicom. hęredita.§. in
primis.

Sed prędictis non obſtantibus, dico valere iu
re teſtamenti, & uenientes ab inteſtato excluſos.
4 Quia † voluntas vltima in relictis ad pias cāſ
valet etiam coram duobus teſtib. iure teſtamen-
ti.c.omnes.eſt.c.relatum.el primo, extra de teſta-
men.

men.& no.in l.prima.C.de ſacroſanc.eccle.† Et fideicommiſſarij vbi inter pauperes debet fieri diſtributio, dicuntur hęredes, vt l.ſi quis ad declinandam,& l.nulli.C.de epiſc.& clericis. no.per Innocen.& Ioan.And.in c.cum tibi, & c.Ioannes extra de teſta.

6 Ad ſecundum concluditur ex prędictis † dictum legatum valere, cùm ſit ad pias cauſas, vt c.cùm omnes.& c.relatum extra de teſta.

a Ad tertium[a] reſpondetur, † quòd fideicom-
7 miſſarij non ſunt priuati iure fideicommiſſario. Nam annus non currit, nec deuolutio iuris exequẽdi ſit ad dominum epiſcopum, niſi demum poſt admonitionem factam per dominum epiſcopum.in auc.de hæredi.& falci.§.ſi quis autẽ.& de eccleſiaſti.titu.§.ſi quis autem pro redemptione,& in c.tua nobis.& ca.nos quidem.extra de teſtam.Hic autem non apparet de aliqua admonitione epiſcopi,igitur &c.

8 Ad quartum reſpondetur, † quòd fratres non poſſunt petere dictum legatum in aliud conuerti, quàm in magiſterium operæ, vt ca.tua nobis. extra de teſtam.& l.legatum.de vſufru.leg.& in l.ſequen.& in l.j.de adminiſtra.rer.ad ciui.pertinentiu,& l.legatum.co ti.

Et ita dico & conſulo Ego Bartholomæus de Vulpis.

ADDITIO INCERTI AVCTORIS.

a SVPER † quo tertio dubio extat, conſilium
9 Dyni, quòd incipit conſilium in caſu propoſito, vtrum epiſcopus propter negligentiam hæredum, & executorum omittentium volũtatem exequi defuncti infra annum, poſſit voluntatem ordinaria auctoritate quoad legata, & ad pias cauſas exequi. Et determinat ſic. Primò dico, quòd executores deputati in ultima voluntate poſſunt infra annum,& poſt annum computandum à tempore mortis defuncti, voluntatem ipſius, etiam quoad malè ablata incerta, & legata alia ad pias cauſas liberè adimplere, & expreſsè probatur extra de teſt.c.nos quidem.& c.ſi hæredi.& c.tua nos.

10 Nec ob.Glo.poſita † ſuper dictis capi.nos quidem.& c.ſi hęredit.quæ uidetur decidere, quòd infra annum debet teſtatoris voluntas adimpleri.Nec ob.Gl.in c.tua nobis, quæ dicere videtur quòd diœceſanus debet exequi voluntatem defuncti, ſi executores fuerint negligentes. Nã omnia huiuſmodi iura ſi bene cõſiderẽtur, loq videntur, qñ eps primò legitimè admonuit executores ipſos, vt executioni mãdent voluntatẽ defuncti, tunc.n.ſi infra annum à die talis monitionis cõputandæ executores ipſi fuerint negligẽtes, poterit eps per cenſuram eccleſiaſticã, executores cogere, ut exequantur,& ſic uidentur loqui iura pdicta,& in auc.de eccl.tit.§.ſi quis coll.9.& extra de teſta.c.Ioannes, ſic & tenẽt D. Thadeus de Ceſanna & Io.And.in additionibus ſuis, & communiter omnes Doc. ſuper capitulis prædictis. Nec certè ius aliquod inuenitur vbi caueatur epiſcopum debere, vel poſſe malè ablata incerta, ſeu legata ad pias cauſas manu ſua, vel auctoritate expendere, vel ſoluere, quantumcunq; executores fuerint negligentes, ſed omnia iura hoc ſolùm dicere uidentur, q monitione pmiſſa eps cogere debet hęredes, & executores teſta-
11 mentorum executionem ipſam.† Quòd aũt executores malè ablata, & incerta auctoritate ſua poſſint diſpenſare, ſeu ea quę pro malè ablatis, & incertis ſunt à teſtatore relicta, clarè colligitur extra de teſt.c.tua nobis.& cap.religioſis.lib.6.in quo ca.Archi.tenet expreſsè, quę ſupra dixi. Immò ipſe idem qui malè accepit hoc poſſet ſi vellet, ut eſt planus tex.extra de uſu.ca. cum tu.§.j. ibi, pauperib.erogare. Ad hoc facit quod not.extra de homi.c.ſicut dignum,§.eos.in fi.argumento ſumpto à contrario ſenſu. Ad idem uidetur expreſſum.14.q.5.c pe.& ſeq & c.ult. iuxta finem. 24.q.3.c.ſi quis Romipetas.& huius opinionis ſunt Io.Pet. Vincenti.& Bernar. extra de Iudę. c.cùm ſit.in Gl.ſi ergo,& Innoc.extra de immu. eccl.c.quia plerunque in Gl.j.iuxta fi.verſi.ſi autem illicitas negotiationes,&c.

12 Ad hoc facit: quia ſcriptum eſt, † quæ in malũ acquiſiuiſti in bonum expendere. ſi tu obiicias, q de illicitè acquiſitis non debent eleemoſynæ fieri, dic q intelliguntur ſic, ſcilicet q non debet quis ea intentione illicitè acquirere, ut faciat inde eleemoſynam,& iſta expoſitio probatur in d. c.non eſt, ut ibi no.Vgo.

13 Non ob.c.cum ſit.extra † de Iudæis in quarum loquitur de Iudęo, nõ de Chriſtiano, cuius actus & diſpenſatio meritò habetur ſuſpecta erga pauperes, ob quod benè, & iuſtè dicit ibi ſecundum puidentiã diœceſani epiſcopi, &c. quę ſuſpicio ceſſat in fideli Chriſtiano: & ideò aduerte, q in illa Decretali cũ ſit.ponitur illa dictio Chriſtianorũ,& ſic & illa Decretali cũ tu.&c.Laus Deo.

CONSILIVM D. BARTHOLOMæi de Vulpis Vtriuſque Iuris Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum paternum in quo iure legati pater dotem reliquit filiabus, an valeat.*

2 *Filia an dicatur dotata eo ipſo, quòd pater in teſtamẽto dotem reliquit.*

3 *Hęreditas fratris, an ſpectet ſorori, & matri.*

4 *Verba ſine teſtamento, vel ab inteſtato, an uerificentur in infante.*

5 *Differentia an ſit inter uerba inteſtatus, & ſine teſtamento.*

6 *Mater à filio dotari non debet.*

7 *Inſtitutio vel ſubſtitutio, per verbum legauit, in re certa non ſit.*

CON-

CONSILIVM CIIII.

VTRVM teſtamentum paternum valeat; in quo iure legati pater dotem filiabus reliquit, ſtante ſtatuto quòd filius maſculus excludat ſorores dotatas
ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato filius ma-
1 ſculus habeat hæreditatem paternam.† Et vide-
tur teſtamentum primum non valere, quia filiæ
ſunt præteritæ, habent enim dotem iure legati,
dum dicit legauit, & ſic eſt præteritio ſiue cau-
ſa, vnde non valet teſtamentum, authen.ex cau
ſa, C. de liber.præter.& authen.non licet, eod.tit.
& authen.nouiſſima.C.de inoffic.teſtamē. & ſic
non poteſt habere locum ſubſtitutio, habet ergo
filius hæreditatem ab inteſtato excluſis ſorori-
bus: quia ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato
filius maſculus habeat hæreditatem paternam,
2 excludit ſorores dotatas vigore ſtatuti. † Et di-
cuntur dotatæ eo ipſo ꝙ eſt ſibi relicta dos in te-
ſtamento, per Barto.in l. Titio.ff.de condi.& de-
monſt.& in quibuſdam conſilijs. Cùm dicatur in
caſu filium iſtum adiuiſſe hæreditatem paternā
excluditur dubium, l.ſi in infanti.C.de iure deli-
be. in §.ſin verò. vbi dicitur ꝙ filio infante mor-
tuo non adita hæreditate, perinde eſt, ac ſi non
fuiſſet in medio, & per hoc reperitur hæreditas
paterna mixta cum hæreditate filij.ff.de vulgar.
& pupilla.l.ſed ſi plures.§.filio. Vnde qui habe-
bit hæreditatem filij, habebit etiam hæreditatem
paternam.

Ad ſecundum de hæreditate fraterna dicen-
3 dum † ꝙ de iure communi ſpectauit ad ſorores,
& ad matrē.§.j.in auth.de hære.quæ ab inte.auth.
defuncto.C.ad Tert.& ſic excluderetur agnatus.

In contrarium dicendum eſt pro veritate, ꝙ
agnatus iſte exiſtens infra gradum ſtatuti exclu-
dit ſorores.& matrem: quia filiæ & ſorores præ-
dictæ ſunt dotatæ in teſtamento, vt ſupra dictū
eſt, & iſte eſt caſus ſtatuti.

Sed contra iſtam determinationem opponi-
4 tur. Primò ꝙ non ſumus in caſu ſtatuti: † quia di
cit ſi deceſſerit ſine teſtamento, vel ab inteſtato,
ſed hoc non verificatur in infante.l.j.ff.de ſuis &
legiti. Reſpondeo primo ſecundum D.Bart.ibi-
dem ꝙ ex communi vſu loquendi inteſtatus veri
ficatur in minore xiiij. annis, & vſus communis
loquendi attenditur in ſtatutis, vt ibidem.l.libe-
rorum.§.j.ff.de leg.2. Adde quod no.Io.Fab. In-
ſtit.de hære.quæ ab inte.in prin.

5 Vel reſpondetur & ſecundo † ꝙ aliud eſt di-
cere inteſtatus, aliud ſine teſtamento, quod de-
claro ſic. Quia inteſtatus eſt terminus priuati-
uus, & ſine teſtamento eſt terminus infinitus, pri
mum concedit potentiam actus, & negat actum,
ſecundum negat potentiam & actum, iſta proba
tur in l.ſi filio.ff.ſolu.mat.cl.j.in ver.in iuſſu. & l.
Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſth. Vnde iſta ve
ra eſt, lapis eſt non iuſtus: quia negat potentiam
& actum, & ſimiliter iſta, minor xiiij. annis, eſt
non teſtatus: qui negat potentiam & actum, & iſta
eſt falſa, lapis eſt iniuſtus: quia ſupponit poten-
tiam & aptitudinem iuſtitiæ in lapide, quod eſt
falſum & negat actum. Et ſimiliter iſta eſt falſa,
minor xiiij.annis eſt inteſtatus: quia ſupponit po
tentiam & captitudinem teſtandi in tali minore,
& negat actum.

Secundò obſtare videtur: quia ſtatutum dicit
ſi fœminæ excludendæ ab hæreditate fuerint do-
tatæ, vel dotandæ de hæreditate illius de cuius
6 bonis agitur.† Sed mater non debet dotari à fi-
lio, not.in l.fi.C.de dot.promiſsio. Reſpondeo, ꝙ
in ſtatuto aſsignatur duplex ratio excluſiua vna
agnationis, & familiæ conſeruatio, alia dotatio,
& licet vna ceſſet, ſcilicet dotatio, ſufficit altera,
ſcilicet conſeruatio. Inſti.de nupt.§.affinitatis, &
ibi not.in Glo.

Et ex prædictis patet.l.fina.C.de inſtitutio. &
ſubſtituti. nihil habere commune in caſu noſtro:
quia filiæ non fuerunt ſubſtitutæ fratri, vt patet
7 ex teſtamento † per verbum enim legauit in re
certa non fit inſtitutio vel ſubſtitutio, Inſtitu.de
teſta.mil.§.j.l.his verbis. & ibi not.per Barto. &
alios.ff.de hæred.inſt.& ſic ſorores iſtæ non poſ-
ſunt venire vigore ſubſtōnis: quia non eſt facta,
tum quia ſi foret facta eſt nulla ratione præteri-
tionis. Ex prædictis cōcluditur præfactum agna
tum ſuccedere præfato infanti excluſis ſororibus
& matre. Et arguitur ſic. Iſtæ mulieres ſunt dota
tæ, & debēt conſeruari familia & agnatio, & iſte
agnatus eſt intra gradū ſtatuti, & probatur iſtud
antecedens in omnibus partibus ex ſupraſcriptis:
igitur iſte agnatus intra gradum ſtatuti præfer-
tur excluſis dictis fœminis.

Ego Bartholomæus de Vulpis Iuris Vtriuſq;
Doctor ita dico & conſulo.

SVBSCRIPTIO.

IDEM quod ſupra, videlicet ꝙ mater nō ad
mittatur ex perſona filiarum ſuarum ad hære
ditatem illius pupilli, eo maximè, quoniam ipſæ
filiæ eſto ꝙ habitauerint in domo dicti pupilli
eiusque bona poſſederint fructus percipiendo
non potuit ſe obligare vigore ſtatuti abſq; ſolen-
nitate requiſita, ergo taliter gerendo non poteſt
videri admiſſæ: quia qui nō pōt ſe obligare, non
pōt adire.l.more.& ibi per Bar.ff.de acq. hæred.
Ita dico & conſulo Ego Tubertus de Tortis le-
gum Doctor & miles.

CONSILIVM STEPHANI DE Barrerijs legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationis priuilegium per falſas preces impe-
tratum an ualeat. & nu.7.cum ſeq.*
2 *Decretum iudicis pro ſe præſumptionem habet in ex
traiudicialibus.*
3 *Extraiudicialia in dubio ſolenniter acta uidentur.
& nu.12.*

T Decretum

4 *Decretum debet aliquid operari.*
5 *Decreta non debent eſſe eluſoria.*
6 *Precum falſitas non impedit delegatum cognoſcere, & ſecundum veritatis tenorem pronunciare.*
8 *L. 1. ff. de natali reſti. declaratio.*
9 *Probatio cauſarum allegatarum per impetrantem reſcriptum debet fieri coram iudice executionis: aliàs non valet.*
10 *Teſtamentum numero teſtium non ſuffultum valet tanquam inteſtati voluntas.*
11 *Teſtamentum nuda voluntate tolli non poteſt, quoad hæredis inſtitutionem.*
13 *Præſumptionem quando pro decreto ſit.*
14 *Probatio cauſarum non requiritur tempore impetrationis priuilegij, ſed ſolum executionis.*
15 *Comiti aſſerenti in legitimatione cauſas expreſſas fore veras, non creditur.*
Intellectus Cle. litteras. de probationi.
Verba narratiua Comitis legitimatis non probant.
16 *Verbis narratiuis principis in facto alieno non ſtatur.*
17 *Legitimatio facta per Comitē Palatinū, an valeat, in præiudiciū legitimorū hæredū, & nu. 18. cum ſeq.*
18 *In ſucceſſione prima cauſa deſcendentium eſt.*
19 *Fictio poſtliminij, quid operetur, & quid Principis reſtitutio. & nu. 30.*
20 *Principis priuilegium qualitèr debeat intelligi, & interpretari.*
21 *Generali in conceſſione non intelligitur mandata aliqua diſpenſatio contra ius commune.*
22 *Citari debent ij quorum intereſt in legitimatione.*
23 *Principis mens in dubio talis cenſenda eſt, qualis eſſe debet.*
24 *Comes delegatus nō poteſt iura alteri quæſita tollere.*
25 *Potentius eſt ius in cauſa, quàm in cauſato, & in cauſata prima, quàm in ſecunda.*
26 *Cauſa licet in Principe præſumatur, tamen in inferiore non præſumitur.*
27 *Princeps licet de poteſtate abſoluta poſſit legitimare irrequiſitis ijs quorum intereſt, in dubio hoc non præſumitur: niſi de Principis mente hoc expreſſè appareat.*
28 *Citatio eſt de iure naturali, quæ tolli non poteſt; vel ſaltem in dubio tolli non præſumitur per Principis reſcriptum.*
29 *Reſcriptum Principis priuatiuum poſſeſſionis alterius, abſente parte cōceſſū, præſumitur clādeſtinū.*
31 *Argumentum à fictione poſtliminij ad legitimationē non eſt validum.*
32 *Hæreditas capti ab hoſtibus, captiuitate pendente per alium adiri non poteſt.*
33 *Legitimatio Principis in ſuſpenſo non retinet iura hæreditatis alij quæſita.*
34 *Fictio poſtliminij non trahitur ad iura alteri pendente captione quæſita.*
35 *Impoſſibilia reputantur quæ per ſolum Principem fieri poſſunt.*
36 *Dominium rerum hæreditariarum quæſitū legitimis hæredibus eſt de iure gentium, modus verò quærendi de iure ciuili, quod etiam per Principis priuilegium perdi non poteſt.*

CONSILIVM CV.

ARTICVLVS quæſtionis, & caſus ſubijcitur in terminis infraſcriptis, videlicet; Quidam D. A. Comes Palatinus à Cæſarea maieſtate creatus cum plena poteſtate ſpurios & baſtardos illegitimè natos legitimandi, ad primosque natales reſtituendi, tam viuentibus prentibus, quàm mortuis, & etiam ipſorum parentum hæreditate adita, vel non adita, bonorum eorum poſſeſſione apprehenſa, vel non apprehenſa, ac cum poteſtate habilitandi ipſos ad ſucceſſionem parentum, & agnatorum, vt plenius conſtat priuilegio quodam, ſeu indulto eidem conceſſo, prius quidam narrato & expoſito eidem Comiti per quondam, Franciſcum filium ſpurium d. Leonis, natumq; ex coitu illicito, & damnato, videlicet ex quadam concubina, quam viuente vxore ſua legitima tenebat, quod ipſe quondam Do. Leo, olim eius pater dum inhumanis ageret, ſæpius fuit proteſtatus, quòd ceſſantibus guerris, & cum primum ſibi poteſtas & habilitas adiit, quòd eūdem eius filium per habentem poteſtatem legitimari faceret, & habilitare ad ſucceſſionē ipſius, vt & quòd dicti domini Leonis erat animi & totalis intentionis & propoſiti ipſum Franciſcum eiuſdem vniuerſalem hæredem facere, ſuaque bona vniuerſa eidem Franciſco, & nulli alij relinquere, & quòd in ea intentione & propoſito perſeuerauit vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum, quodque ſuggeſſit, ꝙ licet ipſe quondam d. Leo aliàs feciſſet teſtamentum in quo certos ipſius agnatos legitimosq; hæredes abinteſtato hæredes vniuerſales inſtituerat, quòd tunc temporis idem Franciſcus nundum erat in rerum natura productus. Sed poſt ipſum teſtamētum ex ipſo domino Leone & quadam concubina eius genitus fuit, & in lucem deductus. Aſſeruit quoque, ꝙ ipſum teſtamentum erat minus ſolenne, & quòd ipſum teſtamentum per publicum documentum rogato Vberto de Parona publico notario reuocauit & annullauit. Subiunxitq; & firmiter affirmauit, ꝙ de præmiſsis narratis erat publica vox & fama in terra Viguli, & inter agnatos ipſius quondam domini Leonis, ipſe idem Comes annuens, & aſſentiens narrationi, & ſupplicationi ipſius Franciſci. Et præſertim viſo quondam inſtrumento reuocationis dicti teſtamenti factæ per ipſum dominum Leonem, & etiam quodam inſtrumento cuiuſdam proteſtationis factæ per vxorem dicti quondam domini Leonis, auctoritate & poteſtate ſibi cōceſsis, ac omni modo, via, iure et forma, quibus melius potuit, eundē Franciſcū legitimauit, et ad natalia legitima reſtituit, ipſumque habilitauit ad hæreditatem et ſucceſſionem dicti quondam patris ipſius tam adita, quàm non adita, et tam apprehenſa bonorum poſſeſſione, quàm non apprehenſa, abſentibus tamen ijs omnibus hæredibus legitimis ſupraſcripti Domini Leonis; in teſtamentoque prædicto

ſcriptis hæredibus ipſisq; ciuo incitatis, & irrequiſitis, q iā pluri tpe elapſo hæditatē, & bona pfati D. Leonis pacificè tenuerunt & poſſiderūt.

His igitur in facto ſuppoſitis, tria principaliter occurrūt inueſtigāda. Primū qdē vtrum talis legitimatio ſaltē valuerit p reſpectū ad ſupplēdū defectū natalū, an verò nullo mō ualuerit, eo q Comes ipſe, ipſiusq; mens ex ſuperius falſo, vel minus verè narratis circūſcriptus fuerit in decreto ſuo, ſuoq; inducto priuilegio prædicto. Secundò principaliter eſto ſine veri pīudicio, q ipſum priuilegiū & bñficiū legitimationis cōceſſum & inductū ipſi Frācīſco p dictū Comitē valuerit quo ad effectū tollēdi defectū naturalū ipſumq; Frāciſcū ad ius primę geniturę, primaq; natalia reſtituendū, & reintegrādū. An verò ét in præiudicium ipſorum legitimorū hæredū ſcriptorū in teſtō & iure hæreditarij quæſiti valuerit, & effectū ſortiri debeat. Tertio principaliter an ipſis legitimis hæredibus irrequiſitis, & incitatis potuiſſet ipſe Comes ex ptāte ſibi cōceſſa ex pprio ppoſito eundem Franciſcū legitimare, & ipſum habilitare in præiudicium ipſorum legitimorum hæredum ad ſucceſſionem paternam, & ipſos legitimos hæredes priuare, citationisq; ſolennitatem tolleret ſi hoc in ſuo priuilegio Indulto ipſi Franciſco per expreſſum expreſſiſſet, & dixiſſet.

1 Circa primū vī q ipſum priuilegiū, & beneficiū ipſi Franciſco ex cauſis allegatis, & narratis per eū conceſſum, & impartitū p ipſum Comitē

2 ualeat. Primò quia in iſtis extraiudicialibus pro iudicis decreto præſumitur, ut ſingulariter not. Inno. extra de eo q fir. ord ſac. ſuſce. c. innotuit. Spe. de emp. & uēd. §. nūc videdū, verſ. breuiter.

3 Ad idē facit q in dubio oīa vidētur ſolēniter acta. Inſti. de inutili ſtipul. §. ſi ita ſcriptum. & de fideiuſſ. §. ſi ſcriptum. & ff. de fideiuſſ. §. ſciendū.

4 Item decretum debet aliqnid operari. argu. l. ſi

5 quando. ff. de lega. j. Item decreta non debent eſſe eluſoria. ff. de iudi. l. ſi pretor. Vt igitur decretum Comitis eiusq; auctoritas non ſit eluſoriū, ſiue eluſoria, præſumere debemus omnia ſolenniter acta. Itē & præcipuè quia ipſe Comes at teſtatur narrata p ipſum Franciſcū in ſua petitione, & cauſas allegatas p eū uera & veras eſſe ueritas not. quo fit ut ſuo teſtō ſtandum uideatur, ex

6 tra de proba. c. re vera ex litteris. Amplius, quia reſcriptum falſitate precum uitiatum nō vr, tamē tribuit iuriſdictionē, ſed delegatū non p deprecantis à diffamat. ſed pro ueritatis tenore cognoſcere debet. C. ſi contr. ius vel util pub. l. præſcriptione. ſecundum veram lecturam. Ex his igitur uidetur concludendum, q cùm Princeps poteſtatē habeat reſtituendi quemlibet ad iura primę geniturę, & naturalibus ſuis primis iā per ſe, quàm per alium, cui ſpecialiter hoc commiſſum exiſtat, ut probatur. ff. de natal. reſti. l. 2. & penul. & in auten. quib. mod. natu. efficiun. ſui. §. j. col. 5. ſequitur quòd cùm ille Franciſcus ſit reſtitutus per ipſum Comitē, ab ipſa Cęſarea maieſta te omnimodam poteſtatem, & ſpecialem habentem, & ex cauſis iuſtis & legitimis quòd talis legitimatio valeat, defectumque natalium ſuppleat.

7 In oppoſitum arbitror veritatē, quòd ipſum priuilegiū ipſo iure nullum ſit, & per conſequēs quantum ad conceſſa, & contenta ipſo priuilegio nullum beneficiū tribueret eidem Franciſco. Ex eoque priuilegio ipſe Franciſcus in aliquo ſe iuuare poſſit, nec aliquod beneficium prætendere, quod ex pluribus deducitur. Et primò ſic, licet falſitas precum vel cauſarum allegatarum p impetrationem non vitiet reſcriptum ad ſimplicē iuris obſeruantiam conceſſum, ſed delegatus cognoſcere habeat pro ueritatis tenore, & non pro deprecantis affirmatione: vt C. ſi contr. ius vel utilita. publi. l. 2. ſecundum ueram lecturā Glo. & Docto. Attamen reſcriptum Principis quod concernit priuilegium precum falſitas, vel cauſarum allegatarum reddit ipſo iure nullum, ut eo. tit. l. & ſi legibus. Cùm igitur huiuſmodi reſcriptum huius Comitis palatini cōcernat priuilegiū, fueritq; p ipſum Franciſcum impetratum ex falſis cauſis allegatis, igitur nullum, potentius

8 in terminis pprijs. pbat in l. j, ff. de nata. reſti. vbi quidam principi affirmat ſe natū ingenuū, & ex poſtfacto ſeruum factū, natal bus fuit ſeruus reſtitutus per ipſum principem, & tamen ibi expreſſè determinat priuilegiū principis nō ualere, eo quia falſum affirmauit, cùm ab initio ſeruus natus fuiſſet: cùm igitur ex pluribus narratis falſis, hic Franciſcus impetrauerit reſtōnē natalium, & Comes veriſimiliter ex his narratis motus fuerit, ſequitur q reſcriptū eſt nullū: ut d. l. j. allegata, & l. ſi. C. ſi aduerſus reſcri. Amplius, &

9 ſi pbatio cauſarū allegatarū per impetrātē, priuilegiū à Principe coram ipſo principe fieri nō debeat, nec hoc ſit de ſubſtātia priuilegij, attamen de ſubſtātia executionis, & effectus priuilegij eſt ut allegatæ principi phibent corā iudice ſuo corā quo petitur executio ipſius priuilegij, aliàs uires aliquas nō ſortit, vt pbatur. C. de iis q ueni. ęta. impetrane. l. 2. in Gl. in ver. allegantes. ſecundū ſententiā Ioannis ibidē à Doctorib. approbatam. Sic itaq; ipſe Franciſcus executionē dicti beneficij & priuilegij impetrati ſeq nō poterit: niſi cās allegatas in ſua ipetratione pbauerit corā iudice ſuo, cū q cū pbari nō poſſent, uires, & effectū nō habebunt. Ex his igit liquet manifeſta in iure cōcluſio, q ipſum beneficiū & priuilegiū cōceſſum ex falſis cauſis allegatis p ipſū Comitē, quæ cauſæ pſumant cauſæ finales ipſius beneficij ſundituæ nullum eſt. Vel ſaltē ex defectu pbationis fiendæ, cū cauſæ ipſæ allegatę pbari nō poterūt, effectum & uires aliquas ipſum priuilegiū & beneficium non ſortiretur. Plura nempe ipſe Franciſcus in ſua affirmatione impetrauit, quæ ueritate carent: quis primo aſſeruit Comitij, quòd ipſe dominus Leo proteſtatus fuit ſæpius ſuique firmi propoſiti fuit ipſum Frācīſcum legitima-

ri faecere, cùm primũ habilitas eſſet, & ſua bona
eidem relinquere, & quòd in hoc propoſito ſem
per perſeuerauit vſque ad extremum vit , quod
nedum uerũ non eſt, ſed nec probari poſſet, im-
mo potius ꝑ legitimos hęredes prędictos proba-
retur oppoſitum, & maximè ꝙ in extremo uitæ
ſuæ ipſe dominus contrarium habuit propoſitũ.
Subiunxitq; in narratione ſua, ꝙ teſtamentũ
erat minus ſolẽne, quod ẽt veritate caret, atteto
quòd in ipſo teſtõ erãt deſcripti ipſi legitimi hę-
redes, quibus hæreditas ipſius Do. Leonis ab in-
10 teſtato deferrebatur. † quo fit ut quantũcunque
teſtm̃ ipſum ſuffultum nõ eſſet numero teſtium,
attamen ipſum teſtamẽtum tanquã inteſtati uo-
luntas à iure legitimè teneretur: ut eſt expreſſum
C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. quiſq; autem.
Subiũxitq; ꝙ ipſe dñs Leo ipſum teſtm̃ ꝑ pu-
11 blicum inſtrm̃ caſſauit, & anullauit, † quod etiã
veritatę caret, cùm nuda uoluntate teſtm̃ tolli nõ
põt q̃rum ad hęredis inſtõnes. licet ſecus q̃tũ ad
legata, ut ꝓbac ff. de teſt. mil. l. militis codicillis.
§. veteranus. & inſti. quib. mo. teſta. infir. §. ex eo.
Itẽ affirmauit plura alia, & de qbus omnibus di-
xit eſſe publicatã uocẽ, & famã in terra Viguli, &
inter parẽtes ipſius dñi Leonis, ꝙ verũ nõ eſt,
nec probari poterit: igitur ipſum beneficium, &
priuilegium corruit, & vires habere non poteſt
tum ex defectu eſſentiæ, tum etiam ex defectu
probationis cauſarum allegatarum.
Nec his obſtant allegata in contrariũ. Et pri-
12 mò dum dicebatur † ꝙ in extraiudicialibus præ-
ſumũtur ſolẽniter acta: quia rñdeo uerũ, qñ cãæ
allegatę erant poſſibiles tẽpore decreti, & actus
celebrati: aliàs ſecus, vt ff. de publi. l. quęcunq;.
§. fi. & ibi plenè per Ange. At in ꝓpoſito fuit al
legatio cauſarum, & actuũ ipſi Comiti q origi-
nẽ habuerũt in uita domini Leonis, & ſic ante ip
ſum priuilegium per longum temporis ſpaciũ
igitur præſumi nõ debent, immò opus eſt ꝓba.
ut plenè legitur ff. de uerb. obl. l. ſciendum. & in
auc. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.
13 Vel † aliter reſpõderi põt ꝓ decreto p̃ſumitur
reſpectu ſolẽnitatis intrinſecæ, ut in iuribus alle-
gatis: ſecus ſolẽnitatis intrinſecæ, ut in caſu no-
ſtro: qa illa extrinſeca nõ p̃ſumit, niſi ap̃ tè fuerit
enũtiata, ill. q; partes renũtiare nõ potuerũt: vt
C. de cõtrah. & cõmit. ſtipula. l. optimã. C. de fide
inſtru. l. j. & plenè ꝑ Bar. in l. ſciẽdũ. per Cyn. &
Bal. C. de fide inſtru. l. emãcipatione. c. quoniã cõ
tra falſam. extra de proba. & extra de o ffi deleg.
c. cùm in iure peritus, & utrobique ꝑ Innocẽtiũ.
Vel aliter & tertiò ꝓbabiliter dici poſſet, hic
14 loquimur in priuilegio impetrato, † ubi proba-
tio cauſarũ nõ requitur tẽpore impetrationis pri
uilegij, ſed ſolum executionis, ut d. l. 2. C. de his,
qui ueni. ætã. impetrãt. Secus in decreto iudicis,
quod interponi debet cum cognitione cauſæ, in
quo cauſarum allegatio nedum allegari põt, ſed
probari debet: aliàs decretũ deficit in ſubſtantia.
15 Nec † his repugnat quòd ipſe Comes cauſas
allegatas affirmauerit fore veras, per not. in Cle.
literis. extra de ꝓbat. qa rñdeo ꝙ illa Cle. loquit
& ponit ſpãle in principe, ꝓ quo p̃ſumit: ſecus
i delegato à principe, ut in caſu noſtro in hoc Co
mite palatino, cuius verba narratiua actus præte
riti non probant. ut in d. c. cùm in iure peritus. &
alijs ſuperius allegatis.
Prætereà iſta ſunt verba narratiua, nõ facti ꝓ-
prij, ſed prorſus alieni cuiuſq; prĩceps notitiã nõ
habuit, niſi ex ſimplici allegatione Frãciſci impe
trantis cui ſtãdũ non fuit in pręiudicium legiti-
16 morum hæredũ habentiũ. † Rurſum verbis nar-
ratiuis etiã principis in facto alieno non ſtatur,
probato contrario: ut d. Cle. probatur. Cõtrariũ
autẽ aliquorum allegatorum probaretur ſi opus
eſſet, igitur &c. Et hoc breuiter de primo.
17 Circa ſecũdũ quo † q̃ritur vtrũ ipſum benefi-
ciũ & priuilegiũ eſto ꝙ voluerit quo ad ſupplen
dũ defectũ nataliũ, an ẽt valeat in præiudiciũ ip-
ſorum legitimorũ hæredũ, & iure hæreditarij q̃-
ſiti, & effectũ ſortiri debeat, ut ipſe Frãciſcus p̃-
feratur in hęreditate ipſius D. Leonis. Et primò
ad partẽ affirmatiuã vr ꝙ talis legitimatio p̃iudi-
care habeat ipſis legitimis hęredibus, & ſic dedu-
cit. Certũ eſt, ꝙ ꝑ legitimationẽ ipſe Frãciſcus red
ditus eſt ad ius primæ geniturę, & perinde iuris
fictione hr ac ſi ab initio legitimus natus foret,
ut l. 2. & 3. & fi ff. de nata. reſti. Conſtat aũt ꝙ ſi
ab initio legitimus filius natus eſſet, ꝙ ipſe tanq̃
filius deſcendẽs in ſucceſſione dicti eius p̃ris ip-
18 ſis legitimis p̃ferretur † cũ in ſucceſſione prima
cã deſcendentiũ ſit, ut in auct. de hæreę. ab inteſt.
in prin. & in auct. in ſucceſſione. C. de legi hęre.
Præterea cũ per legitimationẽ nouũ ſtatũ nõ re-
cuperat, ſed ad primũ naturæ originis reductũ &
nõ tranſlatũ videat: arg. ff. de lib. & poſth. l. filio.
ſequitur, ꝙ cùm retrotrahatur, ꝙ ipſis legitimis
19 hęredibus pręiudicare habet. † Simile videamus
in fictione poſtliminij, qm̃ cũ ipſa retrotrahitur,
pręiudicat alijs legitimis: ut ff. de inuſto rup. ir-
ritoq; teſta. l. ſi qs exhæredato filio. §. ſi pater. qd
ſecus foret in reſtõne principis quę eſt noui iu-
ris collatiua ut legitur in Gl. & per Doc. ff. de li-
be. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in Glo.
magna. in fi. & d. l. ſi quis filio exhæredato. § qua
tenus. Ad idem quia huiuſmodi legitimatio eſt
nõ noui ſtatus inductiua, ſed antiqui primi iuris
gentiũ declaratiua; quo fit ut ꝑ ipſam legitimatus
p̃ferri videat i hrditate bonis ipſius q D. Leonis.
20 In cõtrariũ † ꝙ ipſa legitimatio valere nõ dẽat
in pręiudiciũ ipſorum legitimorũ hęredũ ex plu
ribus deducit. Primo ex defectu ipſius p̃ris Co
mitis legitimãtis. Secũdò ex defectu ſolẽnitatis,
videlicet, maximè citationis ipſorũ legitimorum
hęredũ Tertia ex defectu p̃ſumptiuę uoluntatis.
Primũ deducit ſic. Certũ eſt, ꝙ principis priuile-
giũ ita exaudiendum, & in dubio eſt interpretã-
dũ, ut alterũ nõ lędat. l. 2. §. ſi quis à Principe. &
§. merito. ff. ne quid in loco publico. optimè pro
batur. ff. de teſtament. milita. l. cùm filius. extra

de reſcrip.c.quamuis.lib.6.Item in dubio trahē-
dum eſt ad ius commune in quantum eſt poſſi-
bile,& ad iuris conſonantiam reducēdum, ut c.
dudum per Inno.extra de priuilegi. Item & ma-
ximè ita interpretandum eſt, vt aliquod iniquū
non cōtineat,ut ff.de uulga.& pupilla.l. ex facto.
uer.etenim iniquū incipit fieri priuilegium prin
cipis &c.Item & pręcipuè ut ius alterius ſine le-
21 gitima cauſa non tollat.†Amplius quia in gene
rali conceſſione nunquam intelligitur mandata
aliqua diſpenſatio contra ius cōmune.c.dilectus
filius.extra de fili.presbyte.Licet ergo Princeps
conceſſerit huic Comiti poteſtatem plenam le-
gitimandi ſpurios,hęreditate adita, vel non adi-
ta, attamen ipſum priuilegium interpretandū
22 eſt,& exaudiendum ſubſiſtēte legitima cauſa.†
Itē & citatis ijs quorum intereſt;argu.C.de legi.
l.vlt.in Glo.& p Doctor.& ff.de adoptio.l.ado-
ptio.cum l.ſequenti.Cū igitur huiuſmodi priui-
legium conceſſum eſt per ipſum Comitem.non
ſubſiſtentibus cauſis veris: ut ſupra probatū eſt,
nec ēt citatis ipſis legitimis,quorum intereſt, ſe-
quitur quòd concernat præiudicium alterius,
quod non valet, Quòd autem priuilegiū ipſum
ipſi Comiti conceſſum ſic ſit interpretādum, ut
demum concurrentibus duobus,ſcilicet citatio-
ne eorum quorum intereſt, & ſubſiſtente legiti-
ma cauſa poſſit in pręiudicium aliorum hæredi-
23 tate adita legitimare, pbatur.†quia mens Prin-
cipis in dubio talis cēſenda eſt, qualis eſſe debet.
ut d.l.ex facto.ver.verum.l tale pactum.§ fin.ff.
de pact.Sed Princeps ipſe veriſimiliter non ſub-
ſiſtente cauſa iura alteri quæſita nō aliàs tolleret
cum & ſi legibus ſolutus ſit, legibus tamen pro-
24 fitetur uiuere uelle: ut C.de legi.l. digna uox. †
Præterea & Princeps non poſſet tollere iura alte
rius, niſi cauſa ſubſiſtente legitima: ergo multo
25 minus Comes delegatus.†cùm potentius ſit
ius in cauſa quàm in cauſato, & in cauſa prima,
26 quàm in ſecunda: ut C. de legi.l. digna vox. †
Et licet cauſa in Principe præſumatur ſecūdum
aliquos,tamen in inferiore non præſumitur, ut
plenè legitur per Cyn. in l. reſcripta,C.de preci.
Imperat.offer.& per Glo.Bar.& Bal.in l.fi.C. ſi
cōtra ius vel util. publ.& per Bal.in l.ſi ē ſi verbe
ratū.§ 1 de rei vendica.& probatur in l. ſi priua-
tus.ff. qui & à quib. Item & ſi ſecus diceremus
reſcriptum Principis foret iniquum,& iniquita
tem contineret, quod eſt ſentiendum, ut d. ver.
verum in d l.ex facto.ſuadetur. quoniam ex prin
cipali maieſtate non oportet facultatem calum-
niæ capi,nihil enim in Principe præſumendum
eſt,ut ff. de hære. inſtitu.l. pen. cum Glo. ſua, &
ibi notabiliter per Bal. Amplius & ſaltem ex de-
fectu citationis quæ requiritur in legitimatione
quantum præiudicium alterius concernat,ut no
tabiliter ſcribitur in l.2.per Iaco.de Are. & Ray.
ff.de nata.reſtituen.& ibi in text.probatur eo.tit.
l.pen.& per Glo.& Bal.in l.nō aliter.ff. de adop-
tio.& Bar.& Bal.in l.Gallus.§.& quid ſi tātum.
in fine apparatus.& per eūdem Bal.in ver.quar-
to.qui potiſſimè concludit abſurdum eſſe legi-
timationem factā ab iſtis Comitibus Palatinis
27 poſſe tollere iura alteri quæſita. † Et licet ipſe
Princeps de abſoluta poteſtate poſſit legitimare
irrequiſitis ijs quorum intereſt, ut inquit Bart.
in d.§.& quid ſi tantū,& Bal.in d.l.non aliter,ta-
men in dubio hoc non eſt præſumēdum, niſi de
mente Principis hoc appararet expreſsè ut quia
expreſsè dixiſſet ſuum priuilegium valere uelle,
non obſtante quòd ij,quorum intereſt nō eſſent
citati,eiuſque abſentia,non tamen ita potuiſſet
iſte Comes,quia hoc non præſumitur in dubio
ita cōceſſum ipſi Comiti quòd poſſet legitimare
agnatis mortuis,& non ſubſiſtente legitima cau
ſa. Ad cuius cauſæ legitimæ cognitionem plenè
deueniri non poteſt, niſi ipſis citatis,quorum in-
tereſt,cùm cauſarum merita partium aſſertione
28 pandūtur,ut C. ſi per uim.vel alio modo l.fin.†
Rurſum citatio eſt de iure naturali, quæ tolli nō
poteſt,vel ſaltem quę in dubio tolli non pręſumi
tur per Principis reſcriptum,ut in Cle.paſtora-
lis, extra de re iudica. & in Cle. ſæpe. in Glo. in
uer.defenſiones.& per Bar.in conſtitutio. ad re-
primen.Cùm igitur iſte Comes hanc legitima-
tionē fecerit incitatis ipſis legitimis hæredibus,
ex maximè cùm non appareat eum citationis ſo-
lēnitatem tollere voluiſſe, ſequitur quòd ipſum
priuilegium nullū eſt tam ex defectu poteſtatis,
quàm etiam ex defectu ſolennitatis omiſſæ.
29 Poſtremo†ſi reſcriptum Principis priuatiuū
poſſeſſionis alterius,abſente alterius conceſſum
præſumitur clandeſtinum, vt c.licet epiſcopus,
de præben.lib.6.& l. fi. C. ſi per uim vel alio mo
do,quanto magis præſumere debemus reſcriptū
priuatiuum iure dominij alterius illo abſente,
& irrequiſito,ut in caſu noſtro. Tertiò ſimili-
ter nullum ex defectu veriſimilis voluntatis ip-
ſius Comitis,eo quòd interpoſitum eſt ex cauſis
non veris, & per conſequens eius mens circun-
ſcripta præſumenda eſt, ut d.l. j. de nata. reſtitu.
& ſuperius plenè circa primū articulū tractū eſt.
Ex ijs igitur patet euidens concluſio quan-
tum ad ſecundum,& ad tertium dubiū principa
le,videlicet,quòd ipſum priuilegium, & benefi-
cium legitimationis præiudicare nō habuit ipſis
legitimis hæredibus in iure hæreditatis quondā
domini Leonis eis quęſitæ,& quòd citationis ſo
lennitatem ipſe tollere nō potuiſſet,etiam ſi hoc
expreſſiſſet in ſuo priuilegio: quia hoc ſibi con-
ceſſum à Principe veriſimiliter nō eſt præſumē-
dum,vt ſupra probatum eſt.
Non obſtant motiua in contrarium allegata,
30 videlicet,†quòd legitimatio natalium maculā
tollat,& quòd ad ius primę geniturę legitimatū
reducat,nouumque ſtatum nō conferat, ſed po-
nat legitimatum in origine primæuo, per conſe
quens retrotrahitur, & ſic in præiudicium legiti
morum hæredum uideatur trahi retro,ſicut dici
mus i fictione poſtliminij, per l. ſi quis filio ex-

 hære dato.

31 hæredato.§. ſi quis pater. † Quia reſpondeo
quòd argumentum à fictione poſtliminij ad le-
gitimationem non eſt validum argumentum. fi-
ctio poſtliminij retinet omnia iura capti ab ho-
ſtibus in ſuſpenſo, per conſequens aditionem hę
reditatis delatæ, & quę ipſe captus ſi foret in ci-
uitate adire poſſet. ſimiliterq; ipſius capti ab hò-
32 ſtibus: † quia eius hæreditas pendente captiuita
te, adiri non poteſt, ut l. nec nos. & l. prima. C. de
capti. & l. illa inſtitutio. §. primo. ff. de hære inſti
tuen. Nil igitur mirum ſi in præiudicium capti-
ui hæreditas delata adiri non poteſt per alium,
33 ut dicto §. ſi pater. † Sed hic loquimur in legiti-
matione Principis, quæ & ſi trahitur retro, at-
tamen in ſuſpenſo non retinet iura hæreditatis
alij quæſita, ut l. pen. ff. de natal. reſti. & l. fin. C.
ſenten. paſſ.
34 Confirmatur hæc ſolutio: † quia fictio poſtli-
minij non trahitur ad iura alterius pendente ca-
ptione quæſita: ut l. ab hoſtibus. & l. j ff. ex quib.
cau. maio. ſic quoq; nec huiuſmodi legitimatio.
quod tenet Bar. in d. §. & quid ſi tantum. Pręte-
rea fictio poſtliminij eſt beneficium à iure com-
muni introductum, & legitimatio eſt beneficiũ
ſpeciale, ideò eius pendentia non conſideratur:
quia ſpes, quæ de iure ſpeciali per uiam reſti-
tutionis ſubeſſe poteſt non attenditur. ff. de fidei
commiſ. libertat. l. tertia. §. non tantum. vbi
primus legitimus captus eſt ab hoſtibus, inte-
rim quia eſt ſpes de iure communi quòd reuer-
ti debeat, non eſt locus ſequenti legitimo, ſed
datiuo, & tamen ſi deportatus eſſet quauis Prin
cipis beneficio reſtitui poſſet, locus eſſet legiti-
35 mo, vt dicto §. non tantum. † quæ enim per
ſolum Principem fieri poſſunt, reputantur im-
poſſibilia, vt in Glo. nota. ff. de uerborum ob-
ligationibus. l. continuus. §. cùm quis. plenè ſcri
bitur per Bartol. in l. ſi quis ſub conditione. ff.
de teſtament. tute. Cùm igitur ante legitima-
36 tionem Comitis hæreditas, & † dominium re-
rum hæreditariũ quæſitum fuerit ipſis legi-
timis hæredibus; & ipſum dominium quæſi-
tum ſit iure gentium, licet modus quærendi ſit
iuris ciuilis, vt l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iu-
re, ſequitur quòd per ipſius Comitis priuilegiũ
perdi non potuit, maximè non ſubſiſtente cau-
ſa legitima: quia nec etiam per ipſius Principis
priuilegium perdi poſſet, iuxta Glo. & Doc. in l.
fi. C. ſi contra ius vel util. pupil. & hanc partem
firmant Bartol. & Bald. tanquam veram in di-
cto § & quid ſi tantum, & per eundem Bal. in l.
j. circa finem apparatus. C. de iure anullorum
aureorum.

Et ita dico, & conſulo Ego Stephanus de Bar
beriis legum Doctor, & me ſubſcripſi & ſigillaui
ad præmiſſorum fidem.

CONSILIVM D. STEPHANI DE Barberijs legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Curatoris ceſſio an ualida ita quòd ex ea utilis actio competat. remiſſiuè*
2 *Excuſſio facta citatis per proclama extraneis poſſeſſoribus an legitima. remiſſiuè.*
3 *Excuſſio legitimam requirit ſententiam ſecundum cõmunem opinionem.*
5 *Actio hypothecaria ut procedat quæ extrema ſint uerificanda. & nu. 5.*
6 *Hæres adeundo hæreditatem quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs.*
7 *Hypothecam tacitam habens anterior in tempore pręfertur habenti expreſſam.*
8 *Dos à quocunque detur marito pro muliere, mulieri cõpetit actio pro dote.*
9 *Matrimonij onera quos ſequuntur ſequi debet dos.*
10 *Dos multa habent priuilegia.*
11 *Marito non petenti dotem ab alio debitam imputari debet culpa dotis non exactæ, quod uerum eſt ſi in dotem recepit nomen debitoris. nu. 26.*
12 *Intellectus ad l. patri uxorem. in fine. ff. de dot. præl.*
13 *Hæredis bona ex contractu defuncti etiam pro dote nullo modo ſunt obligata, niſi quæſita ſint ex fructibus naturalibus rei defuncti nu. 15.*
14 *Intellectus ad l. Paulus. de pigno.*
16 *Filius non obligatur ex patris contractu.*
17 *Hæres defuncti conuentus ſuper bonis defuncti cenſetur conueniri ex uera obligatione. ſi ſuper bonis propriis, & tunc ex obligatione ficta legali.*
18 *Priuilegium dotis à legę tributum, intelligitur datum doti uerè, & non fictè.*
19 *Priuilegia odioſa, ideò non extendenda.*
20 *Dotis una traditio quæ ſuum effectum operata eſt cõtra ſocerum recipientem, non poteſt diuerſo tempore operari contra aliam perſonam.*
21 *Obligatio ſemel nata ex poſt facto non uariatur.*
22 *Numeratio, & traditio de per ſe nõ obligat niſi agatur hoc expreſſè, uel tacitè.*
23 *Obligatio defuncti qua extenſa hæres conuenitur per omnia non eſt eiuſdem effectus cuius erat in perſona primi defuncti.*
24 *Intellectus ad l. ſi dos ſocero. ff. ad leg. Falc.*
25 *Hæres ſoceri ſoluendo dotem marito non liberatur ab actione de dote à muliere.*
27 *Intellectus ad l. Meuia. in prin. ff. ſol. matri.*
Intellectus ad l. promittendo. ff. de iure dotium.

CONSILIVM CVI.

ARTICVLVS q̃onis ſubijcit̃ in terminis q̃ ſequunt̃. Quidã magiſter Bẽuenutus filius magiſtri Michaelis, uxorẽ accepit, q̃ uxor ſua ipſi magiſtro Michaeli eius

eius patri, eiuſdemque mulieris ſocero dotẽ dedit, abſente ipſo Bẽuenuto, eius filio quæq; vxor in proceſſu temporis mortua extitit, ſuo cõdito teſtamento, in quo inter cætera legauit cuidam Lazarino eius fratri libras tercentas, mortuoque ſimiliter ipſos magiſtro Michaele ſocero, & non conſtante tamen, quis prius deceſſerit, vel ipſe ſocer, vel nurus p̃dicta, præfatus Bẽuenutus filius patris prædicti, hæreditate ſe immiſerit. Secundamque vxorem deinde accepit ipſe Bẽuenutus, pro cuius reſtitutione obligauit eidem ſecundæ vxori, omnia bona ſua, ſubſequenter ipſe Bẽuenutus, domum vnam poſt dictum ſecundũ matrimonium contractum, titulo emptionis acquiſiuit, non tamen conſtat quòd ex denarijs ipſius ſecundæ vxoris quæſierit. Rurſum mortuo ipſo Bẽnenuto, eadem vxor ſecunda domum prædictam in ſolutum accipit pro credito dotis ſuæ, quamque domum in ſolutum habitam ſolenniter vendidit cuidam tertio poſtque Lazarinus legatarios prædictus, ipſius primę vxoris frater iuxta formam cuiuſdam ſtatuti ciuitatis Genuę, curatore prius dato hęreditati iacenti ipſius primę vxoris, petijt ab eodem curatore ſolutionem dicti legati, aut ceſſionem iurium hæreditatis prædictæ primæ vxori competentium, contra dictum Bẽuenutum, & eius patrem, eiuſque hæredes, & bona, occaſione dotis primæ vxoris, quæ eidem memoratum legatũ reliquit, Quique curator datus, viſo teſtamento dictæ primæ vxoris, & inſtrumenta dotis, in præſentia iudicis ceſſit iura predicta dicto Lazarino legatario, qua ceſſione facta, dictus legatarius tãquam ceſſionarius egit contra curatorem datũ hęreditati quondam Bẽuenuti, vi ſtatuti ciuitatis, & vi inſtrumenti dotis ipſius primæ vxoris, in quo inſtrumẽto ut ſupra premittitur, ſolus pater eius obligatus eſt, & non ipſe Bẽuenutus. Fuitq; iudicatum executionem fiendam dicti debiti dotis ceſſi contra curatorem prædictum, & bona ipſius Bẽuenuti, lataque ſententia, & facta executione cõtra hæreditatem, & bona dicti Bẽuenuti, & non repertis bonis, petita fuit excuſſio, ut ad pignorum poſſeſſor deuenire poſſet. Super qua excuſſione pronũtiatum fuit, ad pignorum poſſeſſor. deueniendum eſſe. poſtremo Lazarinus ipſe legatarius ui iurium ceſſorum egit contra poſſeſſorem dictæ domus hypothecaria, prætendens illam fuiſſe hypothecatam primę vxori teſtatrici pro debito dotis ſuę, de qua ceſſionem habuit vſque ad ſummam dicti legati. Conſtantibus igitur maximè dotibus prędictis, ac teſtamento, & ceſſione iurium de quibus ſupra per publica inſtrumenta, reſtat inueſtigare vtrum reus ipſe, & poſſeſſor extraneus conuentus ſit in caſu condẽnationis, vel abſolutionis.

Ex ijs igitur ſic in facto ſuppoſitis infraſcripta præcipuè dubia occurrent in iure inueſtiganda. Primo principaliter, vtrum curator prædictus datus hæreditati Bẽuenuti, potuerit, ſeu poteſtatem habuerit ceſſionem iurium debiti dotis primæ vxoris dicto legatario facere ui ſui legati, & conſequenter an ipſa ceſſio facta per ipſum

1 curatorem fuerit ſolennis, & legitima, & ſic † ex ea iura utilia debiti tranſiuiſſe dicantur, ut ipſe ceſſionarius, utilibus actis ceſſis in iudicium deductis agere potuerit, iuxta quod ſcribitur per Doctor. præcipuè per Bar. & Bal. C. de procuratror. l. qui ſtipendia.

Secundò principaliter foret inueſtigandum, vtrum excuſſio facta in hæreditate, & bonis Bẽuenuti, & contra curatorem ipſi hæreditati datum, fuerit legitimè facta, videlicet citatis poſſeſ-

2 ſoribus extraneis † qui citari debuerunt, ſaltem per proclama generole. ſecundum Iaco. de Are. in ſuo tract. excuſ. & Bar. in l. . . ff. de uerb. obligatio. quod apparet ex regula uulgari l. nam ita diuus. ff. de adop. & l. de nnoquoque. ff. de re iudica. Item & ſecuta ſententia ſuper excuſſione,

3 quæ † ſententia in excuſſione legitima requiritur, ſecundum communem ſententiam præfacti Iaco. de Are in dicto ſuo tracta. & Bar. & Ang. clarius in l. ſtipulatio, §. & habet. ff. de oper. no. nuntiatio. licet Butri. contra in auc hoc ſi debitor. C. de pigno & in l. ſcimus. C. ad Trebel.

Tertiò foret inueſtigandum, eſto quòd ceſſio,

4 & excuſſio forent legitimæ. & ſolennes, † utrum ceſſionarius agens in hypothecario intentata, probauerit, ſiue uerificauerit extrema in ea à iure requiſita, uidelicet pignoris conuentionem, rem fuiſſe in bonis debitoris, creditum ſub eſſe,

5 & conuentum poſſideri, quæ † ſunt ipſius actionis hypothecarię extrema neceſſaria, ut probatur. ff. de probatio. l. ante omnia & l. & quę nondum, §. quod dicitur. ff. de pignor. & per Cyn. & Iacob. Buttiga. inſtitut. de actioni. §. Seruiana. in hypothecaria agens probare debet rem fuiſſe in bonis debitoris iure dominij, uel quaſi, nec ſufficit probatio poſſeſſionis de preterito, etiam cùm uſu rei, ut ſcribit Iaco. de Are. Bar. & Bal. in l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſtitutio. & per eundem Bartol. plenius in l. rem alienam. ff. de pignorati. actio. & Cyn. in l. cũ res. C. ſi alię. res pig. de ſucceſ.

Quartò principaliter inueſtigandum foret, utrum ex eo quòd Bẽuenutus heres foret magiſtri Michaelis eius patris debitoris primæ dotis fuerit ne dum actione perſonali Bẽuenutus obligatus, ſed etiam eius bona tacitè hypothecata pro debito dictæ primæ dotis, per ipſum eius patrem habitæ & confeſſatæ, & ſic per conſequens domus prędicta, tãquam tacitè hypothecata, auocari poſſet.

Verũ quia ſuper ijs dubijs elicitis, quiſq; iuſtè nec rectè cõſulere poſſet, niſi prius inſtrumẽtis inſpectis, ſtatutis, & proceſſibus agitatis inter eas partes, ea de re, quia ꝓceſſus & iura uidere nõ potuit, qa nõ deſtinata, ipſa tria dubia principalia nullatenus aliter attingã; ſed q de hmõi cã cogitaturus, & iudicatur' ẽ, auiſatis iuribus & proceſ-

proceſſibus prędictis,& his quę per Docto.traduntur in iuribus ſupra allegatis,intueri ipſa oīa dubia habet.ſolum igitur attingam quartū principale dubium, quod mihi videtur præiudiciale, quo quæritur utrū bona Bēuenuti hæredis quōdam magiſtri Michaelis eius patris debitoris primę dotis tacitè hypothecata ſint pro dicta dote prima habita per ipſum quondam magiſtrum Michaelem,& per conſequens in conſequentia domus prædicta auocata quæ quæſita extitit per ipſum Bēuenutum, ſicq́ne in eius bonis fuit , & ad partem affirmatiuam,quòd ipſa domus hypo
6 thecata ſit, probatur ſic. Certū eſt † quòd hęres adeundo hæreditatem quaſi contrahere dicitur cum creditoribus hæreditarijs. l.ex maleficijs.§. hæres.ff.de actio.& obligatio. & Inſtitut.de obligatio.quæ ex quaſi contractu.§.hæres quoque.& l.j.C.vbi fideicom.pe. & Inſtitut. de actioni.§.j. Quo fit ut ipſe Bēuenutus filius addēdo hæreditatem patris obligati ex contractu dotis , videatur ex quaſi contractu quodam dotis obligatus fuiſſe primæ vxori, ſiue hæredi eius. Et cùm ipſe quaſi contractus originem habuerit ante ſecundam dotem, videtur poſſe concludi rationē tacitæ hypothecę,quę per legē tribuitur actioni de dote ſine muliere in ea actione , ut plenè ſcribit in l.2.in prin.p Moder.Ray.Bar.& Bal. ff.ſolu. matr.& Inſtit.de actio.§. fuerat. l. unica. §.plenius.C.de rei vxor.actio. eā primā dotem ante-
7 riorem pręferri debere.Nam†& habens tacitam hypothecam anterior in tēpore præfertur habēti expreſsā regulariter, ut plenè ſcribitur p Cyn. in l.ſi fundum.C.qui potio. in pigno.habeāt.& per Dyn.in l.priuilegia.ff.de priuile. cre.& plenius in c.qui prior.extra de regul. iur. lib. 6. Sic vtique infertur,quòd cùm ipſa tacita hypotheca ex ipſo quaſi contractu nata anterior fuerit ipſi doti ſecundæ vxoris, quòd ipſa præferri debet in
8 bonis Bēuenuti.Secūdò ſic.†vbicunq; pro muliere dos marito datur,à quocūque detur, mulieri cōpetit actio de dote. l.j. C. de rei vxor. actio. l.quoties.& l.ſi enim dotem.in princ.ff.ſolu.matri. ſed primæ mulieris data ſocero,peruenit in maritum ex ſucceſſione patris : ergò maritus, & bona ſua tacitè obligata fuere: vt d.l.j.in prin.de rei vxor.actio.& d.§.fuerat.Amplius : quia & ſi ipſe filius maritus,patris hæres non fuiſſet,nihilominus dotem vxoris auocare potuiſſet,ea ęqui
9 tate;quia†quo ſequuntur onera matrimonij,ſequi debet dos: ut ff.de iure dot.l.is qui Stichum. §.j.& l.ſi maritus.ff.fami.erciſcun.& l.2.C.eod. plenè per Doct.in l.ſi conſtante.§.j.ff.ſolu.matri.Cùm igitur dos ipſa peruenire debuit & peruenit in ipſum maritū ante ſecundam dotem cōtractam,ſequitur quòd prima anterior, per iura
10 allegata,habet†quippe dos multa priuilegia : vt l.j.ff. ſolut.matri. plenè per Doctor. Modernos.
11 Amplius:quia†marito nō petenti dotē ab alio debitam imputari debet culpa dotis non exactę, vt legitur.ff.ſolut.matri.l.Męuia.in princ.l.promittendo.& l.ſi extraneus.ff.de iure doti.& l.ob æs. ff. de pac. do. Poſtremò pro hac parte uide-
12 tur.tex.in l.pater vxorem.in fi.ff. de do præleg.† vbi inquit tex.quòd ſi hæres ſoceri obligati pro dote,ſoluerit dotē marito cautione de indemnitate omiſſa. & hæres ipſe fuerit non ſoluendo, quòd mulieri ſuccurritur contra ipſum maritū, qui eam accepit. & dicit ibi Glo. ſecundum vnā lecturam,quòd ſuccurritur contra maritū actione utili de dote.Cùm igitur in caſu noſtro hæreditas ſoceri non ſit ſoluendo, & ipſe Bēuenutus ſucceſſerit ſocero, patrique ſuo obligato,quę ſucceſſio uicem ſolutionis habet l. Stichum. §.aditio.de ſol. ex æquitate ſuccurrēdum videtur utili actioni de dote,quæ priuilegiata eſt contra Benuenutum,& eius bona.

In oppoſitam partem arbitror veritatē,vide
13 licet:quòd†bona hæredis ex contractu defuncti nullo modo ſunt obligata , caſus eſt ad litterā in l.Paulus.in prin.ff.de pigno.& l.i.in fi.C. cōmu. de legat.in tex.ibi,non ipſius hæredis,&c.vbi eo legato defuncti ex quo tacita competit hypotheca in bonis defuncti,non tamen competit in bonis hęredis.& licet Gloſſ. ibi ſentiat quòd poſt ſex menſes competat,per legem certa forma. C. ut in poſſeſſ.legata.tamē Doctor.omnes Glo. limitant,cùm miſſio in poſſeſſio. bonorum hæredis facta eſt, tunc miſſus legatarius haberet pignus prætorium,ſed ante ipſam miſſionē nullū ius pignoris vel hypothecæ cōpetit in bonis hæredis,ut ibi not.Cyn.in 19.q.& Bar.in ultima ipſius.l.i. Fortius dicit ibi. Bald. in pen. col.illius l.quòd etiam ſi teſtator bona hęredis obligaſſet, quòd tamen ius pignoris, vel hypothecæ conſtituere non potuiſſet,potētius in contractu dotis, & ſic in caſu noſtro, Glo. ſingulariter in l. aſſiduis. in Glo. magna in pen.q. determinat quęſtionem noſtram,dicēs quòd etiam bona noſtra quęſita per hęredem ex bonis eius quę erāt obligata pro dote reſtituenda,non ſunt hypothecata mulieri, quam determinationē Glo.ſecuti ſunt omnes Doctor.Iaco.de Are.ibidē , & Cyn.poſt eum in quinta quęſtione, Iacob.Butriga.Albert. Bar.& Bal.in d.l.i. C.commu. de legat. qui omnes concludunt ; Aut hęres obligati pro dote rem acquiſiuit abſque bonis defuncti obligati, & proculdubio talis res hęredis non erit obligata pro debito dotis defuncti.ut d.l. Paulus in princip. Aut res per hęredem quęſita fuit ex bonis defuncti,& tunc aut ex fructibus induſtrialibus, & tunc idem:quia talis res per hęredem quęſita non erit obligata,ut l. 3. C. in quib.cau. pign.taci
14 tè contraha.& d.l.Paulus. in prin. quę † adhuc ſic pōt intelligi.ut l.cū emācipat.§.pen. ff.de cō-
15 iungen.cum emancip.lib.Interdum† res quęſita per hęredem eſt quęſita ex fructibus naturalibus rei defuncti,& tunc erit obligata, ut probatur in d l.Paulus.§.ſi mancipia.Cùm igitur in caſu noſtro domus petita quęſita eſt per filiū hęredē patris,tunc pater ſolus, & non filius erat obli

gatus

gatus pro dote primæ vxoris: quia ſolus recepit,
vt l.ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur.in fin. ff. ſo
16 lu.matrimo.† Neque enim filius ex patris con-
tractu obligatur, vt C ne filius pro patre. in ru-
bro, & nigro pręcipuę in l.fin.eiuſdem tituli. Et
domus ipſa quæſita non apparet quæſita ex bo-
nis defuncti, ſequitur quòd ipſa pro debito pri-
mæ dotis nullo modo extitit hypothecata, ſed ſo
lummodo pro debito ſecundę dotis: igitur debi
tum ſecundæ dotis prelatius eſt.

Nec huic determinationi primò repugnam, ꝙ ipſe maritus fuerit hæres patris obligati ꝓ do
te, & per conſequens adeundo, quaſi contraxiſſe
uideatur cum creditoribus, &c. quia reſpõdeo, ꝙ
illa obligatio ex illo quaſi contractu nullum ha-
bet priuilegium hypothecæ. Et ideò dicunt ſin-
gulariter Bar & Ang.in l.apud Iulianum.§. vlti.
17 ff. ex quib.cau. in poſſ.ea. quòd † aut hæres de-
functi conuenitur ſuper bonis defuncti, & tunc
cenſetur conueniri ex obligatione vera cauſata,
ut ex contractu celebrato cum defuncto, aut con
uenitur hæres ſuper bonis propriis, & tunc dici-
tur conueniri ex obligatione ficta: legali inducta
ex quaſi contractu, quæ perſonalis eſt, nec vllum
priuilegium habet hypothecę; abſurdum quippe
foret dicere, ꝙ ex ſucceſſione heredis alius con-
tractus dotis reſultaret cum hęrede, qui nullum
negotium contraxit cum muliere, nullamq; do-
18 tem verè promiſit, vel recepit. Lex † enim priui
legium hypothecæ attribuit doti verę. & verò cõ
tractui dotis, non autem fictę, vt inquit Gl.in d.
l.aſſiduis.in Gl.ſuper ver.datam. Multo minus
tribuit obligationi legali reſultanti ex quaſi con-
tractu aditionis, vbi nec vera, nec ficta dotis in-
19 teruenit: ſunt quippè † priuilegia odioſa, & ꝑ con
ſequens non extendenda, potiſſimè in damnum
alterius, vt inquit Inn extra de priuile c.dudum.
& ff.de teſtamen mili.l.in fraudem. in princi. &
20 l.cum filius.cum ſim Ad idem † quia una, & ea-
dem traditio dotis, quæ operata eſt effectum con
tra ſocerum recipientem, & bona ſua nõ poteſt,
maximè diuerſo tempore operari, & inducere
nouam obligationem cõtra aliam perſonam, vt
l.in numerationib.in fin ff.de ſolut.patet: quia
21 † obligatio ſemel nata ex poſtfacto non uariatur,
vt ff.de nouationi.l.fundum Cornelianum, & nu
22 meratio, † & traditio non obligat de per ſe, niſi
hoc ageretur expreſsè, vel tacitè, ut l.non omnis.
ſi cer.pet.& l ſi is cui.§.vltimo commo. Et ſi di
catur, quòd contra hæredẽ extenditur quaſi obli
gatio, quæ erat in perſona defuncti conueniri po
23 teſt. Reſpondeo. † quia illa extenſa per oĩa non
eſt eiuſdem effectus cuius erat in perſona primi
defuncti, ut in §.ultimo.in l.apud Iulianum legi
tur, & ſupra dixi.

Nec obſt. ſimiliter ſecundum motiuum, dum
dicitur, quòd dos propter fictam ſolutionem, do
tis inductam ex ſucceſſione noua dos, ſeu contra
ctus dotis reſultare debet: quia reſpondeo, quòd
hoc minimè verũ, immò quia requiritur, ꝙ ex
voluntate mulieris, & recipientis hoc agatur, ab-
ſurdum quippè foret dicere, quòd ſi maritus do-
tem traderet alii, quòd illa traditio nudo cõſen-
ſu induceret obligationem.

Præterea eſt expreſſum in l.ſi dos ſocero, ff.ad
34 leg.Falc. † ubi ſi hęres ſoceri obligati ſoluat pro
dote, dotem marito, non liberatur hęres ab actio
ne dote, nec maritus in quem peruenit dos tene
tur, niſi in ſubſidium, ſcilicet ſi hęres non eſt
ſoluendo utili actione de dote ex æquitate, vel cõ
ditione ex lege, & iſte eſt tex.in l.pater dotem. in
fi.ff. de dote pręleg. quæ quidem utilis eſt datiua
à lege, & non natiua ex aliquo nouo contractu
dotis, qui pręſumatur, & tanquam ficta & irre-
gulariter non habet priuilegium hypothecæ.
35 Nec ijs ſimpliciter obſtat, quòd dicitur † quòd
mortuo ſocero, maritus etiam non hęres uxoris
dotem pręcipuam habere debet. & illam petere
poteſt ab hęrede ſoceri obligati, ſiue cohęrede. qa
concedatur quòd officio iudicis, vel conditione
ex lege illa æquitate, quia onera matrimonij ſu-
ſtinent, vt inquit ſingulariter Bar.in l.ſi conſtan
te.ver.8.in ſecunda parte principali, tamen hæ-
res ſoluendo dotem marito non liberaretur ab
actione de dote à muliere, ideò cauere hæredi
plenè de indemnitate ut l 2 ff.de dote pręleg in
princ. & l.ſi filia.§.j. ff.fami.erci.cùm nouus con
tractus dotis reſultatur in perſonam mariti re-
cipientis.

Nec obſtat, quòd maritus tenetur de pecu-
36 lio nominis debitoris, † quia illud verum quan
do in dotem recepit ipſe maritus nomen debito
ris titulo ceſſionis, vel obligationis, tunc ex natu
ra contractus dotis tenetur de culpa commiſſa
in non exigendo, & ita loquuntur, & intelligun
37 tur iura allegata, & ita † legitur in d.l.Mœuia.in
prin.ff.ſol.mat.& d.l.promittendo.ff. de iure do
ti.plenè per Bal, At in caſu noſtro nomen debi-
toris ſuſcepit maritus in dotẽ, igitur actione dę
dote non teneretur, tamen ex ſuo quaſi contra-
ctu aditionis, vt ſupra dixi, perſonali actione.

Quibuſq; ex omnib.concludo, ꝙ domus præ
dicta nullo modo pro debito dictæ primæ dotis
fuit hypothecata, & per conſequens actione hy-
pothecaria auocari nõ potuit, & per conſequẽs
dictum reum conuentum fore, & eſſe abſoluẽdũ
à petitione dicti legatarij ceſſionarij agentis.

Et ita dico, & cõſulo, ut ſupra concluſum eſt.
Ego Stephanus de Barberiis, & me ſubſcripſi, &
ſigillaui ad pręmiſſorum fidem, &c.

CONSILIVM D. IACOBI DE Puteo V.I.Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Diſputando, & arguendo optima ratione dubia deci-
dentur.*

2 *Moriens relicto nepote non dicitur ſine liberis dece-
dere.*

Liberorum

3 *Liberorum appellatione veniunt filij, & deſcendentes in infinitum, & nu. 19. niſi euidenter probetur aliā fuiſſe mentem teſtatoris. nu. 20.*

4 *Fideicommiſſum ceſſat, deficiente conditione.*

5 *Hæres in materia fideicommiſſi, & ſi accipiatur pro filio, tamen ſi teſtator grauauit filium ſuum reſtituere hæreditatem ſi decedat ſine hærede, filius ex filia facit deficere fideicommiſſum.*

6 *Mens magis, quàm verba in fideicommiſſis attēdēda.*

7 *Teſtator in fideicommiſſo repetendo dictionem maſculus, videtur voluiſſe excludere fœminas conſeruandæ agnationes gratia.*

8 *Filij filiæ ſequuntur familiam ſui patris, non autem aui materni.*

9 *Statuti excludentes à ſucceſſione fœminas ſtantibus maſculis, illa eſt ratio, vt familiarum ſalua ſit dignitas, & per maſculos agnatio conſeruetur.*

10 *Subſtitutum non excludens, nec faciens deficere fideicommiſſum, multo minus nō excludet ſubſtitutum, aut faciet deficere fideicommiſſum filij eius.*

11 *Radice excluſa, omne quod ex ea ſequitur videtur excluſum.*

12 *Matre excluſa, & filij quantumcunque maſculi, excluſi uidentur, nec faciunt deficere fideicommiſſum. & num. 14.*

13 *Ratio vbi eſt eadem, ibidem ius.*

15 *Nemo præſumitur potius diligere remotiorem in gradu, & ex aliena familia, quàm matrem.*

16 *Teſtator grauans hæredem inſtitutum reſtituere hæreditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, videtur conſeruare ipſis liberis poſitis in conditione ius ſuccedendi ab inteſtato.*

17 *Intellectus ad l. 1. in fi. C. de cond. inſer.*

18 *Filij dictio, prolata ſub conditione fauorabili, indiſtinctè comprehendit nepotes, ſecus autem vbi additur verbum maſculi.*

21 *Euidenter illud dicitur apparere in ultimis voluntatibus, quod apparet ex coniecturis.*

22 *Intellectus ad §. finalem l. ex facto. ff. ad Trebellianum.*

23 *Hęredis terminus, licèt ſit generalis, & comprehendat nedum ſuum, ſed etiam hæredem extraneum, ſi tamen apponatur dicto maſculo, reſtringitur vt filios, & deſcendentes ex maſculis comprehendat.*

24 *Subſtitutio fideicommiſſaria pluribus facta, in uno adueniente conditione vocatur ſubſtitutus, ſed contrarium uerius. nu. 25. cùm omnium mors expectanda ſit. nu. 26.*

27 *Grauari quis non poteſt à teſtatore in eo in quo non eſt honoratus.*

28 *Subſtitutio ultimo morienti facta operatur, ut ſubſtitutus in tota hæreditate admittatur.*

29 *Diuiſione an præiudicetur fideicommiſſo? & quod non nu. 35.*

30 *Quietationis uerba generalia reſtringenda ad ea tantum de quibus actum eſt.*

31 *Tranſactio non includit, niſi ea de quibus eſt lis.*

32 *Diuiſio non includit, niſi communia.*

33 *Diuiſione non uidetur fideicommiſſo renūtiatum, nec per adiectam diuiſioni ſtipulationem. & nu. 42.*

34 *Stipulatio regulatur ſecundum naturam præcedentis actus.*

35 *Quietatio per quam quis promittit non contrauenire, non tollit alicui ius ſibi competens, aut competiturum.*

36 *Verba in diuiſione poſita, quòd diuidentes non cōtrauenient, & c. debent intelligi ipſis uiuentibus.*

37 *Dependentia ex teſtamento faciliter non tolluntur non inſpectis illius uerbis.*

38 *Clauſula ad unum effectum appoſitam alium non operatur.*

39 *Intellectus ad Clementinam, ſi dignitatem. de præbend.*

40 *Intellectus ad l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obligationibus.*

41 *Legis caſus non debet eſſe de indubitabili.*

42 *Fideicommiſſum inter diuidentes tunc demum uidētur remiſſum, quando omninò eſt partium æqualitas.*

44 *Subſtituti 'adinuicem detrahere poſſunt Trebellianicam, in qua computabuntur fructus. nu. 45.*

CONSILIVM CVII.

FACTVM tale proponitur D. Franciſcus Archidiaconus Placentinus, Tomaſius Andriolus, & Gabriel de Mancaſolis fratres, & filij quondam D. Petri conuenerunt ſimul de conſtruendo caſtrum quoddam in loco de Trauazano, diœceſis Placētinæ, quod commune ipſorum fratrum eſſe deberet cum honore, & iuriſdictione, quæ ad ipſum caſtrum pertinere poſſet, hac lege inter eos habita ſolenni promiſſione firmata, quòd nullus eorum poſſet, nec deberet ius ſuum, ſeu iuriſdictionem, quod & quam haberet in dicto caſtro extra ſuos conſortes vendere ſub certa pęna quodq́ue dictum caſtrum nec diſcendere, nec venire poſſet in fœminas, ſed ſolummodo in maſculos, ſicq́ue concorditer ab ipſis caſtrum prędictum conſtructum fuit. Poſteà verò per temporis interualla mortui ſunt D. Franciſcus Archidiaconus, & Andriolus, nullis relictis liberis. Subſequenter mortuus eſt Thomaſius, tertius ſupraſcriptorum frater, relictis ex ſe Philippo, Iacobo, Bartholomæo, Franciſco, & Aloyſio eius filiis legitimis & naturalibus. Demum mortuis Philippo, & Iacobo filij dicti Thomaſij nullis relictis liberis, mortuus eſt Franciſcus eorum frater relicti Dhomaſio, Fredentio & Iacopatio, eius filiis legitimis & naturalibus, & ſuperſtitibus Gabriele eius patruo, & Bartholomæo, & Aloyſio eius fratribus. Deinde mortuus eſt Bartholomæus, cui ab inteſtato ſucceſſerunt Aloyſius eius frater pro dimidia, & Thomaſius, Fredentius, & Iacobus eius nepotes pro alia dimidia.

Poſtremò mortem obiit Gabriel frater Domini Franciſci Archidiaconi & Andrioli, & primi Thomaſij nullis relictis hæredibus, ſed ſoe

condito

ſuo condito teſtamẽto, in quo ſibi Aloyſiũ nepotem ſuum, & filium dicti Thomaſij, & quoſcunq; filios ſuos legitimos & naturales dantũ, pro dimidia, & Iacopatium, Fredentium, & Thomaſium filios q. Franciſci nepotes ſuos pro reliqua dimidia hæredes inſtituit, & ſubiunxit in teſtamento, q ſi caſus contingeret, q Do. Aloyſius quandoq; decederet ſine liberis naturalibus, maſculis, eidẽ ſubſtituit, & ſibi in ea parte hæredes inſtituit D. Iacopatiũ, Fredentium, & Thomaſium, & quoſcunq; ex ipſis Thomaſio, Fredentio, & Iacopatio ſuperſtites, & ſi D. Thomaſius, Fredentius, & Iacopatius filij d. q. Domini Frãciſci omnes deceſſerint quandocunq; ſine liberis legitimis maſculis, eis ſubſtituit, & ſibi hæredes inſtit. D. Aloyſium, vel eius liberos legitimos, & naturales maſculos, tantum in ſtirpem non in capita.

Defuncto Gabriele teſtatore D. Aloyſius ex una parte, Thomaſius, Fredentius, & Iacopatius hæredes, ex teſtõ d. quõdam Gabrielis eorum patrui; & ſuprascripti Bartholomæi ab inteſtato ex alia diuiſerunt bona d. Gabrielis teſtatoris, & Bartholomæi, contingitq; q ipſi Aloyſio, in partem obuenerãt, quaſi bona omnia quæ fuerant D. Gabrielis ipſis verò Thomaſio, Fredentio, & Iacopatio bona omnia, quæ fuerant Bartholomæi. Et quia bona Gabrielis, quæ in partem obuenerunt ſuprascripto Aloyſio meliora erant & pretioſiora bonis D. Bartholomæi, pro æqualitate inter portiones ficẽda, dedit ipſe Aloyſius florenos mille anni ſuprascriptis Thomaſio, Fredentio, & Iacopatio fratribus. Promiſeruntq; ipſæ partes inter ſe diuiſionem ipſam firmã & ratã habere, attendere & obſeruare perpetuo & non contrauenire, vel contrafacere, per ſe vel alium aliquo modo, caſu vel iure, ſiue vllo legum auxilio, & ſibi dicta bona diuiſa inuicem defendere, ſub pœna cẽtum flore. auri, toties committenda rato manẽte pacto &c. Euenit poſtea q ſuprascriptus Aloyſius filius q. d. Thomaſij mortuus eſt, relictis poſt ſe D. Antonio Mancaſola, & Petro filijs eius legitimis & ſuperſtitibus D. Fredentio, Thomaſio, Iacobo, dicto Iacopatio.

Succeſsiuè autẽ mortui ſunt ſupraſcripti Fredentius, & Thomaſius nullis relictis liberis legitimis; relicto poſt ſe d. Iacopatio eorum fratre, qui Iacopatius nouiſsimè mortuus relicta duntaxat Catherina filia ſua uxore Brancaleonis claponi, & quibuſdam ablaticis maſculis, &c. D. Catherina natis eius filia & ex D. Brancaleone.

Ex ijs ita deductis oritur lis & controuerſia inter D. Antonium Mancaſolam, & liberos maſculos Petri fratris d. D. Antonij deſcendẽtes ex D. Aloyſio Mãcaſola eorũ patre, ex vna parte, & D. Catherinã filiam q. D. Iacopatij, ſeu eius maritum Branchaleonem ex alia: dicunt n. d. D. Antonius, & filij d. q. Petri, q attento tenore inſtrumenti conſtructionis Caſtri Trauazani, & teſtamento d. D. Gabrielis fratris dicti D. Franciſci, cũ ſupraſcripti D. Thomaſius, Fredentius, & Iacopatius mortui ſint ſine liberis maſculis, quòd portio hæreditatis, in qua inſtituti erant à dicto Domino Gabriele, ad ipſum Dominum Antonium, & filios dicti Domini Petri peruenire debet. Opponitur autem dictæ Dominæ Catherinæ, ſeu Brancaleoni eius marito, quòd Iacopatius pater dictæ Domi. Catherinæ non eſt mortuus, cùm tempore mortis Do. Iacopatij ipſa D. Catherina filia dicti Iacopatij, plures filios maſculos haberet ablaticos dicti Iacopatij, ad quos hæreditas dicti Iacopatij peruenire debet. Ex ijs quæritur quid iuris.

His ſic in facto præſuppoſitis, duo principalia dubia decidenda reſultant. Primum eſt, an illa conditio appoſita per Gabrielem teſtatorem Thomaſio, Fredentio, & Iacopatio, de reſtituendo hæreditatem Ludouico Mancaſola, vel eius liberis maſculis, ſi omnes deceſſerint ſine liberis legitimis maſculis defecerit, per illos liberos maſculos filios Domi. Catherinæ ſupraſcriptæ.

Secundum dubium principale eſt, an per diuiſionem factam inter Aloyſium Mancaſolam, ex vna parte, & Thomaſium, Fredentium & Iacopatium ex alia, videantur ipſi diuidentes remiſiſſe ſibi inuicem fideicommiſſum, quo viciſſim grauati erãt ſi deceſſerint ſine liberis maſculis.

IN CHRISTI NOMINE. Accedens ad primum dubium, an illa conditio. Quia punctus ſubtilis eſt,
1 † vt res diſputando, & notando, hoc & optima ratione decernatur iuxta dictum Modeſtini in l. ſi. §. ſi ſta. ff. de munc. & hono. Arguam ad vtranque partem.

Et pro D. Catherina in prima fronte eſt text.
2 in l. j. C. de cond. inſer. vbi non dicitur decedere ſine liberis, qui moritur nepote relicto, quem ex filia ſuſceperat.

Secundò adducitur ratio. Nam conditio ſub qua vocati erant D. Aloyſius & eius liberi, Antonius & Petrus erat iſta; ſi Fredẽtius, Thomaſius, & Iacopatius deceſſerint ſine liberis maſculis.
3 Nam † appellatione liberorum veniunt filij, & deſcendentes in infinitum. l. liberorum. ff. de ver. ſignifi. l. quod ſi nepotes. ff. de teſta. tute. & ſic comprehendit filios ex filia. Si filij, ex filia ſunt maſculi per conſequẽs verum eſt dicere, Iacopatiũ, non deceſsiſſe ſine liberis maſculis, cùm qualitas conditionis conueniat nepotibus ex filia, per conſequens deficit conditio fideicommiſſi relicti in teſtamento D. Gabrielis Aloyſio, & eius liberis
4 legitimis maſculis; ergo nullo iure † ad fideicommiſſum admitti poſſunt, conditione defuncta l. j. §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. tollen. l. quæ, hæred. §. ſi. ff. de cond. & demon.

Tertiò pro hac parte facit auctoritas Rayn. & & Ang. in l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebel. vbi inquiũt,
5 quod † ſi teſtator grauauerit filium ſuum reſtituere hæreditatẽ, ſi moriatur ſine hærede, quod licet in terminis hæres accipiatur pro filio, tamen filius ex filia facit deficere ſubſtitutionem: arg. l. j. de condi. inſer.

Hæ

His tamen non obſtátibus, puto veritatem eſ
ſe ad oppoſitum, et in eo primum illud faciam
fundamentum, cum ſubſtitutio facta dictis Tho
maſio, Fredentio, et Iacopatio fuerit fideicom-
6 miſſaria, † quòd in fideicommiſsis magis mentẽ
teſtatoris, quàm verba attendimus. l. Hæredes
mei. §. j. ibi, cùm in fideicommiſsis, ff. ad Trebell.
et l. cùm virum. C. de fideicommiſ. et l. eum pro-
poneretur. ff. de lega. 2. et optimè in l. penul. ff. de
leg. j. Sed ſi quis attendat diligenter, ad mentem
Gabrielis teſtatoris, clariſsimè colliget illam fuiſ-
ſe ipſius mentem, quòd intendebat ipſius bona
remanere debere in agnatione illorum de Man-
caſolis, et maximè, quo ad caſtrum Trauazani,
ſuper quo nunc, quaſi in totum vertitur præſens
controuerſia. Hoc primum demonſtrat conuẽ-
tio habita in ædificando caſtrum Trauazani per
primos quatuor fratres, ſcilicet, dictum Franciſ-
cum Archidiaconum, Thomaſium Andreolum,
et Gabrielem, ex quo Thomaſio, poſtea omnes
alij, de Mancaſolis deſcenderunt; qui ſibi inuicẽ
promiſerunt de nõ vendendo aut alienando par-
tes ſuas dicti Caſtri, extra conſortes ſuos. Conue-
nerunt, quoque quòd pars nullius, ex ipſis
quatuor fratribus, poſſet pertinere, aut deſcen-
dere in fœminas, ſed ſolum in maſculos tantum
ipſorum conſortum. Hoc ſecundo probatur
ex teſtamento ipſius Gabrielis, tam in condi-
ctionibus appoſitis vnicuique hæredum inſtitu-
torum, quàm in perſonam liberorum; ſubſtitu-
7 torum, ſemper repetijt terminum maſculus. † Ex
quibus ergo clara ipſius colligitur intentio illũ
voluiſſe, excludere fœminas, vt bona venirent in
maſculos tantum agnationis illorum de Manca-
ſolis, vt per maſculinum ſexum agnatio ipſorum
de Mancaſolis conſeruaretur. argu. Inſtit. de legi.
agna. ſucc. in princip. et l. prima. §. quamuis. ff. de
vent. inſpiciend. et l. ſuper ſtatu. C. de quæſtioni-
8 bus. Sed illud exploratum eſt † filios filiæ ſequi
familiam ſui patris, non autem aui materni. vt
Inſti. de patr. poteſta. in fi. et §. primo. Inſtitu. de
lega. agna. ſucc. Quòd manifeſtè apparet in ca-
ſu noſtro, quia filij iſtius dominæ Catherinæ
ſunt de Claponibus, et ſic de alia familia, quàm
Mancaſolorum, ex qua progeniti erant ipſi te-
ſtatores.

Hæc præmiſſa omnia confirmantur ex deciſio-
ne Vbert. de Bobio, Cyn. Iacobi de Aret. et Bar-
tholo. de Saly. in l. j. C. de adulte. in quæſtione il-
la vigentis conſuetudinis vel ſtatuti, quo caue-
tur quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuc-
cedant, ſed congruè dotentur. Bald. in j. col. l. fin.
C. de liberi. præterit. in ſimili quæſtione, de qua
etiam per Barto. in l. liberorum. ff. de verbo. ſigni
9 fica. vbi † concludunt illam eſſe rationem ſtatu-
ti vel conſuetudinis, quòd maſculi excludant fœ-
minas: vt familiarum ſalua ſit dignitas. Cùm
per maſculinum ſexum agnationes familiæ con-
ſeruentur: vt in ſuperioribus clarè dictum fuit,
et aliquid etiam per Cyn. in l. j. C. quæ ſit longa
conſue.

Secundò pro hac parte adducitur talis ratio
10 Nam † dicta Catherina filia dicti Domi. Iaco-
patij, non excludit ſubſtitutos; nec facit defice-
re fideicommiſſum: ergo multominus excludent
ſubſtitutum, aut facient deficere fideicommiſſũ
filij eius, licet maſculi ſint, textus optimus in ar-
gumen. in cap. j. §. hoc autem notandum. in titu.
qui feud. dar. poſſ. in vſib. feudo. colla. x. Excluſa
11 † enim radice quid ex ea oritur videtur excluſum
d. §. hoc autem notandum.

Cùm ergo ipſa domina Catherina ſit excluſa,
12 ergo † filij eius quantumcunque maſculi vide-
buntur excluſi, nec facient deficere fideicom-
miſſum: quia veniunt tanquam imago matris. et
ita Bald. in ſimili in d. l. fina. C. de liber. præter. in
quæſtione illa ſtante ſtatuto, quòd extantibus ma-
ſculis filia non ſuccedat; Bart. in l. 3. §. videndum.
ff. ad Tertul.

Tertiò nulla alia ratione coniecturare poſſu-
mus dictum Gabrielem voluiſſe excludere filias
inſtitutorum ab eo, ſcilicet Aloyſij, Iacopatij,
Fredentij, & Thomaſij, niſi fauore aliorum ma-
ſculorum de Mancaſolis, quos vocat ex fideicom-
commiſſo, etiam exiſtente filia præmorientis,
& hoc vt bona remaneant in agnatione illorum,
ut ſupra dictum fuit. Sed eadem eſt ratio in fi-
lijs maſculis excludendis ipſius dominæ Cathe-
13 rinæ † igitur idem ius. l. quod dictum. ff. de pact.
l. à Titio. in fine. ff. de verborum obligatio. Et ſi-
mili argumento vtitur Barto. in quæſtione huiu
mulieris conformi in l. liberorum. ff. de verbo-
rum ſignificatio. in penul. colum. ſui apparatus,
ibi, pone exemplum de ſtatuto ciuitatis Eu-
gubij.

Quartò ex expreſſo iudicio dicti Gabrielis te-
ſtatoris dicta domina Catherina excluſa eſt, &
ſubſtitutus illi præponitur; videlicet Aloyſius
14 Mancaſolis; & eius filij: ergo † multo fortius
erunt excluſi filij quantumcunque maſculi ipſius
dominæ Catherinæ: argumentum optimum ex
not. in l. filiam. ff. ad Macedonianum. Alias ſi di-
ceremus oppoſitum, ſequeretur abſurdum quòd
maior eſſet ratio in cauſato, quàm in cauſante:
15 & quòd † ipſe teſtator Gabriel magis dilexiſſet fi-
lios ipſius dominæ Catherinæ, qui ſe erat in re-
motiori gradu, & qui erant ex aliena familia,
quàm dilexiſſet eorum matrem ſibi propinquio-
rem, & de ſua agnatione, contra text. in ratione
ſui, in l. ſi viua matre. C. de bonis quæ liberi, ubi
text. ad literam dicit, quòd pater, aut mater non
debet eſſe deterioris conditionis filio ſuo. Nam
ſi prætulit ſubſtitutum filiæ propriæ ipſius inſti-
tuti; ergo multo fortius ipſum prætulit filio ex
filia. Ex quibus omnibus neceſſario videtur
dicendum, quòd illa conditio appoſita per ip-
ſum Gabrielem teſtatorem Iacopatio, & Freden-
tio ac Thomaſio ſi deceſſerint ſine liberis maſcu-
lis eſt intelligenda de filijs eorum maſculis, vel
de nepotibus natis ex maſculo, non autem de ne-
potibus natis ex fœmina. Et ita in propoſi-
to dicit Bartol. in antepenulti. & vlti. volum.

in quæ-

in quæſtionibus quas format in l. liberorum .ff. de uerbo.ſignifica.

Tandem & ultimò ſuperior concluſio perſua
16 deri poteſt Nam † quãdo teſtator grauat hæredem inſtitutum reſtituere hereditatem ſi deceſſerit ſine liberis,uidetur cõſeruare ipſius liberis po ſitis in conditione, ius ſuccedendi ab inteſtato. Glo.eſt in l. Lucis.prope fin. tituli. ff. de hæred. inſti.quã approbant ibidẽ Bar.Bal.Ang.Cy.Pet. & alij in l.j. C. de cõdi.inſer.Sed ſi diceremus ꝙ filij ipſius Do.Catherinæ facerent deficere fidei commiſſum,certè ipſi nõ eſſent ſucceſſuri ab inteſtato Iacopatio eorum auo materno:quia Do. Catherina mater eorum præferretur: igitur &c.

Et ne ſuperior concluſio egeat Doctorũ au ctoritatibus, hanc partẽ tenet Sep.in tit.de loca. in §. nunc aliqua.uerſic.cxlvi.in fin.uerſic.Et ita
17 † intelligitur l.j. in fine. C.de conditio.inſer. in exceptione ſui, vt ex dictione maſculis appoſita in aliqua diſpoſitione, non comprehendatur filius ex filia.

Hanc quoque partem ferè in propriis terminis firmat Io. And.in additio.Specu. in rub.de teſtamen.in ultim.coll.ibi, ſub hoc titulo generali taogam quæſtionem Ricar, Malũb. ubi refert talem quæſtionem. Titius inſtituit Mœuium & Seium fratres ſuos, rogauitq; Seium quòd ſi decederet ſine liberis,reſtitueret hæreditatem Mœuio, uel eius hæredibus maſculis. Moritur Mœuius relictis nepotibus maſculis ex filia heredibus ſuis,deinde moritur Seius ſine liberis,ibi determinat ſingulariſſimè Io.And. ex mente Ric. Malumb. quòd hoc caſu fideicõmiſſum non debetur nepotibus Mœuij quantumcunque maſculis & hæredibus ipſius Mœuij:quia qua ratione matri ipſorum non debetur hoc fideicõmiſſum, ita nec debetur ipſis;quia excluſa radice &c.ut ſupra dixi.Si ergo primus hæres maſculus non comprehẽdit nepotem ex filia,ergo multo minus ipſe nepos comprehendetur ſub uerbis liberis maſculis,qui terminus hæres maſculus eſt generalior termino liberis maſculis. Etſi ibi hæres extraneus Sei,qui mortuus eſt ſine liberis præfertur nepoti ipſius Titij teſtatoris,quanto fortius hic iſte Dominus Antonius & filij dicti Petri de Macaſolis,qui erant nepotes ipſius Gabrielis,præferrẽtur filius ipſius Dominæ Catherinæ,& ibi Ioan. And. omninò uideatur: quia ibi dicta per eũ decidunt hanc quæſtionẽ.Hanc etiam ſententiam tenuit Bal.in l.j.C.de conditio.inſert.ibi, quæro an dicatur decedere ſine filio maſculo: ubi ipſe
18 decidit,quòd propter illud uerbũ maſculo,†illa conditio non uerificatur in filio nato ex filia, licet aliàs terminus filius, prolatus ſub conditione fauorabili ipſis filijs comprehendat indiſtinctè nepotes,vt tenuit expreſsè Barto.in l. liberorum.ff.de verbo. ſign.in tertia oppo. principali, ibi,quarto caſu quãdo nomẽ filij apponitur in conditione.& ipſe Bal.in l.Gallus §.ut inſtituẽs. prope finem ſui apparatus.ff.de liber.& poſthu.

et eſt tex.in l.Lucius in pen.char.ff. de hæredib. inſtituen Hanc partem expreſsè ſequuntur Doctores non leuis auctoritatis domini Florian.de S. Petro & Paul.de Caſt.in d.l.i.C.de cõdi.inſer. in propriis terminis noſtris.Pro hac etiam ſentẽtia facit optimè quod no. Bal in c. ſi clientulus. ſuper uerbo ſine hærede maſculo. de alien. feu.

Non obſtat ad oppoſitum allegata,& primò non obſt.l.j.C.de conditio.inſert.quia fateor ꝙ
19 †appellatione liberorum regulariter continen-
20 tur nepotes ex filia ut ibi, niſi † probetur euidenter alia fuiſſe defuncti uoluntas. ut uult ille tex. in fi.Quæ euidẽter probatur in caſu noſtro,quia ratio excludendi ipſam dominam Catherinã filiam dicti Iacopatij, quæ erat agnata ipſi teſtatori, & in uno gradu proximiore fortior eſt ad excludendum natos ex ipſa Domina Catherina,qui ſunt ipſi teſtatori cognati, & in remotiore gradu.Ad quod optimè facit in argumentum ultra ſuperiora.l pignori.ff. de acquirenda poſſeſſione.

Ex iſtis etiam apparet reſponſum ſecundo ar
21 gumento ſupra facto.Nã†et euidenter illud dicitur apparere in ultimis uoluntatibus quod apparet ex coniecturis.l.licet Imperator. de leg.i.

Non obſt.tertiò dictum not.Ange.in l.ex facto.§ fina.ff. ad Trebellian.quia nihil concludit
22 contra ſuperiorem concluſionẽ. Nã cùm † tex. in d.§ fi.interpreretur illam conditionẽ appoſitã hæredis inſtituto ſi deceſſerit ſine hærede , id eſt, ſine filio,ut d.l.ex facto.§.fin.ubi tex. Glo.& Doct.& appellatio filij, vt dixi ſupra prolata in uim conditionis cõprehendat etiã nepotes,nimirum ergo ſi continebuntur nepotes ex filia ut d. l j. de conditio.inſer.C.Sed in caſu noſtro appoſitus eſt terminus maſculis,qui reſtringit terminũ liberis ad filios maſculos,vel nepotes maſculos ex ipſis filijs maſculis deſcendentes.Vnde dixit notabiliter Bal. in l.Gallus. §. & ſi parente.ff.
23 de libe & poſthu. ꝙ † licet terminus hæres ſit generalis,& cõprehẽdat tam hæredem ſuum,quàm extraneum,ut per Bar.& Doct.in d.§.etiam ſi patiente.tamen ſi apponatur cum termino hærede, dictio maſculus, illa dictio reſtringit terminum hæres ad filios,& deſcendentes ex filiis maſculis, & allegat. c.ſi clientulus. de ſucceſſio.in uſi.feu. Vnde per uerbum maſculus reſtringitur terminus hæres,qui eſt generaliter,quanto magis terminus liberis,vt intelligitur de filio maſculo. & deſcendentibus maſculis ab eo,certè multo fortius reſtringetur terminus liberis.

Poſſet tamen circa prædicta moueri talis difficultas, cũ†ſubſtitutio eſſet facta ipſis tribus fra-
24 tribus Thomaſio,Fredẽtio,& Iacopatio,ſi deceſſerint ſine liberis legitimis maſculis,& eẽt ſubſtitutio fideicõmiſſaria,an cũ primũ mortuus fuit Thomaſius,deinde Fredẽtius,ſtatim mortuo vno quoq; ipſorũ uocari debuerit ſupraſcriptus Aloyſius,uel eius liberi legitimi maſculi. Et prima frõte uideretur dicendum ꝙ ſic.per l.Lucius.§.Ca

io, ff. ad Trebellian. per l. fina. §. ſecundo. ff. de le
gat. ſecundo. Tamen ueritas eſt ad oppoſitum,
35 † quia ſi bene aduertatur dictæ ſubſtitutioni fi-
deicommiſſariæ, appoſita fuit dictio et terminus
uniuerſalis omnis. Nã dixit teſtator, ſi dicti Tho
maſius, Fredentius, et Iacopatius om nes deceſſe
rint quandocunq;. Noto ergo dictionẽ omnes,
quæ requirit ut omnes moriantur antequàm
uocetur ſubſtitutus, unde in perſonam uniuſcu-
iuſque morientis ipſe Aloyſius, uel eius liberi
uocari non potuit, caſus eſt in l. penul. C. de im-
pub. & alijs ſubſtitu.

Non obſtant contraria: quia ibi non erat ap-
poſita dictio aliqua uniuerſalis, quę requiret
36 concurſum omnium. Item † quia teſtator in ca
ſu noſtro noluit totam hæreditatem deuenire
ſubſtitutos unde expectarur mors omniũ. l. qui-
dam teſtamento. & ibi Bar. ff. de uulga. & pu-
pill. et Doctor. ubi ſupra.

Aduertendum quoq; eſt, ꝙ hec ſubſtitutio fi-
deicõmiſſaria nõ ſupliciter eſt facta ultimo mo-
rienti, ſed eſt facta oĩbus tribus, eo caſu quo oẽs
moriãtur ſine liberis legitimis maſculis. hoc pri
mũ apparet ex uerbis ipſius ſubſtitutionis: quia
dicit ſubſtituit eis, & ſic unicuiq; ipſorum. Item
ibi cùm dicit, & ſibi heredes inſtituit. Vnde teſta
tor uocat dictũ Aloyſium et eius liberos legiti-
mos maſculos ad totã partem ad quam inſtitue-
rat dictos Thomaſium, Fredentiũ, & Iacopatiũ
ſi omnes morerẽtur ſine liberis legitimis maſcu
lis. Hoc ideò dico, quia ſi ſubſtitutio eſſet facta
ipſi Iacopatio ultimo morienti, dubitari poſſet
an ipſe ſolũ uideretur eſſe grauatus de parte ſua,
hoc eſt de tertia, & ſic de ſexta parte totius hære
ditatis, non autem de partibus aliorum fratrum,
quas eis ſuccedens nõ habuit ex iudicio Gabrie-
lis teſtatoris, ſed habuit ab inteſtato ex diſpoſitio
ne legis, uel ex teſtamento ipſorum fratrũ ſi te-
37 ſtati eſſent, & ſic † in quo nõ eſſet honoratus nõ
potuiſſet grauari: argu. l. ab eo. C. de fideicom. &
l. pater. §. fina. ad leg. Falci. faciunt nota in l. cum
qui nouiſſimus. ff. ad Treb. & l. qui duos. & l. ex
duobus. in princip. ff. de uulga. & pupill. & l. co-
hæredi. §. cum filiæ. ff. eo. de uulga. et pupill. Sed
38 etiam in caſu noſtro † ſi eſſet facta ipſi Iacopa-
tio: qua tamen ipſi ultimo morienti eſt facta ſub
ſtitutio in tota hæreditate adhuc ſubſtituti ad-
mitterentur in totum l. Titia Seio. §. Seio. ff. de
leg. ij. Bar. et Bal. notabiliter in l. ucl ſingulis. ff.
de uulg. & pupil. Et in caſu noſtro ſi bene conſi-
deretur ipſe Gabriel teſtator in caſu ipſi tres mo
rerentur ſine liberis legitimis maſculis, uocauit
Aloyſium, et eius liberos maſculos ad totam he-
reditatem, in qua ipſi Thomaſius, Fredentius, &
Iacopatius inſtituti erant.

39 Circa ſecũdũ principale dubiũ, † An per diui
ſionem factam inter ipſum Aloiſium ex una par
te, et ſupraſcriptos Thomaſium, Fredentium, et
Iacopatium ex alia, in qua promiſſerunt dictã di
uiſionem ſibi inuicem ratã habere, & nullo un-
qam tempore, aut iure contrauenire &c. uidea-
tur inter ipſos remiſſum eſſe fideicõmiſſum. Hic
in difficultate incidimus, de qua in l. qui Romę.
§. duo fratres. ff. de uerb. oblig. Et quia agitur de
conſultatione in qua ſtrictum et breuirer per cõ
cluſiones ueras procedendum eſt: ideò ero cõtẽ
tus paucis, & dico, ꝙ per talẽ diuiſionem non ui
dentur ſibi inuicem remiſiſſe fideicõmiſſum. Et
30 primò arguo ſic. † Verba generalia quietatio-
nis debent reſtringi ad ea ſolum de quibus eſt
actum. l. ſi de certa. de tranſact. l. ſi ex pluribus, in
princ. ff. de ſolutio. ſed inter ipſos diuidentes ſo-
lummodo eſt actum de diuiſione rerum, non au
tem de fideicommiſſo hinciude debendo: igitur
31 &c. Et ſi dicitur † quòd in tranſactione non ue-
niunt niſi ea de quibus eſt lis. l. j. ff. de tranſactio.
32 ita dico † quòd in diuiſione non ueniant niſi cõ
munia, ut l. j. & ij. ff. famil. erciſ. ſed ius fideicom-
miſſi non erat commune, ſed proprium uniuſ-
cuiuſq;, igitur de eo renuntiando non uidetur
actum fuiſſe nec cogitatum.

Secundò pro hac parte facit tex. optimus in l.
cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. ij ubi text.
33 dicit † quòd per diuiſionem non tollitur ius fi-
deicõmiſſi, tunc ſi per diuiſionem ſimplicẽ non
tollitur, nec ei uidetur renuntiatum:; ergo nec p
ſtipulationem generalem ſubiectam de non con
34 traueniendo, cùm † talis ſtipulatio reguletur ſe-
cundum naturam præcedentis actus ut ff. de uſu.
l. ſi ſtipulatus & l. damni infecti. ff de dam. inſe.
Et quia clauſula adiecta ad unum effectum etc.
ut infra.

35 Tertiò † generalis quietatio per quam quis ꝓ
mittit non contrauenire, non tollit alicui ius ſibi
competens, aut competiturũ, text. eſt in l. fin. §.
idem quæſiit. ff. de cond. indeb. Et licet ipſi pro
miſſerint nõ contrauenire diuiſioni, nõ tolletur
ex hoc ius actionis ex teſtamento ſibi competitu
rum in euentum cõditionis ſub qua relictũ erat
fideicõmiſſũ: quia nec uerba, nec uerborũ ſigni-
ficatio ad hoc ſe extẽdũt. Nã licet petatur fideicõ
miſſum, nõ tamen uenit cõtra diuiſionem, nec
dicitur ꝙ diuiſio ſit nulla, iniqua, aut erronea.

Quartò adducitur l. Paulo Callimaco §. Põ-
36 ponius. ff. de leg. iij. † Nã talia uerba appoſita in
diuiſione ꝙ Aloyſius non contraueniret diui-
ſioni, debent intelligi uiuentibus ipſis Thoma-
ſio & fratribus, non autem poſt mortem, quan-
do extabit conditio fideicommiſſi.

37 Quintò fallit; † quia ea quę dependẽt ex teſtõ
non pñt faciliter tolli, niſi cognitis & inſpectis
38 uerbis teſtamẽti, ut l. de his. ff. de tranſ. cũ † clau
ſula adiecta ad unũ effectũ nõ operetur aliũ: arg.
l. legata inutiliter. de leg. j. et in Cle. ſi dignitatẽ.
39 de pręb. † qui tex. facit bene ad propoſitũ noſtrũ
ubi clauſula adiecta ad executionẽ principalis di
ſpoſitionis non ampliat eã, ita hic, cũ hæc clauſu
la ſit adiecta ad confirmationẽ diuiſionis nõ am
pliat illam, ut uideatur remiſſum fideicõmiſſum.
40 Ad † l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo.
obligatio.

obligatio. teneo primam & ſecundam ſolutionẽ
Gloſ. quòd ibi fuerit malè iudicatum. Et quòd
hoc ſit verum, dedoco ex tex. illo. nam intentio
Iuriſconſulti in d. §. duo fratres. fuit decidere il-
lud dubium, an pœna poſſit peti vel ne, etſi fuiſ-
ſet bene iudicatum, quòd ibi ex illa generali ſti-
pulatione fuiſſet remiſſum fideicommiſſum, cer
tè ille §. nullam dubitationem habuiſſet: quia
commiſſa eſſet pœna, cùm expreſſè ille contraue
41 niſſet, † contra. l. ancilla. de furt. l. quod Labeo.
ad Carbon.

42 Hanc † partem tenent in primis Petr. de Bel-
lapert. & Bart. in d. l. qui Romæ. Bal. in l. tres fra-
tres. ff. de pact. qui Bal. ibidem allegat Iaco. Bu-
trig. ita tenentem, & omnes Doct. tempore ſuo,
hanc tandem ſententiam tenuit ipſe Bal. in l. qui
cum tutoribus. § j. ff. de tranſact. & allegat Ioan.
Andreæ ita tenere in additio. ad Specu. in tit. de
teſta. Eandem tenet ipſe Bald. in d. l. cùm pater.
§. hæreditatem. ff. de leg. ij. Hanc etiam tenet An
gel. in d. l. qui cum tutoribus. & dicit Doctores
ita communiter tenere, licet poſteà ipſe Ang. ali
ter dixerit in repetit. d. §. duo fratres. Hanc ean-
dem tenuit Franci. Tigrini in quodam conſilio
ſuo, quod incipit; Factum tale fuit. Sempronius
ſuum condidit teſtamentum. Hanc etiam tenet
Ioan. de Imo. in d. §. duo fratres. & ideò cùm ſit
communis opinio, nec in iudicando, nec in con
ſulendo ab ea recedendum eſt, iuxta ea quæ ha-
bentur per Iunoc. & Ioan. And. in c. 1. & in c. ne
Initaris. extra de conſtitut. & per Bald. & Ang. in
l. ſi. C. de pœna iud. qui ma. iud. Ad caſum noſtrũ
poteſt aptari opin. Ang. in d. §. duo fratres. Nam
43 ibi Ange. ſentit, † quòd ita demum videatur re-
miſſum fideicommiſſum, quando eſt omnis æ-
qualitas inter diuidentes, quod non erat in caſu
noſtro: quia fideicommiſſum relictum ab Aloy
ſio erat relictum ſub cõditione, ſi moreretur ſi-
ne liberis legitimis, & ſic ipſe ſolus moreretur.
Fideicommiſſum autem relictum ab alijs erat re
lictum ſub tribus (vt ita loquar) conditionibus,
ſi omnes tres morerentur ſine liberis maſculis.
Vnde non eſt ita veriſimile venire hanc conditio
nem, vt omnes tres moriantur ſine liberis maſcu
lis, quemadmodum & vnus ſolus moriatur. &
ſic ſumus extra caſum quem allegat Ang. in l. de
fideicommiſſo. de tranſac. Item tempore diuiſio-
nis Iacopatius erat minor pupillus, qui non po-
teſt dici videri remiſiſſe.

Et ſi opponatur ſcilicet in d. l. qui Romæ. §.
duo fratres. fuit malè iudicatum, quomodo eſt fa
cta lex de iniqua ſententia. Reſpondeo vt ibi re-
ſpondit Bart. & alij Doct. quos ibi vide.

Ex his omnibus cõcludo, quòd dominus An-
tonius filius quondam dicti D. Aloyſij de Man
caſolis, & fil. quondam ipſius Petri fratris dicti
Antonij poſſunt petere à ſuccedentibus ab inte
ſtato ipſis Thomaſio, Fredério, & Iacopatio om
nem hæreditatem quæ peruenit ex teſtamento
ipſius Gabrielis ad ſupraſcriptos Thomaſium,
Fredentium & Iacopatium, non obſtante quòd
ex domina Catherina filij dicti Iacopatij ſint fi-
lij maſculi. Item non obſtante diuiſione facta ut
44 ſupra. Frater tamen † quòd ipſi poterunt dedu-
cere Trebellianicam, hoc eſt quartam, vt in toto
45 tit. ff. & C. ad Trebel. niſi † perceperint tot fru-
ctus qui aſcendant ad quartam: quia iſti fructus
bene computarentur in quarta. l. in fideicom-
miſſaria ff. ad Trebel. Et hæc maximè procedunt,
in caſtro Trauazani, quod erat ædificatum ab
ipſis de Mancaſolis ea lege ne perueniret extra
conſortes, aut in filias fœminas.

Et ita dico & conſulo, ego Iacobus de Puteo
Iuris vtriuſque Doctor, in quorum teſtimoniũ
hic me propria manu cum ſoliti ſigilli impreſſio,
ne ſubſcripſi.

Ego Franciſcus Maria de Plotis de Nouaria,
I. V. D. confirmo omnia prædicta de ſola ſub-
ſcriptione requiſitus.

SVBSCRIPTIO D. LVCHINI de Curte Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas remota à cauſa anteriori, remouetur à po-
ſteriori.*
2 *Filius emancipati conceptus, & natus poſt emancipa
tionem, non retinet iura agnationis.*
3 *Fideicommiſſum cuius conditio non extitit tempore
diuiſionis, non eſt commune.*
4 *Diuiſio ſimilis eſt emptioni.*
5 *Legatarius vel fideicommiſſarius ementes rem ſibi
legatam, non videntur renuntiare iure legati.*
6 *Iuri de futuro ſimplici renuntiatione renuntiari non
poteſt.*
7 *Diuidentes eas res, quæ ſibi in partem obuenerunt
poſtquàm conditio fideicommiſſi euenit, & quæ ſi-
bi reſtituendæ erant in euentum conditionis fidei-
commiſſi, ſibi ipſis euiciſſe videntur.*
8 *Vnum in vniuerſalibus facilè ſuccedit loco alterius.*
9 *Poſſidendi cauſam mutare poſſum noua ſuperuenien-
te cauſa.*

CONSILIVM CVIII.

LOcupletiſsimè admodum ſcriptum eſt
per celeberrimum Doctorem, Dominũ
Iacobũ de Puteo, & in primo & ſecun-
do quæſitus, q̃ quælibet aditio mea erit ſuperua-
cua & non expediens. Mouet me tamen ad con-
firmationem, dictorũ in primo articulo vltra au-
ctoritatem præfati Doctoris, q̃ agnationis con-
ſeruandæ ratio remouetur à filia, ergo multo for
1 tius à filio filiæ. Nam † qualitas remota à cauſa an
teriori remouetur à poſteriori, vt eſt expreſſum
Inſtit. de legiti. cogna. ſucceſſ. circa princip. C. de
legit. hæredi. l. meminimus. Ideò Glo. & Barto.
2 tenuerũt quòd † filius emancipati conceptus, &

natus poſt emancipationem non retineat iura agnatio. C. vnde liberi. l. qui ſe patris. Ideo remota ratio agnationis à filia, remouet eam multò
3 fortius à filio filiæ. Pro ſecundo ſemper facit † q fideicommiſſum, cuius conditio non extitit tempore diuiſionis, non eſt commune. l. cùm pater. §. hæreditatem ff. de leg. ſecundò. ergo diuiſio illud non diuidit: quia non ſtat qualitas ſine ſubiecto, ideò nec clauſula adiecta diuiſioni: quia vt ſuprà dictum eſt, remotum à cauſa ſuperiori, remotum eſt ab inferiori. Et ita dico & conſulo ego Luchinus de Curte legum Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui.

Tertium dubiũ erat: An liceat ipſi Ludouico in diuiſione ſupraſcripta per eum celebrata cum Thomaſio, Fredentio, & Iacopatio fratribus in partem obuenerit pars hæreditatis ipſius Gabrielis, quæ ſibi Aloyſio, ſeu liberis ſuis per ipſos fratres, ſeu eorum hæredes ex teſtamento Gabrielis reſtituenda erat, poſsint liberi ipſius Ludouici, videlicet D. Ant. & filij dicti Petri aliquid petere à dicta D. Catherina, ſeu hæredibus dicti Iacopatij. Et quid petere poſsint nunc purificata conditione dicti fideicommiſſi. In quo dubio illam breuem occurrentem dubitationem prius abſoluendam arbitror, videlicet. An dictus Ludouicus accipiendo in partem ſuam ea bona, quæ ſibi & liberis ſuis ex teſtamento dicti Gabrielis per fideicommiſſum reſtituenda erant, & vlterius pro æqualitate portionũ exburſante ipſos florenos mille, videatur renuntiaſſe dicto fideicommiſſo ſibi debendo. In quo breuiter dicẽdum eſt quòd
4 non. Nam † diuiſio ſimilis eſt emptioni. l. j. vbi
5 tex. C. comm. vtri. iudic. Sed † legatarios vel fideicommiſſarius ementes rem ſibi relictam virtute legati nõ videntur renuntiare iuri legati vel fideicommiſſi ſub coditione ſibi relicti; etiam ſi ſcientes hoc faciant; per conſequens nec in caſu noſtro poteſt videri renuntiaſſe fideicommiſſo, licet in partem acceperit res ſibi reſtituẽdas. inſtit. de lega. §. ſi res aliena. l. fundo. ff. ad leg. Falc. l. ſi vendideris. ff. de euict. Gl. ordinaria approbata in l. ſi ita ſubſtitutio. in Gloſ. in ver. maximo ff. de leg. j. Nam illam ibi tenent Iac. de Are. Dy. Bart. Bald. Ang. Idem Bart. & communiter ſcribentes in l. qui Romæ. §. duo fratres. in vlt. col ſui apparatus. ibi xij. quæro. ff. de verb. obl. Et in propriis terminis hanc quæſtionem dedit Spec. in tit. de teſta. in §. in primis. in verſ. quid ſi fideicommiſſarius, vbi dicit q ſi frater habens plenam notitiam fideicommiſſi relicti poſt mortem fratris ... fratre totam eius portionem, nõ præiudicat ſibi, & exiſtente cõditione aget. Sed & ſi leges & Doctorum auctoritates non haberemus, hoc etiam
6 probatur ratione. Nam † iuri de futuro ſimplici renuntiari non poteſt. l. ſi ita ſcriptum. § ſi ſub conditione. ff. de l. [illegible] j. habetur in [illegible] C. de pact. ſed [illegible] cere [illegible] ex eo, q ipſi Ludouico obuenerunt in partem [illegible]es quę [illegible]bi erant reſt[illegible]endę per fideicom[illegible]um videri ipſ[illegible] renuntiaſſe fideicommiſſo, tunc diceremus illum renũtiaſſe iuri de futuro, hoc eſt fideicõmiſſo debẽdo ſub conditione ſimplici renunt. quod fieri non poteſt.

Hac breui quæſtione ſublata, redeo ad princi-
7 pale dubiũ, In quo primùm dico † q poſtquàm cõditio fideicommiſſi euenit, ipſe D. Antonius & Petrus, ſiue eius filij eas res quę ſibi in partem obuenerũt, & quę ſibi erant reſtituendæ in euentum conditionis fideicõmiſſi quodãmodo ſibi ipſius euiciſſe videntur. l. vendideris. l. ſi ei qui. § j. & l. non tamen. ff. de euict. l. fundi. ff. ad leg. Falcid. l. planè. §. quod ſi rem. l. huiuſmodi. §. qui tertium ff. de leg. j. & hoc caſu ipſe D. Antonius & filij dicti Petri poſſunt agere duplici via. Primo niſi cõſtituunt ſibi in animo nolle ſibi mutare cauſam poſſeſsionis in his rebus dicti Gabrielis quæ ſibi reſtituendæ erant, & quę illis obuenerint in partem, tunc ipſe agent ex teſtõ, ad totum id quod ſibi abeſt, primò, videlicet ad mille aureos. Itẽ ad partẽ illam hæreditatis Bartholomæi, quę ſibi obueniebat ab inteſtato. Nam dictam partẽ hæreditatis Bartholomæi, & hos mille aureos dedit ipſe Ludouicus diuidens in diuiſione pro portione hæreditatis ipſius Gabrielis, quæ ſibi per fideicõmiſſum reſtituenda erat, vnde hæ res ſucceſſerunt loco fideicommiſſi vniuerſalis ipſi Ludoui-
8 co & hæredibus ſuis debendi, & maximè in iſtis vniuerſalibus, vbi † facilè vnum ſuccedit loco alterius. l. Imperator. §. fin cum l. ſeq. ff. de leg. ij. l. ſi rem & pretium. cum ibi not. de petit. hæred.

Poterunt etiã liberi ipſius Ludouici petere in libello res ipſas Gabrielis quas poſsident, & quæ ſibi reſtituendæ erãt, ad finem vt conſequantur dictos mille aureos; & ſupraſcriptam partem dicti Bartholomæi; quia ſi fideicommiſſum debentum ex hæreditate dicti Gabrielis non videantur habere, cũ ſibi abſint dicti mille aurei, & pars hæreditatis dicti Bartholomæi, quos & quam dederunt loco partis hæreditatis dicti Gabrielis, quæ ſibi erat reſtituenda. & ſic erit duplex modus agendi ex teſtõ, vel directè ad repetitionem dictorum mille aureorũ, & partis hæreditatis dicti Bartholomæi, vel directo reſpectu rerum hæreditatis dicti Gabrielis, quas poſsident ad finem conſequantur dictos mille aureos & partẽ hæreditatis dicti Bartholomæi. Poſſunt etiam dicti D. Antonius; & filij dicti Petri conditione purificata fideicõmiſſi conſtituere ſe velle poſsidere partem hæreditatis dicti Gabrielis, quæ ſibi reſtituenda
9 erat virtute fideicõmiſſi. Nã † noua cauſa ſuperueniẽte poſſunt mutare mihi cauſam poſsidẽdi. l. etiam §. illud. l. qui bone. §. j. ff. de acq. poſſ. l. nõ ſolum. §. quod vulgo. ff. de vſucapio. & hoc caſu agent ad repetendum dictos mille aureos, & partem dicti Bartholomæi, quæ obuenit in diuiſione ipſis Thomaſio, Fredentio, & Iacopatio, loco partis hæreditatis dicti Gabrielis reſtituendæ, quę res data per ipſos Thomaſium, Fredentium, & Iacopatium dicto D. Ludouico publicè fuerit euicta, hos modos agendi ſentit Gl. & poſt illam Doctor.

Doct in l.planè.§.quòd ſi rem. vbi Bar. & in l. huiuſmodi.§.qui ſeruum. vbi Glo.Bar. Bald. & Ange.ff.de leg.j.& latè per eundem Ange.in l. fundo.ff.ad leg.Falcid.Facit etiam quod no.Ange.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres. in vl. quæſt. ſuæ repetitionis.Specu.in ti.de teſta.in 4.par.in § in primis.in ver quid ſi fideicommiſſarius, de quibus tetigit etiam Glo.in d.§.dno fratres.

Laus Deo amen.

CONSILIVM D. LVCHINI DE Curte Papienſis legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio in re certa facta non dato cohgrede cum tacitatione, an valeat.*

2 *Teſtator quando probibere poſſit ius accreſcendi, & an poſſit decedere pro parte inteſtatus, & pro parte teſtatus. & nu.18.*

3 *Clauſula codicillaris obligat venientes ab inteſtato.*

4 *Fideicommiſſum ex pia cauſa debetur abſque aditione hæreditatis.*

5 *Legata & fideicommiſſa valent ad pias cauſas ſine hæredis inſtitutione.*

Pia cauſa quæ dicatur, remiſſiuè.

6 *Adiens hæreditatem, vt hæres vniuerſalis, an poſſit petere credita.*

7 *Iudicis præſentia neceſſaria eſt ad confectionem inuentarij.*

8 *Creditores & legatarij in inuentarij confectione citari debent.*

9 *Citatio eſt de forma inuentarij, ut ea omiſſa non ualet inuentarium.*

10 *Inuentario confecto nulliter ſequuntur pœnæ non conficientis inuentarium, quia tenetur omnibus creditoribus ultra uires, & perdit falcidiam, & etiam Trebellianicam.*

11 *Falcidia & Trebellianica non omni caſu detrahuntur de legatis ad pias cauſas.*

12 *Totam hæreditatem qui petere non poteſt, quando pars tantum ad eum ſpectat.*

13 *Statutum quòd mortua uxore in matrimonio nullis ex ipſo marito relictis liberis, maritus lucretur dotem ipſo iure, an ualeat.*

14 *Dictiones relatiuæ implicant.*

15 *Statuto diſponente, quòd mortua uxore in matrimonio, nullis ex ipſo marito relictis liberis, an ſecundus maritus lucretur eam.*

16 *Maritus recipiens fructus rerum parafrenalium uxore conſentiente, illos non tenetur reſtituere.*

17 *Vitricus poteſt petere alimenta facta priuigno ubi paterno affectu ſunt præſtita. & nu.21.*

Similiter & multo magis alimenta præſtita familiæ ipſius priuigni.

19 *Hæres propter beneficium inuentarij detrabit Trebellianicam, & credita ſua.*

20 *Statutum de lucrando dotem non plus operatur quã pactum, cùm hæres petit dotem maternam.*

21 *Expenſas non repetit, quas quis facit ductus amicitia paterna.*

22 *Renunciatio facta 400. librarum ſine inſinuatione, an ualeat.*

CONSILIVM CIX.

DVBIA contra Ioannem in cauſa comptomiſſa cum fideicommiſſarijs ex vxore quondam Petri de Marizola, in qua oſtenditur primò,
1 † quòd non valeat inſtitutio hæredis ipſius Ioãnis: quia cùm ipſe, & cohæres, ſint in rebus certis inſtituti, & tacitati ne plus petere poſſint,
2 † videtur quòd teſtator prohibuerit accreſcendi, & uoluerit poſſe decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra l.ius noſtrũ.ff. de reg.iu ideò dicitur quòd teſtator ius accreſcendi prohibere non poteſt.l. ſeruus communis ab extero.ff.de acqui.hær.vbi no.Gl.& Bal.in l.pe. ff.de iniuſto rup. Ideò dixit Barto.in d.l.pen & ff.de hæredi.inſtituen in l.j.§.ſi ex fundo. & in l. quoties §.ſi duo. quòd talis inſtitutio in re certa, non dato cohærede uniuerſali, facta tacitatione eſt nulla. Ex quo ſequitur, quòd petitiones factæ per Ioannem qui ex teſtamento agit, ut hæres cum beneficio inuentarij corruant, tanquàm à perſona nullum ius habente agendi eo modo quo agit.

3 Nec ob. † clauſula codicillaris, quæ obligat venientes ab inteſtato.anc.ex teſtamento.C. de fideicom.& l.j.& l.ſi quis cùm nullum.ff. de iure codicillo.quia illi non ſunt modo in iudicio, ſed quantum ad fideicommiſſarios hoc motiuum nullitatis non obſtaret: quia clauſula codicillaris eos iuuat, & non habent neceſſe agere contra hæ
4 redem venientem ab inteſtato: † quia etiam abſque aditione hæreditatis fideicommiſſum ex pia cauſa debetur.Bar.per expreſſum in l j.in repet. C.de epiſco.& cle.Glo. Cyn.Bar.Bald. & Alb. in l.eam quam.C.de fideicom.Cyn.in l.fi.§.do-
5 nec C.de iure delib.Immò † plus dicunt pleriq; non leuis auctoritatis doctores valere legata, & fideicommiſſa ad pias cauſas ſine hæredis inſtitutione, ut dicit Bald.in d.l.j.C. de ſacroſan.eccleſ. Quæ autem ſit pia cauſa, uideatur Bal. in l.ſi mulier.C.ad l.Falc.Albe. in l.ſi quis ad declinandã, C.de epi.& cler.

6 Secundò dicitur † ꝙ Ioannem non poteſt petere credita de quibus in l.libello: quia adiuit hæreditatem, ut hæres uniuerſalis: ergo iura ſunt confuſa.l. Stichum.§. additio.& § quod vulgo. ff de ſolu l. debitori. C. de pact.ff. de fideiuſſ.l. Vranius.

7 Non obſtat beneficium inuentarij, † quia ipſius confectio nulla eſt: quia in eius confectione eſt neceſſaria iudicis pñtia: ſicut in inuẽtario, quod facit epiſcopus, in l.nulli.C. de epiſcop. & cleric.& l.decretatio.C.de epiſc.aud & quod facit tutor, in l.tutor qui repertorium.ff.de adminiſt.

tuto.& ita dicit Ang.eſſe communem obſeruã-
riam in tracta. ſuo inuentarij, quem ponit. ff. ſi
cui plus quàm per leg. Falc.l.j.§.interdum.
8 Secundò & fortius † nos valet: quia nõ ſunt
citati creditores,& legatarij ſaltẽ præſentes, hoc
eſt in ciuitate exiſtentes, qui neceſſariò ſunt citã
di,vt colligitur ex tex.l.fin.§.j & in auct.de hęre.
& falci.§ hinc nobis.& dicit Ang.vbi ſupra in §.
forma ergo citatorij,in ver.& attẽde, quia ſi cre
9 ditores. † quòd citatio eſt deforma vt ea omiſſa
non valeat inuẽtarium, etiam ſi vnus ſit citari
omiſſus,licet Bar.quo ad citator dicat valere ſub
dubio fortè,in auct.ſed cũ teſtator. C.ad leg.Fal-
cidi.& Bal.ſequitur in auct. ſi omnes. in fi.C. ſi
ſe.ab hæredi.abſti.& quo ad nõ citatos non vale-
10 re † Modo ſi cõfectio inuentarij nulla eſt,ſequũ
tur pęnę non cõficientis inuentariũ: qa tenetur
omnibus creditoribus vltra vires hęredtiarias,&
etiam legatarijs ſecundum Ang.& communiter,
licet Ray.contra in legatarijs perdit Falcidiã &
11 Trebellianicam,† licet illæ nõ detrahantur om-
ni caſu de legatis ad pias cauſas, vt l.ſi mulier per
Doctores.C.ad leg.Falci.& hęc omnia colligun-
tur ex tex.in d. l. fin. & in corpore auct. de hęre.
& falci. & per Doctor. ubi ſupra in auct. ſed cũ
12 teſtator.Pręterea eſto quòd valeant † teſtamẽtũ
& inuentarium, non tamen poteſt petere dotẽ
maternam,non quidẽ totam: quia mater ſua ha-
buit multos filios, & filias: ergo ad eum non ſpe
ctat in totũ,immò illa exceptione repellitur, ſci-
licet ad te non ſpectat in totũ,l.2.ff.ſi pars hęre.
13 pater Item nec pro parte,quia † viget ſtatutum
quòd mortua vxore in matrimonio nulli ex ipſo
marito relictis liberis, maritus lucretur dotem
ipſe iure ſi hoc ſtatutum valeat: quia contra ius
poſitiuũ l.neque ex p̄torio.in Glo. ff. de reg.iur.
l.omnes populi ff. de iuſti. & iu.& arg. Glo. ma-
gnę in fi.in auct.ſed & ſi quis C.de ſecun.nupti.
& iſtud ſtatutum eſt ingloſſabile: quia loquitur
de ſecundo & tertio matrimonio: qui dicit nul-
lis ex ipſo marito,& ſic potuit alius eſſe maritus
14 primus: † quia dictio ipſe eſt relatiua,ſed illæ di-
ctiones relatiuæ implicant ſimile, licet non ſem-
per.l.non ſolum §.Item quia.ff.de procurato.ff.
de leg.3.l.ſeruis legatis. & de reb.dubi.l.quidam.
& C.quo.& quan.iudex.auct. qui ſemel. ſi ergo
ſtatutũ valet, & ſic ingloſſabile. cui dubiũ quòd
ſtabitur ſtatuto,vt maritus ſecundus lucretur to-
tam dotem pleno iure,& hanc ſententiam tenet
D Bal.in l.& lege. C. de conditioni. ob cauſam,
& allegatur p aliquos.Ang.in §.optimè,in auct.
de nuptijs. Idem † tenuit Bal. in cõſilio quod cõ
fecit ſuper ſimili ſtatuto in ciuitate Florentię;qđ
incip.ſcribitur in ciuitate Florentiæ,ubi pulchra
loquitur de hac materia, & reſpondet ad dictũ
Butr. & Bar. in l. hac edictali, & ad quod ipſe
not.in l j.C.de inofficio.donatio.& in l.hac edi-
ctali. & in l. ſi arrogator. ff de adoptio. & in vſi.
feudo.tit.an maritus ſucced in feu.& in fi. quòd
legitur quando ſtatuta ſunt dubia quæ poſſunt
recipere gloſſam.At vbi ſunt clara,& præciſa, &
ingloſſabilia, tunc dicit ſtandũ ſtatuto. Et hanc
ſententiam dicit Alberi. de Roſate ſeruari de cõ-
ſuetudine per Italiam. hoc ipſe dicit in d. l. hac
edictali. Ex hoc ſequitur,quòd Ioannes deſun-
ctandi filius eſt excluſus in totum à dote,vbi etiã
nõ haberet fratres vel ſorores.At ſecundum aliã
opinione haberet dimidiam ex diſpoſitione le-
gis hac edictali.cõiuncta opinionem Bar. & Iac.
Butri.& non totum,prout petit. Minus etiã po-
16 teſt petere penſionẽ domus: † quia maritus cõ-
ſtante matrimonio ſi perceperit fructus rerum
parafrenalium vxore conſentient, illos non te-
netur reſtituere.l.hac lege.C.de pact.inter.mari.
& vxor.vbi tex,obligat maritum ſi vxor prohi-
beat,& ita ibi intelligunt Doctores.
Pręterea Ioannes gauiſus eſt domo uitrici.er
go eſt hic inde fienda compenſatio.
Pręterea illa domus fuit ad vſum ſpeciariæ de
qua erat ſocietas inter eos, ſcilicet vitricum, &
priuignum, & extat quitantia, calculum, & red
ditio rationis inter eos; ergo penſio ſpeciariæ nõ
eſt petenda.l.Procula.cũ ibi not. ff. de probatio.
17 † Immò videtur quòd contra eum peti poſſunt
alimenta ſaltem familię: quia non conſtat quòd
eum aluerit paterno affectu,ſaltã de familia non
eſt dubium.ut l.ſi paterno affectu. quę loquitur
duntaxat de priuigno. C. de negocijs geſt.nõ de
familia priuigni. in qua non eſt tanta ratio. pro
quo faciunt not.in l. Neſennius. & in l.is qui.ff.
de neg geſt.& C.eo tit.l.alimenta, cum ſimili.
Dubia p Ioãne contra vxorem & executores.
Quòd Ioannes ſit hæres vniuerſalis,& mittẽ-
dus in,poſſeſſionẽ,pater, quia licet ſit particula
18 riter inſtitutus, † tamen quia cohæredem non
habet vniuerſalẽ, venit ad vniuerſam hęreditatẽ
per ius accreſcẽdi, ne decedat teſtator pro parte
teſtatus,& pro parte inteſtatus.l. ius noſtrum.ff.
de reg.iur.l.j.§.ſi hęres ex fundo.ff.de hęredibus
inſtituen.l.ſeruus communis ab extero. ff.de ac-
quiren.hęre.in Glo. quandocunque ſunt legata
facta,& fideicommiſſa,eſt tamen mittendus per
prius ad poſſeſſionẽ.vt in.ti.de edi.Diui Hadria.
tollen.poſtquã adiuit hæreditatem,& poſteà co-
getur reſtituere.l.ita tamen.§.qui compulſus.ff.
ad Trebellia.& per totum.
19 Sed erit dubium † de detractione Trebelliani
cę,& de creditis ſuis,quæ ipſe detrahere, & de
quibus ſibi ſatiſfacere poteſt propter beneficiũ
inuentarii.l.fi.C.de iure deliberan. & in auct.de
hære. & falci. vbi eſt materia inuentarii, & in
auct.ſed cũ teſtator..ad leg. Falci. ideò prima
ſua petitio procedit.
20 Cùm autem petit dotem maternam,† conclu
ſio eſt Doctorũ Iacob.Butri.Bar. & Bal. in l. hac
edictali.C.de ſecun. nupt.non plus operari ſta-
tutum de lucrando dotem,quàm pactum: & ita
firmat Bal.in l.i.C.de inofficio. do. & in titu. an
maritus ſucce. vxor.in feudis,& ita multi uiden-
tur iudicaſſe Parmæ, & Placentiæ,& Terdonę
quorum

quornm vidi ſcripta & conſilia. Ang. tangit in §.opiumè.in auc.de nupti.

Cùm autem executores ab eo petunt alimenta 30.annorum, certè repellũtur exceptione nõ factæ proteſtationis, ex quo conſtat, quòd paterno affectu uitricus aluit priuignum, l.ſi paterno
21 affectu. C.de nego.geſt.† Sicut aliàs non repetit impenſas quas quis facit ductus amicitia paterna l.is qui.ff.de neg.geſt.tangitur punctaliter in l.Neſennius.ff.eo ti.& C.eo.tit.in l.alimenta.

22 Nec obſtat quòd promiſſio librarum 400.† quas petit ob cauſam renuntiationis ſit facta ſine inſinuatione: quia bene valet ſine inſinuatione l. Attilius.ff. de dona.nor. in l. illud. C.de ſacroſan.eccle.aliàs nunquam valeret cõtractus innominatus ſine inſinuatione, contra titulum, de condictio.ob cauſ.in l.naturalis.§. & cum do.ff. de præſcript.verb.

Luchinus de Curte.

CONSILIVM D. LVCHINI DE Curte Papienſis Legnm Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi an per teſtatorem probiberi poſſit.*
2 *Hæredes inſtitutio ſit per verba expreſſa, hæredem proprio ore nominando.*
3 *Fideicommiſſarij ſeu executores quibus commiſſa eſt bonorum diſtributio, an intelligantur eſſe hæredes inſtituti nomine pauperum, quando ſunt vniuerſales diſpenſatores.*
4 *Dos ſuccedit in legitimam.*
5 *Legitima datur pro alimentis.*
6 *Legitima quæ pro alimentis datur, debet eſſe pura & ſine grauamine, vt ſtatim peti poſſit & tranſmitti.*
7 *Mulier quæ non conſequitur dotem, petit alimenta.*
8 *Alimenta debent vxori præſtari iuxta quantitatem dotis, non autem facultatum mariti.*
9 *Alimenta præſtantur etiam ſi viginti annis ſtetiſſet mulier quòd ea non petijſſet.*
10 *Hæredes uſufructuarij fructus præteriti temporis petere poſſunt.*
11 *Fideicõmiſſarij vltra uires hæreditatis nontenentur.*
12 *Arbitrio iudicis ſunt alimenta conſtituenda.*
13 *Alimentorum appellatione quæ ueniant.*
14 *Executores, ſeu fideicommiſſarij poſſunt trãſigere & paciſci.*

CONSILIVM. CX.

A DECESSIT ſuo condito teſtamento, in quo primò inſtituit ſibi hæredem dicens; Inſtituo mihi hæredem B. filiam meam in omnibus bonis meis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rationibus, & actionibus quibuſcunque, quæ; & quas habeo, & habiturus ſum. volo tamen iubeo, ſtatuo, & ordino. & ſic eſt vltimæ voluntatis meæ diſpoſitio, quòd ſi dicta B. filia mea peruenerit ad matrimonium carnale contractum, habeat, & habere debeat in meis bonis, & hæreditate libras 400. denariorum Plac.pro dotando eã. In quibus libris quatuorcentum volo, lego, mando, & iubeo dictam B. filiam eſſet tacitam & contentam pro omni eo toto quòd dicta B.filia mea in dictis meis bonis & hæreditate petere, requirere, conſequi vel habere poſſet iure inſtitutionis hæreditatis meæ partis ſibi legitimæ debitæ iure naturæ quartæ, Trebellianicæ, vel Falcidiæ, ſeu quouis alio iure, quo in ſtictis meis bonis, vel hæreditate mea aliquid habere deberet, ſeu petere poſſet quauis occaſione.

Idem A.teſtator volo, ſtatuo, iubeo, & mando, & ſic eſt meæ ultimæ voluntatis diſpoſitio, quòd C. vxor mea dummodo caſta, & honeſta ſteterit, & ad ſecundas nuptias non conuolauerit, item & dotem ſuam non exegerit, & cum dicta B. filia mea ſtare, & habitare voluerit, vſque quo dicta B.filia mea ad matrimonium carnale, ſeu ſpirituale peruenerit, ſit dona, & domina uſufructuario nomine omnium meorum bonorũ mobilium, & immobilium ſimul cum dicta B.filia mea. Et peruẽcta dicta B.filia mea ad matrimonium carnale, ſeu ſpirituale, tunc lego, mando, iubeo, & uolo quòd dicta C.vxor mea habeat & habere debeat in meis bonis & hæreditate uſque ad complemẽtum librarum ſexcentum denario. Plac.pro dote ſua & iuribus dotis ſuæ, & pro omni eo toto quod petere poſſet in dictis meis bonis, & hæreditate occaſione dictę dotis, & iuriũ ipſius dotis, quibus dote, & iuribus dotis libris ſexcentum ſolutis, volo, iubeo, lego, & mãdo, & ſic eſt meæ vltimę voluntatis diſpoſitio, ꝙ ſuperfluum, & reſiduum omnium bonorũ meorum mobilium & immobilium vendatur, & ipſum diſtribuatur per infraſcriptos meos commiſſarios inter pauperes Chriſti, & miſerabiles, & egenas perſonas, ſolutis primò omnibus legatis per me factis in teſtamento præſenti, & omnibus meis creditoribus quibus teneor, & hoc pro anima mea, & defunctorum meorum, & illorũ quia acquiſiuerunt de dictis bonis, habito deprędictis diſpenſatione & diſtributione per dictos infraſcriptos meos commiſſarios conſilio cum Priore ordinis fratrum Sancti Frãciſci de Nazareth.Campan.Plact.

Item volo, lego, & mando, & ſic eſt meæ vltimæ uoluntatis diſpoſitio, ꝙ ſi dicta B. filia mea decederet antequam perueniret ad matrimonium carnale contractum, ſeu ad matrimonium ſpirituale, quòd ſolutis dictis meis legatis & debitis, omnia mea bona mobilia & immobilia vẽdantur per infraſcriptos meos commiſſarios, & diſtribuantur inter pauperes Chriſti, vt in ſupra ſcripto proximo cap.plenius continetur.

Tãdẽ mortuo dicto A. dicta C. vxor caſta ſtetit, & honeſta, & dotẽ nõ exegit, nec ad ſecundas

nuptias

nuptias conuolauit, ſed continuò ſtetit cum dicta B. filia dicti teſtatoris per annos quinque, & menſes, & ſolum ex bonis dicti teſtatoris perceperũt habitationem domus vel modicum plus, quam quidem filiã in ſiricea arte inſtruxit, & cũ ea arte mater cum filia pro maiori parte, aut omninò vixerunt, licet quædam pauca tamen bona mobilia pro uictu earum alienauerint, & ad hoc hæredi quędã debent debita occaſione prædicta.

Nunc verò peruenta dicta B. ad matrimoniũ carnale, vltra dotes repetunt ipſæ mater, & filia pro temporibus præteritis ex bonis teſtatoris nõ percepta, & inter commiſſarios ipſius teſtãus, & dictas dominas, tres inter cæteras oriuntur quæſtiones Prima an alimẽta debeant ipſis matri, & filiæ. Secũda ſi debentur, an pro ipſo tempore p̃terito peti poſſunt. Tertia ſi pro tempore præterito peti poſſint qd & quantũ debeatur, &c. Et quòd alimenta debeantur primò filiæ, clarum uidetur de iure, quia cùm ſit hæres vniuerſalis inſtituta, & tacita in dote, ac ipſa dote non priuetur, ſi ſuper ea alimentaret, & præſertim ea non exacta in bonis hæreditatis debet alimentari, præſertim cũ dotem ſuam habere debeat, quoniam ad eam peruenitet, hoc clarum eſt in iure.

Similiter & vxor ipſa debet habere alimenta, cum virtute ſtatuti noſtri diſponentis ut infra. Tenor ſtatuti ſub rubrica de legatis & relictis. Declaramus quòd ſi quis in teſtamento vel ultima uoluntate dixerit volo, & relinquo, & iubeo vxorẽ meã eſſe donam & dominam omniũ bonorum meorum, vel dixerit, uolo vel iubeo vxorem meam donam, & dominam eſſe uſuario nomine, vel uſufructuario nomine omnium bonorum meorũ, intelligatur, ꝙ per p̃dicta uerba, ſcilicet donã, & dominam, eſſe vſuario uel vſufructuario nomine, dicta vxor non poſſit petere, uel habere niſi alimẽta duntaxat, ſiue defunctus deceſſerit relictis hæredibus liberis ſuis, ſiue extraneis quibuſcunque. Tum etiam de iure cõmuni, præſertim de cõſuetudine Bulgari. Et ſic primum dubium remanet indubitatum.

Ad ſecundum dicũt cõmiſſarii, ꝙ nõ poſſunt pro prꝑteritis petere, dicẽtes ꝙ ex eo quòd dixerũt, nil petere debẽt, Præterea dicunt ſaltẽ nõ debẽt petere niſi id tãtũ quod erat de redditibus ipſius hęreditatis, & in hęreditate nõ erãt tot redditus annui, qui aſcenderent ad lib. 16.

Item dicunt ſi ex labore ueſtro uixiſtis, opera debent eſſe hæreditatis, & ſic ex hæreditate uixiſſe videmini.

Sed p̃ parte mulierũ reſpõdetur, modo alimẽta prꝑterita nedum futura petuntur, licet facilius trãſactio ſuper præteritis, quàm futuris admittatur, & ſi redditus nõ eſſent ĩ hęreditate, tamẽ ex quo ſunt bona mobilia, & immobilia debent alimenta præſtari ex quo ſufficiunt: quia ſatis foret ridiculum, quòd ex teſtamẽto, uel de iure cõpeterent alimẽta, & ipſa nõ poſſet petere. Et ſi mulieres fuerunt nõ importunæ, ſed ſufferentes, & noluerũt bona diſtrahere, ſed aliunde honeſto modo ſibi uictum quęſiuerunt, non debẽr de bono opere lapidari, nec ciuilitas earum ſibi debet nocere quominus petant ſibi debitum.

Nec eſt verum, quòd acquiſita ex labore & induſtria earũ, & abſque re hęreditatis, debeãt cedere hęrẽditati, ſed potius lucro mulierũ, cũ in oẽm euentum alimenta debeant habere, nec teneãtur laborare, nec tales quęſtos facere ſi non velint.

Ad tertiũ dubiũ facilis eſt ex præmiſſis rñſio.

Sed aliud dubiũ nup inter has partes eſt ortũ, an videlicet dictæ partes generale cõpromiſſum poſſint facere? & ex parte mulierũ videtur ꝙ ſic, nec fraudẽtur debito, & cũ lite dilapidẽtur bona ſua, ſed cõmiſſarij dicũt ꝙ nõ: quia in eorũ nõ eſt poteſtate pauperũ ratione niſi de iure cõmittere.

Ad primũ quęſitũ propinans reſpõdere, arguitur primum teſtamẽtum, de quo ſupra fore nullum. Nã teſtator inſtituit filiã in re certa, ſcilicet in quantitate dotis, ſi matrimonium cõtraheret, ſi non cõtraheret, iuſſit bona uendi, & eam in
1 omnem caſum prohibuit plus habere. † ergo phibuit ius accreſcendi, quod poteſt. ff. de uſuf. l. quoties §. ſi duo. ff. de hæredi. inſtituen. ergo in cæteris reperitur vltra quantitatem dotis inteſtatus, & ſic decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus cõtra ius noſtrum. l. ius noſtrum. ff. de regul. iur. & ita videtur Bar. determinare in l. i. §. ſi ex fundo. & d. §. ſi duo hęredes. ff. de hęre. inſtituen. & l. pen. ff. de iniuſto rup. irrito que teſta-
2 men. & ſequuntur cæteri. Nec dicat † aliquis fideicommiſſarios eſſe hæredes inſtitutos: quia hoc non dicit teſtator: quia hæredis inſtitutio fit per uerba expreſſa hæredẽ proprio ore nominãdo. ff. de teſta. l. hæredes palam, titulusque inſtitutionis neceſſarius eſt. l. quoties. cum materia. C. de hære. inſtituen. l. filium qs ff. de legat. præſtan. Idcircò impertineus videtur quæſtio alimentorũ cũ filia ſuccederet ab inteſtato uniuerſaliter.

Hoc non obſtãte contrariũ uolo: quia ubi extraneus hæres inſtituitur, correcto per teſtatore iure accreſcendi, loquũtur iura ſupra allegata, & eſt vera ſententia Bar. vbi antè inſtituitur filius ſecus eſt, ſecũdum Bal. in l. ſi adulta. C. de hære. actio. & auct. unde ſi parens. C. de inoffi. teſtamen. Vel aliter, & ſecundò reſpõdetur ꝙ vnicus hæres eſt inſtitutus correcto iure accreſcẽdi, nullo dato cohærede, eſt vera ſententia Bar. Doctorum. Sed in propoſito noſtro eſt datus cohæres
3 ſcriptus vniuerſaliter. † Sed fideicommiſſarij, ſeu executores, quibus commiſſa eſt diſtributio bonorum, qui ex ſola commiſſione diſtrbutionis uniuerſalis in pauperes intelliguntur nomine pauperum inſtitui hæredes vniuerſales, ſecus ſi eſſent diſpẽſatores particulares, hoc eſt dictum Bar. notabile, quẽ Bal. ſequitur, & alij ſcribẽtes in l. hæreditas ad Statium. ff. de hære. inſtituen. & ipſe idem Bar. ponit in l. alio. ff. de adimen. legat. & in l. Centurio. in materia compẽdioſæ. ff. de uulga. & pupilla. & in l. codicil. & l. fundum

Trebatiani.

T ſebatiani.ff.de vſufruc. Manet ergo quæſitum
alimentum primò pro parte filiæ, ſecundò pro
parte matris.
Pro parte itaque filiæ reſpondetur deberi ali-
menta ab hæredibus vniuerſalibus ſi non percce-
4 pit ab eis: † quia dos iſta ſuccedit in legitimam: l.
quoniam nouella.C.de inoff. teſtamen: fuit origi
nale dictum Rizar. Malumb. diſputantis in ma-
teria, quem refert Cyn. C.de nup. l. ſancimus. &
Albert. & Bald. in l.quoniam in prioribus. C.de
5 inoff.teſtam. † legitima autem datur filiæ pro ali
mentis. Bal.ad literam in l.Titio.§.Titio genero.
ff.de condi.& demonſtrat. Igitur filia ſi non per-
cepit dotem ante matrimonium, debet habere a-
6 limenta; † quia talis legitima, quæ pro alimentis
datur debet eſſe pura & ſine grauamine, vt ſtatim
poſſit peti per filiam, & tranſmitti. Bal.& Petr.
in auth. generaliter. C.de epiſc.& cler.& Bart.in
d.§.Titio genero.
Pro parte vxoris expeditum eſt iure commu-
7 ni: † quia mulier quæ non petit, nec conſequitur
dotem, petit alimenta ſibi conſtitui per hæredes
mariti. l.vnica.§.ex actio. C.de rei vxor.actio. &
hoc iuxta quantitatem dotis; non autem faculta
tum viri, dictum eſt Ray.de Forl. in l.cum vnus.
§.alimenta. ff.de ann.leg. Spec.in tit.qui filij ſint
legit.§.1.ver.in ſumma. ideò eſt ſublata dubita-
8 tio, de qua per eum in d.§ alimenta. † vbi quærit
ſi hæres eſt pauper & vxor ſit legataria alimento
rum, vtrum debeat habere alimenta delicata vel
groſſa: quia in caſu noſtro debet habere ratione
dotis, ſed eſt expeditum quòd debet illa habere
virtute iuris municipalis ſupra relati.
Ad ſecundum principale quæſitum eſt expedi
9 ta reſponſio † quòd debent habere alimenta præ-
terita ab hærede vniuerſali, vndecunque habeat
hæres bona, & ſi ſteriſſet viginti annis quòd non
petiſſet, caſus eſt pro hoc, & ibi Bar. ſupplet in l.
cum vnus.§.verbis fideicommiſsi. ff.de ann.leg.
10 & eo.tit.l.libertis quos § manumiſsis. † fructus
enim præteriti temporis debiti vſufructuario pe
tentur per hæredem vſufructuarij, nedum per ip
ſum legatarium. l.defuncta. ff.de vſufruc. & hoc
11 etiam ſi non eſſent fructus in hæreditate; † fateor
tamen quòd illi fideicommiſſarij non tenentur
vltra vires hæreditatis, l.nulli.& l.ſi quis ad decli
nandam.C.de epiſc.& cler.
12 Ad tertium quæſitum reſpondeo † arbitrio iu
dicis inſpecta facultate hæreditatis & perſonis
hæredum eſſe conſtituenda alimenta. l.officio, &
quod ibi plenè ſcribitur. ff.vbi pupil. educa. de-
beat & l.fin. C.eo.tit. & veniſſe æſtimatio præterito
rum non ſolutorum, per Bart. plenè in l.1.ff.de
13 alim.& cib.leg. † Et quæ veniant in legato ali-
mentorum, curioſus lector inueniet per totum
titulum. ff.de ann.lega. quia lectus, medicina, ve-
[illegible] ta, & [illegible] & cætera his ſimilia, vt
B [illegible] in [illegible] ff.eo.tit.
[illegible] cum quæritur an fideicō-
14 miſſarij poſſint † de ijs dubijs compromiſſum
facere, & tranſigere, reſpondeo non eſſe dubitan
dum: quia ipſi qui ſunt legitimi adminiſtratores
pauperum, & loco hæredum ſunt, vt l.nulli.& l.
ſi quis ad declinandam.C.de epiſ.& cle. poſſunt
compromittere & tranſigere: quia etiam admini
ſtrator, qui non poteſt alienare ſine decreto po-
teſt tranſigere cum decreto, & vbi decretum in
alienatione non eſſet neceſſarium, poſſunt tunc
tranſigere in lite dubia ſine decreto, per Bal. ple-
nè in l.preſes. C.de tranſac. in l.ciuitas. per Bart.
ff.ſi cer.pet. Ergo iſti executores poterunt tranſi-
gere & compromittere, quod idem eſt, & hanc
auctoritatem habent ſicut hæres & alius legiti-
mus adminiſtrator, dummodo bona fide, & in
bonos viros faciant.

Luchinus de Curte.

CONSILIVM D. LVCHINI DE Curte Papienſis Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Cohæres cum alienat nomine proprio rem commu-nem, pretium ſuccedit loco rei.*
2 *Legatu cum eſt re aliena, illa ab hærede à domino redimenda eſt & præſtanda.*
3 *Intellectus ad l.fin.ff.de neg.geſt.*
Intellectus ad l.mater.C.de rei vend.
Intellectus ad l.ab vno.C.de neg.geſt.
4 *Baſtardus nullum ius habet in hæreditate patris.*
5 *Legitimatio ſubſequens eſt velut reſtitutio ad priſtinum ſtatum ingenuæ naturæ.*
6 *Reſtitutio ſtatus non reſtituit bona ante reſtitutionem legitimi per alios occupata.*
7 *Princeps poteſt quem ad ſuccedendi ius reſtituere, etiam in præiudicium eius qui primò acquiſiuerit.*
8 *Res quælibet de facili reuertitur ad ſui naturam.*
9 *Princeps ex cauſa poteſt tollere ius quæſitum alteri.*
10 *Lex non habet maiorem poteſtatem quàm Princeps.*
11 *Citandi ſunt intereſſe habentes in legitimatione, ſeu natalium reſtitutione, quod verum eſt niſi Comes reſtituens haberet priuilegium etiam hæreditate adita legitimare poſſe. nu.12.*
13 *Citandus ſufficit quòd ſit præſens: quando citatio non eſt de forma: idem ſi conſentiat actui præiudicium afferenti.*
14 *Citandus in præiudicialibus quæ fiunt cum cauſæ cognitione, ſi poſtea conſentiat non dicitur donare, ſed cauſa litigij hoc facere.*
15 *Stimulatus aliqua iuſta cauſa non tamen neceſſaria, non dicitur donare.*
16 *Donatio ob cauſam non indiget inſinuatione.*
17 *Ratificatio actus præiudicialis in iuribus, quæ quis habet in hæreditate iam per alium quæſita, neceſſariò non requirit inſinuationem.*
18 *Intellectus ad l.poſt quàm liti.C.de pact.*
19 *Sententia in iudicio familiæ erciſcundæ in rem iudicatam tranſacta, non poteſt aliquo prætextu iniquitatis retractari.*
20 *Diuiſionis ſententia facit cohæredem eum qui non eſt*

etiam

etiam in caſu erroris, dummodo ſententia valeat.
22 *Filij illuſtrium Principum, ſpectabilium Comitum, no bilium Baronum in dignitate præcedunt Comites Palatinos.*

CONSILIVM CXI.

CASVS quæſtionis dubitabilis eſt talis
ut infra. A. fuit in rerū natura, ex quo
nati ſunt B. & C. fratres et D. filia legi-
timi & naturales, qui A. deceſſit facto
teſtamento, & relictis ſibi hæredibus vniuerſali-
bus B. & C. & relicta dicta D. filia dotata, & hæ-
rede particulari inſtituta & tacita. Ex ipſo C. na-
tus eſt E. filius naturalis tantum, & ſubito de-
ceſſit dictus C. relictis B. fratre, & D. ſorore, &
E. filio naturali, poſt eius mortem B. frater poſ-
ſedit omnia bona quæ fuerunt dicti quondam
A. & tenta & poſſeſſa per dictos B. & C. fratres.
Demum deceſſit dictus B. relictis D. ſorore ſua,
& E. nepote nato ex C. & inſtituta hærede vni-
uerſali dicta D. ſorore, legatis nonnullis bonis
dicto E. quæ bona erant hereditaria dicti quon-
dam A. Dicta D. prætendens ſe hæredem dicti
A. patris & B. fratris, nonnulla bona immobi-
lia relicta in hæreditate per dictum quondam
A. uendidit, & alienauit. Poſteà idem E. filius di-
cti C. fuit per Comitem Palatinum legitimatus
ad omnia & ſingula iura ſucceſſionum tam pa-
tris quàm aui, tam agnatorum, quàm cognato-
rum, tam uiuorum, quàm mortuorū, tam hære
ditate adita & bonorum poſſeſſione apprehen-
ſa, quam non ut ſuccedere ualeret, ac ſi de legi-
timo matrimonio natus eſſet, & hanc legitima-
tionē dicta D. ratificauit & approbauit in to-
tum ſine tamen inſinuatione iudicis. Demum
deceſſit ipſa D. relicta F. filia legitima & natu-
rali, deceſſit & dictus E. legitimatus, relicto ſi-
bi G. unico filio legitimo & naturali. Orta eſt
controuerſia inter ipſos G. & F. ſuper hæreditate
dicti quondam A. dicente dicto G. quòd hære-
ditas dicti quondam A. indebitè teneatur per
dictam F. & ideò ſuper hoc ipſe G. ſupplicauit
Domino. Qui Dominus mandauit partes com
pelli ad compromiſſum faciendum. & ſic fa-
ctum fuit compromiſſum de iure & de facto, &
amicabili compoſitione in duos arbitratores
nomine & occaſione contentorum in literis &
ſupplicatione, & omnium dependentium, &
emergentium, connexorum ex inde. Et factis
petitionibus hinc inde, & maximè per dictam F.
petendo per G debere ſibi F. relaxari nonnullas
proprietates tanquam hereditarias dictę D. eius
olim matris, quas dictus G. & dictus quondam
E. eius pater annis decem indebitè tenuerunt. E-
conuerſo per dictum G fuit petitum dictum C.
fuiſſe hæredem A patris ſui, & quòd hereditas &
bona dicti A. & C. patris ipſius G. ſpectabat ipſi
E legitimato pleno iure, & tāquam filio & here
di dicti quōdam C. filij & hæredis dicti A. & per
conſequens res & bona dicti quondam A. & di
cti quondam C. & ſucceſſiue dicti E. legitimati
ſpectare, & pertinere ipſi G. Tādem per arbitros
lata fuit ſententia in qua declaratum fuit hęredi
tatem quondam A. pro dimidia ſpectaſſe ad C. &
ipſum eſſe & fuiſſe filiū naturalē dicti C. & legi-
timatum, & legitimationem quo ad omnes effe-
ctus fieri potuiſſe & ualuiſſe, & per ipſam D. ap
probatam fuiſſe, & ipſum E. in effectu fuiſſe hæ
redem dicti quondam C. & ipſum G. fuiſſe hęre
dem dictorū C. & E. & ſic in effectu fuit adiudi
cata ipſi G. medietas hęreditatis ipſorum A. C.
& E. Alia uerò medietas ipſi F. Petit etiam ipſe
G. quòd F. reſtituat pro dimidia proprietates re-
lictas per ipſum B. in teſtamento ſuo diuerſis p-
ſonis, quę fuerunt de hæreditate dicti A. Ac pro
prietates uenditas & alienatas per ipſam D. ma-
trem dictæ F. diuerſis perſonis, tā ante legitima-
tionem, quàm poſt. Sed per ipſam F. negatur di-
ctam reſtitutionē debere fieri: quia pars dictarū
proprietatum fuit alienata ante dictam legitima
tionem, & pars poſt legitimationem, tum etiam
quia tempore dictæ ſententiæ arbitramentalis la
tę ipſæ proprietates non poſſidebantur tāquam
alienatæ Et dicit ipſa F. dictam legitimationem
eſſe nullam, & per conſequens dictam hęredita-
tem non ſpectaſſe ipſi G. non obſtante dicta ſen
tentia: quia ex priuilegio legitimantis apparet
priuilegium non ſe extendere ad filios Illuſtriū
Principum, ſpectabilium Comitū, & nobilium
Baronum, & quòd dictus quōdam E. erat ex Co
mitibus Palatinis, & legitimari non poterat tan
quam Comes, uel illuſtris, uel nobilis. Nec ali
quid ualuit confirmatio ipſius D. quia obtinet
uim donationis, quæ non ualuit: quia non fuit
inſinuata. Nec prodeſt ſentētia lata confirmata,
quia peti poteſt matrimonij reſtitutio ex clauſu
la generali. Ex quibus quæritur quid iuris.

Reſpondetur ſecundū ea quæ propoſita ſunt
G. hæredem in ſolidum C. & A. pro dimidia me-
diante perſona E. patris ſui, petitione hæredita-
tis, & iudicio diuiſorio ſucceſſiuè poſſe petere
pretium rerum venditarum pro ſua rata portio-
ne, quę fuiſſent quondam A. primi parentis iſto-
rum. Et extimationem eorū quæ legata ſunt per
B. quæ fuerant A. pro dimidia ſemper intelligen
do, & poſtea ſoluta per D. ſororem B. & hæredē
vniuerſalem inſtitutam. primum probatur C. fa
mi. erciſcun. l. in familię. ff. eo. tit. l. inter cohære-
1 des. §. ſi cohęres. in iſtis † enim iudicijs vniuerſa
libus, quādo res, puta per vnum ex cohæredibus
alienatur nomine proprio, certè pretium ſucce-
dit loco rei, & in petitione hęreditatis uenit ac ſi
per poſſeſſorem hæreditatis eſſet factum. l. ſi &
rem, et pretium. ff. de petitio. here. l. quid ſi poſ-
ſeſſor. l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem diſtraxit. & §.
ſi. eo. tit. not. plenè per Azon. in ſum. in tit. fami.
erciſcun. per Bar. ff. de legat. ij. l. imperator. §. fin.
Quarum rerum pretium eſt probandum per te
ſtes, vel alias probationes per eum qui petit, aliàs
ſtatur

ſtatur iuramento vendentis ſi eſt perſona fide di
gna: arg. C. de donat. l. ſi quis pro redemptione.
io Glo. ita dicit d. Bald. in d. l. in familiæ. Rerum
autem legatarum per B. quę erant in bonis, & hę
reditate A. & quæ legatarijs ſunt ſolutæ per D.
hæredem B. ideò pro dimidia eodem iudicio ve-
2 nit extimatio rerum; quia † cùm legatur res alie-
na, hęres tenetur eam redimere à domino. l. vnū
ex familia. §. ſi rem. cum ſimil. de lega. ij. & ideò ſi
rem poſsidens, ſcilicet cohęres communem ſol-
uat in ſolidum venięt pretiū redemptionis, quæ
à cohærede fieri debebat, venit in hanc actionem
petitionis hæreditatis, in qua veniunt etiam aliç
perſonales præſtationes. l. ſed & ſi lege. §. ſi ff. de
petitio. hæredit. Vel fortè, quia ſi res per legata-
rium eſſet vſucapta in ſubſidium habēdo ratam
alienationem, poſſet ad æſtimationem agi nego-
tiorum geſtorum. l. ſi. ff. de neg. geſt. l. mater. cum
materia ſua. C. de rei vendica. C. de neg. geſt. l. ab
3 vno. quę † leges licet loquantur in venditore qui
percipit pretium vt locupletetur cum aliena ia-
ctura, tamen ſm Doct. habet locum in omni a-
lienante, qui ex alienatione percipit commodū,
vt illud percipiat cum aliena iactura. l. ſi eū ſer-
uum. cū materia. ff. ſi cer. pet. Ita dicit D. Bald. te-
nere omnes Doct. in l. mater. C. de rei vendi. qui
in permutatione ponit exemplum. Et ideò iſta
domina grauata legato rei nō ſuę, nec teſtatoris,
ſed communis ex cauſa hęreditaria dicti A. cùm
debuerit ſoluendo legatum redimere à cohęrede
pro ſua parte, poterit cohæres habendo ratam
hanc ſolutionem legati petere æſtimationem re-
demptionis quę fieri debuerat, & de qua nunc lo
cupletaretur iſta F. hæres dictæ D. cum iactura
iſtius G. domini pro dimidia iſtarum rerum.

Sed contra ambas concluſiones opponitur. &
primo E. filius naturalis, ſiuę melius baſtardus:
quia non natus ex concubina ante legitimatio-
4 nem, † nullum ius habebat in hæreditate. C. pa-
tris, nec A. aui tanquam à iure ciuili prohibitus,
vt C. de naturalib. liber. per totum, & auct. ſi qui
ex complexu. C. de nuptijs, cum ſimil. omnino e-
5 rat incapax. Legitimatio † autem ſubſequens eſt
velut reſtitutio ad priſtinum ſtatum ingenuę na
turæ ac verę legitimæ, in auct. quib. mod. natura.
effic. legiti. §. ſi quis ergo non habens. ver. multę
nanque ſunt. ſicut prædiximus ibi, reſtituię natu
6 ræ. Sed † reſtitutio ſtatus non reſtituit bona ante
reſtitutionem legitimę per alios occupatæ. l. ij. ij.
& iij. C. de ſenten. paſſ. Gl. in l. Gallus. §. & quid
ſi tantùm. de lib. & poſth. vbi omnes Doct. & in
l. venia. C. de in ius vocan. l. fin. C. de repud. hæ-
red. & not. in Glo. magna l. quid ergo, in §. pœna
grauior. ff. de ijs, qui not. infamia. Ergo bona an-
te legitimationem acquiſita per B. & per D. ſoro
rem ſuam, & hęredem non intelliguntur reſtitu-
ta E. filio legitimato.

Secundò, quoniam non tenuit hæc legitima-
tio tanquam facta à non habente poteſtatē: quia
legitimans non habebat poteſtatem legitiman-
di filios Comitum. iſte autem eſt Comes Palati-
nus, vt ex themate præſupponitur, igitur legiti-
matio nulla.

Solutio, legitimatio quæ eſt facta ab habente
poteſtatem legitimandi, & ad iura ſucceſſionum
admittendi etiam hæreditate adita reſtituit legiti
matum contra eum qui adierat, & dominium
acquiſiuerat, & ad petitionē hæreditatis ſaltem.
7 Probatur ſic; Princeps † hæc potuit facere, quia
ei permiſſum eſt. l. ij. ff. de nat. reſtit. in auct. quib.
mod. nat. effi. legiti. in prin. & § j. & auct. genera-
li C. de natu. lib. & eſt ex cauſa conceſſum etiam
in præiudicium eorum qui primo acquiſiuerūt,
quàm eſſet facta legitimatio talis. Videlicet, vt
propter delictum patris filij inſontes, non luant
pœnam, quod fuit naturali lege inductum, & ci-
uili l. fi. C. de acqui. poſſeſſio. l. ſi legatarius. ff. de
donatio: & vt reſtitueretur ingenuitas primææ
naturæ ad ſua natalia. vt in tit. de nata. reſtitu. &
8 vbi ſupra. cùm † de facili res ad ſuam naturam
reuertatur. l. ſi vnus. §. pactus. verſ. quod in ſpe-
cie ff. de pact. ergo bene valet talis conceſsio po-
teſtatis. Præterea etiam. quia de Principis pote-
9 ſtate non eſt diſputandum. † Et ex cauſa maximè
poteſt tollere ius alteri quæſitum. l. item ſi verbe
ratum. § vlt. ff. de rei vendicat. l. fin. cum ibi not.
C. ſi contra ius vel vtilita. public. l. Lucius. ff. de
euiction. Tunc vltra Princeps potuit reſtituere
baſtardum ad ſuccedendum in hæreditate adita,
vt ſupra proximè; ergo hęres iſte reſtituet hære-
ditatem, id eſt, res hæreditarias, vel etiam pretiū,
quod loco rei ſuccedit in hac actione, vt ſupra
in principio tactum eſt; quia verum haberet re-
greſſum re non vſucapta contra ſingulares ſuc-
ceſſores per rei vendicationem, vel publicianam
dubito, per l. ſi. C. de repu. hære. niſi fortè in ſub-
ſidium, ſed contra hęredem ſcriptum quò ad pre
tium illud videtur indubiè tenendum, cùm ad
ius adeundi, & per conſequens petendi hæredi-
tatem reſtituatur.

Nec obſtant iura ſupra allegata dicentia, quòd
reſtitutio non fit in præiudicium aliorum, nec ad
loca quę inuenit occupata; quia hoc eſt verum in
caſu dubij, ſed in caſu certo, vbi Princeps illud
vult reſtitutio operatur & trahitur retro: quia po
teſt, ſicut de fictione poſtliminij, à iure ciuili in-
10 ducta, quę † lex non habet maiorem poteſtatem
quàm Princeps. l. j. de conſtitut. Princ. quæ fictio
poſtliminij & Corneliæ retro reſtituere poteſt
in præiudicium occupantium primo. ff. de iniu-
ſto rup. & irri. teſtam, l. ſi quis filio. §. ſi pater, &
§. quatenus.

Non obſtat, quòd Princeps in priuilegio non
præiudicat tertio; quia verum eſt ſine cauſa, ſed
cum cauſa ſic, vt dictum eſt ſupra.

Sed contra prędictam ſolutionē adhuc inſta-
11 tur, quia † quorum intereſt ſunt citandi in tali re
ſtitutione natalium. per regulam primo genera-
lem. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. ff. de adopt.
l. nam ita diuus. Secundò, quia idem ſequitur, &

determinat

determinat in terminis iſtis Iacq. de Are. in l.ij,
ff de nata reſtituen. & ſequitur Bar.Bal.& Ang.
& communiter ſcribentes, excepto Dy.in l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantù n.ff.de liber.& poſth. Præ
terea, quia eſſet abſurdum, quòd parte incitata
iſti Comites Palatini, qui habent auctoritatem
legitimandi, priuent agnatos hęreditate eis quæ-
ſita de iure.

12 Solutio primò † quando Princeps concedit
vt etiam hęreditate adita legitimare poſſint, cer-
tè tunc nullius amplius intereſt: quia illorum di
citur intereſſe, qui prohibere poſſunt actum ne
fiat in præiudicium ipſorum, aliàs ſi prohibere
non poſſint, non ſunt citandi. ita dicit Glo.in d.
l.Diuus.

Secundò reſpondetur, quòd dicta D.hęres in
ſtituta à B.hætede A.& C. ab inteſtato, de cuius
pręiudicio agebatur, nedum fuit citata, quod nõ
fuit neceſſe vt ſupra, ſed immò conſenſit,& ratifi
cauit hanç legitimationẽ: ergo hæc legitimatio
non impeditur retrotrahi, & plenè reſtituere in
præiudicium ipſius D. quæ adiuerat; quia pro-
pter pręiudicium aliquis eſt citandus non de for
13 ma, ſufficit † ipſum aut eſſe ſine citatione præ-
ſentem, aut conſentire actui præiudicium affer-
renti. ſicut de primo not. per Gl.& Doct.in auc.
ſi omnes. C.ſi vt ſe ab hære.abſti. per Bar.& Bal.
in l.prolatam. C.de ſenten.& interlocu.omn.iu-
di.& per Bal.in l,ij. C.quo.& quando iudex. pęr
Ang.in l.de vnoquoque ff.de re indic.per Ioan.
And.in c.fin.extra de electio.lib 6. & in additio.
Spec.de ſenten.prola. §.cùm aut.ver.not. & per
Batri.in c.j.de libel.obli. De conſenſu verò niſi
notificatio,& conſenſus de pręſenti non ſit de ex
quiſita forma actus. in l.fin.ff de tranſactio.& in
l.nomen.C.quæ res pigno.l.j.in fine. ff.de actio.
empt.cum ſimil.

Nec huic obſtat, quòd hic conſenſus ſapiat
vim donationis, vt ſupra in caſu pręmittitur du-
bitari: quia ex quo potuerat auctoritate priuile-
gij legitimatio fieri etiã hęreditate adita, ad quid
fuit citandus, aut habuit neceſſe conſentire, cùm
eo inuito,& etiam non citato valeat, vt ſupra di-
ctum eſt. ergo non eſt donatio: quia in neceſſita
14 tibus nemo liberalis. Præterea, † quia vbi ad ali-
quid præiudiciale, quod fit cum cauſæ cognitio-
ne aliquis eſſet citandus, certò ſi poſteà conſen-
tiat, non dicitur donare, ſed cauſa vitandi litigij
hoc facere, quòd tunc non dicitur donatio, ſed ti
more litis vitandæ à lite diſcedere, vt per Bart.in
ſimili.ff.de condi.indeb.l.in ſumma.in princ.

15 Præterea † quando aliquis ſtimulatur ab ali-
qua iuſta cauſa, non tamen neceſſaria, non dici-
tur donare.l ſi non torrem. §.ſi quis falſo.& §.ſi
quis quaſi.ff.de conditio.indeb. & caſus eſt rectè
intelligenti in cap. debitores. extra de iureiuran.
16 & ideo † cùm eſſet donatio ob cauſam, non eſſet
neceſſaria inſinuatio. l. Attilius. ff. de donatio.
Quia omnis alia coniectura accipitur quàm do-
nationis in dubio. l.ſi cum aurum. de ſolutio. ff.
de verb.oblig. l.ſi id quod aurum. l. generaliter.
vbi Cy.& Bald.C.de non num.pec.

17 Amplius, quia iſte † conſenſus & ratificatio,
cùm ſit quędam renuntiatio hęreditatis iam quę
ſitæ, cuius hæreditatis rerum dominium poſſet
haberi pro derelicto, ſine inſinuatione, cũ ſit ius
reale, non eſt neceſſaria inſinuatio. dictum Bart,
ff.de liber, lega. l.non ſolùm. § liberationis ver-
18 ba, qui ſic intelligit † l.poſtquam liti. ſecundum
vnum intellectũ.C.de pact.& imo in c.veniens.
extra de renuntiat. qui expreſsè loquitur in iure
reali.& ita intelligitur Glo. ff de reg.iur.l.ſi quis
obligatione. & quod not. ff.de donat. l.Modeſti-
nus.& Bald.C de collat.l.pactum.in xiiij.q.& in
l.tale pactum.ff.de pactis. qui omnes Doctores,
& iura loquuntur in obligatione perſonali, quæ
oſſibus eſt affixa, & cui ſi quis renuntiat, facit ꝙ
aliquid acquiritur illi debitori. l. ſi quis obliga-
tione. ſecus vbi iuri reali, quia ex ſola ſua renun-
tiatione, & ex eo ſolo quod habet pro derelicto,
non facit quòd aliquid acquiratur, niſi re habita
pro derelicto acquiratur de nouo.

Rurſum & ſi in hoc eſſet aliquà dubitatio illa
19 ſublata eſt, † per ſententiam inter G.& F.latam,
& rei iudicatæ effectum ſortitam, in qua iſte pro
nuntiatus eſt hæres, & legitimatus ritè. & ideò
cùm ſit ex ea ſententia facta pronuntiatio, quòd
dimidia hęreditatis A ad iſtum G. pertineat, non
poterit aliquo prætextu iniquitatis ſententiæ re-
tractari. Iſta diuiſionis pronuntiatio. l.cùm puta-
20 rem.ff.fami.erciſcun. cum ibi not. Cùm † ergo
ſententia diuiſionis facit cohęredem eũ qui non
erat, etiam in caſu erroris, dummodo ſententia
valeat vt fugiatur. l.poſt diuiſionem. C.de iur. &
fac.igno. ergo multo fortius ſententia lata princi
paliter ſuper hæreditate, qua quis pronuntiatus
eſt hæres.l.ij l ſi à te. ff. de exceptione rei iudica.
Et per hoc puto, reſponſum ad ſecundum prin-
cipale motiuum, cui & aliter reſponderi poteſt,
21 † quòd filij Illuſtrium Principum, Spectabilium
Comitum, & nobilium Baronum, intelliguntur
de ijs quæ de iure dicuntur Illuſtres, Spectabiles
Comites & nobiles: quia vt in auct. vt ab illuſtr.
& qui ſupra eam dignitatem ſunt,& not.in l.j.in
prin ff.de off.eius cui manda.eſt iuriſdict. quales
ſunt iſti Comites Palatini, qui non pręcedunt no
biles Barones, ſicut forma iſtius priuilegij habet,
immò etiã plerunq; ſunt eorum familiares, quan
do ita contingit. Præterea omnem, vt dixi, dubi-
tationem tollit ſententia.

Luchinus de Curte.

CONSILIVM D. FRANCISCI Mariæ de Plotis Nouarienſis, V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de uſufructu, intelligitur de uero & non de ficto, uel improprio.*
2 *Stipulatione promiſſum non ſufficit fieri fictè & ciuiliter,*

niliter, niſi fiat naturaliter.

3 *Lex loquens de ætate etiam in materia non ita ſtricta, intelligenda de uera & naturali.*

4 *Caſus fictus in teſtamentis non comprehenditur, ſed proprius verus & naturalis.*

5 *Vſusfructus rerum quæ vſu conſumuntur, non eſt propriè verè & naturaliter vſusfructus.*

6 *Statuta extenduntur etiam actiuè ad ea, ſine quibus commodè ſortiri effectum non poſſunt.*

7 *Sententia verba improprianda vt commodè effectum ſortiatur.*

8 *Aequiparatio à iure communi duorum caſuum operatur, vt ſubſequens diſpoſitio in vno alterum, comprehendat ratione identitatis.*

9 *Vſusfructus uerus & quaſi uſusfructus æquiparantur.*

10 *Filius naturalis, vel ſpurius legitimatus non eſt uerus filius.*

11 *Ratio in ſtatuto euidens & expreſſa, ſi alia reddi non poteſt, dicitur mens ſtatuti.*

12 *Statuentium idiotarum verba in ſtatutis ſecundum vulgus, & non iuriſtas intelligenda.*

13 *Vſus communis loquendi dat propriam ſignificationem verbis.*

14 *Cautio de reſtituendis rebus quæ vſu conſumuntur, qualis eſſe debeat.*

15 *Emphyteuſis paterna pro ipſo patre & filijs legitimè deſcendentibus, an faciat quòd licet in contractibus inter viuos non ſit locus iuri accreſcendi, tamen vt nunquam redeat ad eccleſiam, vel hæredem extraneum.*

CONSILIVM CXII.

CASVS ſuper quo conſilium poſtulatur, ſubijcitur in terminis qui ſequuntur. Quidam Iacobinus à Puteo ſuum nuncupatiuum, & ſolenne condidit teſtamentum, in quo ſibi ſuum hæredem vniuerſalẽ inſtituit Ioannem Ludouicum de Puteo filium quondam Bertolini nepotis ipſius teſtatoris. Itẽ legauit Dominæ Agneſinæ eius vxori vſumfructum omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium ſine aliqua ratione reddenda. Mortuo ſupraſcripto teſtatore ſine liberis, & addita hæreditate per ſupraſcriptum hæredem, & facta deſcriptione bonorum mobiliũ teſtatoris, reperta ſunt in dictis bonis, certa bona mobilia quæ vſu conſumuntur. Supraſcripta D. Agneſina vxor, & vſufructuaria petit omnia bona mobilia & immobilia ſibi dari & aſſignari, offerens ſe facere, & præſtare bonam & idoneam cautionem de vtendo & fruendo ipſis bonis arbitrio boni viri, & facere ea ad quæ tenetur. Excipit hæres, quod non vult, nec tenetur dare pecuniam, nec alias res quæ vſu conſumuntur. Quia ſtatutum diſponens, quod maritus poſſit relinquere uxori uſumfructum, debet intelligi de vſufructu proprio, non de vſufructu improprio: quia in ſtatutis non cadit improprietatio verborum. Item inſurgit aliud dubium, videlicet, quia ſi debet habere uſumfructum in ipſis rebus ſine præiudicio ueritatis, vtrũ ipſa Domina debeat præſtare cautionem de ipſis rebus reſtituendis finito uſufructu, an præſtare cautionem de æſtimatione ipſarum rerum, & ſi de æſtimatione, an debeat præſtare æſtimationẽ & pretium quo ualent ad præſens, an pretium quo ualebunt finito uſufructu. Item, quia Ioannes de Puteo pater dicti teſtatoris fuit inueſtitus de certo ſedimine & domib. per D. Abbatiſſam monaſterij Senatus in perpetuũ in ſe & ſuos hæredes maſculos & fœminas ab eo legitimè deſcendentes. Dictusq́; teſtator deceſſit ſine liberis & dictus hæres eſt de liberis dicti Ioan. inueſtiti. An dicta Domina debeat habere uſumfructum in dicto ſedimine & domibus, in quibus eſt finita inueſtitura reſpectu teſtatoris, an non. Et ex ijs quæritur quid iuris.

Ex præmiſſo itaq; caſu tria principaliter ſunt examinanda, videlicet; Primo an res hæreditariæ quæ vſu conſumuntur, ut pecunia, blada, uinum, & his ſimilia, ueniant in legato quãtum ad quaſi uſumfructum, qui in ijs cadere poteſt ſtante ſtatuto prædicto. Secundò eſto quod ueniant ipſa bona quæ uſu conſumũtur in legato, qualis cautio præſtari debeat, & cuius æſtimatio attendi debeat, an quæ tempore cautionis eſt, an quæ tempore reſtitutionis erit. Tertiò an in legato uſusfructus ueniat ſedimen illud emphyteuticũ, an verò pertineat ad hæredem inſtitutum quo ad proprietatem & uſumfructum caſualem.

Circa primũ dubium oſtenditur probabiliter res illas non venire in legato, uel melius quaſi uſumfructum illarum nõ cedere in legato vſusfructus omnium bonorum. Et arguitur ſic; Maritus ex forma ſtatuti prohibetur legare vxori niſi uſumfructum: ergo à regula prohibitiua legandi ſolus excipitur uſusfructus: ergo quaſi uſusfru-
1 ctus ſtat ſub regula: quia † ſtatutũ loquẽs de vſufructu, intelligitur de uero, & nõ de ficto uel improprio. l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. Idem firmat Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. in vj. q. princ. in quarto quæſito de interpretatione extenſiua, ibi, vlterius quæro. & habet in ſe rationẽ:
2 quia † in ſtipulationib. quæ ſtricti iuris ſunt, non ſufficit id quod cõuentũ eſt fieri fictè & ciuiliter, niſi fiat & naturaliter. l. ex ea parte. §. Inſulã. ff. de verb. obl. vbi Dy. & Cy. ponit. C. de epiſ. & cle. l.
3 Deo nobis. Plus: † quia in alia materia nõ ita ſtricta ſi lex loquitur de ætate, intelligitur de vera naturali, non de ficta & impropria. l. fi. vbi Bal. C. de
4 ijs, qui veni. æta. impetr. Amplius † in teſtamentis vbi fit plenior interpretatio, caſus fictus non cõprehenditur, ſed proprius, uerus & naturalis. l. cũ fideicommiſſum. ff. de cond. & demon. & fir
5 mat Bal. in d. l. fin. Sed † vſusfructus pecuniæ, & rerũ ſimilium quæ uſu conſumuntur, nõ eſt propriè, verè & naturaliter uſusfructus, cuius ſubſtantia & naturalis eſſentia eſt, quòd ſit ſalua rerum ſubſtãtia. ff. de uſufruc. l. j. licet Senatus cenſuerit etiam poſſe legari & conſtitui quaſi uſum-

fructum in pecunia, & ſimilibus rebus quæ vſu
conſumuntur l.ij.& per totum. ff.de vſufru. ea
rum rer.quæ vſu conſumunt.
6 In oppoſitum arguitur ſic; Statuta † ſemper
extenduntur etiam actiuè ad ea, ſine quibus com
modè effectum ſortiri nō poſſunt: quia ſic etiam
in ſtipulationibus fit. ff.de verb.obl. l. ſi ſtipula-
tus fuero per te non fieri.
7 Similiter † ſit in ſentētia impropriatio verbo-
rum, vt commodè ſortiatur iuſtū effectum. l. &
puto.ff fam erciſ.ibi Gl. Azo.quantumlibet ſen-
tentia ſit ſtricti iuris. l. j. C. ſi plures vna ſenten.
Facit ad idem. ff de arbit.l.non diſtinguemus.§.
de officio.cum ſimilibus. & hoc tenet Bar.in ma
teria ſtatutorum, vbi ſuprà, ver.tu dic. Sed ſi ſta-
tutū non intelligeretur de pecunia & ſimilibus,
ſtatuti voluntas quaſi non poſſet ſortiri effectū,
& eſſet nimis correctiua iuris ciuilis, quod eſt ini
quum.c cùm dilecti.de reſcrip.l.ij.C.de nox.l.fi.
§ in computatione.per Bald.C.de iure delibe.
8 Secundò arguitur ſic, † quando ſm regulas
antiquas duo caſus ſimiles parificantur in iure
cōi, tunc ratione identitatis rationis, ſtatutum
& quodlibet ius corrigens extēditur ad ſimilem
caſum no. Doct in l. diuortio § interdum.ff.ſol.
mat.& ibi Bar. ſcribitur plenè,& ibi probatur in
tex in l. ſi quis ſeruo per ſu.C.de fur. Alij ponūt
in auct.quas actiones. C.de ſacroſ.eccl.cum ſim.
9 Sed in iure cōi † iſti duo caſus quo ad diſpoſitio
nē conſtituentis, & vtilitatem eius cui conſtitui-
tur ęquiparantur & parificantur eadem ratione,
ſ.vſusfructus verus,& quaſi vſusfructus rerū quę
vſu conſumuntur, vt in eod. tit de vſufr. earum
rer.quę vſu conſumunt.per totū, quaſi non fuiſ-
ſet plena prouiſio: in vſufructu verò rerum im-
mobilium, vbi & earum quę vſu conſumūtur fi-
ctione legis extēderetur prouiſio, quę ſummè ne
ceſſaria erat propter multitudinē ipſarum rerū.
10 Tertiò arguitur ſic, † filius naturalis vel ſpurius
legitimatus, non eſt verus filius legitimus, immò
imaginarius & fictus. l.ij.C.de iure aur.an.& ta-
men virtute ſtatuti excludentis fęminas propter
maſculos legitimos; excludit etiam fęminas, di-
ctum eſt D.Bald.in l.eam quam.C.de fideicom.
11 Quartò, † vbi ratio ſtatuti eſt ita euidens & ex
preſſa, quòd nulla alia reddi poteſt, tum dicitur
mens ſtatuti, ſcribitur per D.Bald in l.maximum
vitium.C.de lib. prete.ſed mens ſtatuti eſt eſſen-
tia ſtatuti; verba ſunt notabilia D. Bal.in lib.iij.
feudo.in tit.j.qui ſeu.da.poſſ.in § decedenti. ſed
in caſu præmiſſo ratio euidens ſtatuti fuit prohi-
bitio legandi vxori ne hæredes depauperentur a-
mi[illegible]te vxorum. ita poſt mortē ſicut donatio pro-
hibetur in vita ab hac correctione & prohibi-
tione excipitur vſusfructus, in quo mulier non
debet fraudari: ergo intelligendum eſt in omni
12 vſufructu, vt iſtud ſtatuti non egrediatur mentē,
& minus corrigat quàm fieri poſſit ius cōmune.
Quintò † verba ſtatuentiū prolata à ſtatutarijs
idiotis, & non iuriſtis, intelligūtur prout vulgus
intelligit, non prout Iuriſtę, verba D Bal.in tit.
de ſucceſ.feu.§ j. col.ij.in j parte feudorū Idem
ipſe affirmat in l.mancipia.C.de furtis.in fi. Sed
ſtatutū iſtud fuit factū per ſtatutarios Viquerię:
ergo intelligēdum eſt, prout vulgus intelliget, &
non prout Legiſtę Et hanc partē tenet Collegiū
Papienſe in ſimili ſtatuto loquēte de lucris ma-
trimonialibus. Videlicet ꝙ maritus lucretur do-
tē quo ad vſumfructū &c. vt loquatur de vſufru-
ctu dotiū conſtantium in pecunia numerata, in
qua propriè nō ſtat vſusfructus. Et hanc partem
tanquā humaniorē ſequerer, & approbarem. pri-
ma tō in ſtricto iure probabilior eſt diſputando:
& maximè, quia ſtatutū hoc nō loquetur genera
liter de omni vſufructu proprietatū, aut alicuius
rei, ita ꝙ groſſo modo intelligendo proprietatē
pro fundis ruſticis, vt ruſticus intelligit, fortè du
13 rum eſſet ab ea recedere: † quia communis vſus
loquendi, dat proprium ſignificatum verbo. l li-
brorum. §.quod tamen Caſſius. ff.de leg iij. l.cū
de lanionis. §.aſinam. ff.de fun.inſtructo, &c.
Ad ſecundum quęſitum facilè eſt reſponſum,
14 videlicet cauendum eſſe † de reſtituendis rebus,
quę vſu conſumuntur in eadem qualitate, in qua
dantur. l. ſi tibi vini & olei. ff.de vſufr.ea.rerū quę
vſu conſum. exponit Glo idest, bonitate intrinſe-
ca, vt l cū quid. ff. ſi cer.pet. vel cauendum eſſe de
reſtituenda æſtimatione ipſarū rerum, vt in d.l. ſi
vini. Et intelligo æſtimationem illius temporis
quo traditur. tenetur tamen poſtea ad intereſſe,
ſi finito vſufructu non reſtituatur à tempore li-
tis conteſtatæ, quia eſt contractus ſtricti iuris.
l.iij. §.in hac. ff commod. & plenè ſcribitur in l.
pen. ff. de tritica. & l.vinum. ff. ſi cert.peta. Et de
hac ſatiſdatione de reſtituendo, & de non vtendo
loquitur. l.ij & l.ſenatus. §.pecuniæ & l. ſi tibi
vini. & l.tribus ff de vſufructu earum rerum.
Ad tertiū quęſitum, cuius materia eſt peregri
na & ſubtilis, omiſſa diſputatione, ſub cōcluſioni
bus reſpōdebo. Videlicet ſedimen non venire in
legato vſufructus, immò tranſire ad Bertholinū
non iure emphyteutico, non tanquā hæredē ſu-
praſcripti Iacobini teſtatoris, ſed iure ſuo: quoniā
15 † quādo emphyteuſis eſt paterna pro ipſo patre
& filijs legitimè deſcendentib. tunc licet in con-
tractib. inter viuos non ſit locus iuri accreſcēdi,
vt l. ſi mihi & Titio. ff.de verb.obl. & plenè ſcri-
bitur in l.j.C. quan.non peten.par.vbi Cy.Bald.
& omnes & tangitur per Bal. in auct. ſi quas. C.
de ſacroſ.eccl nihilominus hoc in caſu fuit Do-
ctorum antiquorum & Modernorum ſentētia,
ꝙ emphyteuſis nunquam redeat ad eccleſiam,
nec ad hæredem extraneum vadat: quia non po-
teſt, ſed remaneat in liberos legitimos ab illo pa-
tre deſcendentes vſque ad vnum. Fuit.n.primo
loco ſententia Marti. de Fano; & Azo. vt refert
Specio tit.de locato. §.nunc aliqua. verſ.ix. vbi
multa bona alle. Bar. eam ſequitur in l. ſi mihi &
tibi alleg ea ratione, quaſi veniant liberi deſcen-
dentes ex mortis cauſa capione, in qua eſt locus
iuri

iuri accreſcendi. C.de cad.toll.§.fi. vbi loquitur de donatione cauſa mortis, & ſimiliter in mortis cauſa capione, vt l.Thays. §.Stichus. ff. de fideicom.lib.& eam ſequitur D.Ang. Bal.eam firmat in tit.qui feu.dare poſ.§.decedenti.in tit.ſupra alleg. ſed non per rationes Bart.quas redarguit, ſed potius ex prouiſione legis, & naturę inueſtituræ, vt in tit.de feu.marchię.§.ſi capitanei. vtcũque res ſe habeat, omnium eſt concluſio, ꝙ emphyteuſis ex iure inueſtiturę, ſiue ſit ius accreſcendi, ſiue conuentionale, vel legale, perueniat tota in deſcendentes, & ille qui nõ habet deſcendentes, tranſmittat eam ad ſuos collaterales, de eodem capite, nec de ea diſponere poteſt, & ad eccleſiam non reuertitur. Et hanc partẽ ſequor, & approbo, omiſſis allegationibus & diſputationibus, quę hincinde fieri poſſint. Laus Deo.

Franciſcus Marię de Plotis de Nouaria V.I.D.

CONSILIVM D. CATALDINI de Boncompagnis de Viſo, & Franciſci Marię Ploti de Nouaria, V. I. D. Aduocatorum Conſiſtorialium.

SVMMARIVM.

1 *Pater vel auus & ſi filia vel neptis habeat vnde ſe dotet, dotare tenetur.*

2 *Statutum ſtantibus maſculis excludens fœminas dotatas, factum cenſetur fauore agnationis.*

3 *Familiæ in honeſtate conſeruantur propter diuitias, & hæc eſt ratio præmiſſi ſtatuti.nu.4.*

5 *Statutum ſtantibus maſculis excludens fœminas dotatas eſt fauorabile, & ne dum illas à bonis dotantis excludere poteſt, verum etiam à bonis maternis. num.6.*

7 *Stante ſtatuto, quòd extantibus maſculis, fœminæ dotatæ non ſuccedant, illæ dotandæ ſunt decenter arbitro boni viri.*

8 *Competenter verbum, cuius naturæ.*

9 *Congruè verbum, cuius effectus.*

10 *Decenter verbum, cuius virtutis.*

11 *Dos per ſtatutum minui, ſed non in totum tolli poteſt. ſed contra. nu.12.& 18.*

13 *Quota portio filijs debita in bonis paternis appellatur legitima de iure naturæ. Interdum legitima nu. 14. Interdum bonorum ſubſidium.num.15. Interdum debitum ſimpliciter. nu.16. Interdum debita iure naturæ. num.17.*

18 *Pater filio, & econtra tenetur in quota parte iure.*

19 *Iura naturalia immutabilia.*

20 *Statutum minuens legitimam propter dotem datam, naturæ, oportet vt de legitima in ſtatuto fiat mentio, aliàs dotata poſſet petere ſupplementum.*

21 *Mater excluſa per ſtatuta à filij ſucceſſione ſuperſtitibus maſculis de agnatione, non cenſetur excluſa à legitima, niſi de ea in ſtatuto fiat ſpecialis mentio.*

22 *Pater dotans filiam in parua re, ſi habet amplum patrimonium, dos ſuppleri poteſt.*

23 *Matrimonium ſatis dicitur ſine dote ſi eſt cum parua dote.*

24 *Nihil & parum æquiperantur.*

25 *Dos ſi ſufficit ad victum & veſtitum congruum, non dicitur parua.*

26 *Statuta à lege recipiunt interpretationem.*

27 *Solutum non videtur ſi perfectè non eſt ſolutum.*

28 *Edere non videtur qui perfectè non edit.*

29 *Redditum non videtur quod perfectè non redditur.*

30 *Verbum ſimpliciter prolatum de aliqua re, intelligitur de tota re.*

31 *Mulier tempore dotationis poteſt per pactum reſeruare ſibi ius ſuccedendi.*

32 *Statutum excludens dotatam à quocunque, filiam non excludit.*

CONSILIVM CXIII.

IN nomine Sother yhc noſtri ſalutaris, & ſalutiferi Saluatoris, cuius nutu ſermo recipit gratiam, & doctrinæ perfectionem. Viſo ſtatuto ciuitatis Parmæ, diſponẽte ꝙ filię fęminę deſcendentes dotatę de bonis aſcendentis, de cuius hęreditate agitur, ſi dotatę fuerint condecenter, & competenter, ſecundum qualitatem & facultatem ipſius aſcendentis, inſpecta conſuetudine, & more ciuitatis, & Epiſcopatus Parmæ, extantibus filijs maſculis, vel nepotibus &c. non poſſint ad ipſius aſcendentis dotatoris bona habere regreſſum. Super eo quod quęritur, & in dubium reuocatur, an domina Ioanna filia quondã Armanni, filij olim Bartholatij de Mano neptis ipſius dotatoris in ſuo vltimo teſtamento. in libris cccc. dicatur condecenter, & competenter dotata, præſuppoſito pro vero, ꝙ idẽ auus duos filios habuiſſet, & deceſſiſſet ſuperſtite dicta domina Ioanna eius nepte, & filia dicti Armanni, filij ipſius Bartholatij dotatoris, & ſuperſtitibus duob. filijs maſculis, & vna fęmina Laurentij alterius filij ſui, prę ſuppoſito etiam pro vero, ꝙ ipſe Bartholatius auus dictæ dominæ Ioannæ tempore ſuę mortis haberet, & habuiſſet in bonis bona ualentia uiginti millia ducatorum, uel circa.

Super hoc dubio propoſitę quęſtionis omiſſa prolixitate uerborũ ſtudio breuitatis, dicendum eſt pro ueritate, ꝙ dicta D. Ioanna neptis dicti Bartholatij, ad quẽ onus dotandi ſpectabat de iu
1 re, † etiam ſi ipſa haberet unde ſe poſſet dotare. C.de dot.promiſ.l.ſi pater.in Gl. ff.de ritu nupt. l.qui liberos.& l.dedit dotem. de colla.bon.non dicatur decenter, & competenter dotata in dictis cccc.libris, vt ſic intelligatur excluſa uirtute dicti ſtatuti, per ſuperexiſtentiam maſculorum, & ſic non poſſit amplius petere in bonis ſui aui dotantis. Et quamuis multi dicerent, qui non fuerunt altius perſcrutati, ꝙ dicta domina tãquam dotata excludatur, propter huiuſmodi beneficij plebi
2 ſcitum, quod † in fauorem maſculorum agnatorum factum fuit. ff.de uent.inſpic.l.j. §.ſed ſi ſec-
3 uus.ibi, publicè enim intereſt. Nam † propter di-

uitias familiarum conſeruatur honeſtas, quæ pe
rit propter inopiam. in auctẽ. de teſtibus. §. ſan-
cimus. & Cyn. etiam idem uoluit. C. de adulter.
l. publico. & Ioan. Andreę in additio. Specul. in
titul. de ſucceſſio. ab inteſta. & Bald. in l. cunctos
populos. & in l. maximum uitium quæ uulgares
4 ſunt. Ratio † nanque prælationis maſculorum,
uidetur fuiſſe fauor perſonarum in ſtatuto com
prehenſarum, ſecundum Bald. in d. l. maximum
uitium, & ſola ſupradicta ratio reddi poteſt, ſe-
cundum eum ibidem, & non alia, diceturque
5 † ſtatutum huiuſmodi fauorabile, eſto quòd
odium ſecuodario ioducatur. argum. l. qui exce-
ptione. ff. de conditio. indebi. tanturque fauor
6 maſculorum eſſe cenſetur, quòd † ne dum à ſuc
ceſſione bonorum dotantis poteſt ſtatutum mu
lierem dotatam excludere, ſed etiam à ſucceſ-
ſione matris, licet ſolum à patre dotata fuiſſet,
ut dixit Bald. C. de ſuis & legiti. l. j. & in l. l. xij. ta
bularum. C. de legiti. hæredib.

Sed ijs non obſtantibus contrarium puto ue
rius in noſtris terminis propoſitæ quęſtionis.
Moueor per plura. tũ quia dictus Bartholatius
dotans proponitur fuiſſe ita ditiſſimus, & in bo
nis opulentiſſimus, & duos ſolos filios habuiſ-
ſe, ex quorum altero, domina Ioanna eius ne-
ptis nata propoQitur, & ſola remanſit poſt obi-
7 tum ſui patris †. Nam in dote danda arbitrio bo
ni uiri, vt mulier cenſeri debeat competenter &
decenter dotata, inſpiciendæ ſunt facultates, di-
gnitas teſtatoris, & numerus liberorum, ut l. ſi
filiæ, de legat. ij. quem tex. Bart. ſignanter indu-
cis ad ſtatutum quo diſponitur, quòd filię fœmi-
næ non ſuccedant cum maſculis, ſed maſculi il-
las dotari teneantur, quanta dos fœminę eſſe de-
beat, & dicit quòd erit in arbitrio boni uiri in-
ſpectis dignitatibus, & facultatibus teſtatoris, &
numero liberorum, pro ut dicit text. in d. l. filiæ,
& l. quarto. ff. de iure doti. & not. C. de dotis pro
miſſio. l. j. & in l. cum poſt. § gener. ff. de iure do-
ti. & in l. j. ff. de legat. ij. Nam profectò nemo
qui rectè ſapiat audebit aſſerere dictam dominã
Ioannam unicam filiam Armanni ſuperſtitem.
dotatam ab eius auo tam amplè ditiſſimo, fuiſſe
condecenter, & competenter dotatam, inſpectis
facultatibus teſtatoris dotantis, tam opulentiſſi-
mis, & numero ſuperſtitum filiorum. Et hic pon
8 dero uerba appoſita in ſtatuto, uidelicet. † Com
petẽter. quod verbum ſic poſitũ deriuationẽ aſſu
mit, vt uocabulorũ interpretes ſcripſerũt, a peto
petis. Et idem eſt dicere cõpetenter. i. conueniẽ-
ter, uel congruè. Sic etiã exponitur competenter,
id eſt congruè in c. quanquam. in fi. de cenſi. lib.
vj. & ibi per Archidiaco. Item competenter ali-
bi exponitur, id eſt, congruè, de ſentent. excom-
munica. porrò, & c. parochianos. lt. vj. de cohabi.
cle. ſicut. de cõpetenti ſatisfatione. habetur de re
ſtitutio. ſpoliato. quanuis, & in cap. quanuis. de
offic. ordina libr. vj. Et quia ut dixi competenter
exponitur, id eſt congruè. Aduertendum quòd
9 hoc † uerbum congruè exponitur, id eſt, ſuffi-
cienter. de electio. cum ex eo, libr. vj. per Archi-
dia. & per eundem. de præben. ſuſceptum. in Gl.
quia uidetur de congrua portione, habetur de
præbend. extirpandæ. & cap. propoſuiſti. Et cer
tè dos competens, cõueniens, & congrua tũc de
mum cenſeri debet, quando eſt adeò abundãs, ut
mulier uirũ egregium inueniat in maritum, cũ
propter paucam dotem mulier contemnatur. l.
ſi ita ſtipulatus. §. ſi tibi. de uerbo. obliga. ff. de iu
re doti. l. auia. & l. propter dotem. not. Bal. in au-
cten. res quę. C. commu. delegat.
10 Item pondero † uerbum, decẽter poſitum in
ſtatuto quod deriuatur à deceo deces decui. ſupi
no autem caret, & dictum eſt decenter a decem,
qui eſt numerus perfectus: quia quod plenũ &
perfectum eſt, uerè decet, ita deriuatores ſcripſe
runt ſuper expoſitionibus dictorum uerborum.
Et uerbum decet, à quo deſcendit decenter, in
iure ſignificat honeſtatem, quo ad pares, & quo
ad inferiores loquendo ſignificat neceſſitatem,
Et aliquando exponitur hæc dictio decet, id eſt,
bene oportet, vt notat Archidiac. in cap. non
ſolum. de electio. libr. vj. Profectò nemo bonus
uir, & bene inſtitutus arbitraretur competentẽ,
& congruam dotem eſſe inſpectis tam amplis fa
cultatibus dotatoris & numero ſuperſtite libe-
rorum quantitatis. cccc. librarum. quæ ne dum
in homine tam opulentiſſimo, ſed etiã in homi
ne facultatibus mediocre competens diceretur,
11 ut experientia atteſtatur. Et ſi enim † dos poſſit
minui per ſtatutum, licet in totum tolli non poſ
ſit, iux. plenè not. per Dyn. & Ioan. Andre. in
cap. indultum. de reg. iur. lib. vj. per Bart. in l. Ti
tio centum. §. Titio genero, de cond. & demon-
ſtra. per Cyn. C. de nupt. l. ſancimus. per Bald.
in l. cum lege C. de epiſcop. & cler. & in auct. res
quæ. C. cõmu. dele. per Ang. in auct. de hære. &
falc. §. primum itaque. per Feder. in xxiij. ſuo cõ-
ſi. quod incipit; Nunquid hæres extraneus., &c.
12 Raynerius † tamen diſputauit tenendo contra-
rium. Cuius tamen opinio confouetur ex text.
not. quem ipſe, nec alii allegarunt, quem ad hæc
ſignanter induco, qui bene probat, in corp. ut cũ
de appella. cognoſ. §. aliud quoque capitulum,
qui ſic dicit. Nec ſi per quamlibet donationem,
uel legatum, uel fideicommiſſum, uel alium quẽ
cunque modum eis dederit, legibus debitam por
tionem. Nota uerba illa, uel alium quemcunque
modum, & ſic nec etiam per ſtatutum quomodo
libet diſponendo, tolli legitima non ualeret. For
tificatur hæc ſententia per tex in auctẽ de trien.
et ſemi. §. prohibemus. ubi Imperator populos
ſubiectos prohibere uidetur, ut ſolum antiqua
quarta portio debeatur prohibendo talem con-
ſuetudinem obſeruari. Et per illum tex. patet re-
ſpõſio ad c. Raynutius. de teſta. ibi dum dicit, ſe
cundũ Tuſculanã conſuetudinẽ, quod ꝓ funda
mẽto in partẽ oppoſitã cõiter allegatur, quia ſu-
mus in prato imperij, in quo iuris ciuil. ꝑpõderat
auctoritas.

auctoritas. Et ille tex.profectò probat, quòd per
ſtatutum, nec per conſuetudinem poteſt induci,
vt minor quota debeatur. Et ſic nec diminui, nec
in totum tolli poſſe videtur legitima per ſtatu-
tum. Facit in ſimili.l.iij.§ dinus.de ſepulc.viola.
ſecundum vnam lecturam Glo.
13 Rurſus † legitima de iure nat. debetur, vt pa-
ret in l.lege duodecim tabulatum. verſ.ſed poſte
riores.C.de legib.habetur.& in d.c.Rayn.in tex.
ibi, vt legitima portio iure naturæ debita &c. Et
14 talis portio † interdum legitima nuncupatur: vt
l.omnimodo.& l.quoniam.& l.ſi quis in ſuo.C.
15 de inoffi.teſtamen. Interdum autem † bonorum
ſubſidium appellatum. C.de inoffi.teſtamen.l.ſi
rotas. & eſt Gloſ.in d.c.Rayn. ſuper verbo quar-
ta. Interdum debita pars dicitur, vt l.ſcimus. in
16 princ. C.de inoffic. teſtam. Interdum † debitum
ſimpliciter, vt in auct.de trien.& ſemiſ.in prin.&
17 §.j.Interdum † debita iure naturę: quia † pater
18 filio, & econtrà ad hoc tenentur, vt d.c.Rayn.&
innuit tex.de trien.& ſem.§.hæc nos.ibi, natura
primo creata.& in auct.hoc amplius. C.de fidei-
com. & de hæred.& Falcid. §.ſi quis autem non
implens. & in c.ſi hæredes.de teſtamen & in au-
cten.ſi qua mulier.de ſacroſanc.eccl.& in l.quiſ-
quis.ad fi.C.ad leg.Iul.maieſt. in quibus iuribus
eſt ſpecificè definitũ, quòd de iure nat. legitima
debetur. & per conſequens, nec tollatur, vel mi-
nui poteſt, plebiſcito municipij quouis modo,
19 cùm † ius naturale ſit immutabile inſtituta de iu
re naturali. §.naturalia. & ff.de capitis diminur.
l.eos. Quidquid tamen ſit in hoc vulgatiſſimo
dubio, pro nunc, nec vbi figo pedes. ſuppoſita
tamen pro vera opinione tenentium, quòd licet
non poſſit tolli, tamẽ poteſt minui legitima per
ſtatutum. Iſta tamen diminutio legitimè, quæ
propter dotem datam ſuccedit per ſtatutum de-
bet eſſe proportionabiliter ad dotem dandam
competentem, & condecentem, inſpectis facul-
tatibus teſtatoris, & penſato numero liberorũ,
vt dixi, & non debet eſſe adeò dos minuta, qua-
litatibus prædictis inſpectis, quòd potius deriſio
dici ab omnibus mereatur, & non dos, ſed dotis
diminutio per maxima dici poſſit, & dos quæ à
dando dicitur in propoſito à tollendo debitum
bonorum Principis in ſubſidium proprium, &
verius diceretur. Illud addo, quòd apponit gla-
20 dium ad radicem, quòd ad hoc † vt poſſit tolli,
vel minui legitima per ſtatutum, propter dotem
datam, oportet quòd de dicta legitima per ſtatu-
tum fiat mentio ſpecialis: aliàs poſſet filia dota-
ta agere ad ſupplementum legitimæ, tex.eſt aper-
tus in l.ſi quando.§.generaliter.C.de inofficioſo
teſtamen. per quem tex.fuit conſultum per Col-
21 legium Peruſinum, quòd licet † mater excluda-
tur per ſtatutum à ſucceſſione filij morientis ſu-
perſtitibus maſculis de agnatione, nõ tamen in-
telligitur excluſa à legitima ſibi debita in bonis
filij morientis, ſi ſtatutum de legitima non facie-
bat ſpecificam mentionem, per tex.ibi in verbo
ſpecialiter, vt ſic tollantur contraria, de quibus
per Barto. in l.ſi quis in princ.teſt.ff.de legat.iij.
22 Suadet hæc ratio naturalis. Nam † ſi pater dota-
uit filiam in parua re, habens patrimonium ma-
gnum, poteſt ſibi ſuppleri dos vſque ad condi-
gnam quantitatem, dixit notanter Bald.in auct.
23 res quæ.C.communia de leg. Item † ſatis dicitur
matrimonium ſine dote, quod eſt cum pauca do
te, dicit Bal.in auct.prętereà.C.vnde vir & vxor:
24 quia † nihil & parum æquiparantur, ſecundum
eum ibidem allegat. ff.de condictio.& demonſt.
in l.quamuis. Ego allego pro hoc ad idem. ff.ad
Trebell. l.mulier.in princ. & l. cùm ita.§.j. ff.de
condi. & demonſtrat. in verbo videamus. in ra-
tione ibi poſita.& in l.fin.C.ad legem Flauiam de
plag.ad leg Iul.pecu.in Gl.orbatum. & in l.Gal-
lus §.& quid ſi tantùm. ff.de lib.& poſthum. per
Barto. Quæ autem ſit dos magna, vel parua, dixit
Bald.in d.aucten. præterea. C.vnde vir & vxor.
25 quòd ſi † dos ſufficit ad victum & veſtitum con-
gruum, quòd non dicatur dos parua, aliàs ſic ſe-
cundum eum ibidem. Et idem dicendum eſt in
terminis ſtatuti excluſiui mulierum huiuſmodi
dotatarũ propter datam dotem competentem,
& condecentem. Nam quæ dicatur dos compe-
tens, & conueniens, recurrendum eſt ad theori-
26 cam Baldi, de qua ſuprà. quia † ſtatuta recipiunt,
æquam interpretationem, vt l.ſi ſerui veſtri. C.
de noxalibus. & quòd ibi not.per Glo.& Cyn.&
extra de conſuetud. cùm dilectus. At in propoſi-
to termino quæſtionis ſat datur clarè intelligi nu
dam dotem cccc. librarum ſine alijs adminiculis
arredi, & arneſium dari conſuetorum per ſpon
ſam marito, ne dum ꝙ ſufficerent ad victum &
veſtitum congruum mulieris, ſed etiam vt expe-
rientia docet, dicta quantitas vix ſufficeret ad ve-
ſtes nuptiales pretioſas, cum reliquis ornamen-
tis quæ hodie ex conſuetudine regionis, maximè
per viros egregios, ſic fieri vxoribus conſuetum,
quod eſt etiam per iudicem attendendum. C.de
fideiuſſoribus.l.fin. & ſic eſſet attentis prædictis
matrimonium ſine dote.

Concludo igitur ex pręmiſſis dotem cccc. li-
brarum relictarum dictæ dominę Ioãnæ per eius
auum, ita diuitem, & locupletem, in quibus fue-
rat inſtituta, attentis facultatibus teſtatoris, & nu
mero liberorum non poſſe dici competenter &
decenter dotatam eſſe, vt ſic excludatur tãquam
dotata per huiuſmodi ſtatutum. arg.not.in ſim.
C.qui dari tut.poſ.auct.minoris debitor.& ff.de
excuſ.tuto.l.paupertas. & l.athletæ.§.de ruſticis.
facit quod not.Cyn.C.ad Velle.l.antiquę.vbi de
muliere, quæ accepit vnum groſſum. Ad idem,
27 quia † non videtur ſolutum ſi perfectè non ſol-
28 uitur.l.obſignatione.C.de ſolutionib. Item † nõ
29 videtur edere, qui perfectè non edit, & † non vi-
detur redditum, quod perfectè non redditur, ff.
30 de orig.iur.l.j.cum concordantibus. Verba † prę
terea prolata ſimpliciter de re aliqua intelligun-
tur de tota re, non de parte, niſi dicatur. l.de pu-

 pillo.

pillo.§.qui nunciat.de noui oper.nunc.de leg.ij. l.legatum vxori.de leg.iij.l.legatum.de au.& arg. leg.l.Quintus.

Nec illud omittam ſilentio,quod eſt notoriũ,
31 † quòd tẽpore dotationis poteſt mulier per pactum reſeruare ius ſuccedendi,dixit Bald.in l.fi. C.de pact.& l.extraneum.in fi.de hær.inſti. Item
32 adde, † quòd ſtatutum de dotata à quocunque filiam non excludit, quia poteſt repudiare legatum: Vnde conſilium legis eſt, quando quis excluditur à legitima per relictum,vt tale relictum non acceptet: & ſic cùm non dicatur dotata, ſi non cõſentit, ſuccedat in legitima. ff.de bon.lib. l.ſi libertus patrono,quo ad debitam. §.quid ergo. Laus Deo.

Nos Cataldinus de Boncompagnia de Viſo, & Franciſcus Maria Plotus de Nouaria ambo Aduocati Conſiſtoriales ita conſuluimus vnanimes.

CONSILIVM D. LVCAE DE Pretioſis de Callio legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Tutor an in reddenda ratione poſſit petere ſalarium. & num.3.*
2 *Tutoris officium gratuitum eſſe debet.*
3 *Iudex poteſt tutori ſalarium conſtituere.*
4 *Salarium poſſunt contutores conſtituere contutori.*
5 *Iudex poſt finitam tutelam poteſt conſtituere ſalarium tutori.*
6 *Intellectus ad l.i. ff.de procur. & ad l.i.§.mandatum. ff.mandati.*
7 *Tutor non poteſt petere ſalarium ſibi conſtitui, nec ſibi ius redditur pro ſalario ſibi conſtituendo, eo quòd adfuerit in cauſa pro pupillo.*

CONSILIVM CXIIII.

QVidam Nicolaus Ioannis de Vrbino veniens ad mortem,ſuum condidit teſtamentum de iure validum, in quo inter cætera ventrem D.Eliſabeth ſuæ vxoris ſi pateret filium maſculum, ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit pleno iure: & ſi dictus poſthumus decederet in pupillari ætate,vel poſtea quandocunque ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituit ei Rectores Fraternitatis S. Mariæ de Miſericordia de plano mercati de Vrbino. Demum deceſſit dictus teſtator,& inde ad aliquos menſes, ex dicto ventre natus eſt vnus filius maſculus vocatus Nicolaus. Deinde Syndicus Rectorum dictæ fraternitatis in præſentia aliquorum Rectorum, & qui pro eo fideiuſſerunt, aſſumpſit tutelam dicti Nicolai poſthumi,& confecit inuentarium,& bona dicti pupilli adminiſtrauit, pro qua adminiſtratione vltra ſolitum ſalarium conſtituerunt dicti Rectores, quorum nomine tutelam aſſumpſit ſalarium dicto ſyndico. Deinde finita tutela,dictus tutor, ante redditam rationem dictæ tutelæ mortuus eſt. Modò dictus adultus petit ſibi reddi rationem dictæ tutelę,quę finiuit iam ſunt decem anni,& vltra, & reliqua ſibi conſignari. Rectores petunt conſtitui ſalarium dicto ſyndico, qui dictam tutelam geſſit, vel ſaltem deduci illud ſalarium ſupradicto ſyndico conſtitutum, propter hoc videlicet ſex ſtaria grani, xij. ſalmæ vini, & xxv.ſalm. lignorum quolibet anno. Adultus reſpondet,quòd ſalarium non poteſt conſtitui,nec peti modò,quoniam ſalarium debet peti, & conſtitui tutori ante aſſumptam tutelam, vel ſaltem tempore aſſumptæ tutelæ. Item quia dictus ſyndicus,& Rectores nunquam petierunt, etſi ſalarium petijſſent, dictus pupillus habebat conſanguineos, & affines habiles ad dictã tutelam, qui ſine mercede geſſiſſent. Item quia dictus ſyndicus nunquam petijt ſalarium ſaltem in forma,& obijt iam ſunt decem anni, & vltra, adeò ꝙ modò conſtitui non poteſt, nec dari ſalarium. Pro parte Rectorum dicitur, quòd conſanguinei nõ voluerũt ſubire tutelam. Et quòd ideò ſyndicus ſalarium non petijt,quia illud habuit annuatim à dictis Rectoribus, qui de iure potuerunt dictũ ſalarium conſtituere, vel ſaltem hodie conſtitui debet per dictos arbitros, ex quo ipſi tutores ſunt, & tenentur rationem reddere.

1 LICET prima fronte, vt morem ſequar, Celſi Iuriſconſulti in l.quinquaginta. ff.de prob. dicendum videtur, tutores nedum ex poſtfacto finita tutela tempore reddendæ adminiſtrationis, verum à principio tempore aſſumendæ,& decretæ tutelæ ſalarium ſibi conſtitui petere de iure non poſſe,immò ſi accepit pecuniã,vel ſalarium vt eſſet tutor, pecunia repeti poſſet,conditione ob turpem cauſam: vt not.in l.in eos. ff.de tutel. cum gratis dictã tutelam aſſumere debeat: arg.l.fin.ff.de condi.ob turp.cau. & not.in l.j.§. in honorarijs.ff.de varijs & extraor.cogni. & ibi dicitur expreſſè, ꝙ licet tutor ſit in cauſis pro pupillo, tamen eis ius non redditur pro ſalario
2 conſtituendo. † Item notatur in l.prima.§.mandatum.ff mandati. vbi dicit Glo.quòd officium tutoris debet eſſe gratuitum. Ad idem in l.j.ff.de procuratorib.

Attamen prædictis non refragantibus contra
3 ria ſententia de iure verior videtur,videlicet † tutorem tam à principio & tempore aſſumendę tutelę,& eius adminiſtrationis, quàm poſt finitam tutelam, & eius adminiſtrationem, vt in caſu de quo quæritur, ſalarium petere poſſe. Nam certi iuris eſt, tutori per iudicem ſalarium conſtitui poſſe,caſus eſt, & ibi hoc not. Bart.in l.à tutoribus.§.principalibus.ff.de admi.tuto. & idem firmat Bart.in d.l.in eos.ff.de tutel.& in l.in remiſſione.ff.de procurat.& in l.j.ff.mand.& Ange.in l.ſumptus. C.de adminiſtr.tut. vbi dat cautelam ꝙ ad hoc, vt tutori imputentur tempore reddendæ adminiſtrationis omnes & ſinguli ſumptus facti.

ſacti pro pupilli neceſſitatibus, ꝙ à priocipio fa-
ciat ſibi per iudicem decerni ſalarium certum, &
ſecũdum illud faciat ſumptus, & ſic expreſſè te-
noit Ange. in d. l. ſumptus, qoòd etiam tempore
reddendæ adminiſtrationis, & tutelæ finitæ pote
rit tutor petere per iodicem ſibi ſalarium conſti-
tui. Iſtud etiam expreſſè firmat Glo. in d. §. prin-
cipalibus. vbi dicit, quòd iudex poteſt certum ſa-
larium tutori cõſtitnere pro remuneratione ſoi
laboris. arg. l. ſi remonerandi. in princ. ff. mand.
4 Et ne dum † iudex poteſt ſalarium tutori conſti-
tuere, verum etiã ipſi tutores poſſont alteri con-
ſtituto per eos, vel teſtatorem ad ipſam tutelam
adminiſtrandam ex cauſa ſubſiſtente, ſalarium
conſtituere, vt pote, quia ille cõtutor aliàs ſe exhi
bere non poterat, nec erat ſufficiens ad iſtud pro
pter oeceſſitatem ſuarum facultatom: quia opor
tet eum pro perſona ſua quærere, vt eſt tex. in l. j.
§. ſi pupillis. ff. de tutel. & rationi. diſtrahen. ſe-
cuodum D. Rayoer. in d. §. priocipalibus. & ita
debet intelligi Bar. in d. l. meos. vbi dicit, quòd à
contutoribus poteſt ex cauſa ſalarium conſtitui
contutori. Item & fortius non reperitur Doctor,
qui dicat, ꝙ tutori, qui adminiſtrauerit oon de-
beat decerni ſalarium, etiam propter inuentariũ
non confectom; quia punitur alijs pœnis legali-
bus. de qoibus in l. fio. C. de arbit. tute. & in l. iij.
§ tutores qui repertoriom non fecerunt. ff. de ſu
ſpect. tut. Ita io propoſito cooſuluerunt quidam
Moderniores.
5 Ex prędictis igitur concludo abſq; dubio † di-
ctis rectoribus petentibus ounc ſibi ſalarium cer
tum cõſtitui per iudicem, qui tutelam aſſumpſe-
runt dicti Nicolai qoondam pupilli ſui ſubſtitu-
ti, ad hoc vt poſſint idoneè prouidere ſyodico di
ctæ fraternitatis pro vtilitate pupilli, per eos de-
putato adminiſtrationi tutelæ dicti pupilli, ſala-
rium conſtitui poſſe, cui etiam ſyodico, vt dictũ
eſt, ex cauſa ſupradicti rectores potuerunt ſala-
rium cooſtituere.
Non obſtant argumenta in contrarium addu
cta; qunniam eis facilis datur reſponſio. Et pri-
6 mò † ad ea quæ notantur in d. l. in eos. quia fa-
teor quòd tutor non debet dari per pecuniam,
neque tutelã aſſumere debet pecunia, cùm aliter
nollet eſſe tutor, oiſi daretur ſibi pecunia; quia
tunc licet remaneat tutor, tamen pecunia acce-
pta debet reſtitoi. Ita firmat Gloſſ. in d. l. princi-
palibus. & ita intelligitur quod ootatur in dicta
l. j. ff. de procuratorib. & in d. l. j. §. mandatum. ff.
manda. vbi dicitur, quòd officium tutoris debet
eſſe gratuitum.
7 Noo obſtat quod † notatur in d. §. iohonora-
rijs, quia fateor, quòd tutor noo poteſt petere ſa-
lariom ſibi cooſtitui ſicut aduocatus, nec ius ſibi
redditur pro ſalario cõſtituendo, ex eo quòd ad-
fuerit in cauſa pro pupillo: ſed bene poteſt pete-
re ſibi ſalarium per iudicem conſtitui pro remu
neratione ſui laboris, vt not. in d. l. à tutoribus.
§. principalibus. cum ſim. &c.

Concludo igitur ego Lucas de Pretioſis de Callio indignus legum Doctor, quòd ſupra conclusum eſt, ſententia alterius cuiuſlibet rectius & melius ſentientis ſemper ſalua. Deo gratias. Amen.

CONSILIVM D. BENEDICTI de Barzis de Peruſio legum Doctoris,

Super eodem puncto contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit conſtituere ſalarium tutori ſyndico fraternitatis. & nume. 3. & 4. cum ſequen. vſque ad finem.*
2 *Iudex poteſt ſalarium conſtituere aduocato & procuratori, atque actori.*
3 *Iudex tutori beneficienti bene facere debet, prouidendo ſibi remuneraṫionis cauſa de condecenti ſalario.*
4 *Salarium qualiter detur illis qui locant operas ſuas.*
5 *Iura etiam ex poſtfacto conſtituunt ſalarium gerenti officium mercenarium.*
6 *Salarium quando conſtituatur gerenti officium gratuitum.*
7 *Tutores & curatores dicuntur gerere officium gratuitum.*
8 *Contutores contutori à principio poſſunt conſtituere ſalarium ex iuſta cauſa, aliàs non.*
9 *Intellectus ad l. iij. aliàs ad l. i. §. ſi pupillis. ff. de tute. & ratio. diſtrahen.*
10 *Liquidari debet in redditione rationis per tutorem à contutoribus, quòd aliter non poterat tutela adminiſtrari, ſi tale ſalarium ipſi tutori adminiſtratum non fuiſſet.*
11 *Salarium per iudicem à principio aſſignatum tutori, qui aliàs adminiſtrare nolebat, non debetur, & ſolutum repetitur, conditione ex cauſa, ſed ſi alia de cauſa, puta, quia erat perſona agena, tunc tenet aſſignatio.*
12 *Intellectus ad l. tutoribus. §. à principalibus. ff. de admin. tut. & num. 21.*
13 *Iudex non poteſt conſtituere ſalarium pro tutela iam geſta.*
14 *Officium quando eſt gratuitum merces cum ipſo non compatitur.*
15 *Facultas remunerandi, uel de aliena ſubſtantia prouidendi, an ſit permiſſa iudici, uel officiali, & num. 22.*
Intellectus ad l. ſi remunerandi. ff. mandati. & numero 16.
17 *Ingerens ſe ad officium gratuitum, uidetur aſſerere, quòd non intendit uelle ſalarium.*
18 *Pupillariter ſubſtituti ſpecie futuræ ſucceſſionis habent.*
19 *Actus trahi non debet ultra intentionem agentis.*
20 *Iudex qui dat tutorum, poteſt illi ſalarium conſtituere, non eius ſucceſſor.*

CON-

CONSILIVM CXV.

1 IN OCCVRRENTI caſu, videlicet, † an iudex poſſit et debeat Thomaſio de Garſaſyndico fraternitatis, & tutori Nicolai Ioānis, poſt finitam tutelam conſtituere ſalarium certum, et illud ſibi aſsignate pro labore et opera, quam adhibuit in geſtione & adminiſtratiune dictę tutelæ ſubſtantialiter loquendo,
2 videtur prima fronte dicendum quòd poſſit † cùm iudex poſſit conſtitnere ſalarium nedū auocato, & procuratori, nt l.j. C. de ſuffra. aduo. & l. officiū. C. manda. ſed etiam tutori, & actori, vt l. à tuturibus. §. principalibus ff. de adminiſt. tuto. & quod not. per Gl. in l. i. §. mandatum. ff. manda. & per not. in l. j. in princ. ff. de procuratori. & per Bar. in l. in eos. ff. de tute.
3 Ex hoc ſuadet æquitas, † ut iudex tutori benefacienti bene faciat, prouidendo ſibi remunerationis cauſa de condecenti ſalario: argum. l. nā adhocnatura. & l. in his ſolis. ff. de cōdi. inde.
4 Sed tamen † contrarium arbitror de iure dicendum fore incaſu iſto, & ad hoc ut præſens dubium plenius declaretur habenda eſt infraſcripta conſideratio, nidelicet quòd quando tractatur de ſalario concedendo ei, qui locat operas ſuas, & ſic gerenti officum mercenarinm, pront occurrit in procuratore & aduocato, tunc ſi de ſalario non ſit facta conuentin, extraordi-
5 nario remedio, † & ſic per iudicis officinm iura ſubueniunt, ut condignum eis ſalarium prębeatur, non autem oritur actio mandati directa, uel contraria, ex quo officum non eſt gratis ſuſceptum, nt dicit texr. in d. l. j. §. mandatum. ff. manda. & not. in l. j. §. in honorariis. ff. de uar. & extraor. cogn.
6 Aliquando † autem tractatur de ſalario concedendo gerenti officium ſua natnra gratuitum, ſicut occurrit in amico, uel cōiūcto, qui mouetur ad monéda negocia amici uel coninncti, prour occurrit in l. militē. C de procuratorib. & in l. j.
7 in princ. ff. de procurato. † et ſicut occurrit in tutore et curature, qui dicuntur gerere officium gratuitum, ut d. l. in litē, & qund ibi per Barto.
8 Et in hoc caſn, aut tractatur † an contutores poſſint uni ex contutoribus à principio conſtituere certum ſalarium, & dicēdum eſt quòd in caſu neceſsitatis, quando ille aliter non poterat accipere onus adminiſtrandæ tutelæ, eſt permiſſum hoc caſu, ut ſalarium ſibi eccernatur à contuto
9 ribus, † & ita loquitur tex. in l. iii. aliàs in l. i §. ſi pnpillis. ff. de tute. & rat. diſtrah Sed nbi iuſta cauſa non ſubeſſet, non poſſet eidem conſtitui ſala-
10 rium, uult tex. ille à contrario ſenſu. † Debet ergo in redditione rationis per contutores liquidari, quòd aliter non poterat tutela adminiſtrari. ſi tale ſalarium dicto tutori adminiſtratum nō fuiſſet. Et ideò, dixit Barto. in dicta l. in eos. ff. de tute. quòd ſalarium debet conſtitui tutori ex iuſta cauſa.

11 Aliquando † uerò ſalarium non eſt conſtitutum tutori à contutoribus, nec à teſtatnre, ſed ſolū quæritur, nunquid à iudice poſſit conſtitutiſ? Et in hoc concludendō, ꝙ aut iudex uult ſibi aſſignare ſalariū pro tutela gerenda, aut pro tutela iam geſta. Primò caſu, ſi nnlebat aliter ſumere tutelam, niſi ut ſalarium reciperet, & iudex ad hunc finem aſſignauit, ita qnòd reſultauit contractus innominatus do tibi ſalarium ut geras, & tunc ſalarium illud tanquàm in tuipem cauſam promiſſum non condicitur, & ſi ſit ſolutum, repetitur conditiune ob turpem cauſam. argum. l. ſi. ff. de condi. ob tur cau. Sed ſi ſalarium ſit aſſignatum tutori per iudicem alia de cauſa. Videlicet, quia tutor erat perſona ægena, & non poterat adminiſtrare bona pupilli, ſi non eſſet ſibi de ſalario prouiſum à iudice, tunc iudex pōt, & debet ad huc ut bona pupilli diligenter gubernentur, & habeant ſolicitum adminiſtratorem, ſibi
12 decernere certū & iuſtum ſalarium, † & hinc caſu loquitur tex. & Bart. in d. §. principalibus. ubi dicit, & declarat, quòd poteſt ſibi ſalarium dare pro tutela gerenda, ſi iuſta cauſa ſubſiſtat.

Et ex hoc infertnr, quòd ſi etiam non aſſignato ſalario in omnem euentum adminiſtraſſet tutelam, & geſſiſſet negotia pupilli, iudex nō poſſet, nec deberet ſibi aſſignare ſalarium, conſideraro quòd, ut dictum eſt ſupra iſtud officinm tutelæ eſt officium gratuitū, pro quo non eſt merces, aut ſalarium exhibendum, niſi in caſu neceſſitatis, ut ſupra dictum eſt.
13 In † ſecundo autem caſu, uidelicet, quādo tractatur de ſalario concedendo per iudicem occaſione tutelæ iam geſtæ, prout occurrit in caſu iſto, & tunc abſoluiè arbitror iſtnd per iudicem
14 fieri non poſſe. Et prima ratio eſt fuudata † per tex. in dicta l. j. §. j. ff. manda. ubi Iuriſconſultus expreſſè dicit, quòd quando officium eſt gratuitum merces cum ipſo non compatitur. Vnde dicit ibi tex. formaliter hæc uerba; Mandatum niſi gratuitum nullum eſt. Nam contrarium porrò eſt officio merces, & Gloſ. exponit qnòd officio gratuito merces omnino repugnat. Ergo in caſu noſtro cum tutela ſit officium, ſalarinm a iudice cōſtitui nō poteſt. Quod fallit ſi iuſta cauſa iudicem induxit, ſcilicet pro tutela gerenda, vt ſupra dictū eſt. Sed hoc caſu cùm tutela ſit geſta, nulla cauſa poteſt mouere iudicem ad conſtituendum
15 de nouo ſalarium, † nec releuat ſi dicatur, quòd aliquando habet locum remuneratio ad hoc ut benefacienti beneſaciamus, vt l. ſi remunerandi. ff manda. Nam iſtnd habet locum inter partes adinuciem contrahentes, nec pertinet ad iudicē remnnerare, uel de aliena ſubſtantia prouidere, etiam ſi haberet arbitrium à ſtatuto conceſſum, iuxta not per Barto. in l. ambitioſa. poſt princi. ff. de decre. ab ordi. facien.
16 Item, quia † text. in dicta l. ſi remunerandi. qui permittit remunerationem, habet reſpectum ad futuram geſtionem, non ad præteritam, ut

proba.

probatur in l. ſalarium.ff.eodem titu.

17 Secunda ratio quę me mouet eſt, †quia quando quis ſe ingerit ad officium gratuitum, hoc ipſo uidetur tacitè afferete quod nõ intendit uelle pro illa geſtione conſequi aliquam mercedem, uel ſtipendium; iuxta notata in l. ſed an ultimo. & in l. qui negotia. & quod habetur in l. Neſennius.ff.de nego.geſt. Cùm ergo iſte Thomaſius tutor geſſerit, & adminiſtrauerit, & de ſalario nunquã aliud dixerit, ſequitur quòd non ea mente adminiſtrauit tutelam, ut in futurum ſperaret percipere mercedem. Si ergo iudex uellet ſibi conſtituere ſalarium, iſtud nõ foret aliud quàm ſibi donare, nulla cauſa aſtringente pupillum ad ſic faciendum. quod facere iudici nullatenus eſt permiſſum: quia (ut dixi) non licet ſibi de alieno largiri.

Tertia ratio eſt, quia dictus Thomaſius, & alij rectores dictę fraternitatis aſſumpſerũt tutelam & adminiſtrationem propter dubium, ne ſubſtãtia pupilli remaneret inculta.

18 Nam† ipſi erant pupillariter ſubſtituti, & ſic habebant ſpem futuræ ſucceſſionis, iuxta nota. per Gloſſ. in l. ij. §. interdum. §. adeò. ff. de vulg. & pupilla. Vnde cùm iſta fuerit uerſimilis cauſa dictæ adminiſtrationis, non eſt conueniens

19 quòd ſalarium ſibi detur: quia †non debet actus trahi ultra intentionem agentis: arg. l. non omnis.ff. ſi cert. petat.

20 Quarta & ultima ratio eſt, †quia dato quòd aliquando per iudicem poſſit conſtitui ſalarium tutori, illud debet intelligi, quando ſalarium eſt cõſtitutum ab illo iudice, qui decreuit ipſum eſſe tutorem. Secus autem quando ſunt diuerſi iudices, prout occurrit in caſu iſto.

21 Et ad hoc† pondero primo tex. in d. §. principalibus. dum dicit, quòd ſalarium conſtituetur ab eo iudice qui tutorem dat. Item hoc probo p

22 expreſſam auctoritatem Barto. in † ſimili in d. l. ambitioſa. in ij. q. quæ incipit. Item quæro, dixi quod poteſt, ubi decidit ꝙ iudici, aut officiali eſt permiſſa remuneratio. Verbi gratia, quia ꝓpter aliquod ſeruitium factum communitati poterat fieri remuneratio, & ibi dicit Bar. quod iſtud debet intelligi ab illis officialibus qui erant tunc tẽporis in officio: quando illud ſeruitium fuit præſtitum communitati. Sed ſi illi officiales non ſint amplius in officio, licet alij ſint ſurrogati in eodem officio, non tamen per ipſos poteſt fieri remuneratio, cùm iſtud ſit merè perſonale, ut plenè ibi ponit. Ergo et ita in propoſito dato quòd fuiſſet locus remunerationi, iſtud intelligitur, ſcilicet per illum iudicem, qui dedit tutorem, & eſſet durante tutela. Sed hoc non occurrit in caſu iſto: quia tutela eſt finita, & iſte non eſt ille iudex qui conſtituit Thomaſium tutorem, ergo ad ipſum non pertinet talis remuneratio, uel ſalarij conſtitutio. Laus Deo, Amen.

Benedictus de Barzis de Peruſio legum Doctor.

CONSILIVM D. PHILIPPI DE Franchis Peruſini Vtriuſque Iuris Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum minus ſolenne inter liberos ualidum eſt.*

2 *Tempus conditi teſtamenti, & cuiuslibet alterius ſcripturæ, neceſſariò ad illius ualiditatem deſcribi neceſſarium eſt.*

3 *Teſtamentum ut in ſcriptis factum eſſe dicatur, quæ requirantur.*

Teſtamentum in ſcriptis redactum cum ſigillis, & teſtium ſubſcriptionis non deſinit eſſe nuncupatiuum, ſi dictum ſit expreſſè. & num. ſeq.

4 *Intellectus ad l. codicillum. C. de codic.*

5 *Intellectus ad l. finalem. C. de codic.*

6 *Intellectus ad l. 1. C. de furt.*

7 *Facta cauſa dubitationis tollendæ ius commune non lædunt.*

8 *Abundantia non vitiant ſcripturas.*

9 *Teſtamentum cùm publicatur ſi teſtes non fuerint ritè recepti. poſſunt iterato examinari.*

10 *Executorum deputatio licitè fit in teſtamento, quid ſi inualidum foret nu. 11. 12. & 14.*

13 *Executores & tutores differre, & in quo, curatoribus verò an æquiperentur nu. 41.*

14 *Executores æquiperantur alijs adminiſtratoribus.*

15 *Teſtamentum nullum probat ordinationem & teſtatoris uoluntatem quò ad deputationem, & quò ad modum & formam exequendi.*

16 *Executores deputati in minus ſolenni teſtamento, ſi munus acceptant, obligantur. & nu. 18.*

17 *Executores cum ſe in officio admiſcunt, præſumuntur habuiſſe notitiam teſtamenti.*

18 *Faciens aliquid præſumitur ſcire cauſam, quare id faciat.*

19 *Executores tenentur ſequi uoluntatem teſtatoris, & modum, & formam eis datam.*

20 *Executor aliquid agens ſine conſenſu alterius executoris ſecundum formam commiſſionis, iniuſtè & inutiliter agit.*

21 *Executoribus pluribus ſimpliciter datis; alter ſine alio de iure exequi non poteſt, non dato inpedimento alterius.*

22 *Executores uniuerſales reſtitutis hæredibus uniuerſalibus non poſſunt uendere res hereditarias.*

23 *Executores an teneantur facere inuentarium eorum adminiſtrationis, & quòd ſic Idem in quolibet adminiſtratore.*

24 *Adminiſtratores non facientes librum rationũ, ſubiacent declarationi intereſſe per iuramentum in litem. Idem in non conficientibus inuentarium.*

25 *Executores tenentur ad reddẽdum rationem adminiſtrationis, in qua conſideratur dolus & culpa, an autem leuis uel leuiſſima ibi. & nu. ſeq.*

26 *Executores æquiperantur procuratoribus datis in ultima uoluntate. & nu. 42.*

27 *Futura contingentia non curanda.*

Ignorare

28 *Ignorare iura lata eſt culpa.*

29 *Facultas faciendi in uno caſu data, in alijs cenſetur prohibita.*

30 *Conceſſum in uno caſu, in cæteris denegatum intelligitur.*

31 *Permiſſa ad tempus qualificatè cenſentur alio tempore prohibita.*

32 *Præcedentia efficacius influunt in ſequentia, quàm è contra.*

33 *Teſtator quòd ſtatim ſe correxerit non præſumendum.*

34 *Executorum aliqui non requiſitis alijs, ſi commodè id fieri poteſt, non poſſunt alienare uel diſtribuere.*

35 *Executores quando alienare poſſunt, de iure communi requirere habent hæredes.*

36 *Deponenti, ſeu teſtimonium perbibenti in facto proprio non credendum.*

37 *Teſti, ubi ſibi laus uel uituperium aſcribi poteſt, non creditur.*

38 *Iudici ubi tractatur de eius laude ſiue uituperio non creditur.*

39 *Contractus ex iuris diſpoſitione debet indicare minorum beneficium, non læſionem.*

40 *Contractus emptionis in ſubſtantialibus non reponendus in uoluntate emptoris.*

41 *Executores qua actione teneantur.*

42 *Culpa uerſatur in negliendo.*

43 *Adminiſtrare incipiens ſi deſiſtat tenetur.*

44 *Adminiſtrator tenetur eſto quòd fecit nullum ſit.*

45 *Executores de retro geſtis tenentur rationem reddere, etiam ante finitam adminiſtrationem.*

46 *Tutor de aminiſtrationis reddenda ratione non conuenitur ante finitum officium.*

47 *Executorum officium non eſt publicum, cùm ſit uoluntarium, niſi poſtquàm acceptauit.*

48 *Executores plures in ſolidum non tenentur de mala adminiſtratione, ſed prout quiſque adminiſtrauit.*

CONSILIVM CXVI.

IN DEI nomioe, Amen. Reperitur cooditum teſtamentum in uulgati, & attenta forma teſtamétorum in ſcriptis cum ſigillis &c. per quondam booam memoriam Do. Petrum Paterium: cuius teſtamenti uiribus dubitatur, & potius intelligitur non ualere, qnàm quòd ualeat, de quo tamé noo eſt magna uis, quá tum ad ea, de quibus infra dicetur, in quo quidem teſtamento, inſtitutis hæredibus filijs ſuis, deinde cooſtituit fideicommiſſarios in forma ſequenti.

Ancora è laſſo per me fideicommiſſarij, Madonna Bargagina mia madre, Cathoca mia moglie, Meſſer Chriſtoſoro Giuſtioiano, Giouanni Patè, & Giouanni Giuſtiniano della Rocca, li quali poſſan dare, ſcotere, & pagare, impegnare, & deſpegnare, & ſar tutto e disfare, coma la mia perſona propria, dum tamé accordandoſi tutti, & ſe nó ſi accordaſſino tutti, che allhora Madónna Bargagina mia madre, & Cathoca ſe ſi accordaſſeto coo uno delli detti, che ancora poſſao fare come è detto di ſopra, cio è, che tutto quelllo che uorran fare ſia fatto. Io alio autem capitulo eiuſdem teſtamenti, adeſt diſpoſitio infra ſcripti tenoris;

Ancora delle coſe de Foglia, coſi della ſauonaria, come de mercátia, come de ogni altra mercaotia, che pertegna alla ragione di Foglia, & coſi de allumi, come de ogni altra coſa, che appartenga alla detta ragione, io laſſo, che li ſopradetti fideicommiſſarij gouetnino, & faccino come à loro parerà, fio che finiſca lo apalto del ditto luogo, che li detti poſſaoo oauigare artiſigare ſempre come à loro parerà, durando li tempi delli ditti apalti, & coſi finito lo tempo dello ditto apalto di Foglia, come quello delli allumi, uoglio, che ogni mercantia, ſauoni, & allumi, liquali reſteranoo à uenderſi, finiti li ditti apalti, come dico di ſopra, che li ditti fideicommiſſarij poſſan uender, ò nauigare tutta quella robba, la quale reſterà finito lo ditto tempo, come la mia perſona propria.

Ancora, finito che ſarà lo apalto di Foglia, cioè li anni otto de ſermo, che li reſutino lo ditto apalto come ſe ſia, & coſi quello delli allumi, ſe perſona alcuna ſi eleggeſſe di apalta, li ditti allumi, tunc io dò balia alli ditti fideicommiſſarij, che delli allumi noſtri, cioè delle code, liquali reſteranno, che ſi ſi poſſano accordare, & far con li apaltatori nuoui, tutto qnello, che à loro parerà lo meglio, & auantaggio noſtro.

Poſt hoc cooditum teſtameotum ſine milleſimo, & die ſcriptum & ſigillatum, ut ſupra, peruenit ad mortem illinc ad tempus, oullo alio códito teſtamento, & eo defuncto, comparueruot uous ex filijs, & duos oepotes requirentes publicari dictum teſtameotum, coram Poteſtate locit qui tuoc iouentus & poteſtas tempore publicationis, & caſu erat unus ex teſtibus deſcriptis in teſtamento, & quæ publicatio facta eſt hoc modo per modum inſtrumenti.

IN nomine Domini. Amen. Spectabilis uir dominus Chriſtophorus de Trouaria Poteſtas, & Gubernator ciuitatis, & ioſulæ Thij, ſedens pro tribunali in ſala Palatij, ſuper quadam cathedra, qnem locum ad hæc infraſcripta pro idoneo, iuridico, & competenó, decreuit, & deputauit. Viſo ſupraſcripto teſtamento, códito, facto, & ſcripto per dictum uirũ egregium Petrũ Paterium, cotàm ipſo domino Poteſtate exhibito, producto, & pręſentato, clauſo filo canapis, ſigillato octo ſigillis, buſſato, ſepté teſtibus ſubſcripto, per Beroabinum filium legitimũ & naturalem quondam Petri, ac Philippũ & Baptiſtã fratres Paterios nepotes dicti quoodam Petri, requirentes per ipſum D. Poteſtaté ſupraſcriptum teſtamétum publicari, & inſinuari. Viſa prius ſubſcriptione facta, & ſcripta manu propria ipſius D. Poteſtatis io præſéti teſtamento,

mento, ac bulla, & ſigillo in eo per ipſum D. Poteſtatem affixo, requiſitione, & voluntate dicti quondam Petri. Auditis teſtificationibus Dominorum Ambroſij Iuſtiniani quondam domini Dominici, Antonij Iuſtiniani de Garibaldo, Petri de Sancto Stephano, ac Franciſci de Bozzolo in præſenti teſtamento ſubſcriptis, qui eorum iuramento tactis corporaliter ſcripturis, in manibus mei notarij infraſcripti, præſens teſtamentum fuiſſe, & eſſe ſcriptum manu propria dicti quondam Petri, & quilibet ipſorum ſeſe ſubſcripſiſſe manu propria, ipſumq; ſigillis in eo affixis bullaſſe requiſitione, & volũtate dicti quondam Petri, tunc dicentis ipſis teſtibus, & alijs ſubſcriptis in præſenti teſtamento, quòd omnia & ſingula ſcripta, & contenta in ipſo teſtamento, tunc clauſo filo canapis, ſigillato per ipſum quondã Petrum, erat ſua vltima uolũtas, ſuumq; vltimum teſtamentum. Et demum viſo non abolito, non cancellato, non vitiato, nec in aliqua parte ſui ſuſpecto, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carente omnimodo &c. vigore, poteſtate, & balia, &c. aperuit, publicauit, & inſinuauit præſens teſtamentum, & pro aperto & publicato haberi voluit, & mandauit. Quibus omnibus &c. Laudans, ſtatuens, &c. Et de quibus omnibus &c. dictum &c.

Contingit poſtea, quòd dominus Ioannes Paterius, & Ioannes Iuſtinianus de Rocca duo ex dictis fideicommiſſarijs, fecerunt venditionem de certis alluminibus, quæ erant ex dicto apaltu, & quæ erant cauda ex illis, de quibus fuerat attributa poteſtas in dicto teſtamento dictis fideicommiſſarijs, vt venderẽtur, & de hac venditione fuit factũ publicum inſtrumentũ, non tamen in eo interuenerunt dictę dominę Bargagina, & Cathocia ex fideicõmiſſarijs, de quibus in dicto teſtamento continetur, neq; etiam D. Chriſtophorus alter ex fideicommiſſarijs. Eſt verũ, ꝙ poſtea in alio inſtrumento ratificauit, & approbauit dictam venditionem, prout in ea continebatur, & in facto eſt, ne aliquid omittatur, ꝙ iſta venditio fuit facta per omnes apaltatores, & ſocios cuiuſdam ſocietatis, in qua erat particeps dictus quondam Petrus teſtator, ſed vt dictum eſt, non interuenerunt niſi duo ex dictis fideicõmiſſarijs, neq; auctoritas Magiſtratus, neq; conſiliũ propinquorum, cùm ſit in facto, quòd ex forma ſtatuti Genuę, quòd etiam obſeruatur in loco, de quo quęritur, non poſſint vendi, nec alienari bona minorum mobilia, nec immobilia, niſi cum auctoritate Magiſtratus, & cum ſubhaſtatione ad talegam: prout diſponitur in c. poſito ſub rubri. de re vendita auctoritate Magiſtratus, cuius copia pro vberiori intelligentia, habeatur pro inſerta. In hoc autem inſtrumento venditionis adeſt conditio, quòd dicta venditio locum habeat, ſi & inquantum illa ſocietas & dicti apaltatores per ſe, vel legitimam perſonam pro eis de nouo apaltauerint, & ſeu apaltari fecerint, aut quomodocunque, & qualitercunq; in apaltus, apaltus nomine obtinere potuerint per ſe, vel eorũ, & cuiuslibet eorum nomine infra totum mẽſem Octobris, tunc proximè vẽturum, allumina Gręciæ, & Turchię à D. Teucrorũ quo caſu obtento, dicto apaltu, voluerunt eſſe locum dictæ venditioni. Lapſus eſt menſis Octobris, nullo facto de nouo apaltu. Et ideò deuenerunt emptores, & vẽditores ad prorogationem dicti termini, videlicet, quia ubi per totum menſem Octobris debuit fieri nouus apaltus ſi debebat eſſe locus dictę venditioni, prorogauerunt dictum terminum vſq; ad, & per totum menſem Ianuarij, anni tunc proximè ſequentis. In omnibus etiam alijs contentis in dicto inſtrumento, ratificauerunt, & approbauerunt illud, pręter quàm in dicta termini prorogatione, quàm voluerunt habere locum vſque ad, & per totum menſem Ianuarij proximi. Eſt verum, quòd immutata ſunt quędam pacta circa ſolutiones, & alia huiuſmodi, & poſtea inſertum pactum; quia vbi ex priori contractu debet eſſe locus venditionis, ſi fieret nouus apaltus, in hoc nouo inſtrumento prorogationis fuerunt adiecta verba importantia, quòd ſi aliter ſe componerent de dictis alluminibus, vel compoſitionem caperent de allumerijs cum domino Turcorum, tunc & eo caſu licęret emptoribus prædictis eligere, quòd dictus contractus habeat locum, perinde ac ſi nouus apaltus factus fuiſſet, ita ꝙ hoc caſu erat in emptoris arbitrio, quòd contractus valeret, vel non ualeret, & in hoc inſtrumento, pro parte hæredum teſtatoris dicti, non interuenit niſi unus ex dictis quinque fideicommiſſarijs abſentibus dictis dominabus Barghagina, & Cathocia, & reliquis duobus fideicõmiſſarijs, pro quibus fuit promiſſum de rato. Vtrum autem ratificauerũt vel ne, non multũ facit ad propoſitum, nulla etiam interueniente Magiſtratus auctoritate, nec ſubhaſtatione, & fuit facta conſignatio de maiori parte alluminũ venditorum, quorum pretium in proceſſu auctum eſt mirabiliter, & demum exortæ ſunt quæſtiones exinde per maximæ, & grauiſſimæ, & quæ multis annis durauerunt, cum maximo & intolerabili damno hęredũ prædictorum, & qui vbi potuiſſent habere de alluminibus conſignatis, ſi fuiſſent tertenta ducatos quinque & ultra pro contrario, non habuerunt niſi unum, & paulò plus. Item de alluminibus non conſignatis habitum eſt magnum pretium, ſed mota lite per apaltatores, neceſſarium fuit cõtribuere eis, & ſoluere ex illo lucro eiſdem ducatos tria millia, & ultra acquiete, quòd illi uenditioni locus eſſet, reſpectu conſignatorũ, pro vno ducato, & medio ziliacto pro cantario, ubi non conſignata fuerunt uendita pro ducatis quatuor. Prætereà circa pręmiſſa interuenerunt damna quamplurima ſumptus grauiſſimi aſcendentes ad maximã quantitatẽ: Modo ex prædictis quæritur. Vtrum dictus Ioannes, & cæteri fideicommiſſarij ſic

vendentes

vendentes teneantur verſus dictos hæredes ad
emendationem, & refectionem prædictorum.
Secundò, vtrum quilibet eorum poſſit inſoli-
dum conueniri, & pręſertim dictus D. Ioannes,
qui vltimum fecit contractum in forma proro-
gationis, ex quo orta ſunt diſcrimina ſupradicta.
REDEMPTORIS Domini noſtri Ieſu
Chriſti, & glorioſæ Virginis præſidio implora-
to. Viſa continentia dicti teſtamenti, & ipſa teſta
toris ordinatione, conſideratis etiam alijs in fa-
cto côtingentibus, & conſultationibus ſuper qui
bus poſtulatur conſilium, pro iuridica deciſione
primæ difficultatis, ante omnia neceſſariò plura
examinãda occurrunt. Primum an dictum teſta-
mentum fuerit de iure validum, maximè quo ad
ipſos executores? videretur prima facie dicẽdum
1 dictum † teſtamentum inter liberos, licet minus
ſolenne, fore, & eſſe validũ. C. de teſta. l. hac con
ſultiſſima. §. ex imperfecto. & in auct. de teſta. im
perfc. per totum & l. fi. C. fam. ercif. Adeſt enim
ſolennis numerus teſtium: quia ſufficiunt duo
teſtes, vt in d. § ex imperfecto. & per Glo. in au-
cten. quòd ſine. eod. tit. Item filij ſunt hęredes in-
ſtituti. Sed in caſu noſtro interfuit maior nume-
rus teſtium, & maximè conſiderata diſpoſitione
ſtatuti Genuenſis, diſponentis quòd ſufficiant
tres teſtes, ita quòd quantum ad ſolennitates re-
quiſitas inter liberos, dici poteſt ſolenne teſta-
mentum.
2 Non obſtat, ꝙ non ſit dies, & conſul, & † ſic
tam in teſtamento publico, quàm in priuata ſcri
ptura requiritur, ꝙ ſit deſcriptum tempus con-
diti teſtamenti. l. ij §. diem. ff. quemad. teſta. aper.
& in d. auct. quòd ſine, ibi, tempus, & liberorum
nomina, &c. quia certè hæc procederent in teſta
mento ſcriptis. Præſupponitur enim, quòd te-
ſtator declarauerit velle teſtari per nuncupatio-
nem. Dato ergo quòd dictum teſtamentum fue-
rit redactum in ſcriptis, & interuenerint ſigilla,
& ſubſcriptiones teſtium, hoc non nocet, ex quo
teſtator voluit, & dixit illud teſtamentum nun-
3 cupatiuum. Ad hoc † enim, vt dicatur, & ſit te-
ſtamentum in ſcriptis, eſt neceſſe ꝙ teſtator hoc
intendat, agat, & velit. l. contractus. de fide inſtr.
ſed quando exprimit, ꝙ non velit teſtari in ſcri-
ptis, tunc ſola obſeruantia ſolennitatũ teſtamen
ti in ſcriptis, non facit propter hoc dici, & eſſe te
ſtamentũ in ſcriptis, ex quo teſtator id non agit.
Ita not. Doct. & maximè Cyn. in d. l. hac conſul-
tiſſima. §. nuncupationem. quia cenſetur ſemper
elegiſſe illam viam, per quam actus ſuus melius
poſſit ſuſtentari l. iij. ff. de teſtam. mil. per Innoc.
& Doct. in c. cùm ex officij. de præſcript. Vnde
non videtur voluiſſe teſtari in ſcriptis in caſu no
ſtro, licet appoſuerit ſigilla, & ſubſcriptiones per
ſe, & teſtes, ex quo expreſsè declarauit, quòd velit
teſtari, & eſſe teſtamentum nuncupatiuum. Sta-
tur enim declarationi ſuæ. d. l. contractus. & l. nõ
aliter. de lega. iij. & l. in conditionibus. ff. de con-
di. & demõ. primum locum. per Cy. & alios hoc
declarantes expreſsè in d. §. per nũcupationem.
4 Non † obſtat l. codicillum. & † l. fin. C. de co-
5 dicillis. & † l. j. C. de ſurt. quia loquuntur in in-
6 compatibilibus, & in his quę eſſent contraria in-
ter ſe. Sed in caſu noſtro nihil repugnat adhibe-
re ſolennitates conuenientes teſtamento in ſcri-
ptis ad maiorem probationem, & robori firmita
tem, hoc expreſsè declarando, quòd velit eſſe te-
ſtamentum nuncupatiuum, cùm nõ poſſit dici,
nec eſſe teſtamentum in ſcriptis, niſi teſtator hoc
agat, & velit, vt ſuprà. Et in hoc nulla inſurgit
incompaſſibilitas, nec incontrarietas: nunquam
enim nocet adhibere ſolennitates: vt per Innoc.
in c. Quintauallis. extra de iureiur. per Bald. in l.
quod fauore. C. de legib. Facit tex. in Clem. ſæpe.
7 in fi. de verb. ſign. & quę † dubitationis tollendæ
cauſa fiunt, ius commune non lædunt. ff. mand.
8 l. qui mutuam. Nec † ſolent quæ abundant vitia-
re ſcripturas. ff. de reg. iur. l. non ſolent. Satis er-
go eſt, quòd teſtator expreſſit eſſe teſtamentum
nuncupatiuum, & in hac virtute poteſt ſubſiſte-
re teſtamentum nuncupatiuum, eò maximè, quia
ex forma ſtatuti Genuæ in teſtamentis regulari-
ter ſufficit numerus quinque teſtium.
9 Nec obſtat, † ſi diceretur, quòd in publicatio-
ne teſtamenti illi teſtes non fuerunt ritè exami-
nati, iuxta ea quæ habentur in l. publicati C. de
teſtam. & in c. ſignificauit & c. Albericus. de teſti-
bus. & per Specu. in tit. de inſtrum. edi. §. vt antẽ.
verſi. ad huius. quia dato, quòd hoc factum non
foret, tamen ſi teſtes viuunt, adhuc fieri poteſt,
& adhuc diceretur res eſſe in cauſa teſtati. l. quã-
diu. ff. de acquiren. hæred. ita quòd videretur dici
poſſe, quòd dictum teſtamentum inter ipſos li-
beros ſubſiſteret, aut ſaltẽ ſubſiſtere poſſet. Vn-
de aduertendum, ꝙ quantum ad caſum noſtrum
attinet, tres caſus ſunt in conſideratione. Et pri-
mò, ſi tale teſtamentum poſſet ſuſtentari de iure
communi per numerum quinque teſtium ex for
ma ſtatuti, & publicatio ſolenniter fieret, ſeu fie-
ri poſſet, tunc abſque dubio deputatio illorum
10 executorum valida fuiſſet, quæ † licitè fieri po-
teſt in teſtamento. l. nulli. & l. ſi quis ad declinan-
dam. C. de epiſc. & cler. l. alio. ff. de alim. leg. Se-
cundus caſus eſt, ſi diceremus ꝙ dictũ teſtamen-
tum non fuiſſe, nec eſſet ſolenne, niſi de iure ſpe-
11 ciali inter ipſos liberos. Nunc † eſt videndum,
an ſimiliter cenſeatur validum fuiſſe, quo ad ip-
ſos executores, ſeu fideicommiſſarios, videretur,
quòd nõ: quia quidquid ordinatur in extraneos
non valet, & ideò ſi extraneus daretur tutor in ta
li teſtamento, non valeret, ita Gloſ. approbata in
l. j. C. de teſtam. tutel. ita Barto. Bald. & Ange. in
d. §. ex imperfecto. licet Gloſ ibi. & in l. ij. C. de
confirman. tuto. dixerit contrarium, & non be-
ne: vt plenè per Bar. in l. qui à patre. ff. de confir.
tut. vbi Bar. optimè declarat: quia non debet be-
neficium d. §. ex imperfecto. redundare in odiũ
fideicommiſſarijs tutoris extranei, qui compel-
litur acceptare hoc munus, & adminiſtratio eſſet
eius

eius periculo.ff.de admin.tuto.l.impuberi.& in
l.pater tutelã.in fi.eo.tit ideò non debet teſtamẽ
tum præiudicare perſonis extraneis. & ita Bart.
in d.l.qui à patre.& Bal.in d.§.ex imperfecto. in
fi. Dicendum ergo videtur,quòd cùm ipſi execu
tores ſint extranei,quòd quo ad eos nulliter fue-
rit,& ſit talis ordinatio teſtatoris.

Verum his non obſtantibus, cõtrarium puto
12 dicendũ,& quòd†immò valida fuerit ipſa depu
tatio,& ordinatio,ſi dicimus teſtamentum fuiſſe
validum,& ſolenne inter ipſos liberos. Ideò ad-
13 uertendum : quia†differentia eſt inter executo-
res, & tutores. Nam tutela eſt munus publicũ,&
cogitur quis ad acceptandum.l.j.ff.de tute. inſti.
eo.titu.in prin.& adminiſtratio tota eſt eius pe
riculo: vt per Barto.in d.l.qui à patre,& patet in
alijs iuribus ſupra expreſſis. V nde ideò eſt quòd
requiritur teſtamẽtum ſolenne eſſe, vt ſic tale eſ
ſe,& ſic tale onus publicum imprimatur,& tales
effectus inducat,aliàs non præiudicaret extraneis
inuitis,ut per Bart.in d.l. qui à patre.Sed officiũ
executorum eſt voluntarium,non eſt munus pu
blicum,vt c.ſecundo.§.fina in ver.volente.de te
ſtamen.lib.6. & ita ibi firmat Archidiaco. & Io.
Andr.& in cap.Ioannes.de teſtamen.& hoc ante
quàm acceptet officiũ,poſt quàm verò acceptaſ
ſet,bene cogeretur ad exequendũ,vt d.c.Ioãnes.
Sed aliàs in ſe,qñ executor nõ eſt mixtus:q̃a nul
lum cõmodũ habet percipere, cũ nihil ſit ſibi ex
hoc relictũ in teſtõ, quo caſu cenſetͬ nudus mini-
ſter,& ſimplex mãdatarius qñ alius eſt totum cõ
modũ habiturus.l.ſi quis Titio.de leg.2.& in hoc
caſu eſt officium voluntarium: arg.l. 3. tametſi.
ff.de arbit.& ita Specu.in titu.de inſtrum.editio.
§.nunc verò aliqua.verſic.nunc aũt quæritur.&
idem ibi Ioann. And.in additio.& ita Bal. in ter
minis in l.fin.§.ſed & ſi quis.C.commun.deleg.
circa medium.ver.no.text.in ver.uoluit &c. Ad-
ducit etiam not.in l.j. de leg.2.Idem firmat Bal.
in l.nulli.de epiſcop.& cleri.C.circa princip.pro
quo etiam adducitur.ff.de religio.& ſump.fune.
l.at ſi quis.§.ſicut.& l.ſi quis ſepulchrũ §. fune-
ris.eod.titu. & ita etiam firmat, & bene decla-
rat in l. prima.de lega.ſecundo.colum.3.in prin
cip.concludens quòd nullo caſu officium execu
toris ſit munus publicum neceſſarium,ſed merè
voluntarium,vbi multa adducit iura.Patet ergo
aliud dicendum in executoribus teſtamentorum
quàm in tutoribus,cùm executores ſint admini-
ſtratores voluntarij. ideò ſi teſtamentum fuit ſo.
lenne inter liberos,& ipſi executores acceptaue-
runt officium , ualida fuit ordinatio teſtatoris,
non quòd ex ſe potuiſſet teſtator præiudicare
ipſis executoribus , tamen quantum in ſe pro
fuit teſtator deputare ipſos executores , & mo-
dum,& formam,ac legem imponere. Cùm de-
putatio adminiſtratorum non ſit actus extra-
neus à teſtamento,immo conſentaneus.l.qui in
aliena.§. quanquam.ff.de nego.geſt.& d.l. alio.
& dicta l. nulli. ita quòd diuerſa eſt ratio in tu-
toribus,qui inutiliter dati in teſtamento minus
ſolenni indigent confirmatione,vt in toto tit.ff.
de confir.tut.non ſic executoribus & adminiſtra
toribus: quia ſola acceptatione officij, & pro ſo
la voluntate diligantur, & alia cõfirmatio & de-
cretum iudicis non requiritur, vt infra patebit.

Tertius caſus in conſideratione ſi dictũ teſta-
mẽtum,nullo iure validum fuerit,aut non fuerit
ſolenniter publicatum,& in hoc quantum ad ca
ſum noſtrum attinet, non reſultat diuerſus effe-
ctus , cùm vt dictum eſt , ij executores ex eorum
acceptatione officij,& eorũ libera voluntate obli
14 gantur.†æquiparantur enim alijs adminiſtrato-
ribus,vt per Bal.in l.3.§.planè ff.de cõtra. iudi.
tute.& per Spec.in d.§.nũc verò aliqua.col.xiiij.
uer.de executore autẽ quæritur,& ſic cenſentur
eſſe quodãmodo procuratores conſtituti in vlti-
ma uolũtate poſt mortẽ.l.ſi uerò nõ remuneran
di.§.ſi.ff.mãd.& d.l.alio.& ita Bal.in l. ſi ſeruus.
§. cũ aliquid. ff. de leg.j.& d.l.nulli.circa prine.
& Barto.in d.l.j.ff.de leg.ij.& col.iij.Et ideò.quã
tum adhuc effectũ,de quo quæritur ſupra in pun
cto non eſt curandum, an teſtamẽtum fuerit ua
15 lidum,necne.Nam omni†caſu etiam teſtamen-
tum nullum probat ordinationem,& teſtatoris
uolũtatem,quo ad deputationem ipſorum exe-
cutorum, & quo ad modum ex formã exequen-
di ſecundum teſtatoris uoluntatem. Ita tex. no-
16 tandus in l.ſi.ff.de reb.eo.Secuto ergo † eorum
cõſenſu in acceptatione officij in dicto teſtamẽ
to iniuncti ex conſenſu eorum executorum quo
dam modo in hoc agnoſcentiũ minus ſolennem
uoluntatẽ defuncti.l. pen.& ſi.ff.de in offi.teſt.
Obligãtur ipſi executores.l. ſicut. C.de actio.&
obliga.& ita Bal. in d.l. nulli. circa princ. dicens
quòd poſtquàm ij executores,qui cenſentur nu-
di miniſtri incœperunt gerere, cogũtur implere
officiũ,& dicuntur acceptaſſe, & cœpiſſe gerere
incõtinẽti q̃ immiſcent ſe executioni p̃dictæ. C.
ad leg. Fal. auc. ſed cũ teſtator.ſecundũ Bal.in d.
l.nulli.& Bar.in d.l.j. de lega.ij. Itaq; dicẽdũ eſt,
quòd in omnẽ euentũ non ſit fienda uis , an te-
ſtamentum fuerit ſolẽne,uel nõ.ſed ipſi executo
res ex eorũ agnatione, ſuſceptione,& acceptatio
ne officij obligãtur ſecũdũ teſtatoris uoluntatẽ,
quæ licet fuiſſet non ſolennis, tamẽ probat eius
uoluntatem quantum ad hoc,d.l.ſi.& ibi Bal. &
ipſi executores,cùm ſint extranei, præſumuntur
17 †habuiſſe notitiam teſtamẽti,ex quo officiũ exe
cutoris incœperunt, quod aliàs nullatenus ad eo
ptinebat,ut p Bar. in l.qui Romæ §. duo fratres.
ff.de uerb.obl.& in d. l.j.ff. de leg.ij.& Bal.in d.l.
nulli.& ita Inno. in c.Ioãnes.de teſta.& Io.And.
18 ibi in uer.ſuſceptũ.En enim†ipſo quòd quis ali
quid facit, præſumitur ſcire cauſam quare id fa-
ciat.l.1.C.ſi cert.peta.& clarius dicendum , ſi di
cti executores fuiſſent præſentes teſtamento,aut
eius publicationi. Obligantur ergo eorum con-
ſenſu , & agnatione dicti officij.l.ſi mater. C.de
teſta.tute. cũ ſaltẽ teneantͬ tanquã adminiſtrato-

res.ff.de neg. geſt. l. cùm pater. Ideò in caſu no-
ſtro ſecuta agnitione & acceptatione, nulla alia
confirmatio requiritur, niſi eorũ conſenſus, vt ſu
pra, & per Bal. in d. l. nulli. & per Bart. in d. l. 1. ff.
de leg. ij. & nullitas teſtamenti non nocet. Ita Io.
And in addi. Spe. in d. §. nunc verò aliqua, ſuper
verſi. hoc ẽt quæritur, vtrũ quilibet executor vlti
mæ voluntatis cogendus ſit, & ibi Io. And. loqui
tur de teſtamẽto nullo ex defectu præteritionis:
quia non refert poſtquã executores ipſi ſpõtè of
ficium ſuſceperunt, & voluntatem defuncti agno
uerunt. Concludo ergo in hoc primo, quòd ipſi
executores, ex quo acceptauerũt officiũ, & agno
uerunt voluntatem defuncti, & inceperunt exe-
qui, obligati exiſtunt eorum conſenſu ad omnia
incumbentia, ratione dicti officij executoris, ſe-
cundũ teſtatoris voluntatem agnitam ab eis, iuri
bus, & rationibus ſupra adductis.
19 Secundò aduertẽdum eſt: quia † executores te
nentur ſequi voluntatem defuncti, cuius diſpoſi
tioni ſtatur in numero & forma exequẽdi, & per
quod fieri habeat executio. Ita tex. in d. c. ij. in fi.
& ibi Gl. in ver. expreſſerit. de teſta. lib. vj. quare
20 † vbi uoluit haberi conſenſum alterius ex execu
toribus, neceſſariò haberi debet, & executio ali-
ter facta nõ diceretur ritè, vel iuſtè facta. & ita La
pus & Gem. ſup d. Gl. in ver. expreſſerit. Idẽ Bal.
in l. id quod pauperibus. C. de epiſ. & cle. col. iiij.
ver. venio ad quartũ. vbi concludit, ꝙ modus, for
ma, & poteſtas executorũ dependet à uolũtate te
ſtatoris: arg. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ff. de
arbit. & ſic an, quãdo, & qualiter. & cui exequi ha
beat. Idẽ ẽt firmat Ang. ſuo cõſ. ccxxxvij. qd inci.
Anaſtaſius. cõcludẽs executores à volũtate teſta-
toris nullatenus recedere poſſe. Et quantũ diſpo
ſuit & declarauit, nil aliud q̃rendũ ſit, nec quiſq̃
trãſgredi poſſit. C de neceſſa. ſeruis hære. l. iij. in
fi. in auct. de nup. §. diſponat. l. diligenter. ff. mãd.
c. cũ dilecta. de reſcri. Vnde licet quo ad alia tale
teſtm̃ fuiſſet non ſolẽne, tñ quoad adminiſtratio
nẽ, & bonorũ alienationẽ probat voluntatẽ teſta
toris. d. l. ſi & ibi per Bal. inducentem in ſimili ad
executores teſtamenti, ij enim executores ſolum
eorũ cõſenſu obligant, & alia cõfirmatione opus
non eſt, cùm ſit officium voluntarium, igitur nul
litas tituli non haberet obeſſe, vt ſupra patet.
21 Tertiò pręmittẽdũ eſt, † ꝙ pluribus executori
bus ſimpliciter datis, non poteſt de iure cõi vnus
ſine altero exequi: argu. l. pluribus. ff. de procu. &
ita tex. in d. l. ij. §. fi. quia vnus abſque alio exequi
non poteſt, nõ dato impedimento alterius, & ſic
cõcludit ibi Archi. & Io. And. ꝙ in dubio nũquã
cenſentur dati in ſolidum: & ita ſequitur Spec. in
ti. de inſtrum. edi. verſi. quid ſi. ſequitur ẽt Fede.
de Senis ſuo conſil. lxiiij. quod incip. pone quòd
ſunt quatuor vel quinq; executores. circa princi
piũ. & ita ẽt tenet Bal. in d. l. nulli. in fi. per tex. in
d. c. ij. in fi. quãdo executio eſſet incerta, ſicut ca-
ſus noſter: quia habebat fieri venditio ꝑ arbitrio
executorum, prout eis melius videretur, ſecundũ
Bald. ibi, ita quòd in caſu noſtro vnus ſine altero
nõ potuiſſet, nec debuiſſet exequi, ẽt ſolo iure cõi
inſpecto, vt etiã per Bal. in l. in conſilio. ff. de cu-
ra. furio. quia quando executio eſt incerta, & ha-
bet fieri ſecũdum quod melius videtur, cẽſetur,
electa induſtria, & fides oĩum executorũ, ideò nõ
põt vnus abſq; alio. & quãto magis hoc dicẽdum
in caſu noſtro, vbi habemus expreſſam volũtatẽ
teſtatoris de conſenſu illarũ mulierũ, quãdo aũt
teſtator exprimit ſuã volũtatẽ ꝙ vnus abſq; alio
nõ poſſit, tunc ſtatur volũtati teſtatoris. Ita tex.
& Glo. in d. c. fi. in ver. expreſſerit. Concludendũ
eſt ergo in caſu noſtro tã de iure cõi, quã ex ex-
preſſa volũtate teſtatoris nõ potuiſſe, nec debuiſ-
ſe abſq; dictis dominabus vẽditionẽ facere, & in
tãtũ debet neceſſariò ſeruari voluntas teſtatoris
conſtituẽtis executores: quia aliàs de iure cõi nõ
22 † poſſent ipſi executores vendere res hẽditarias,
vt d. l. alio. & ibi per Bar. referentẽ Specu. in d. §.
nunc verò aliqua. in vij. col. in prin in ver. ſed an
executor vltimę voluntatis. & in verſ. ſeq. & con
cludit Bar. in ij. col. in prin. quòd executores par-
ticulares, quãdo alij ſunt hæredes vniuerſales in
ſtituti, non poſſunt vẽdere, niſi teſtator hoc ꝑmi
ſerit, & ita ſeruãdũ eſt prout voluit teſtator. d. l.
alio. & arg. ff. de dote præle. l. vir vxori. ff. de con-
di. inſtit. l. quæ ſub conditione. §. mortuo. in fi. &
ita etiam Ange. in l. ſi in hoc. C. de diſtra. pign. &
Bal. in d. l. id quod pauperibus. ver. xviij. quæri-
tur an executor qui habet poteſtatem, patet er-
go dictos executores non debuiſſe alienare res il
las hẽditarias, niſi ꝓut, & ſicut teſtator voluerit.
23 Quartò ꝑmittẽdum eſt, † an eiuſmodi executo
res teneant̃ facere inuentariũ ſuæ adminiſtratio
nis, & certè ſic, vt eſt tex. & Gl in d. l. nulli. §. cùm
aũt. & ita recitat Spe. in d. §. nũc verò aliqua. col.
ix. in prin. in ver. ſed an teneantur inuentariũ fa-
cere. ſequitur Bald. in d. l. nulli. circa med. in ver.
vlterius. nota. cõcludẽs poſt Iaco. But. ꝙ quilibet
adminiſtrator ſiue generalis, ſiue particularis te
net̃ facere inuentariũ: qñ aliquid ex eius admini
ſtratione ad eũ peruenit, & conſequẽter tenetur
conficere librum rationũ ſuę adminiſtrationis,
& ita ſatis probatur in d. l. nulli. §. cùm aũt. ibi,
geſtis interuenientibus, earum quantitatẽ & tem
pus, quo eas ſuſcepit &c. Ad idẽ. ff. dę tute. & ra-
tio. diſtrahen. l. prima. § officio. vbi dixit notan-
ter Bal. ꝙ † hoc ꝓcedit in quolibet adminiſtrato
24 re. l. ſi §. inter † cætera. ff. de libe. leg. & l. ſi ita fue-
rit. § in reliquis. ff. de manumi. teſt. Vnde appel-
latione reliquorum continentur volumina ratio
num, quæ debent reſtitui domino. facit l. cum ſer
uus. ff. de condit. & demonſtra. & ibi per Bart. Et
ex his dixit notanter Bald. in d. §. officio. quòd ſi
adminiſtrator non faceret librum rationum, te-
neretur ad intereſſe declarandum per iuramen-
tum in litem, cùm ita pręſumatur contra nõ con
ficientem librum rationum, ſicut contra nõ con
ficientem inuentarium l. tutor qui repertorium.
ff. de admini. tuto. facit. ff. de fal. ſi quis cum fal-
ſo. §.

lo.§.1.ſecundum Bal.in d.§.de officio.
25 Quintò & vltimo præmittendũ eſt,† hos exe
cutores teneri ad reddẽdum rationẽ adminiſtra
tionis,vt d.l nulli.& in Cle.1.de teſta. & ita Spe
cul.in d.§ nunc verò aliqua.col.9. in prin.in ver.
ſed an ſimples cõmiſſarius.facit.l. 2.cum ibi.no.
ff.de neg.geſt.& ita Bal.in d.l.nulli. circa fi.& in
rub.C. de fide inſtru. in vltima charta in princi.
& in d.l.id quod pauperibus.in fi.vbi plenè p eũ.
Et in redditiõe rationis habetur ratio doli & cul
pæ, ideò aduertendum: quia de dolo & lata cul-
pa non eſt dubium.ſed an de leui & leuiſſima, vi
detur,quòd nõ,per l.ſi ſeruus.§.cum aliquid.de
lega.1.vbi qui ex teſtamento non ſentit commo
dum,non tenetur de leui culpa.
26 In contrarium facit: quia ij executores†æqui-
parantur procuratoribus datis in vltima volũta-
te.d.l.ſi vatò non remunerandi.§.fi.ideò tenẽtur
etiam de leuiſſima culpa, vt C.manda. l.à procu
ratore.quia cũ huiuſmodi acceptant & ſuſcipiũt,
vidẽtur aſſerere ſe diligẽtiſſimos. & ſic Bal. in d.
§.cùm aliquis refert Pet.& Cyn.ita tenere. Ipſe
tamen Bal.ibi dicit videri incõueniens,ꝙ in plus
teneatur verus executor,quã mixtus,quare imò
ibi dicit hoc tenendum,prout not.Bar.in l. cũ q.
§.ſi epiſtola.ff.de furt.vbi concludit quòd admi-
niſtrator in negocio graui requirente magnam
diligentiam, tenetur de leuiſſima culpa: aliàs ſi
negocium non requirit magnam diligentiam,
tenetur de leui,& non de leuiſſima.

In propoſito ergo officiũ executionis requirit
magnã diligentiã, & maximè in caſu de quo age
tur: quia adminiſtratio erat magnæ importãtię,
& magni valoris, videretur, quòd teneãtur de le-
uiſſima culpa, quæ eſt, dimittere id quod poterat
diligẽtiſſimè prçcaueri. ff. ad leg. Aquil.l. ſi puta-
tor. Et hãc partem firmat Paulus de Leaaarijs in
d.Clem.j.de teſtam.dicens hoc venire ex natura
officij, propter tacitam aſſertionem induſtriæ ip-
ſius officium ſuſcipientis, propter quã induſtria
eligitur,& ita ſequitur D.Cardin.Florenti. in d.
Cle.1.col 2.in viij. not. & edem Innoc.ibi circa
finem concludentes teneri de leuiſſima culpa.

His igitur ſic pręmiſſis, veniendũ eſt nunc ad
ipſam primam conſultationẽ,in qua videretᷓ poſ
ſe dici prima facie præfactũ D.Ioann.& cæteros
executores nullatenus teneri occaſione dictę vẽ
ditionis, & aliorum dãnorũ inde ſecutorũ. cũ ſu
pradicta venditio aluminũ fuerit facta ſecundũ
voluntatẽ teſtatoris. d.l.ſi.ff.de reb.eo. Et ꝙ ſer-
uata fuerit voluntas teſtatoris apparet in ſupradi
cto capitulo,quod incipit.Item de le coſe de fo-
glia, vbi quantum eſt de aluminibus, datur liberũ
arbitrium de his diſponendi,& faciendi ſicut eis
melius videtur.Cõſequẽter nõ videtur quòd de
his poſſit referri qõ,prout tradit Bar.in d.l. alio.

Secundò,quia cõſtare videtur per cõfeſſionẽ
Dominorũ Ioan.& ſociorũ dictas dñas cõſenſiſ
ſe huiuſmodi venditionibus,& notiam habuiſſe,
ergo impleta vr̃ voluntas teſtatoris,& cùm tem
pore dicti contractus videbatur vtilis illa talis
venditio aluminum, conſequenter non venit re
prehẽdẽdus dictus D.Io.l.quid ergo.§.ſufficit.ff.
de contra.indi.tute.l.ſed an vltimo.ff.de neg. ge.
nõ enim inſpici debet euentus, ſolum eſt in conſi
deratione.an ab ipſo principio vtiliter ſit geſtũ.
27 & de futuris†contingentibus nõ eſt curandũ: vt
dictis iuribus.& l.pignus.ff de pigno.actio.

Verum his non obſtantibus, cõtrariũ puto de
iure verius,& præfactos executores. maximè prę
factum D. Ioannem nullatenus poſſe excuſari à
culpa: teſtator enim in primo capitulo teſtamẽti
ſupra diſpoſuit ſpecialiter,& clarè, ſecundũ quã
formam haberent poteſtatẽ vendẽdi, & diſponẽ
dis de ſuis bonis. Et aduertendum ꝙ tale capitu-
lũ dat formã ſpecialẽ adminiſtrationi,& poteſta
ti dictorũ executorum. Primò enim teſtator dat
ampliſſimam ptãtem ꝙ poſſint oĩa facere, ibi. Et
far tutto,& desfare, come la mia perſona ꝓpria;
Poſteà dat formam, ibi. Dũ tamẽ accordandoſe
tutti, che l'autora madonna Bargagina mia ma-
dre.& Cathoccia ſe accordano con vno delli dit
ti, cha l'autora poſſan fare &c. Liquet ergo quòd
teſtator limitauit poteſtatem ipſorum. Vnde nul
lam poteſtatem habebant, niſi dictę mulieres am
bæ ſe concordarent, ſaltẽ cũ vno ex ipſis. Verba
ſunt clariſſima, in hoc alia interpretatione opus
non eſt.l.1.§.ſi is qui nauẽ ff.de exercito.l.ille.§.
cùm in uerbis.ff.de leg. 3. Vniuerſaliter & con-
ſequenter non potuerũt nec debuerũt D.Io. Pa
terius & Ioann. Iuſtinianus vendere dicta alumi
na, niſi dictæ mulieres cũ eis, vel vno eorũ ſe con
cordarent in hoc. Et ſimiliter non debuit ratifica
re ipſe D.Chriſtophorus cõtra formã dicti teſta
menti. Nã aut ij executores habuerunt notitiã te
ſtamẽti & ordinationis prędictæ,& tũc eis cõſta-
re poterat ex duplici prohibitione prædictã alie
nationẽ facere nõ debuiſſe primò ex forma aper
ta dicti teſtamẽti, vbi requirebat quòd dictæ mu
lieres ſaltẽ cum vno ex eis ſe concordarent, ſe-
cundò ex iuris cõis diſpoſitione, cùm de iure ſit,
quòd pluribus executoribus ſimpliciter conſti-
tutis non poſſet alterum abſque alio vẽdere. Itẽ
ius commune diſponit, quòd neceſſariò incũbit
executoribus per omnia ſeruare voluntatẽ teſta
toris,& formam & qualitatem eis datam à teſta-
tore, vt clarè demonſtraui ſupra in ſecundo eui
28 dentiali,†& lata culpa eſt ignorare iura.l libero
rum.§.notãtur.ff.de infami. & maximè vbi poſ-
ſunt conſulere peritiores.l.in bonorũ ff. de bo.
poſſeſsio. Et quanto magis vbi verba teſtamenti
ſunt clariſſima.l.latè.ff.de verbo.ſigni.c. Apoſto
licæ.de cler.excommun.miniſtran.

Nec obſtat ſupradictum capitulũ teſtamenti,
quod incipit; Anchora de le coſe de foglia. Nam
multipliciter rũdetur. Primò enim quantum at-
tinet de alumina, non datur facultas ea venden-
di, ſed ſolum ſe cõponendi cũ dictis appaltatori-
bus, de illis candis quæ remãſerũt. Cũ igitur nul
li ſint noui appaltatores, meritò conſtat vẽditio

nem non fuiſſe factã in caſu permiſſo, immò po
tius prohibito: quia uoluit teſtator ꝙ hæc uendi
tio fieri poſſet, inquantũ fieret de nouo, ibi lan-
tora ha dato balia alli ditti fideicommiſſarij, ubi
patet, quòd tunc demum dedit baliam, ubi al ius
eligererut de nouo appaltare: quo caſu facto ap
paltu, uoluit fideicommiſſarios poſſe hoc. Data
29 †enim facultate in unũ caſum, ſcilicet cũ nouis
appaltatoribus, intelligitur in alio caſu prohibi-
ta, tex. & Glo. in l. fin. C. de pact. conuen. l. quæ-
ſitum. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtru.

Amplius dabitur facultas ſolum in unum ca
ſum, ſcilicet, de ſe cõponẽdo, & ſic nõ de uẽdẽdo:
permittẽdo ergo ꝙ poſſent ſe componere cũ no
uis appaltatoribus, in oẽm alium caſum uẽdere
30 prohibuit. Quod † enim in unũ caſum applica-
tur, cæteris denegatum intelligitur. ff. de leg. j. l.
quod in rerũ. §. ſi quis poſt. in fi. Bal. in l. illam. in
prin. C. de colla. facit l. cũ ita. & ibi Bar. ff. de cõd.
& dem. Item permittit finito tpe dicti appaltus,
prout in dicto capitolo ſæpe hoc exprimit. Vn-
31 de † permiſſa ad tempus qualificate, cẽſetur alio
tẽpore prohibuiſſe. l. ſtatu liberũ. §. Stichum. ff.
de leg. ij. cum ſi. Secũdò & clarius: quia in omnẽ
euentũ & caſum nõ poterat hoc fieri, ne dictę mu
lieres eſſent in hoc cõcordes, quia intelligebatur
hoc in d. c. repetitum. ex quo in precedenti ca-
pitulo erat data forma ſpecifica ad ptãtẽ ipſorũ
exequutorũ, & ſi ſic ſemper in præcedẽtibus dũ
agitur de ipſis exequutoribus, intelligitur tacitè
hoc repetitũ. l. Titia. §. idẽ reſpõdit. ff. de uer. obl.
32 l. fi. de hære. inſt. & quia † præcedẽtia magis ac effi
cacius influũt in ſequẽtia, q̃ econtrà. l. pen. & qđ
ibi not. per. Glo. & Bar. ff. de cõſtit. pec. l. regula.
§. licet. ff. de iur. & fact. ign. ibi initiũ cõſtitutio-
33 nis demõſtrat, nec eſt † præſumendum ꝙ teſtator
ſtatim ſe correxerit. ff. de cõd. & dem. l. nã ad ea.
Tertiò: quia uerba ſunt in hoc clariſſima: nã dictũ
capitulũ, quod incipit. Ancora delle coſe di Fo-
glia, &c. quoad contenta in d. c. concedit ptãtem
ipſius executoribus, quibus aũt hoc cõcedat, cla-
rè exprimit, dũ dicit; E laſſo, che li ditti fideicõ-
miſſarij, & ſic dicit; Le ditte. Vnde nõ põt intelli
gi. Li ditti fideicommiſſarij. niſi ut ſupra diſpo-
nit, cùm ipſos expreſsè repetat, dicẽdo; Li ditti fi
deicõmiſſarij. dicti aũt fideicommiſſarij erant di
ctæ mulieres, quæ ſaltẽ cũ uno ex alijs habebant
eſſe concordes, & pp hoc apparet, ꝙ teſtator in
uerbis dicti capituli clarè expreſſit ſuã uolũtatẽ,
dũ dixit; Li ditti fideicõmiſſarij. & hoc ſemper
repetijt ipſe teſtator: patet ẽt infra, come è ditto
di ſopra, che li ditti fideicõmiſſarij. Idẽ ſimiliter
hoc repetijt in fine ibi, e dago balia alle ſupradit
te fideicõmiſſarie, che li allumi noſtri. Qui ergo
erant ſupradicti fideicõmiſſarij niſi dictę mulie-
res cum alijs. Nulla ergo remanet dubitatio in
hoc, cũ ſẽper repetat. Li ditti fideicõmiſſarij, ita
intelligat eo modo quo ſupra dixit. Quartò po-
ſito ꝙ uerba poſſent dici indefinitè ꝓlata, tñ nõ
põt negari, quin ſaltẽ habeãt intelligi, prout à iu
re diſponitur, ſed à iure diſponitur; ꝙ teſtator ali
quid prouidẽdo, uel mãdando fideicõmiſſarijs,
ꝙ concernat alienationẽ bonorũ, habeat intelligi
ꝙ nõ poſſit unus abſq; altero, ut plenè demõſtra
tũ eſt in tertio euidẽtiali p multa iura quæ hic re
petũtur: ergo clariſſimè dicẽdũ nõ potuiſſe D.
Io. ſolũ alienaſſe ẽt ſi dicti alij collegæ ratificaſ-
ſent, cũ neceſſario requirebat cõſenſus dictarũ
34 mulierũ, de iure cõi loquẽdo ut ſupra. Nec † exe
cutores de iure cõi poſſent abſentibus, uel igno
rantibus, uel uocatis alijs, alienationẽ, ſiue diſtri
butionẽ facere: qñ cõmodè alij requiri potuiſ-
ſent. Ita Spe. in d. §. nũc uerò aliqua. col. ix. in fi.
uer. ſed quærit an exequutores pñtes. Imo & for
35 tius: quia † de iure cõi loquẽdo, erant in uẽditio
ne bonorũ neceſſario requirẽdi hæredes ipſius
teſtatoris. Ita no. Bar. in d. l. alio. col. v. in uerbo
quęro an hæres ſit requirendus. ubi Bar. clariſſi-
mè hoc demõſtrat. Nullo ergo caſu dici pt ipſos
ſolos exequutores attẽtaſſe licitè uenditionẽ prę
dictã, tũ, quia ſecundũ formã dicti teſtamenti re-
quirebatur cõcordia, & cõſenſus dictarũ mulie-
rũ, ut ſupra, tũ, quia de iure cõi ẽt hoc requireba
tur, cũ non poſſet unus exequutor abſque altero
uel ignorãte & requiſito ut ſupra, tum, qa requi-
rebatur ſaltẽ de iure cõi conſenſus heredum, de
quorũ præiudicio agebat, & ſic cũ magna inquiſi
tione ꝓcedẽdũ erat de rebus pretioſis, & magni
ualoris ipſorum minorum. C. de admi tut. l. lex
quæ tutores. ff. de peculio. l. ſumma cũ ratione.

Non obſt. prędictis ſi cõſtat de cõfeſſione di
ctorũ Ioannis, & ſociorũ dictas dominas cõſẽſiſ
ſe, & notitiã habuiſſe: qa certè eorũ cõfeſſio non
ꝑiudicat, cũ debeat aliter conſtare de earũ requi-
ſitione, & cõſenſu, ut ſupra. Itẽ, quia cũ dicti D.
36 Io. & ſocij † deponerẽt in facto proprio, ubi uer
ſatur eorũ intereſſe nõ creditur. l. oibus. C. de te
ſtib. l. j. §. in propria. ff. qñ app. ſit. Tractat quoq;
de ſe exonerãdo: quia cũ nõ poſſẽt uẽdere abſq;
conſenſu illarũ mulierũ, dicẽdo. ꝙ conſenſerint,
exonerãt ſe, & actũ eorũ faciunt iuſtũ, aliàs iniu
ſtũ, & iure reprobatũ, ut ſupra. Igitur eis in hoc
nullatenus creditur, ut per Bar. in l. deferre. §. idẽ
37 decreuerũt. ff. de iu. fiſci. Pręterea † qñ teſtis de
ponit ſuper actu ſuper quo põt ſibi aſcribi laus,
uel uituperiũ, talis teſtis ĩ dicto actu nõ ꝓbaret,
nec ſibi adhiberetur fides: quia poſito ꝙ nõ aga-
tur de cõmodo, uel incõmodo teſtis, tñ ſi aliqua
affectione induci potuit ad ita deponẽdũ nõ cre
dit. Ita Io. And. in c. Quintauallis. de iureiu. & ita
But. in uer. uenio. de teſta. idẽ Bal. in c. per inqui
38 ſitionẽ. de elec. Hinc eſt † quod nõ creditur ẽt iu-
dici. c. qm̃ contra. in fi. de prob. Nec ẽt epiſcopo.
vj. q. ij. c. ſi tãtũ. & c. placuit. Imo nec Cardinali le
gato de latere Glo. not. in c. ſicut. de ſent. excom.
& clarius hoc dicẽdum: quia ut præſupponitur
illi fideicõmiſſarij nõ dicunt in ſuis confeſſioni-
bus, ꝙ cõſẽſerint illæ mulieres ꝓrogationi factæ
de dicta uenditione, imò D. Io. dixit, ꝙ de illa ſe-
cunda prorogatione nunquam notitiam habue
runt

rünt, & in ea eſt tota lis : quia, vt dictū eſt ſuprà
in puncto, prima uenditio non fuit ſortita effe-
ctū, cum conditionalis ſi & inquantum apaltus
ſequeretur per totum menſem Octobris : quæ
conditionalis non fuit verificata. Ideò ſequuta eſt
prorogatio vſque ad menſem Februarij, & tota-
liter alterata : quia vbi primò dicebatur, ſi fieret
nouus apaltus, adiectū eſt in hac prorogatione,
vel alia compoſitio caperetur.

Non obſtat id quod ultimo loco allegabatur
ſupra pro parte cōtraria: quia certè notoriè con-
ſtat talem contractū etiam à principio non poſſe
cenſeri vtilem pro minoribus : quia erat repoſi-
tum in uoluntate emptorū, vnde ſi fuiſſet reper-
ta utilitas pro minoribus, poterant pœnitere em-
ptores: ſi verò reperiretur utilitas pro eis, & mi-
noribus damnoſa, poterant uenditionem in mi-
norum præiudicium ratam habere. Ideò non po-
teſt dici utiliter geſtum etiam à principio. Hinc
39 eſt, † ꝙ contractus ex iuris diſpoſitione deberēt
claudicare in minorum beneficium, non in eo-
rum læſionem : vt l. non eo minus. C. de procur.
l. Iulianus. §. ſi quis colludente. ff. de actio. emp.
per Inno. in c. j. de ijs, quæ fiunt à prælato. ex quo:
onus erat reciprocum in dicto contractu: mani-
feſtè conſtat non fuiſſe à principio utiliter geſtū:
Immò minores læſi dicuntur. l. de fideicommiſ-
40 ſis. cum ibi not. C. de tranſac. Nec † debuit con-
tractus emptionis reponi in uoluntate emptoris
in ſubſtantialibus, vt l. in emendis. C. de contrah.
emp. Fuit ergo talis contractus inſolitus in arbi-
trio emptorum. Item in grauem læſionem ipſo-
rum minorum. Item contra iuris communis di-
ſpoſitionem. Item contra mandatum, prout ſu-
prà demonſtratum apparet: igitur ipſe D. Ioan-
nes ſocius deliquit in hoc ultimo contractu ſub
modo prorogationis prædictæ.

41 Sed amplius uidendum eſt, † an ij executores
teneantur tanquam procuratores; an uerò tan-
quam negociorum geſtores, uel loco eorum, vel
tutores. Spec. in d. §. nunc verò aliqua. col. xiiij.
in ver. de exec. autem quæritur. Primò an cenſen
dus negociorum geſtor. Et nihil videtur firmaſ-
ſe ſuper hoc. Quare Io. And. in addit. referendo
Iacobum de Ra. reſidet, ꝙ ſi executor rogante te-
ſtatore conſenſit, tenetur actione mandati, & ta-
lis eſt ſpecies mandati; quia morte firmatur, ex
quo confertur poſt mortem: vt d. l. ſi verò non re
munerandi. in fi. Sed ſi non ſuſcepit à teſtatore
viuente mandatum, putat ꝙ teneatur directa a-
ctione negociorum geſtorum : quia uoluntariè
gerunt, vt ſupra in tertio euidentiali; & ita reſi-
der Ioan. And. Ita etiam tenet Cy. in d. l. id quod
pauperibus. in verſi. x. quæro, qua actione. addu-
cit no. in l. ſi pupilli. §. j. ff. de neg. geſt. An autem
habeantur loco tutorum, aut curatorum, & ijs
æquiparentur. Feder. de Sen. in d. conſi. 64. vide-
tur velle, quòd non. Idem uidetur uelle Io. And.
in additio. Specul. in §. nunc uerò aliqua. ſuper
verſi. ſed an ſimplex commiſſarius, vel executor
teneatur reddere &c. vbi videtur reſidere, quòd
ſpecialia quæ ſunt in tutoribus, & ſimilibus, non
ſunt extendendum ad alios adminiſtratores. Bal.
verò in d. l. nulli, circa medium. in verſic. vlterius
nota, videtur uelle per illum tex. quòd ij executo-
res æquiparantur magis curatoribus, quàm pro-
curatoribus. Super quo tamen non ipuco neceſ-
ſario inſiſtendo: quia ſatis eſt, quòd ſunt admini-
ſtratores ad reddendum aſtricti, & in ratione red-
denda habetur ratio doli, & latæ culpæ: ita quòd
tam in faciendo, quàm in omittendo tenetur
quidquid damni illatum eſt dictis minoribus, ut
dixi ſuprà in quinto & ultimo euidentiali, & cō-
42 ſequenter de neglectis: quia † culpa uerſatur in
negligendo. l. quidquid. C. de arbi. tut. l. prope-
randum. §. ſi uerò. C. de iudic. ibi, omnem autem
iacturam. per Gl. xij. q. iij placuit. el ij. Vnde ſiue
æquiparemus eos procuratoribus, non eſt dubiū
ꝙ tenentur etiam de geſtis: vt d. l. à procuratore.
qui de leuiſſima culpa, ſiue æquiparemus alijs ad-
miniſtratoribus. Idem, vt per Glo. in d. c. placuit.
ſiue æquiparemus eos negociorum geſtoribus:
nam eorum conſenſu obligantur, cùm admini-
ſtratio eſſet eis generaliter commiſſa: vt habetur
in l. ſi pupilli. §. videamus ff. de nego. geſt. vbi per
43 Gloſ. & Barto. concludentem, quòd † quando
quis à principio cœpit gerere, & ſuſcepit admini-
ſtrationem, poſtea dimittit abſque dubio tene-
tur: argum. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod.
vnde tenetur de neglectis, & iſte eſt caſus noſter,
cùm iſti gerere cœperunt. Subdit Bart. aut quis
non cœpit omnia gerere, tunc aut acceſſit ab ini
tio: vt omnia geſturus, nec poſtea fecit, & tene-
tur ab omnibus, & de neglectis: arg. l. Pompo-
nius. cum l. ſeq. ff. eo. & iſte ſimiliter eſt caſus no-
ſter: quia hi executores ab initio acceſſerunt, vt
generalem adminiſtrationem ſuſciperent: prout
erat eis à teſtatore commiſſa, & talis præſumitur
executoris uoluntas fuiſſe à principio, ex quo ſic
incœperunt : argum. l. Iulianus. §. proinde. ff. ad
Macedon. ita Barto. in d. §. videamus. & alij Do-
cto. in l. tutori. C. de neg. geſt. & maximè hoc di-
cendum in rebus minorum. Inde tradit Bal. no-
tabilem doctrinam, quòd qui gerunt negocium
minorum, ſi voluerint deſiſtere à geſtione tenen
tur hoc denunciare coniunctis minorum, aliàs
tenentur de neglectis. ita Bald. in l. j. in fi. ff. de eo
qui pro tut. geſt. per illum tex. & ſic ſi executores
qui ſuſceperunt adminiſtrationem, & gerere cœ-
perunt, tenentur de adminiſtratione per eos ma-
lè, vel minus utiliter: & præſumitur in mala fide
non ſeruando teſtatoris uoluntatem, & etiam
contra iuris communis diſpoſitionem ipſi ſoli
diſtribuendo, & exequendo, vt per Gloſſ. ordin.
in l. j. C. de fide inſtrumento. lib. x. per Barto. in
l. quandiu. C. de agrico. & cenſi. lib. x. per Butri.
& alios in cap. ſi diligenti. de reſcrip. Item & de
neglectis tenentur, ex quo ab initio in iſtis mer-
cantijs acceſſerunt omnia geſturi, vt ſupra, &
abſque dubio tenentur de dolo, lata culpa, & le-

ui, vt in qointo & vltimo euidentiali demonſtratur, & cõſeqoenter de neglectis: facit ad prędicta tex. rotundus in d. l. tutor qoi repertoriũ. §. tutor. vbi adminiſtrationis negligentiæ, uel nimia feſtinantia in rebus uendendis ſibi adſcriberet, & punitur in hoc: pro qoo etiam. l. iij. C. de peric. tut. Vnde debet haberi ratio culpæ, tam in uendeodo nimis feſtinanter, aut in non ſeruando oolootatem teſtatoris, & iuris commonis diſpoſitionem, & qoidqnid damni ex caſibus prędictis ſequutum eſt ipſis minoribus, tenentor dicti adminiſtratores, vt ſupra, facit c. ſi cnlpa. de iniur. Intelligendo in negocijs, & mercantijs. quę imminebant tunc: quando acceſſerunt ad adminiſtrandum, & exeqnendom. Noua autem, uel ſuperuenientia inchoare eis neceſſe non fuit, vt patet in iuribus ſupra adductis.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur hos executores non teneti, ex quo alienatio ab eis facta nulla fuit, vt ſupra in tertio euidentiali demonſtratur, ſed agendum contra eos, ad quos dicta allumina, & alia uendita peruenerunt: quia certè nou ſic
44 dicendom. † Dato enim quòd alienatio fuiſſet nnlla, per hoc tamen non prohibetur agi contra adminiſtratores. Ita tex & Barto. in l. ſi filiæ. ff. de ſolnt. vbi optimè hoc declarat, & facit quod habetur in l. cùm mandato. ff. de minor. & in l. ſi is qni. ff. de eo qui pro tut.

45 Vltimò non obſtat ſi diceretur, † hoiuſmodi executores non poſſe conueniri durante adminiſtratiooe: quia fortè adminiſtratio nõdum ſit finita. Nam Io. And. ſuper addi. Spec. in d. §. nonc verò aliqua. ſuper dicto verſ. ſed cùm ſimplex cõmiſſarius, vel executor teneator reddere rationem, conclndit executores eioſmodi teneri rationem reddere ſuper malè adminiſtratis, & iam geſtis, & poſſe conuenlri etiam officio non finito, & dicit hoc regulare in omnibus adminiſtra-
46 toribus. Fallit in tutore, † cuius poteſtas eſt fortior aliorum adminiſtratorum, ideò de adminiſtratione non conneniuntur, niſi finito officio. l. j. §. finito. ff. de contrar. iod. tute. & ibi per Glo. l. aduerſus. C. de admin. tut. & ibi per Cyn. & hæc primo de principali conſultatione.

Videndum eſt nonc de ſecunda, ſuper qua di-
47 cendum eſt † officiũ dictorum executorum non eſſe publicum: quia ſunt oolontarij adminiſtratores: ut dictom eſt ſupra in primo euidentiali. in fi. cùm non poſſit quis cogi ad acceptandum tale officium, oec tenetor niſi poſtquam acceptauit: ita eſt tex. in d. c. Ioannes. ibi, poſt mandatum ſnſceptum. & ibi Ioan. Aod. in verſ. poſt. vbi alij Docto. ita ſeqountur. Relinquitur ergo conclu-
48 ſio, † quòd hi executores noo teneantur inſolidum, ſed prout qoiſqne adminiſtrauit, & geſſit tenetur. l. cùm alicui. in fi. ff. de negot. geſt. plenè per Bart. in l. eandem. ff. de doob. teis. col. ij. in fi. in verſ. vj. quæro concludentem pro regula, quod qui poteſt inſolidom adminiſtrare, teneatur inſolidom rationem reddere. l. ſi plures. ff. de cura. dan. aliàs ſi unus non poteſt contrahere abſq; altero, tunc qnilibet tenetur de ſuo facto. nec erũt duo tei. in d. l. cùm alicui. in fi. ff. de exerc. l. ſi cum plures. in princ. ita Bart. in d. l. eandem.

Eſt ergo conueniendus qui geſſit, & qui primo geſſit, & idem concludit Ioan. And. in addit. Spec. in d. §. nonc oerò aliqua. ſoper d. uerſic. ſed mira quid, nbi plotes dati ſunt, etit melior occupantis &c. & hoc per tex. io d. l. ij. in fi. ff. de curato. bonis dan. In propoſito ergo hi executores, proot quiſque eorum geſſit, ita tenentur, & conueniendi ſunt. Verùm, qnia præfatus D. Ioãnes, quantom ad propoſitum attinet, ſolus fecit dictom oltimom contractum prorogationis, poterit ipſe ſolos in hoc conueniri, cùm ex ipſo tali contractu, totalis lęſio cauſata fuerit dictis minoribus, & omnis incommoditas inde ſequuta eſt, nec tamen per hoc ceſſat, quin alij executores teneantur ipſi de neglectis, ex qoo ipſi à principio gerere inceperunt, & adminiſtrationem ſuſceperunt: vnde tenerentur eo modo, quo concluſi, & ſi ratificaſſent hunc ultimum contractum prorogationis ab ipſo domino Ioanne initum ſimiliter & ipſo teneretur: vt in regula, ratihabitionẽ. lib. vj. l. fina. C. ad Macedon. l. prima. §. deiecit ſe. ff. de vi & vi armata. Et ex his patet reſponſio & deciſio iuridica ad utranque concluſionem. Laus Deo omnipotenti.

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Philippus de Franchis de Peruſio I. V. D. & nunc Papiæ iura canooica ordinariè legens.

CONSILIVM D. ROLANDI de Curte V. I. Doctoris.

In cauſa ſuprascripta.

SVMMARIVM.

1 *Executor tenetur etiam de leuiſſima culpa.*
. *Forma eſt ad unguem ſeruanda, quæ dat eſſe rei.*
2 *Incluſio unius, eſt alterius excluſio.*
3 *Cauſa limitata, limitatum producit effectum.*
4 *Inducta ad vnum effectum, non debent alium operari, præſertim contrarium.*
5 *Alienandi non habent auctoritatem non poteſt alienare rem alterius in præiudicium filiorum.*
6 *Adminiſtrator tenetur cum omne geſturus acceſſit, etiam ſi alius non erat geſturus.*
7 *Actio negotiorum geſtorum regulariter quatuor modis oriri ſolet.*
8 *Adminiſtrator generalis, vel ſpecialis tenetur facere inuentarium.*
9 *Quis alterius conditionem meliorem non deteriorem facere poteſt.*
10 *Executor validè datur in ultima voluntate nulla, ex quo acceptando, validè ſe obligauit.*
11 *Tutor in minus ſolemni voluntate ualidè non datur, niſi datus foret unus ex liberis. nu. 12.*

CON-

CONSILIVM CXVII.

SECVNDVM ea quæ proponũtur per-
placet ſententia, quòd executor poſsit con-
ueniri, & teneatur occaſione dictæ uẽditio-
nis dictis minoribus læſis, & ad damna in-
de ſecuta in uendendis alluminibus, & ſic defe-
1 ctus † facit teneri executorẽ etiam de leuiſsima
culpa. Bal. in l. in iudicio. C. locati. no. in l. ꝙ Ner-
ua. ff. depoſiti, in l. quæ fortuitis. C. de pig. actio.
Facit l. ſi mora. ſol. mat. vbi magis plectitur cul-
pa: quæ eſt in faciendo, in ſuccidendo arbores,
quàm culpa quæ in negligendo in marito. dicens
Ang. illud procedere ſecundum Gloſſ. & omnes
Doct. facit quòd not. in l. mancipia. C. de ſer. fu-
git. Attenta forma ipſius teſtamenti, ut dictæ mu
lieres ſaltem cum uno ex eis ſe concordarent. Et
forma eſt ad unguem ſeruanda, quæ dat eſſe rei.
per Bal. & Ang. in l. j. et ij. ff. de liber. & poſthu.
per Bart. in l. diuus. ff. de reſtit. in integ. Bald. in l.
ſi quis mihi bona. §. ſi cõmunia. & in l. cũ qui. §. j.
ff. de acquir. hæred. Bald. & Salyc. in auth. offerat
C. de litis cont. Bald. in auth. qui ſemel. C. quo-
modo, & quando iudex. Bal. in uer. acta. de pace
conſtan. Ang. in prolatam. C. de ſentent. & inter-
lo. omni iudi. l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact.
l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ad exibendum. c. cùm di-
lecta. de reſcrip. cum multis uulgaribus. §. diſpo-
nat. in auth. de nupt. quia uolnntas teſtatoris eſt
2 ſeruanda pro lege, & unius † caſus incluſio, alte
rius eſt exclnſio. l. cùm prætor. ff. de iudic. l. mari-
3 tus. C. de proc. & limitata † cauſa, limitatum pro
ducit effectum. l. ſi procurator ad unam ſpeciẽ.
C. de procurat. l. age. C. de tranſact. & l. in agris.
4 de acquir. rer. domi. & inducta † ad unum effe-
ctum, non debent alium operari, præſertim con-
trarium. l. legata inutiliter. de leg. j. cũ & execu-
5 tores non poſsint uendere res hæredum, & qui †
non habet auctoritatem, non poteſt alienare rẽ
alterius in præiudicium filiorum. l. ait prætor. ff.
de iur. delib. l. mater. C. de rei uendic.

6 Ad prædicta accedat not. text. vt † teneatur
quãdo arceſsit omne geſturus, etiam ſi alius nõ
geſturus. in l. j. §. ſed utrum. cum Gloſſ. de eo qui
7 pro tut. Et quatuor † modis ſolet regulariter ori
ri actio negotiorum geſtorum, per Glo. ordina-
riam approbatam habetur. in l. ſi pupilli. §. j. ff. de
negoc. geſt. not. in l. ſi quis eum. ff. ſi cert. pet. &
ſic non ſubſiſto, quin filij poſsint habere regreſ-
ſum cõtra fideicommiſſarios, ſeu executores ma
lè gerentes, tex. eſt in l. curatorem. C. de negoc.
geſt. & tenentur geſtot de non geſtis, ubi erãt cõ
nexa, quæ gerere poterant. l. tres tutores. ff. de ad
mini. tut. Bald. in l. tutori. C. de negoc. geſt. cùm
et eorũ executorum in negocio huiuſmodi gra-
ui uideatur electa induſtria, ſeu per executorem
debuit magna diligentia adhiberi. Bal. in l. à pro
curatore. ad fin. apparatus. C. mãda. ubi facit dif
ferentiam inter nuncium & procuratorem. qui
nuncius eſt uelut picha, & organum. l. multum.
C. ſi quis alteri, uel ſibi, nam nuncius nihil ex ani
mo facit ſicut procurator. alle. d. l. eum qui §. ſed
epiſtola. ff. de fu. ubi etiam per primum Domi-
num Conſultorem eſt allegatum. Bar. in l. ſi non
ſortem. § libertus. ff. de condi. indeb. l. nemo eſt
qui neſciat. ff. de dnob. reis. l. inter artifices. ff. de
8 ſolut. l. una. §. ne autem. de caduc. tollen. Et † qui-
cunque adminiſtrator generalis, uel ſpecialis te-
netur facere inuentarium. Gemi. allegans Hoſti.
& Io. And. in c. generali. in iij. col. de elect. in vj.
Iac. Butt. in l. nulli. C. de epiſ. & cle. & etiam Bal.
ibi. quod procedit in quolibet adminiſtratore.
Clem. quia contingint. de religioſo. domi. Quis
9 enim † poteſt facere meliorem conditionem? al-
terius non deteriorem, l. ſoluẽdo. ff. de neg. geſt.
l. Stichum. §. fin. ff. de nouat. & l. id quod noſtrũ.
ff. de reg. iur. & non potuit in aliquo præiudica-
ri, nec alienari per non habentem poteſtatem. l.
procuratoris. in fin. C. de neg. geſt. & ſic tenebi-
10 tur malè alienans, ualeat † datio executoris, uel
ne: ex quo ſe uolnntariè obligauit. l. ſicut. C. de
actio. & oblig & ſi grãdis fuerit dubitatio, an da
11 tio † tutoris ualeat in teſtamento imperfecto. &
Glo. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C.
de teſtamen. uidetur ſentire, quòd ualeat tutoris
datio, & ſentit, quòd l. qui a patre. ff. de confir. tu.
tò. ſit hodie correcta. Idem Glo. in l. ij. de confir.
tut. Contrariam tamen opin. tenet Glo. in l. j. C.
de teſtam. tut. ut non ualeat tutoris datio in mi-
nus ſolemni uoluntate, & ſic l. qui à patre. non ſit
hodie correcta. vt ibi per Bar. Bald. & Ang. in d.
§. ex imperfecto: qnia priuilegium filiorum ne ua
leat imperfecta uoluntas non debet nocere tuto
ri. l. impuberi. ff. de admin. tut. Spec. in tit. de tut.
§. j. uerſ. quid ſi detur tutor. allegat rationem præ
tractam. in l. ij. C. de teſtam. tut. Flijs enim eſt de
bita hæreditas parentum. l. ſcripto. ff. unde libe-
ri. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. l. fin. C. fami. er-
ciſ. & ſic omnem erant hæreditatem habiturri ab
12 inteſtato. In tutore fallit † ubi datus eſſet unus
ex liberis tutor. Bal. & Salyc. in d. §. ex imperfe-
cto. quia omninò erat habiturus tutelam fratris:
l. aduerſus. C. de excepti. & inter eos facta eſt di
ſpoſitio, ſalua tamẽ authentica matri, & auię. C.
quan. mul. tut. offic. fungi poteſt. & multo magis
uidetur inualida datio executorum, quæ non eſt
ita fauorabilis filijs: quia tutores gubernãt per-
ſonas minorum principaliter, & in conſequen-
tiam res. l. j. ff. de tutel. & inſtit. eod. fideicommiſ-
ſarij, & executores. ſicut dicimus in curatore. l. in
copulandis. C. de nupt. tamen ex quo officiũ eſt
uoluntarium executorũ, quod ſemel placuit ad
eorum officium, & periculum non poteſt diſpli
cere. cap. quod ſemel. de reg. iur. in vi. uulgata. l.
in commodato. §. ſicut commodati. & l. j. C. ut
act. & hæred. & l. ſicut. de act. et obli.

Et ita ut ſupra concluſum eſt, dico, & conſulo
ego Rolandus de Curte I. V. D. Laus Deo.

CONSI-

CONSILIVM D. LVCAE GRASSI I.V.D. In cauſa præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Executor tenetur etiam ſi damnum caſu contingiſſet, dum ſi leui uel leuiſſima culpa.*

2 *Culpa præcedens facit quem teneri de caſu.*

3 *Caſus contingens ſine culpa ſi conſiſtis in faciendo, & factum cadebat in delictum obligat facientem.*

4 *Contractus ſunt facti.*

5 *Furtum eſt uendere & tradere rem alienam.*

6 *Executorū alter ſine altero non adminiſtrat, niſi ille alius ſit mortuus, impeditus uel nolit adminiſtrare.*

7 *Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo quod ſequitur quemadmodum ſi illud ſequi putaſſet.*

8 *Damnum paſſus ex mala executoris adminiſtratione, poteſt eligere quem primo conueniat, ſcilicet uel ipſum executorem; uel illum cum quo nulliter executor contraxit. Idem dicendum in patiente damnum ex mala tutoris adminiſtratione, nu. 9.*

10 *Subueniendum potius eſt ei qui, ſe in neceſſitate non poſuit quam ei qui ſpontè neceſſitati ſe ſubiecit.*

CONSILIVM CXVIII.

AD oſtendendum, quòd uera ſit concluſio clariſsimorū Doctorum, qui ſupra conſuluerunt executorem ultimæ uoluntatis, de quo ſupra teneri hæredibus defuncti ad omnis damni emendationem, quod contingit ex eius culpoſa adminiſtratione, induco theoricam Bart. in l. ſi ut certo. §. ſed interdum. ff. commodati. ex qua uidetur probari,
1 quòd † etiam ſi damnum contingiſſet caſu, nedum ſi culpa leui uel leuiſsima, idem eſſet. dicit
2 enim Barto. poſt Guglielm. in articulo, an † culpa præcedens faciat quem teneri de caſu, quòd ſi culpa eſt talis, ex qua potuit caſus contingere, &
3 contingit, facit teneri, ut ibi. Idem † ſi caſus contigiſſet ſine ea, ſed ipſa commiſſa in faciendo, & factum cadebat in delictum. ut l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. ſed in caſu noſtro nedum eſt culpa, in qua caſus contingit damni, ſed eſt commiſſa in faciendo, id eſt, uendendo &c. Contractus
4 † enim ſunt facti. l. cōſilio. in fi. ff. de cur. furioſi. &
5 factum cadebat in delictum, Nam † furtum eſt uendere, & tradere rem alienam, cuius nō habetur adminiſtratio. l. ſi ſeruum, cum multis ſimilibus. C. de furt. hic enim non habetur adminiſtratio, etiam poſito quòd dicti executores fuerint le-
6 gitimè dati, quia † unus ſine alijs non adminiſtrat, niſi ſint mortui, impediti, uel nolentes. c. ij. de teſtam. lib. vj. & maximè, quia fuit hic expreſsè dictum per teſtatorem, ut nō adminiſtraret, qui fecit, niſi etiam interuenientibus alijs. Igitur, relinquitur, quòd de omni damno ſubſequenti etiam caſu executor tenetur. Ad hoc accidit,
7 quòd † uidemus dantem operam rei illicitæ, teneri de omni eo quòd ſequitur, quemadmodum ſi illud ſequi putaſſet. l. cum qui nocentem. §. ſi iniuria. ff. de iniur.

Nec eſt dicendum, ut ſupra primus conſulens ſapienter dixit, quòd debet regreſſus haberi cō-
8 tra emptores, cum uenditio fuit nulla, quia † immò poteſt damnum paſſus ſi uult eligere adminiſtratorem, ut cum primo conueniat, hoc etiam
9 uidemus † in tutore, quem poteſt minor omiſſa reſtitutione in integrum, (quam poteſt implorare) conuenire ad emendationem omnis ſui damni, pro mala adminiſtratione, licet etiam poſsit tutorem omittere, licet ſoluendo ſit, & reſtitutionem in integrum amplecti. l. etiam. & l. fi. C. ſi tut. uel cur. interuen. ſi hoc eſt in tutore, qui eſt coactus adminiſtrare. l. ſi quis magiſtratus. ff. de muner. & honor. quanto magis debet eſſe in executore ultimæ uoluntatis; qui po-
10 teſt non acceptare officium. d. c. ij. Magis † enim ſubueniendum eſt ei, qui ſe non poſuit in neceſsitate, ſed eſt coactus, quam ei qui ſpontè ſe ſubiecit neceſsitati. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. & cap. ab arbitris. extra de offi. dele. lib. vj. & l. ij. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis caut. cum ſimil. Concludo ergo in utroque quæſitorum ſupra cum antedictis Doctoribus.

Ego Lucas Graſſus I.V.D. actu legens papiæ ius ciuile, ordinariè in ueſperis, dico & concludo ut ſupra.

CONSILIVM D. HIERONYmi Torti legum Doctoris. In cauſa ultra ſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Executores acceptantes officium poſt mortem teſtatoris, tenentur actione negotiorum geſtorum.*

2 *Actionis negotiorum geſtorum natura facit quem teneri de leui culpa, immo de leuiſſima ubi alius diligentior fuiſſet ipſa negotia geſturus.*

3 *Negotiorum geſtor qui acceſſit omnia geſturus, tenetur de neglectis, ſin ſecus tenetur de neglectis reſpectu negotij quod cœpit gerere. nu. 4.*

5 *Intellectus ad l. nam & ſi ſeruus. ff. de neg. geſt.*

6 *Ratihabitio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

7 *Teſtatoris diſpoſitio principaliter attendi debet.*

8 *Conſenſus cùm requiritur pro forma, debet præcedere actum.*

9 *Statutum ſi ſtat quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, debet intelligi requiri pro forma & quòd præcedat: nam non ſufficeret ſequi actum. nu. 10.*

CONSILIVM CXIII.

QVANQVAM ſupra copioſiſsimè cōſultum fuerit, adeò quòd authoritates tantorum Patrum, ad deciſionem prædictorum ſufficere deberent, mihi eueniat, ueluti colligenti ſpicas poſt terga meten-

metentium, tamẽ ne illos uidear pertranſire ma
nibus ad confirmationem prędictorum accedat,
quòd dicti executores teneantur de ipſa culpoſa
adminiſtratione illis minoribus lęſi. Nam teten
to illo fundamento pro uero, prout uerum eſt,
1 † quòd ipſi executores poſtquam ſuſceperũt offi
cium poſt mortem ipſius teſtatoris, quòd teneã-
tur actione negotiorum geſtorum, cùm non ſit
poſſibile dicere, ipſos alia actione teneri, iuxt. no
ta. per Cyn. in l. id quod pauperibus. C. de epi. &
cler. & tetigit Dominus primò conſulens.
Concluditur ergo neceſſariò, ipſos teneri de
2 leui culpa: † cùm ex natura actionis nego. geſto.
ſit vt ueniat leuis culpa, imò & leuiſſima, vbi a-
lius diligentior fuiſſet negotia ipſa geſturus: vt
uoluit Gloſſ. in §. igitur cum quis. Inſtit. de obli.
quæ ex quaſi conſen. & Gloſſ. in l. 3. in §. inter-
dum. & ibi Bar. Bal. & Ang. ff. de neg. geſt. Bart.
in l. quòd Nerua. in verſic. 1 1. quæro. ff. depoſiti.
Relinquitur ergo ipſos executores, cùm teneã-
tur actione neg. geſt. quòd de geſtis culposè te-
3 nentur. Sed † & fortius tenẽtur de neglectis, quã-
do acceſſit ipſe gerens omnia geſturus, prout in
caſu noſtro, l. Pomponius. cum l. ſeq. ff. de neg.
4 geſt. & † ſi non acceſſit omnia geſturus, tenetur
de neglectis reſpectu negotij: quod cœpit gerere
l. ſi d no. ff. de admin. tut. & ita Cyn. Petr. & Bar.
poſt Gl. in l. tutori. C. de neg. geſt. & ita Gl. Bar.
Bald. & Ang. in l. ſi puppilli §. uideamus. ff. de ne
go. geſ. licet Ioan. gloſſator antiquus tenuerit cõ-
trarium. prout refert Glo. in d. l. tutori. per l. nã
5 & ſi ſeruus. ff. de nego. geſt. Sed ille † tex. non ob-
ſtat: quia loquitur in eo qui gerebat negotia ui-
uentis: qui poſtea mortuus eſt, nimirum ſi nõ te
netur: quia ſi habuiſſet mãdatũ in ijs, quæ cœpta
geri nõ eſſent, & ſic in quibus res eſſet integra, fi
niretur ipſum mãdatũ l. more. & l. & quia. cum
ibi no. ff. de iuriſ. om. iud. l. mãdatũ. cũ ibi no. C.
mãdati. §. rectè inſtituta mãdati c. gratũ. & c. re-
latum. & c. licet vndique. de offic. & poteſta. iu-
di. delega. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, ex quo
ipſi executores cęperunt gerere poſt mortem,
quo caſu nullo modo poſſunt æquiparari mãda
tarijs. iux. not. per Cyn. ubi ſupra. Sed in caſu no
ſtro acceſſerunt omnia geſturi, prout appatet ex
qualitate, & forma ipſius teſtamẽti. Sed & quan
do eſſet uerum dicere, quòd acceſſiſſent nõ om-
nia geſturi, ſaltem negari non poteſt, quin non
fuerint negligẽtes circa negotiorum quod cępe-
runt gerere, & geſſerunt ut ſupra circa uenditio
nem ipſam, quam fecerunt. Negari ergo non po
teſt, quin de negligentia cõmiſſa circa ipſum ne
gotium geſtum, quòd non teneantur: quia imò
conſtat clariſſimè ex prędictis ipſos teneri: quæ
negligentia colligitur ex multis. Primò ex quali-
tate pretij rerũ uenditarum: quæ fuerunt uendi
tæ multo minori pretio, quàm eſſet ipſarũ ęſti-
matio, & maximè cùm nullam fecerint indaga-
tionem circa ualorem ipſarum rerum, quam de
buerunt facere, cùm eſſent res magni & maximi
valoris, & ſic ageretur de maximo periculo Cau
tè ergo fuit agendum. c. vbi periculum. de elect.
lib. 6. l. 3. in §. duæ cauſæ. ff. ad Carbon. Præte-
rea conſtat de eorum negligentia, ex quo cõtra-
xerunt ſine conſenſu ipſarum D. Bargaginæ, &
Cathocię, contra formam ſibi datam à teſtatore
in teſtamẽto, quam nõ ſcire nõ poſſunt, iux. not.
per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. o-
bli. per Bal. in l. eius qui in pꝛouincia. ff. ſi cert. pet.
Nec prędictis obſtat ratihabitio ipſarum do-
minarum poſtea ſecuta, quia illa non habuit ſup
plere defectum, qui interuenit in ipſa venditio-
ne: quia reſpiciebat & damnum & pręiudicium
6 ipſorum minorum. Nec † ratihabitio trahitur in
præiudicium tertij, vt uoluit Gl. communiter ap
probata. in l. ſi indebitum. ff. rem ratam haberi.
Præterea in caſu noſtro ex alio capite non po
tuit trahi ratio prædicta ratihabitionis, nam ex
quo requiſiuit pro forma cõſenſum ipſarũ domi
narum in ijs quę habebant geri & diſponi per ip
ſos executores, prout clarè conſtat dum dicit, dũ
tamen, Accordandoſi tutti con Madonna Ca-
thocia, & ſe tutti non ſi accordaſſero, che l'An-
thora Madõna &c. cioè qualiter diſpoſuit, quòd
ante actum gerẽdum per ipſos executores, prius
debet interuenire conſenſus ipſarum dominarũ,
7 quæ † diſpoſitio principaliter eſt attendenda. l.
ſi mihi, & tibi §. legatis. ff. de leg. 1. l. in conditio-
nibus primum locum obtinet. ff. de condit. & de
mõ. & pro lege venit ſeruãda. §. diſponat. in aut.
nupt. maximè in ijs, quę reſpiciunt principali
ter voluntatem diſponentis, prout uoluit Bar. in
8 l. quus. §. ſi duo. ff. de hæt. inſt. Sed ita eſt, † quòd
quando cõſenſus requiritur pro forma, ꝙ tunc
debet præcedere ipſum actum. l. liberorum. §. ſi.
ff. de ijs, qui not. infam. c. auditis. de elect. & ita
Innoc. & Ant. de But. in c. 2. de conſuetud. Hinc
dixit Bald. in l. 1. C. qui admit. ad bon. poſſ. quòd
9 † ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſsit contra-
here ſine conſenſu duorum propinquorũ, quod
cum iſto caſu conſenſu propinquorum requira
tur, pro forma, quòd requiritur quòd conſenſus
præcedat ipſum contractum. Et idem voluit ipſe
Bal. in l. ſi pater. C. de ſponſ. alleg. c. de indemnit.
§. ſin autem nulla. & in §. ſi qua verò. de elect. li.
6. et iſto caſu ratihabitio non trahitur, quũ actus
10 dicatur eſſe nullus ex defectu formæ. Nã † quan
do conſenſus requiritur pro forma ipſius actus
in actu, nunquam ſufficit cõſenſum ſequi ipſum
actum. Ita Bar. in l. legatum. ff. de iis quib. vt in-
dig. et in l. non dubium. C. de teſtam. Reliquitur
ergo, ꝙ dicta venditio fuit nulla, & negligenter
facta. Nec ex hoc tollitur facultas ipſis minori-
bus agendi contra ipſos executores, & admini-
ſtratores. iux. not. in ſimilib. in l. j. & 2. C. ſi tut.
vel curat. non interue. & in §. pupillus. in auth.
de hæredib. & falci. arg. l. properandum §. ſi. per
Glo. C. de iudi. Laus Deo.
Ego Hieronymus Tortus legum Doctor, cõ
ſulo, vt ſupra.

CON-

CONSILIVM D. AVGVSTINI DE Manzatijs V. I. D.

In cauſa anteriori.

SVMMARIVM.

1 *Executorum alter ſimpliciter datorum ualidè adminiſtrare poteſt, & quod facit ualet & tenet, niſi executio eſſet incerta. nu.2.*

3 *Verbum dum tamen, an ſapiant monitionem ſeu conditionem & nu.4.*

4 *Diſpenſatus ſuper duobus curatis cum clauſula, dum tamen in eccleſia in qua reſidebat, per alium faciat deſeruiri ſi non ſeruauerit monitionem poterit beneficio priuari.*

5 *Intellectus ad c. ut præterita. de elect.*

6 *Intellectus ad c. ex tuarum. de uſu pallij.*

7 *Intellectus ad c. finale de tranſlat.*

8 *Diſpoſitio emanans ſub conditione caret conſenſu diſponentis ante euentum conditionis.*

Intellectus ad c. i. de ſponſal. lib. vi.

9 *Sponſalia ſub conditione contracta non inducunt publicam honeſtatem ante euentum conditionis.*

10 *Compromiſſum ſi eſt in tres cum clauſula quòd omnes debeant eſſe concordes, ſi unus diſcordat, non ualet ſententia.*

11 *Actus à principio nullus ex ſuperuenienti conſenſu non ualidatur.*

12 *Punitur quis etiam ex actu nullo.*

13 *Iudex ex nulla ſententia facit litem ſuam.*

14 *Pupillus habet contra executorem malè exequentem actionem perſonalem & in rem contra poſſeſſorem rei uenditæ electiuè.*

15 *Eccleſia & minor æquiperantur.*

CONSILIVM CXX.

PLACET deciſio prædictorum famoſorum doctorum in eo maximè dum concluditur uēditionem factam abſque conſenſu dictarum dominarum non ua
1 lere, licet † Martinus Silimani uideretur uoluiſſe contrarium in executoribus ſimpliciter datis
per l. decreto. §. fi. & l. Lucius. ff. de adminiſt. tu
2 tor. adhuc tamen † in caſu noſtro, etiam ſi executores dati fuiſſent, ſimpliciter dati fuiſſent, unus
non poterat ſine altero exequi, cùm executio ſit
incerta: ita uoluit Salyc. allegans Butrig. & Bal.
tenere in l. nulli. C. de epiſco. et cler in vij. q. &
rectè determinauit primus conſultor, ad cuius
robur, dictum Salyc. allego. Sed me mouet fortius forma teſtamenti, dum dicit teſtator per uer
ba uulgaria, uidelicet. Dum tamen. Accordādoſi
tutti, & ſe non ſi accordaſſero tutti, che l'autora
Madonna Bargagina mia madre, & Cathocia, ſe
ſi accordano à uno, &c. Cuius gratia eſt uidēdū,
3 an iſta uerba † dum tamen, adiecta diſpoſitioni,
ſapiant monitionem, an cōditionem. Glo. in c.
nō poteſt. de præben. in vj. uidetur ſentire quòd
ſapiant monitionem, uel comminationem.
4 Vnde † ſi diſpenſatur cum aliquo ſuper duobus curatis, cum clauſula dum tamen in eccleſia, in qua non reſidebat per alium, faciat deſeruiri, ſi talis cum quo diſpenſatum eſt, non ſer
uauerit monitionem, poterit iuſtè propter negligentiam ſeruitij priuari beneficio, & ſic ab
initio diſpenſatio ualuit, licet poſtea irritetur.
5 Contra hoc facit. † c. ut præteritæ. de elect. † c.
6 ex tuarum. de uſu pallij. † c. fin. de tranſlatio.
7 ubi tex. plenè innuit, actum non ualere, niſi
præcedat effectus clauſulæ, & ſic ſonat in conditionem qua non adueniente, actus non tenet.
Paulus & Geminianus ibidem ſic cōcludunt expreſsè. Aut clauſula dummodo, uel dum tamē,
adijcitur rei perfectæ, ut in caſu prædicto, quando diſpenſatū cū dicta clauſula, & tunc ſonat in
uēditionē aliàs in monitionē, aut rei imperfectæ,
& fiendæ: ut in caſu noſtro, & ſonat in cōditionem. Ita etiam ſentit Ioan. Andr. in Nouella, &
tunc ſi datur poteſtas executoribus ſub conditio
ne, ſi omnes concordauerint, uel ſaltem illa domina cum uno ex alijs deficit conſenſus teſtato
8 ris: quia † diſpoſitio emanans ſub conditione ca
ret conſenſu diſponentis ante euētum conditionis. Iſte eſt tex. cui non poterit reſponderi in c. j.
de ſponſalibus. in vj. Nam impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis oritur ex ſolo conſenſu:
ut not. Gloſſ. in regula non præſtat impedimen
9 tum, & probat tex. in d. c. in princ. & † ſponſalia
ſub conditione contracta, non inducunt publicam honeſtatem ante euentum conditionis. ut
ibidem in fi. ergo diſpoſitio conditionalis ante
euentum conditionis, non habet conſenſum, ſi
teſtator non conſenſit poteſtati datæ executoribus, niſi omnes concordauerunt, uel ſaltem illa nobilis domina, ergo deficit poteſtas. Sed quid
ultra? ſicut poteſtas arbitraria regulatur à forma
compromiſſi, & mente compromittētium, ſic
poteſtas executorum, ut ſupra allegatum eſt per
primum conſultorem. ſed hoc de iure uerum
10 eſt, quia † ſi factū eſt compromiſſum in tres cum
clauſula, quòd omnes debeant eſſe concordes, ſi
feratur ſententia aliquo diſcordante, non valet ſententia. Ita notat Glo. in c. fi. in uerb.
11 præſente. de arbit. in vj. Et facit, nam † poteſt
quis rei ſuæ apponere modum, & ordinē quem
uult. c. uerum de condi. appoſ. c. Eleutherius.
xviij q. ij. Ita etiam firmat Gemin. ibidem.
Nec obſtat ſi dicatur iſtæ dominæ poſtea con
12 ſenſerunt, & ratum habuerunt: quia † & ſi ipſæ
mulieres poſtea conſenſiſſent, actus qui nullus
fuit, nō potuit ualidari ex ſuperuenientī cōſenſu,
quia ab initio interuenire debuit, c. cū nos. de ijs
quæ fi. à pl. ix. q. ij. c. i. facit Gl. in c. cū ab uno. in
uer. mandantib. de re. iud. in vj. & Gl. in c. nō eſt.
de reg. iu. in vj. Nec iuuat iſtos executores, quod nul
la ſit uenditio tanquam facta à non habentibus pote
13 ſtatem: quia † etiam ex actu nullo quis eſt puniē
dus: ut pulchrè notatur. in c. ſtatuimus. de ſent.
excommu.

13 excommu.in vj. Ex† ex nulla ſententia iudex dicitur facere litem ſuam.l. ſi filius. & ibi not. per Ang.& alios.ff.de iud.& l.ſi.ff.de uarijs,& extraordinarijs cognit.

14 Habent † enim pupilli actionem perſonalem contra executorem,maximè qui alienauit, & actionem in rem cõtra poſſeſſorem rerum venditarum,data eis electione.xij.q.ij c. Apoſtolicos.

15 Cùm † eccleſia & minor æquiparentur. c.j.de in integ.reſtit.& ita not.Glo.in c.ſi quis.de reb.eccle.non alie.in verb.alienatam.pro quo tex.in l.iij.& ſi.C.ſi tutor vel cura interuene Laus Deo.

Ego Auguſtinus de Manzarijs I.V.D. conſulo, vt ſupra.

CONSILIVM D. IACOBI DE PVTEO V. I.D.

In ante dicta cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in ſcriptis quas ſolennitates requirat.*

2 *Teſtamentum nuncupatiuum tunc dicitur cùm palam coram teſtibus omnia nuncupantur.*

3 *Repugnantia in eodem actu illum vitiant.*

4 *Scriptura vt dicatur publica,quæ requirat.*

5 *Teſtamentum ſcriptum manu teſtatoris non ſubſcriptum à notorio,licet in eo teſtes ſine ſubſcripti,dicitur priuata ſcriptura, nec facit fidem quò vſque non fuerit ſolẽniter publicata, ſecus ſi eſſet per tabellionem ſubſcripta.nu.6.*

7 *Teſtamentum nuncupatiuum ex communi conſuetudine mundi tunc redditur publicum,cùm de eo eſt factum publicum inſtrumentum per tabellionem.*

8 *Publicatio ſcripturarum quomodo fienda.*

9 *Teſtamenti publicatio quæ neceſſariò requirat. & nume.16.*

10 *Iudex & teſtis quis eſſe non poteſt in eodem actu & cauſa.& nu.12.*

11 *Baptizans & baptizatus,dans iuramentum & ſuſcipiens,faciens citari & citatus, debent eſſe diſtinctæ perſonæ.*

13 *Iudex & aduocatus quis. eſſe non poteſt in una eademque cauſa.*

14 *Iudex non poteſt iudicare ſecundum conſcientiam ſuam.*

15 *Quis ſuſtinere non poteſt in incompaſſibilibus vicem plurium perſonarum.*

17 *Teſtamentum inter liberos minus ſolenne valet, & in eo datio executorum.*

18 *Teſtamentum inter liberos vt valeat, quæ requirat neceſſariò.*

19 *Ratum illud eſt quod eſt vltimum.*

20 *Scriptura ad ſui validitatem quę neceſſariò requirat.*

21 *Teſtamentum factum ſecundum formam auct. quod ſine.C.de teſta.ad ſui ualiditatem neceſſe eſt quod probetur per duos teſtes. Idem in teſtamento militis nu.22.23 & 29.*

23 *Generalis remiſſio ſolennitatis,non includitur,emiſſionem ſolennitatis iuriſgentium.*

24 *Tutoris datio in teſtamento imperfecto an valeat, & quod niſi daretur unus ex liberis. num.26. & nume.28.*

25 *Intellectus ad §. ex imperfecto. l.hac conſultiſſima. C.de teſtam.*

26 *Hæreditas parentum eſt debita filijs.*

27 *Intellectus ad auth. quod ſine.C.de teſtam. & in corpore vnde ſumitur.*

30 *Conditio alterius ab altero meliorari, non autem deteriorari poteſt.*

31 *Tutores & curatores mandatum habent à lege.*

32 *Executorum datio ſi non tenet, contra eos pro geſtis datur actiò pro male geſtis, non autem ſi nulliter uendiderunt bona hæreditaria.*

33 *Fœminæ poſſunt eſſe executrices vltimarum uoluntatum.& nume.36.*

34 *Fœminæ non poſſunt fungi officio arbitri.*

35 *Fœminæ non poſſunt eſſe tutrices.*

37 *Mater & auia,ſi volunt,poſſunt eſſe tutrices.*

38 *Executorum,ſeu fideicommiſſariorum officium eſt authoritate & vtilitate priuatum.*

39 *Executor dari poteſt in codicillis.*

40 *Arbitri vltra poteſtatem eis datam nihil poſſunt.*

41 *Mandati fines diligenter ſunt ſeruandi.*

42 *Mandatum ſi contineat aliquid quod aliàs non erat de forma,nec de ſubſtantia actus qui mandabatur, tunc illud tale incipit eſſe de forma.*

43 *Alienatio facta per procuratorem contra tenorem mandati non nocet domino.*

44 *Delegatis pluribus datis cum clauſula, quòd ſi non omnes, ſi non conſtat de impotentia alterius, vel quia nolit,alter procedendo nulliter agit.*

45 *Defectus circa formam datus ab homine vitiat actũ ipſo iure.*

46 *Quilibet diligentius facit pro neceſſarijs ſuis, quàm pro extraneis.*

47 *Coniunctus coniunctum illaqueari & defraudari non ſinit præſumptiuè.*

48 *Argumentum à poteſtate data delegatis à delegante,ad poteſtatem datam executoribus à teſtatore validum.*

49 *Conſenſus ſuperueniens validat præcedentem venditionẽ nullam defectu conſenſus. ſed contra nu. 54.*

50 *Teſtis non eſt idoneus qui tractat de ſe exhonerando.*

51 *Teſtis non eſt idoneus qui ad cauſam affectionem habet vt procurator & aduocatus.*

52 *Proxeneta non admittitur in teſtem niſi vtraque parte volente.*

53 *Executoribus pluribus datis vnus non poteſt ſine alio quid validè facere.*

54 *Conſenſus cùm requiritur certo & determinato tempore, ſuperueniens conſenſus non ratificat geſta.*

55 *Extinctum ob defectum conditionis, non poteſt amplius reſuſcitari.*

56 *Prorogari dici non poteſt quod amplius non durat.*

57 *Prorogatum officium finito primo dicitur nouum officium.*

58 *Prorogatum dicitur eſſe vnum & idem cum primo quando eſt eiuſdem materiæ & formæ.*

59 *Prorogari non poteſt quod non habet eſſe.*

Dictio

ſum in euth quod ſine.& in corpore vnde ſumi
2 tur.C.de teſtamen. Nuncupatiuum† antem appellari non poteſt,cùm in eo omnia debeant nũcupari,& dici palàm coràm teſtibus: & maximè inſtitutiones hæredum.l.hæredes palàm.in princi.ff.de teſtam.& d l.hac conſultiſſima. §.per nũcupationem.& l.iubemus.C.de teſtamen.

Sed tunc unum præmiſſis obſtat:quia teſtator ipſe dixit qualiter illud erat teſtamentum ſuum nuncupatiuum,per cõſequens uidetur,quòd teſtamentum nõ valeat:quia teſtamentum nuncupatiuum eſt ſpecies diuerſa à teſtamento in ſcriptis:& alia ſolẽnitas in vno requiritur:& alia in alio.d.l.hac conſultiſſima.in prin.iuncto §. per nũcupationẽ poſito in ea.l.& l.iubemus.C.de teſtam.& l. hæredes palàm. in princi.cum ibi not. ff.eo.& Inſtit.de teſtam.in j & 2.col.iuncto.§.fi.
3 per conſequens tanquam ſit ibi† quædam repugnantia,uidetur non debere valere teſtamentũ. l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur.& l.j.C.de furt.& l.fin.C. de codicillis. quod videtur eſſe de mente Cyni in d.l.hac conſultiſſima.quòd pro nunc tamen non decido.

Accedo ad terminationem ipſius dubij,& dico,quòd per tale teſtamentum non probatur inſtitutio ipſorum fideicõmiſſariorum,nec quo ad illorum conſtitutionem eſt efficax.Primò: quia talis ſcriptura eſt ſcriptura priuati hominis, uidelicet teſtatoris,quæ non facit fidem.c.2. extra de fid inſtrum.l.inſtrumẽta.& l.rationes.C. de probat.l.ſcripturas.cùm ibi nota.C. qui pot. in pig.
4 hab.Ad hoc enim† quòd ſit ſcriptura publica oportet vel quòd ſit facta manu publica,puta authentici,& publici notarij:ar.l. orphanotrophos. C.de epiſco.& cle.qui & ſeruus publicus dicitur l facultas.& ibi Glo.C.de iur.fiſ.lib. 10.& l.generali.C de tabellarijs.eo. lib. & ibi per Glo. & habeat omnes ſolennitates debitas,& requiſitas ad inſtrumẽtum publicum,de quibus in tex. & per Glo.& Ang.in auth.vt præponatur nomen Imperatoris in prin.coll.5.l.generali.C.de tabellarijs li 10.& ſolet notari in primis rubricis. ff. & C.& habetur in c.illud. extra de preſump. Vel ꝙ talis ſcriptura habeat autbẽticum ſigillum. ut d. c.2.de fid inſtrum.& extra de prob.cap.tertio lo co.19.q 3 cad.ſtatuimus & hoc ultimo caſu potius dicitur auth.quàm publica, de quibus omnibus plenè per Specul.in titu de inſtrumen. edit. in §.nunc dicendum. in princip.& in §.j. & per Doctor.in d.cap.2.In propoſito ergo noſtro illud expeditum eſt. talem ſcripturam teſtamenti factam per Petrum Patterium ,eſſe ſcripturam priuatam, cũ ipſe Petrus Patterius nõ eſſet perſona publica,ſcilicet tabellio,nec ibi eſſent requiſita ad ſcripturam publicam,nec eſſet ibi authenticum aliquod ſigillum, ex quo redderetur ipſa ſcriptura publica,& autbentica, quam ſcripturam teſtamenti priuatam poteſt ipſe teſtator ſcribere ſua manu,l.cùm antiquitas.§ fina.C. de teſtamen.& not.in d.autben.quod nunc.C.eod. tit.

5 Talis † enim ſcriptura priuata teſtamenti, non facit fidem,niſi quatenus ipſa ſcriptura fuerit ſolenniter publicata. l. publicati. & l. teſtamenta omnia.C.de teſtamen.l.conſulta diualia.C.eod. titu.& ibi ſpecialiter de publicatione teſtamentorum.Gloſſ.in l.cùm in inſtrumentis. C.de fid. inſtrumento.Et in terminis noſtris, quòd talis ſcriptura teſtamenti, licet ſubſcripta,& ſigillata à teſtibus,ſit priuata, eſt Gloſſ.ordinaria, & approbata in l.2. in princip. in Gloſſ. in uerb. publicum.ff.quemadmodum teſtamen.aperian. & ibi Doctores Barto.Bald.& Angel.& idem voluit Innoc in cap.fin.extra de fid. inſtrument. & ibid.etiam Anto.de Butr.in 2.colum.in uerſi.ad ſecundum.an qualibet ſcriptura.& hoc idem uoluit Bald in d.capit.fina. Vnde eſt neceſſaria publicatio ipſius ſcripturæ,ut faciat publicam fidẽ.
6 d.l.publicati.& l.teſtamenta omnia. Si enim† talis ſcriptura teſtamenti facti in ſcriptis eſſet ſobſcripta per publicum tabellionem, tunc faceret publicam fidem. Ita uult Gloſſ. illa in uerb. publicum, quæ eſt approbata. de qua etiam facit mentionem Bal. in d.c.fi.extra de fid.inſtrum. &
7 ſic† quemadmodum ex communi cõſuetudine mundi,teſtamentum nũcupatiuum redditur publicum, quando de eo eſt factum publicum inſtrumentum manu publici notarij cum ſeptem teſtibus, vt habetur per Gloſſ.& Doctor.in l.hæredes palàm.in princip.ff.de teſtamen. & l. fina. C.de fideicomm. Idem etiam erit in teſtamento in ſcriptis, & his caſibus non oportet, quòd teſtes examinentur,vel ueniant ad recognoſcen-
8 dum ſua ſigilla. De publicatione † autem omnium ſcripturarũ habetur plenè in cap. fin. extra de fid.inſtrumen.per Gloſſ.& Docto.in cap. Albericus.extra de teſtibus.& in autbent. ſi quis in aliquo. C. de eden. per Gloſſ. & Archid. c. diſt.cap.contra morem.& per Bald.optimè in l. geſta. C. de re iud. & aliquid in l. Chirographis. ff.de de admin.tut.& plenè per Spe.in tit.de inſtrum.edit.§.oſtenſo.

Videndum eſt ergo an in caſu noſtro ſit facta ſolenniter publicatio teſtamenti ipſius Petri Pat
9 terij,& certo dicendum eſt ꝙ non† nam talis publicatio ſit iudicis officio nobili,& olim fiebat coràm magiſtro cẽſus in ciuitate Romana, hodie aũt fit coràm iudicib.ordinarijs.l.teſtamenta omnia.& l.conſulta diualia.C. de teſta. & ita Bal. in l.geſta.C.de re iud.& plura in ea requiruntur.

Primò quòd talis publicatio fiat coràm iudice ordinario,ut dictum eſt. Secũdò,quòd citari debeant ij,quorum intereſt.ar.l. nã ita diuus. ff. de adop.l.fi.C.ſi p uim,vel alio mõ.& l. in cauſæ. §. cauſa cognita.ff.de minor. & Gl.in l.3. C.de teſti.& ſi ſunt certi ij,quorum intereſt citandi ſunt perſonaliter,aliàs per proclama.l.j §. denuntiare ff de ventre inſpic.& autben.ſi omnes.C ſi ſe ab hæred.abſti.& ita cõmuniter Doct.in propoſito noſtro.in d.l.publicati Bar Bal Ang Alb. & Saly.idem Bar.& Bal.in l.j. §.ſi ff.quemadmodũ

teſta.aper.& Spe in ti.de inſtr.edit.in §.oſtenſo. in verſ.item.& in verſ.qualiter.& idem D. Ant. de Butr.in d.capit. fina. extra de fid.inſtrumen. 6.col.ibi,requiritur quartò, & hoc idem uoluit ibi Cald.

Tertiò citari teſtes, ut veniant recognituri ſua ſigilla. Ita Doctor.in d.l.publicati.& l.j. §.fina.& eſt text.in l. cùm ab initio. ff.quemadmod. teſtam.aper.qui tex.dicit, quòd eſt officium prętoris cogere ſignatores venire,& debent ipſi teſtes iurare.l.iuriſiurandi.C. de teſti. & Gloſſ. in l.publicati. Et debent eſſe petiti, id eſt, producti per partem, uel petiti, id eſt, citati. l. presbyteri. ſecundum utrunque intellectum. C.de epiſco.& cler.& ibi Bald. & hoc idem uoluit Innocen.& D.Anto.in d.cap.fin. extra de fide inſtrumento. in 5.col.ibi,nunquid autem vocandi. Et eandẽ ſententiã ibi ſecutus eſt Bal. Non aũt debẽt deponere ſuper tenore teſtamenti:quando illud eſt in ſcriptis:quia illud regulariter ſecretum eſt eis, & communiter datur eis clauſula ſigillandum, ut fuit in caſu noſtro,& habetur in l.hac conſultiſſima.in princip.de teſtamen. Sed ipſi teſtes debent atteſtari de ſubſcriptionibus ſuis, & recognoſcere eius ſigilla. Et ſi aliquid eſſent abſentes, debet mitti teſtamentum ad eos, ut ipſi cognoſcant eorum ſigilla l.cùm ab initio.& l.ſequen.& l.ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmo.teſta.aperiant. Et debẽt ſimiliter deponere, quòd illa fuit ultima voluntas:quæ ſibi tradita fuit per teſtatorem ſubſcribenda, & ſigillanda. Et debent ipſi teſtes, ſecundùm Iacob.Butri.deponere, nedum ſuper eorũ atteſtationibus.& ſigillis, ſed etiam debent deponere qualiter alij teſtes uno contextu omnes ſubſcripſerunt,& ſigillarunt. Quod limitat Salyc.in d.l.publicati. eſſe verum, niſi ipſi in eorum ſubſcriptione fecisſent de hoc mentionem. Debent etiam teſtes interrogari de perſona teſtatoris qualis erat, & de alijs circunſtantijs pertinentibus ad teſtamentum. Ita Iudex ſuper his omnibus debet ferre ſuam interlocutoriam,& publicare ipſum teſtamentum, vel interloqui ipſum habere pro publicato,& aperto, & notarius actorũ, uel qui recipit inſtrumentũ publicationis teſtamenti, exemplabit totum tenorem teſtamenti de verbo ad verbum, vt iacet, & appoſitis annis Domini, indictione, & die & loco, dicet hoc modo; Qualiter teſtamentum hoc fuit exhibitum coràm tale iudice, præſentibus talibus teſtibus idoneis,& honeſtis, recognoſcentibus ſuas ſubſcriptiones,& ſua ſigilla, & quòd ipſe notarius de mandato iudicis, quàm verius potuit, exemplauit, nihil addens, uel minuens,& in publicam formam redegit, originali cartula ſubſcripta à teſtibus, & ſignata in archiuo publico remanente, quę ibi tenetur, tãquam protocollũ ſemper ad perpetuam memoriam, ut ſi fortè exẽplum periret, vel ſuſpectũ diceretur, vel falſum, poſſit ſemper haberi recurſus ad ipſam primam cartulam teſtamẽti ſubſcriptam,& ſignatam. Et hunc modum exemplandi, tradit Spe.in ti.de inſtru.edit.in §.oſtenſo. verſ.ſed nũquid: & in his omnibus cõcordant Doc.poſt Gl.in d.l.publicati & in l.j.§.fin.ff.quemadm.teſtam.aper.& Do. Ant.de But.in c.fi. extra de fi. inſtru.& habetur in alijs locis, vbi Doc.examinãt hãc qõnem, quos ſupra enumeraui. Sed in propoſito noſtro non fuit ſeruata talis forma: quia non apparet de citatione aliquorumũ, quor intereſſe poſſet nec in genere, nec in ſpecie. Item de octo teſtib. qui ſe ſubſcripſerant,& deſignauerant dictum teſtamentum, nõ apparet niſi quatuor recognouiſſe ſuam ſubſcriptionem, & ſigilla, licet & Poteſtas ille, coram quo eſt facta talis publicatio coràm ſe ipſo tanquam poteſtate recognouerit, ſimiliter ſuam ſubſcriptionem,& ſigillum, quod fieri non potuit, ut infrà dicam ſtatim.

Subſequenter non cõſtat de aliqua productione ipſorum teſtium, facta iudici per hęredes, qui petierunt aperiri teſtamentum. Similiter nec de aliqua citatione ipſorum teſtium: qui citari debebãt ad recognoſcendũ ſuas ſubſcriptiones, & ſigilla, ut in ſuperioribus dictũ fuit; & per Batt.& Bal.ẽt in l.j.§.fi.ff.quemadmo.teſt.aperian.& in l.ſed ſi minor.eo.tit. Nec ex caſu ſuprapoſito clarè conſtat teſtes legiſſe ſuas ſubſcriptiones, & inſpexiſſe ſua ſigilla. Non apparent etiam teſtes eſſe interrogatos de perſona teſtatoris,& de cæteris circunſtantijs pertinentibus ad ipſum teſtamentum,& per cõſequens videtur talem publicationem dicti teſtamenti fuiſſe nullam, non obſeruata debita ſolennitate: ar.l.cum ii.§.ſi prętor ff.de tranſact.& ibi Bal.& Ang.& idem Bald. in l.unica.C.de preci.imper.offer.& Bar.in l. diues ff.de reſtit.in integ.& optimè facit ille text. quia de ſolennibus nihil eſt omittendum, ut ibi dicit tex.& in propoſito noſtro eſt caſus apertus.in l. teſtamenta omnia.& in l.conſulta diualia. C. de teſtam.ubi dicitur, quòd inſinuatio teſtamenti facta coram iudice incompetente, & non ſeruatis debitis ſolennitatibus, eſt ipſo iure nulla.

Cæterùm & ſi præmiſſa cuicunque intelligenti, videantur procedere de iure communi, tamẽ aliter videretur dicendum in propoſito noſtro, quia ex forma ſtatutorum ciuitatis Genuæ, quæ etiam ſeruantur in ciuitate, & inſula Chij, in teſtamentis non requiruntur niſi quinque teſtes, inter quos poſſunt eſſe mulieres, & propoſito noſtro quatuor teſtes videntur recognouiſſe ſigilla ſua, & poteſtas, qui etiam erat de ipſo numero: qui recognouit ſigillum ſuum,& ſubſcriptionem, & ſic reperiuntur quinque teſtes: qui ſufficiunt ad validitatem teſtamenti, & forma ſtatutorum vigentium in ciuitate Genuæ, & in dicta inſula Chij,& per conſequens talis publicatio teſtamenti erit ſolennis,& ualida.

Sed ijs non obſtantibus, puto ueritatẽ ad oppoſitũ. Primò, quia Poteſtas ipſe, non potuit fungi duplici officio, incõpaſſibili, ut eſſet tanq̃ P̃tãs & teſtis. Nam cùm teſtamenta debeãt aperiri, &

insinuati

inſinuari apud magiſtrum cenſus in ciuitate Ro
mana.& apud Iudices ordinarios in alijs ciuita-
tibus.l.teſtamenta omnia, & l. conſulta diualia.
C.de teſtamen.& l.reperita. C. de epiſco. & cle-
ri.& debent teſtes citari per iudicem, ut veniant
ad recognoſcendum ſuam ſubſcriptionem, &
ſua ſigilla, & deferri eis iuramentum: vt in ſu-
perioribus dictum fuit, non potuit ipſe pote-
ſtas fungi duplici officio habente in ſe incom-
10 paſſibilitatem quandam. uidelicet † quòd ipſe
idem eſſet iudex & teſtis: argumen. l.fina. C. de
aſſeſſoribus.& l quiſquis. C. de poſtulan. debet
11 enim † inter facientem citari,& citatum eſſe di-
ſtinctio perſonalis. Item & inter dantem iura-
mentum,& ſuſcipientem, l. 3. in princip. ff. de
iureiur. Sicut inter baptizantem, & baptiza-
tum. capitu. debitum. extra de baptiſmo. Inter
præſentantem, & præſentatum. capitu. per ue-
ſtras. extra de iure patrona. Inter ſtipulantem,
& eum qui promittit.l. 2. de ſtipula.ſeruor.& ſi-
mile in capitu.fina.extra de inſtitut. Vnde non
potuit poteſtas terræ Cbij ſe ipſum citare, & ſi-
bi ipſe deferre iuramentum: argumen. l.ille, à
quo §.tempeſtiuum.ff.ad Trebell.& hoc expreſ-
sè tenent in terminis noſtris Bartol. & clarius
Bal. in l.ne in arbitrijs.C. de arbitris.dum pmiſ-
12 ſa ratione attenta,determinant quem † non poſ
ſe eſſe teſtem in cauſa in qua iudicaturus eſt, &
in hoc eſt deciſio. Gloſſ in l. ob carmen. §. j. &
in l fina.ff.de teſtibus.& text expreſſus in capit.
dilecto.extra de teſtibus. & Doctor.communi-
ter. Barto.Bald.& Angel.in d l.ne in arbitris. &
13 ibi Cyn.& etiam Alberic. Nam † quis non po-
teſt eſſe aduocatus, & iudex in eadem cauſa. l.
quiſquis.C.de poſtula. pari quoque modo, nec
14 eſſe teſtis, cùm † iudex non poſſit iudicare ſe-
cundum conſcientiam ſuam. l.illicitas. §. veri-
tas.ff. de offic.præſid.ubi Gloſſ.& Doctor. & in
capit.primo,de offic.ordin. & Archidia 2. quæ-
ſtio.quinta,capi.ſtatuendum. & Specul in titul.
de teſte.§.primo, verſic.quid ſi iudex ſtatim. Et
præmiſſa faciunt quæ determinant Doctor.in l.
ſi conſul.ff. de adoptio. & Angel. in l. ſi plures
15 & in l.maiorem.ff.de pact. quòd † in compaſſi-
bilibus quis non poteſt ſubſtinere uicem plu-
rium perſonarum, & maximè in iuriſdictione
contentioſa, qualis eſt hæc cauſa inſinuationis
teſtamenti, & ideò citantur ij, quorum inter-
eſt, & iudex adhibet cognitionem.l.in cauſæ.§.
cauſa cognita.ff.de min. l. fina. C. ſi per uim, vel
alio modo.

Preterea militant adhuc alij defectus: quos ſu
pra enumeraui ad irritandum huiuſcemodi pu-
16 blicationem teſtamenti, primùm † quia in eiuſ-
cemodi teſtamenti inſinuatione non fuerunt ci-
tati ij, quorum intererat. Item nec fuerunt cita-
ti teſtes, nec producti etiam pro parte petente
inſinuari, & apariri teſtamentum, nec congruè
diſpoſuerunt, vt oportebat. Relinquitur ergo
talem inſinuationem,& aperturam teſtamẽti fa-
ctam, debitis ſolennitatibus non obſeruatis,
fuiſſe, & eſſe nullam; ut d. l. teſtamenta omnia.
& l. conſulta diualia. C. de teſtamen. & per cõ-
ſequens talem ſcripturam teſtamenti non debi-
tè apertam, & inſinuatam, nullam fidem facere
tanquam priuata manu factam, ut in dictis legi-
bus habetur.& in d.l.publicati.C. de teſtament.
17 Sed præmiſſis annectitur alia dubitatio, † quia
tale teſtamentum dicti Petri, dicitur factum in-
ter liberos, per conſequens licet in eo non fue-
rint obſeruatæ debitæ ſolennitates, ut videan-
tur niſi quatuor teſtes recognouiſſe ſua ſigilla,
non per hoc videtur ipſus vitiari. l. hac conſul-
tiſſima.§. ex imperfecto. & in authent. quòd ſi-
ne. C. de teſtamen.& in l.fina.C.famil.erciſcun.
& in authen. de teſtamen.imperfect. per totum.
& ſic videtur tale teſtamentum valuiſſe.& ſic con
ſtitutionem fideicommiſſariorum, ſeu executo-
rum in eo deſcriptam fuiſſe, & eſſe validam. In
hac autem difficultate dico primùm, quòd te-
ſtamentum ipſum, etiam inter liberos non ha-
buit legitimam ſolennitatem. Primum, quia
18 † requiritur in hac confectione teſtamenti inter
liberos, quòd in ipſo teſtamento ſit deſignatum
tempus confectionis ipſius teſtamenti annus, ui
delicet menſis & dies confecti teſtamenti, vt in
dicta aucten quod ſine. C. de teſtament. in uer.
tempus.& ita ibi communiter Doct. omnes. Et
probatur ſimiliter ex §.nos igitur. in aucten.de
teſtamen. imperfect. colla. octaua, ex quo ſumi-
tur dicta aucten.quod ſine.in uer.tempus.& ibi
Angel.& tex.optimus in l. ſecunda. § diem. ff.
quemadmod.teſtamen.aperiant. Et potuit for-
sè eſſe ratio: quia vltima voluntas fieri poteſt,&
immutari pluries, tamen eſt neceſſe ut appareat
19 de tempore: quia † illud eſt ratum: quod eſt vl-
timum.C.de teſtamen l.omnium. & ibi Bald. &
eſt caſus ſpecialis in d. auctent. quod ſine. quòd
20 † in ſcriptura priuata requiratur appoſitio anni,
diei,& menſis: quæ regulariter non requiritur
in alijs ſcripturis priuatis. l. cum tabernam. §.
idem quæſijt. ff. de pignori. & hoc idem uoluit
Gloſſ.in ver. conſulere.in l.ſecunda §.idem La-
beo.ff.de aqua plu.arcen.& ibi communiter Do
ctor.& Angel.in d.§.idem Labeo: adducit alium
caſum in quo ſimiliter in ſcriptura priuata re-
quiritur appoſitio diei, videlicet in § quantu. in
aucten.quibus modis natural.effi.ſui. colla.ſepti
ma. Vnde cùm teſtamentum non habuerit debi
tam formã, & ſolennitatem, per conſequens
redditur nullũ.l. iubemus. C. de teſtament.quia
de ſolennibus nihil eſt committendum, ut ſu-
pra dixi.
21 Secundò † tale teſtamentum factum ſecundũ
formam d.auct.quod ſine. ſaltem debet probari
per duos teſtes. Gl.communiter approbata in d.
auc.quod ſine.& in corpore vnde ſumitur. Simi
22 le videmus in teſtamento militis, † in quo licet
ſit remiſſa omnis ſolẽnitas iuris; ut l.j. in prin.ff.
de teſtament. milita, tamen oportet probari ip-

ſorum militum teſtamentum, ſeu vltimam uo-
luntatem per duos teſtes. l. Lucius. & l. Dinus.
ff. de teſtament. milita. quia in generali ſolenni-
tatis remiſſione, non videtur remiſſa ſolenni-
tas iuriſgentium: quæ ad probationem vniuſcu
iuſque actus requirit ſaltem duos teſtes, l. vbi nu
merus. ff. de teſtib. quia in ore duorum vel trium
ſtat omne verbum. cap. cùm eſſes. extra de teſta-
men. & cap. in omni negotio. extra de teſtibus.
23 Et † quòd in generali remiſſione ſolennitatis
non ſit remiſſa ſolennitas iuriſgentium, deter-
minauit Gloſſ. Barto. Bald. & Angel. in d. l. j. in
princip. ff. de teſtamen. milita. Idem Bartol. &
Bald. in l. milites. C. eod. & idem Bartol. in l. fi-
liusfamiliàs. ff. de donatio. & in propoſito no-
ſtro in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C.
de teſtamen. Sed in caſu noſtro talis ſcriptura
teſtamenti conditi per dictum Petrum non fuit
probata, (aliàs prolata) per duos teſtes: cùm ipſi
teſtes non fuerint ſolenniter examinati, & ſic ta-
lis ſcriptura non fuerit ſolenniter publicata, ut
dictum eſt, & per cõſequens talis ſcriptura nuda
prorſus adminiculo teſtium etiam duorum.

Tertiò conſideret bene quilibet ius dicens, ꝙ
nullus eſt ex teſtibus: qui concludenter probet
dictam ſcripturam teſtamẽti fuiſſe ſcriptam ma
nu propria dicti teſtatoris, aut ſubſcriptã, quod
requiritur ad validitatem ipſius teſtamenti. ut
d. authen. quod ſine. Nam teſtes, antequam ſcri
ptura eſſet publicata, & aperta, non poterant ſci
re, quòd talis ſcriptura eſſet ſcripta manu dicti
Petri: cùm teſtes ipſi in eorum depoſitionibus
videantur dicere, quòd ipſe Petrus teſtator por
tauit ipſis teſtibus ſcripturam clauſam, quam
dixit eſſe teſtamentum ſuum, & petijt ab eis,
vt ſignarent & ſubſcriberent. non potuerunt
ergo teſtes tunc cognoſcere an talis ſcriptura
eſſet ſcripta manu dicti Petri, niſi prout ip-
ſe Petrus dicebat eis, nec etiam poſtea, ante-
quam talis ſcriptura eſſet publicata, & aperta, &
tamen videntur depoſuiſſe in confuſo, quòd ta
lis ſcriptura fuiſſet ſcripta manu teſtatoris: ꝙ
fuit impoſſibile eis dicere antequam ipſa ſcri-
ptura eſſe publicata, & illam vidiſſent. Vnde
ex aliquo ſenſu corporis concludenter nõ depo
ſuerunt ipſi teſtes talem ſcripturam fuiſſe ſcri-
ptam manu teſtatoris. ex quo ſenſu debet depo
nere l. qui teſtamento. §. fina. & ibi Doctor. ff. de
teſta. l. teſtium. C. de teſtib. & ibi Bald. cap. cum
cauſam. extra de teſtib. & ſuper hac tali ſcriptu-
ra ipſi teſtes non fuerunt aliquo modo examina
ti, quomodo, & qualiter cognoſcerent quòd ta
lis ſcriptura eſſet ſcripta manu teſtatoris. Re-
linquitur ergo concludendum ipſos teſtes non
probate talem ſcripturam fuiſſe ſcriptam manu
propria teſtatoris, quod fuit neceſſe, vt ſupra di-
ctum eſt.

Item nec ipſe poteſtas habuit diligentem in-
quiſitionem, ut comprehenderet an eſſet ſcripta
vel ne, manu dicti teſtatoris, quod facere debe-
bat, iuxta ea quæ not. Docto. præſertim D. Ant.
in d. cap. fina. extra de fid. inſtrumen. præſertim
quia tale teſtamentum non valet, niſi ſit ſcriptũ
manu teſtatoris: ut in d. auct. quod ſine, vel ſub-
ſcriptum manu ipſius, & filiorum, ut ibi nota. &
ſummè difficile eſt cognoſcere literas alienas, in
auct. de inſtrument. cautela, & fide in princip. &
§ j. & ibi per Ange. & habetur in l. comparatio-
nes. C. de fi. inſtru.

Præterea, & quando uia aliqua poſſemus at-
tentare tale teſtamentum ualere inter liberos, ta
men quo ad cõſtitutionem fideicommiſſariorũ
ſiue executorum poſſemus dicere tale teſtamen-
tum nullum, nec valere: ut l. hac conſultiſſima.
§. ex imperfecto. C. de teſtamen. Cuius rei de-
monſtrãdæ cauſa, occurrit difficultas quæ moue
24 tur in d. §. ex imperfecto. per Glo. & Docto. † an
in tali teſtamento imperfecto facta tutoris da-
tio valebit? & Glo. ibi uidetur ſenſiſſe, quòd ſic,
dum voluit, quòd l. qui à patre. de confir. tuto. ff.
ſit hodie correcta per d. §. ex imperfecto. & hoc
idem uoluit Gloſ. in l. 2. ff. de confirm. tuto. Sed
contrariam ſententiam tenuit Gloſſ. in l. i ff. de
teſta. tut. ubi Glo. determinat, quòd quemadmo
dum olim tutoris datio facta in minus ſolenni te
ſtamento non valebat ut in d. l. qui à patre. ff. de
25 confir. tuto nec hodie valeat, & ſic † illa lex qui
à patre non ſit correcta per. §. ex imperfecto. Et
hanc ſententiam tenẽt communiter Doctor. aſ-
ſignantes rationem: quia priuilegium filiorum
ut inter eos valeat imperfecta voluntas, non de-
bet redundare in præiudicium tutorum: argum.
l. impuberi. ff. de adminiſtra. tuto. Et poteſt etiã
aſſignari ratio. Nam ideò valet uoluntas imper-
fecta inter liberos; quia in omnem euentum ip-
ſi fuiſſent habituri hæreditatem ab inteſtato: arg.
l. fina. C. de codicill. quæ ratio ceſſat quo ad tuto
res, & hanc ſentẽtiam tenent, ut dixi, communi-
ter Doctor. in d. §. ex imperfecto. & Alber in l. 2.
C. de teſtamen. tut. Specul. in tit. de tuto. §. j. ner
ſi. quid ſi detur tutor. qui allegat rationem quã
26 ſupra tetigi: quia † hæreditas parentum eſt debi-
ta filij. l. ſcripto. in fin. ff. unde lib. l. cùm ratio.
ff. de bonis damna. & fuit ratio d. l. fina. C. fami.
erciſcun. Bald. tamen in d. l. ex imperfecto. & Sa-
ly. uidentur etiam fuiſſe de mente Alber. ibidem
videntur diſtinxiſſe: quia aut in tali teſtamento
imperfecto datur tutor unus de liberis alijs libe-
ris teſtatoris, & tunc valet talis datio: quia diſpo
ſitio ſolummodo videtur facta inter liberos, &
ita procedat Gloſ. in d. §. ex imperfecto. & in d.
l. 2. C. confirm. tuto. Aut datur tutor extraneus:
qui non eſt de liberis, & tunc non valeat datio, &
ita procedat Gloſ. in d. l. j. C. de teſtamen. tuto.
& communis Doctor. opinio. Et ſatis poteſt to-
lerari hæc diſtinctio Bald. quia ideò ualet uolun-
tas imperfecta inter liberos: quia hæreditas ad
eos in omnem euentum erat peruentura, ut ſu-
pra dixi, ita etiam, & ualebit datio fratris in tu
torem, & probatur optimè in l. ſi filius qui pa-
tri.

qui patri.ff.de uulga. & pupilla. & in l. poſthumus.in princip.in verſic idem circa. ff. de iniuſto rupto irritove teſtamen. Nam ipſe nihilominus ceſſante iudicio teſtatoris erat omninò habiturus tutelam fratris ſui l. aduerſus. C.de exceptio.ubi caſus. Remanet ergo hæc firma concluſio penès Doctor. quòd datio tutoris extranei facta in teſtamento imperfecto non valet, neque tenet. Si ergo tutoris datio facta in teſtamento imperfecto non valet neque tenet: quæ eſt fauorabilis ipſis filijs ut l.ſi quis filiabus. & l.ſequen. cum ibi not. ff. de teſtamen. tut. & ibi communiter Doctor quanto minus valebit datio executorum ſeu fideicommiſſariorũ: quæ nõ eſt ita fauorabilis ipſis filijs ſicut datio tutoris: quia tutores gubernant perſonã minorum principaliter, & in conſequentiam res. l. j. ff. de tutel. fideicommiſſarij verò ſolummodo res ipſas, non perſonam. Sicut dicimus in curatore. l.in copulandis C.de nuptijs.

Sed tunc præmiſſis obſtat: quia hodie per iura nouiſſima in teſtamento facto ſecundum for-
27 mam † d aucten. quod ſine. C.de teſtament. non ſolùm valent diſpoſita quoad ipſos filios, ſed etiam poteſt legari, & fideicommitti extraneis, ut in d. aucten. habetur, & clarius in corpore unde ſumitur. multo ergo fortius videtur quòd in tali teſtamento potuerint conſtitui fideicommiſſarij ſiue executores: quorum executio (& his conſtitutio) videtur reſpicere vtilitatem minorum filiorum teſtatoris, circa rerum ſuarum adminiſtrationem. Huic autem difficultati dari poteſt multiplex bona reſponſio. Et primum quòd per illam bonam aucten. ſolummodo ſunt correcta iura antiqua quo ad extraneas perſonas, in hoc tamen duntaxat, vt poſſit eis legari vel fideicommitti, & dari libertas extra illos caſus diſpoſita in tali teſtamento quo ad extraneas perſonas non valent. ideò non valeret ibi inſtitutio extranei: ut communiter volunt Doctor. quia cum illa auct. inducat ius correctũ quo ad extraneas perſonas, non debet extendi ultra caſus in eo expreſſos. videlicet vltra legata, & fideicommiſſa, & libertates quæ poſſunt relinqui extraneis, vt communiter volunt Doctor. in auct. quas actiones. C de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi verò negotium §.de vito ff ſolut. matrimo. vbi per Ioan. de Imol latiſſimè, & in l. ſi conſtante, in prin per Bar. ff. ſolut matrimo. Nam ſi Imperator voluiſſet talem diſpoſitionem factam ſecundum formam dictæ aucten. quod ſine. indiſtinctè ualere, facile erat dicere quòd omnia contenta in ipſa diſpoſitione ualerent. Sed cùm ſolùm fecerit mentionem de legatis & fideicommiſſis ac libertatibus, non debemus illam diſpoſitionem ultra extendere. poſtquam Imperator hoc non dixit, cui erat facile hoc dicere: ar. c. ad audientiam. extra de deci er. § ſin autem ad deficientis. C. de cadu tollen.

Subſequenter & illud aduertendum eſt, quòd
28 † quo ad diſpoſitionem teſtatoris collatam in extraneos, non ſolum requiritur teſtatorem propria manu ſubſcribere, ſed etiam debet coram teſtibus tale relictum nuncupare. & quòd in fine ponat cõcluſionẽ, quòd omnia quæ ſcripta ſunt ſupra uelit obſeruare. Ita uult tex. in auct. de teſtamen. imperfec. §. nos igitur. uer. ſi tamen. colla. 8. Et ita uoluit etiam Gl ordinaria in d. §. nos igitur. in uer. inter ſuos filios. ex mente Azonis. Sed in caſu noſtro ipſe teſtator non dixit coram teſtibus, quòd uellet in ſuo teſtamento conſtituere illos fideicõmiſſarios, per cõſequens talis conſtitutio erit nulla. Et in terminis noſtris in tutore decidit Ang. in d. §. nos igitur.

29 Vltimò ſaltẽ † per quos teſtes debet probari talem ſcripturã fuiſſe ſcriptam manu teſtatoris. Ita uult Gloſſa & communiter Doctor. in d. aucten. quod ſine. quia licet in tali teſtamento uideatur remiſſa ſolẽnitas iuris ciuilis de numero ſeptem teſtium, & quòd ſint mares, non fœminæ, & rogati non fortuiti, non tamen uidetur remiſſa ſolennitas iuriſgentium, quin ſaltem non debeant interuenire duo teſtes, ſicut dicimus in teſtamento militis, l. diuus. & l. Lucius. ff de teſtamen. mili. Gloſſ & ibi Doctor. & maximè Bald. in l. j in princip. ff. eod. tit. & Bart in d. l. j. de teſtam. mili & in l. milites. C. eod. & in d. l hac conſultiſſima. § ex imperfecto. C. de teſta. in propoſito & in l. ſi filius familias ff. de dona. ſed in caſu noſtro etiam per duos teſtes non fuit probatum quòd talis ſcriptura eſſet ſcripta manu teſtatoris, quod de neceſſitate requiritur quòd ſit in totum ſcripta, uel ſaltem ſubſcripta, iuxta formam d. auct. quod ſine. & §. nos igitur. Refert tamen Alberi. in d. auct. quod ſine. quoſdam dicere quòd in tali teſtamẽto quo ad extraneas perſonas pertinet, exiguntur quinque teſtes per l. ſi. § in omni. C. de codicill. & ita dicit pbari in nouellis. & fortè non eſt erronea hęc opinio: quia tex. in corpore auct. de teſtamen. imperfect. in §. nos igitur. in uerſi. ſi tamen dicit, quòd quando teſtator reliquit extraneis in tali teſtamẽto imperfecto, quòd debet tale relictum dicere coram teſtibus, nec exprimit numero teſtium. unde ille tex. ſatis poterit declarari per tex. quem allegat Alberi. in d l. ſina § in omni. quòd requirantur quinque teſtes. tamẽ Gloſſ. & Doctor uiſi ſunt dicere, quòd ſufficiant duo teſtes in tali teſtamento imperfecto, & eſt communis opinio: Verũ Bald. in d. auct. quod ſine. uiſus eſt dicere in tranſcurſu ſermonis quòd tale teſtamentum ualeat etiam ſine teſtibus, & malè; quia contra cõmunẽ opinionem Gloſſ. & Doctor. ut ſupra dixi. Et ſi quis fortè uellet eius opinionem tolerare, poſſet intelligi eius dictum quo ad filios tantum inter diſponeret ipſe teſtator, ſed quo ad extraneas perſonas nullo modo tolerandum eſſet dictum eius § nos igitur. uerſi ſi tamen. in aucten. de teſta imperfect. colla. 8. Relinquitur ergo concludẽdũ quòd de iure cõi requiruntur

duo teſtes in tali teſtamento facto inter liberos:
quia ſaltem requirit ſolennitas iuriſgentium:
quæ unlt, quòd in ore duorum vel trium ſtat om
ne verbum, vt ſupra tactum fuit. Cæterum ta-
men intelligo, quòd ex forma ſtatutorum ciui-
tatis Genuæ, quę vigēt in ciuitate & inſula Chij,
in tali teſtamento facto inter liberos requirun-
tur ad minus tres teſtes, & ſic ſtante tali ſtatuto,
quod obſeruandum eſt pro lege in dicta ciuitate
& inſula Chij, ut l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu
re. & in §. ius autem ciuile. inſtitu. de iure natu.
geoti. & ciui. ſopita eſſet omnis dubitatio præce
dens: quia obſeruāda eſſet forma à ſtatuto requi
ſita. Sed quia ipſa ſtatuta non uidi, vlterius me
non extendo. Ex præmiſſis ergo omnibus, reſtat
clarè concludendum, quòd tale teſtamentum di
cti Petri Paterij quoad conſtitutionem dictorū
fideicommiſſariorum non debeat validum, aut
efficax cenſeri.

Venio nūc ad ſecundum principale dubium:
videlicet, an poſito, quòd eſſet efficax, nunquid
potuerint vendere, & utrum valeat illa venditio
vt ſupra facta, & poſtea prorogata, vt in thema-
te proponitur, cuius quidem dubij clariſſima ap
paret deciſio, ex deciſione quam ſupra ex proxi-
mo præcedenti dubio feci. Tenendo enim quòd
conſtitutio ipſorum fideicommiſſariorum fue-
rit nulla, utpote facta in teſtamento minus ſolē-
ni, certo certius eſt tales executores non potuiſ-
ſe cōtractum aliquem facere ſuper aluminibus,
vel alijs bonis filiorum dicti quōdam Petri Pate
rij ex quo obligati potuerint filij dicti quōdā Pe
tri, vel eis præiudicium aliquod inferri. Nā licet
30 † quis poſſit facere conditionē alterius meliorē,
& liberare ipſum inuitū. l. ſoluēdo. ff. de neg. geſt.
& l. ſolutionē. ff. de ſolu. nō tñ quis pōt facere cō
ditionem alterius deteriorem, l. Stichū. §. fi. ff. de
noua. Et ſic cùm iſti fideicommiſſarij non habe-
rent mandatum ab homine, puta à filijs dicti Pe
tri, nec ab ipſo Petro patre, cùm eorum conſtitu
tio fuerit nulla: nec etiam haberēt mandatum à
31 lege, quale † habent tutores, & curatores, vt l. fi.
§. omnem. C. de admi. tut. non potuerunt in ali
quo præiudicare ipſis minoribus, & eſt optimus
tex. in l. qui hominem §. ſi nullo. ff. de ſolutio. Et
potiſſimum nō potuerunt alienare alumina, nec
aliam rem pertinentem ad ipſos filios. l. curato-
ris. in fi. vbi eſt caſus. C. de neg. geſt. Et ibi inquit
Bal. quòd qui non habet auctoritatem, nō pōt aliena
re, & hoc eſt expeditū. Facit l. mater. C. de rei uē
dica. & totus titulus res inter alios acta, & l. cùm
mandati. C. mādati. Et facit regula id quod noſtrū.
ff. de reg. iur. Nec poſſunt iſti tales agere actione
negotiorum geſtorum: quia non geſſerunt nego
tium quod pertineat ad filios dicti Petri, vel ad
rem ipſam impendēdo in rebus eorum, vel ipſo
geſtu ſoluendo pro eis. nec cura, & ſolicitudine:
quia ipſi non erant tutores, nec curatores aliorū
quorū negotia geſta ſunt per ipſos fideicōmiſſa-
rios, nec etiā ratihabitione: quia ipſi rati ratos nō
habuerant contractus per ipſos fideicommiſſa-
rios celebratos, nec ratum habere volunt, cū uer
gant in eorum præiudicium. Ex his enim qua-
tuor modis ſolet regulariter oriri actio negotio
rum geſtorum, quos modos ponit Gloſſ. ordina
ria & magiſtra, & approbata in l. ſi pupilli. §. j.
ff. de nego. geſt. Et ideò cùm geſta per ipſos fidei
commiſſarios nullo ex his quatuor modis ad fi-
lios dicti Petri pertineant, nullo pacto poſſunt
agere negotiorum geſtorum, aduerſus filios di-
32 cti Petri. Sed † bene dicti filij Petri poterunt ha
bere regreſſum actione negotiorum geſtorum
contra ipſos fideicommiſſarios, in ijs, quæ malè
geſſerunt, tex. eſt in l. curatorem. C. de neg. geſt.
Et ſuper hoc non eſt habēda aliqua dubitatio, te
nendo pro ut veritas eſt, quòd conſtitutio ipſo-
rum fideicommiſſariorum non valuerit.

Cæterum pro arguenda maiori veritate ſupra
ſcriptæ cōcluſionis, dico quòd etiam præſuppo-
ſita valida & ſolenni conſtitutione ipſorum fi-
deicommiſſariorum, quòd alienatio per ipſos
facta non valuit neque tenuit, & antequam ve-
niam ad ipſius concluſionis demonſtrationem,
remouebo aliquas demōſtrationes: aliàs dubita
tiones, quæ conferunt ad propoſitum. Et primò
33 poſſet dubitari, an † mater & auia fideicommiſ-
ſariæ dari potuerint. Et prima fronte videretur
dicendum, quòd non: quia fœminæ repelluntur
ab huiuſcemodi officijs, l. fœminæ. ff. de reg. iur.
34 † Nec poſſunt fungi officio arbitri l. fina. C. de
35 arbit. † Nec eſſe tutrices. l. tutela plerunque. & l.
fina. ff. de tutel. Verum non euido per diſputatio
nes, communis Doctor. concluſio eſt ad oppoſi-
36 tum, † quòd fœminæ poſſint eſſe fideicommiſſa
riæ ſiue executrices vltimarum voluntatum. Ita
determinat Dyn in d. l. fœminæ. & in l. Titium.
ff. de admi. tut. Cyn. Pet. & Alberi. in l. nulli. &
Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cle.
Iacob. de Arena in tracta. ſuo de fideicommiſſa.
uerſi. Item quid de muliere. Bar. idem dixit in d.
l. fœminæ. quando negotium non eſt gerendum
in iudicio. prout in caſu noſtro. Specul. in tit. de
inſtrumen. editio. §. nunc verò aliqua de ultima
rum volūtate executione. verſ. quid de fœmina.
Io. And. & nouiſſimi. in c. religioſus de teſtamē.
lib. 6. & allegant Doctor. iura, & caſus legum ex
preſſos, qui videri poſſunt. Sed in propoſito no-
ſtro nulla eſt prorſus dubitatio, quin mater filio
rū dicti Petri, & mater dicti Petri potuerint da-
ri fideicommiſſariæ ſiue executrices in teſtamen
37 to dicti Petri: quia hodie † poſſunt eſſe tutrices
teſtamentariæ & legitimæ ſi volunt: auth. ma-
tri & auię. & in corpore vnde ſumitur. C. quādo
muli. tut. offi. fungi poteſt. quod officium per iu
ra vetera erat eis interdictum, & prohibitum, l.
tutela plerunque. & l. fina. ff. de tutel. l. j. C.
quando mulier tut. offic. fungi poteſt. & l. iu-
re noſtro. ff. de teſtament. tutel. Si ergo poſ-
ſunt eſſe tutrices teſtamentariæ & legitimæ: vt
d. auth. matri & auiæ. cùm ibi nota. etiam in

corpore

corpore vnde ſumitur, & ſic habere officium tutelæ publicum auctoritate, licet vtilitate priuatum, multo fortius poterũt dari fideicõmiſſariæ, ſiue executrices, ſeu fideicommiſſariæ in teſtamé
38 tis:quia † iſtud tale officium fideicommiſſariæ eſt auctoritate,& vtilitate priuatũ: & ita arguit Bar. in d.l.fœminæ.ff.de regu.iur. Reſtat ergo concludendum, quòd mater teſtatoris, & eius vxor potuerunt dari executrices, ſeu fideicommiſſariæ in eius teſtamento. Stante ergo hac cõcluſione, quæ veriſſima eſt, procedit concluſio, quã ſupra poſui, quòd vẽditio facta p duos executores ſine conſenſu matris, & auiæ, & alterius executoris nõ ualuerit, neq; tenuerit. Nã qualis ſit ptãs executoris,& forma ipſius officij executoris, pẽdet ex teſtamẽ
39 to, vel alia vltima volũtate: † quia & executor poteſt dari in codicillis, ab inteſtato. Bal. in l. hæredes palam. §. j. in fine commenti. ff. de teſta. & in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. j. Vnde quærentibus de poteſtate executoris, inſpiciẽdus eſt ante omnia tenor ultimæ voluntatis, an, quando, qualiter cui, vel quibus ipſi fideicõmiſſarij, ſiue executores, vel diſtribuere, vel negocia ſibi commiſſa tractare: uerba ſunt notabilia D. Bald. in d.l. id quod pauperibus. in 4. col. ibi, venio ad quartã. Nam cùm tales fideicommiſſarij, ſiue executores habeant poteſtatem ab ipſo teſtatore, vel codici llante, ſeruanda eſt uoluntas ipſius teſtatoris ad vnguem. §. diſponat. in auct. de nup. l. j. C. de ſacroſan. eccl. quia ipſe eſt ille qui ordinat. l. pecuniæ. & l. alio. & l. à filio. ff. de alimen. & cib. leg. & l. Lucius. ff. ad Treb. & in auct. de eccl. titu. §. ſi quis. & in auct. ut liceat matri, & auiæ. §. primo.
40 Simile uidemus in arbitris † quorum poteſtas dependet à partibus eos eligentibus, quia inſpicitur qualem poteſtatẽ partes ſibi dederint, & ultra illam nihil poſſunt. l. non diſtinguemus. § de officio. de arb. & c. cùm dilectus. extra de arbi. Et hanc ſententiam uoluit Glo. no. in c. ſi. de teſta. lib. 6. in Gl. in ver. expreſſerit. ibi dum dicit, quia vetuit ne alter ſine altero procederet. & ibi ſi teſtator ſibi prouidet, illud ſeruabitur, & ita ibi Io. And. & nouiſſimi. & idem Pet. & Cyn. in d.l. id quod pauperibus. in 12. q. qui ex ſententia Dyn. dicunt recurrendum eſſe ad uoluntatem teſtatoris, vbi apparet de ea, ad cognoſcendum qualem poteſtatem habeant executores dati. Hoc idem uoluit Iacob. de Arena in tract. ſuo de fideicommiſſariis. in pe. col. ibi, ſed quid ſi commiſſarius. & Albert. in l. nulli. C. de epiſco. & cleri. in 8. col. in ver. Item conſueuit quæri. Cùm ergo in propoſito noſtro teſtator ordinauerit eius matrem D. Barghaginam, & eius vxorem dominam Chatocciam, Chriſtophorum Iuſtinianum, Ioannẽ Patterium, & Ioannem Iuſtinianum de la Roccha ſuos fideicommiſſarios, & executores ad tractandum, & diſponendum omnia negocia filiorum ſuorum, quemadmodum ipſe poſſet tractare negotia ſua, ſi uiueret, dumodo oẽs quinque eſſent concordes, & ipſis non concordãtib. voluerit: quòd ſi domina Barghagina eius mater, & Cathoccia eius uxor cum uno eorũ, quòd diſpoſitum per ipſos obtineat, & hæc forma non fuit obſeruata in uẽditione dictorum aluminũ, quia duo tantum ex ſuprascriptis fideicõmiſſariis dictam venditionem fecerunt, videlicet, Ioannes Patterius & Ioãnes Iuſtinianus de Roccha, nec fuit conſenſus tertij executoris; videlicet, Chriſtophori Iuſtiniani, nec aliarum mulierũ de quibus ſupra. Relinquitur ergo talem venditionem
41 fuiſſe nullã. Nã † diligẽter fines mandati ſeruãdi ſunt. l. diligenter, & l. ſi quis pro eo. ff. manda. c.
42 cùm dilecta. extra de reſcr. ut etiam † ſi in mandato veniat aliquid, quod aliàs non erat de forma, nec de ſubſtantia actus qui mandabatur, nũc illud tale incipiat eſſe de forma. d. c. cùm dilecta, & ibi communiter per Doct. & in terminis noſtris eſt caſus ad litteram in l. cùm mandato C.
43 manda. ubi † alienatio facta per procuratorẽ cõtra tenorem mandati non habet nocere domino. Nam ut inquit ibi Glo. eo ipſo, quòd procurator excedit fines mãdati, dicitur falſus. Et ideò ſi diligenter conſidero formam mandati ſibi traditi a teſtatore, hoc eſt, uidelicet: ut cùm aliquid circa res & bona filiorum dicti quondam teſtatoris diſponere uoluerint, quòd tunc omnes debeant eſſe ſimul: & ſi concordauerint bene eſt, & valebit ordinatum ab eis uenditum alienatũ, ſin autem fuerit diſcordes, & tunc uoluit ipſe teſtator, quòd ſi mater ſua, & uxor eſſent concordes cum uno ex aliis tribus fideicommiſſarijs, quòd tunc diſpoſitum, & ordinatum per ipſas duas mulieres, & unum ex fideicommiſſariis ualeret & teneret. Quæ forma quaſi in ſimili obſer
44 uatur in pluribus delegatis à Papa † in clauſula, quòd ſi non omnes. de qua in cap. prudentiam. in princip. de offic. delegat. Nam prius oportet, quòd conſtet de impotentia, & uoluntate tertij, antequam poſſint procedere: aliàs proceſſus factus per eos eſt nullus, & ita in propoſito noſtro oportebit primò conſtare, an omnes eſſent concordes, uel ne, in uenditione iſtorum aluminum, & ſi non fuiſſent concordes, tunc quod diſpoſuiſſent ambæ mulieres cum uno ex dictis fideicommiſſariis erat ſeruandum, & executioni mittendũ, hac forma ergo non ſeruata, actus eſt, & redditur nullus. c. prudentiam ſupradicto. in princi. Vnde dicit ibi Innoc. & poſt eum clarius
45 D. Anto. in 6. no † quòd defectus circa formam datã ab homine, uitiat ipſo iure & maximè quando forma eſt ponderata & ſtudioſa, & ponderata dicitur, & ſtudioſa, quando dãs illã formã, qñ eligit potius plures in aliquo actu, quàm pauciores: quia integrius, & fidelius cenſetur, ac utilius iudicium, & conſenſus omnium fideicommiſſariorum, quàm paucorum ex eis: ut d. c. prudẽtiã. in prin. Nam prudens ipſe teſtator magis confidens fuit vnanimi conſenſu ſuorum fideicõmiſſariorũ, quã aliquorũ particularium. Et quando conſenſus unanimus haberi pur non poſſet, magis

gis conſiſus eſt conſenſu auię, & matris filiorum
ſuorum, cum conſenſu alterius ex ſideicommiſ
ſariis, quàm de ipſis trib. fideicõmiſſariis maribus
ratione ſanguinis & affectionis, quam habebant
ipſę mater, & auia ad filios, & nepotes ſuos:
46 Quia † unuſquiſque diligentius facit pro neceſſa
riis ſuis, quàm pro extraneis. 13. queſtio. 2. c. nõ
47 æſtimemus. Non † pręſumitur enim, quòd neceſ
ſarius neceſſarium illaqueari, & defraudari ſi
nat. Glo. notabilis in l. 2. ff. de in ius voc. ut eant.
non valuit ergo aliquo pacto uenditio facta de
dictis aluminibus per duos ex dictis fideicom-
miſſariis Ioannem Patterium, & Ioannem Iuſti
nianum de Rocca. non ſeruata forma ſibi tra-
dita a Petro Patterio teſtatore ſupradicto, necę
ſeruato mandato eis iniuncto, quod diligenter
ſeruandum erat, vt ſupra dixi.

Nec uideatur cuipiam mirum, quòd allegaue
rim c. prudentiam. de offic. delegati, quod loqui-
tur in plurib. delegatis à Papa cũ clauſula &c.
quia Doctor. noſtri in hac materia communiter
48 arguunt † a poteſtate data delegatis a delegan-
te, ad poteſtatem datam executoribus ſeu fideicõ
miſſariis a teſtatore. Determinant enim ꝙ quan
do plures executores, ſeu fideicommiſſarij ſunt
ſimpliciter dati, & ſunt pręſentes, & uoluerit exe
qui unus non poſſit ſine alio executionem face-
re. & allegant in argumentum. l. duo ex tribus. ff.
de re iud. & c. unus delegatorum. extra de offi &
poteſta. iud. deleg Ita Iacob. de Arena in tracta.
ſuo de fideicommiſſarij: in penul. colum. in ver.
ſed quid ſi fideicommiſſarius, quæ iura loquun
tur in delegatis. Et eadem iura allegat Alberi. in
l. nulli. C. de epiſco. & cleri. in 9 colum. ibi. Item
conſueuit quæri. & adiungit c. cùm plures. de off.
deleg. lib. 6. quod ſimiliter loquitur in iudice de-
legato.

Sed tunc circa pręmiſſa uidetur obſtare: q̃a
ipſi fideicommiſſarij, videlicet Chriſtophorus
Iuſtinianus, & Ioannes Patterius, & Ioannes Iu
ſtinianus in quodam iudicio nulliter agitato, niſi
ſunt confiteri, quòd ipſę dominę Barghagina &
& Cathoccia notitiam habuerunt, & conſenſe-
49 runt dictę tali vẽditioni aluminũ &c. Vnde † ui
detur quòd conſenſus ipſarum ſuperueniens ha
bet validare ipſam venditionem. l. licet, cum ibi
no. ff. de iudic. l. adoptio. ff. de adoptio. §. ſed ſi
quis. Inſtitu. de teſtam. mil. & ca. cum in iure. de
offi. delega. & l. 3. §. ſi plures ff rem rat. hab. Huic
obiectioni multis modis reſpõderi poteſt. Et pri
mò: quia non ſtatur confeſſioni iſtorum trium
fideicommiſſariorum, nã tractant de confirman
do contractum venditionis per eos celebratę de
dictis aluminib. quę nulla erat ratione non obſer
uatę formę. nam mandati ſibi iniuncti a teſtato-
re, & quia etiam agunt de ſe exonerando, cũ ipſi
eſſent obligati, & emptoribus ab obſeruandũ im
plementum contractus quantumcunque nullus
eſſe in pręiudicium minorum, vnde eis non cre-
ditur. Et ad hoc faciunt pulchrè notata per Bar.
in l. deferre. § idem decreuerunt ff. de iure fiſci.
50 vbi dicit, † quòd ille, qui agit de ſe exonerando,
51 non eſt idoneus teſtis. Vel † etiam ille, qui habet
affectionem ad cauſam, ut procurator, vel aduo
catus. l. fi. ff. de teſtib. ut affectionis ſuæ memores
nomen incorrupti teſtis non poſſint præferre.
l. fi. in fi. C. de aſſeſſo. de ijs etiam habetur in l.
omnibus. C. de teſti. & eſt Gl. no. in c. Romana.
52 de teſti. lib. 6. Simile videmus † proxenetas non
poſſe eſſe teſtes in cauſa in qua fuerunt proxene-
tæ, niſi utraque parte volente, & hoc ſola ra-
tione affectionis quam habent ad cauſam. Ita
Bar. in d. § idem decreuerunt. & Glo. no. in au-
thenti. de teſtib. in §. quoniam. collatio. 7. & in
cap. dilectorum. extra de teſtibus. Bald. in dicta
l. omnibus. C. de teſtib. & de hoc in ca. j. de teſti-
bus lib. 6.

Prętereà iſti fideicommiſſarij non ſunt tuto-
res, curatores, aut procuratores filiorũ dicti Pe-
tri, vt eorum confeſſio pręiudicet eis, & ſic non
ſumus in caſu. l. certum. § ſi quis abſente ff. de cõ
feſſis & eorum quę nota. Doctor. in l. 2. §. quod
obſeruari. C de iur. calum.

Sed & ſecundò reſponderi poteſt quòd cũ ta
lis uenditio fuerit penitus nulla: quia facta non
ſeruata forma mandati ſibi iniuncti a teſtatore:
quia debebant omnes fideicommiſſarij primum
eſſe ſimul in tractanda huiuſcemodi venditione,
& ſi oẽs fuiſſent concordes, ut venditio celebra-
retur, tunc omnes ſimul vendere: quia unus nõ
poteſt ſine alio tam ratione mandati ſibi iniun-
cti a teſtatore, ut ſupra tetigi, quam etiam de iu-
53 re communi. Vnde † datis pluribus fideicõmiſ
ſariis, ſiue executoribus ſimpliciter ad expedien-
da negotia, unus non poteſt ſine alio: quãdo om
nes ſunt pręſentes, & exequi volunt. c. 2. de teſt.
lib. 6. vbi caſus. & arg. l. j. §. ſi plures. ff. de exerci-
to. l. ſed ſi pupilli. §. conditio. ff. de inſt. & l. idẽq;
§. ſi quis ca. ff manda & l. duo ex tribus. ff. de re
iudic. & l. ſi ita fuerit. ff manumiſ. teſtam. & Do-
ctor. communiter. Pet. & Cy. in d. l. id quod pau-
peribus. & Alber. in l. nulli. co. ti. & ibi Bal. pro-
pe finem ſui commenti, & Barto. in l. 3. in princ.
ff. de admin. tuto. & Iaco. de Arena in tract. ſuo
de fideicommiſſa in pen. colum. & Ioan. And.
& nouiſſimi in d. c. fina. de teſtamen lib 6 Vnde
conſenſus iſte ſuperueniens fortè non habet va
lidare ipſam uenditionem primam: quæ fuit nul
54 la. Nam † quando negocium deficit ratione for
mæ non ſeruatæ, conſenſus ſuperueniens non
habet ratificare. Bal. in l. fina. C. ad Macedo & al
legat Innocen in c. dudum. extra de reb. eccleſ.
non alienan. & idem Ang in l. licet. ff. de iud. Sed
in caſu noſtro iſte contractus uenditionis fuit
nullus ratione non ſeruatę formę, & mandati da
ti a teſtatore, per conſequens conſenſus mulieris
ſuperueniens non ratificauit ipſum contractum
55 venditionis. Item quando † requiritur conſen-
ſus certo & determinato tempore, conſenſus ſu-
perueniens non habet ratificare. l. quid ergo. in
princip.

princip. extra de off.deleg. Bal.in l. ſi.C. ad Macednnia. Sed ab initio cnntractus nportebat concurrere conſenſum omnium fideicommiſſariorum, vel ſaltem mulierum cum vnn ex fideicommiſſariis: qui conſenſus non interuenit, per conſequens ſequens couſenſus mulierum nó habet conualidare contractum.

Prætereà & tertiò reſpondetur quòd illi cui dicuntur conſenſiſſe mulieres, nnn fuit pactum, ſed ab illo fuit receſſum, quod fieri nó potuit re integra, in cótractu venditionis, quæ celebratur ſnlo couſenſu. l. iuriſgentium. §. adeò. & l. ab emptore. ff. de pac. & eo maximè: quia deficit cnnditin primæ venditinnis, quę erat facta ſub illa cõditione ſi & eo caſu quo appaltus pnſſet obtineri à domino Turchatũ per tntum mẽſem Octobris, qui appaltus unn fuit nbtentus. Vnde deficiente conditinne, deficit cõditinuatũ. ex qun ipſe partes, videlicet tres ex fideicommiſſariis, nó habita participatione cum mulieribus, deuenerunt ad aliam uenditionem, & vbi in prima erat appnſita conditio, ſi appaltus fieret cum domino Turchię, & Grecię per totum menſem Octobris, fuit appoſita alia conditio, ſi appaltus fieret per totum menſem Ianuarij. Item in iſta ſecúda fuer ũt appoſita certa pacta circa terminum fiédarum ſnlutinnum de pretio, quę non erant in primn. Item additę ſunt alię conditinnes, quæ non erant in primo, & multum nnciuę ipſis minorib. Et licet tres ex ipſis fideicommiſſariis vnà cum emptoribus dixerint, ꝙ approbãt in omnibus, & per omnia primam uenditinnem, & ꝙ prorogabant terminnm habendi appaltus cum Teucrn: qui erat per totum menſem Octnbris vſq; ad totum mẽſem Ianuarij. certè iſte fuit nouus contractus uenditionis, nó aũt fuit prorogatio, vel extenſio primi. Nam cùm ipſæ partes venerint ad huiuſmodi prorogationem, & ratificationem primi cõtractus, elapſo mẽſe Octobris, & ſic defecta in tntum conditinne primi cõtractus, & per cõſequens extincto primn cõtractu,
55 non † pntuerunt ipſę partes reſuſcitare qund iá erat extinctum per defectum conditinnis: vt l. cũ quis. §. ſi quis ꝓ reo. & ibi Gl. nntabilis. ff. de ſnl.
56 Nec † poteſt dici prorogari tẽpus quod amplius non durabat. l. ſed ſi manẽte. ff. de precarin. l. 4. in prin. ff. de dam. infec. & ibi communiter Doctor. Bar. Ang. & reliqui nouiſſimi: qui dicunt,
57 quòd † quandn fit prorogatio nfficij, finito iam primo officio, dicitur nouum nfficium. & idem Bal. in l. ſi conſtante. C. de dn. ante nup. in petiis nouis. & in l. ſi à re. C. de pac. inter empto. & vẽ
58 di. in eiſdem petiis nouis. Item verè † prorogatum dicitur eſſe vnum & idem cum primn: quũ eſt eiuſdem materię, & formæ. Glo. nota. in c. hi qui. de pręb. lib. 6. Bald. in l. Lucius aliàs incipit Titius. ff. de excu. tu. Sed quando non eſt eiuſdẽ materię, & formę, vel apponuntur noua pacta, tunc dicitur nouum officium. d. l. ſi cõſtante. C. de dona. ante nup. in pretiis nouis, & in d. l. ſi à te. Vnde in propoſito noſtro, cùm talis prorogatio termini vſque ad totum mẽſem Ianuarij fuerit facta iam elapſo primo termino, & ſic extincto primo contractu, nó poteſt dici prorogatio:
59 quia † quod non habet eſſe, protelari non pót. d. l. ſed ſi manente. de precario. & l. 4. in princip. de dam. infect. Item cùm alia pacta, & cnnditiones fuerint appoſitæ in ipſa ſecunda cnnuentione habita inter partes, & ſic fuerint diuerſæ materię à prima, etiam ſi prorogatio termini fuiſſet facta durante primn termino, de neceſſitate haberemus dicere nouam eſſe emptionem, & nouum eſſe cnntractum conceptum ſub aliis modis, & fnrmis, quàm fuerit primus, per ea quę dicta ſunt ſupra ex mente Glo. in d. c. hi qui. & ex mente Bal. & illam Gln. reputat Pet. de Ancha. Bal. habuiſſe prn ſingulare. Et huic ſecundæ cõuentioni mulieres ipſę non cõſenſerunt, nec notitiam habuerunt, maximè de nouis pactis, & cõditionib. appoſitis. Relinquitur ergo ipſum contractum in totum fuiſſe, & eſſe nullum: quia nó ualebat factum à fideicommiſſariis ſine conſenſu & auctoritate mulierum, vt demnnſtratũ eſt.

Cæterum & ſecundo principaliter ipſe cõtractus redditur nullus: quia ipſi fideicõmiſſarij, ſiue executnres trãſgreſſi ſunt fines mãdati, & poteſtatis in eos collatę per teſtatnrẽ. Nam in ſecũdo capitulo poteſtatis attributę ipſis fideicõmiſſariis, quod incipit; Anchnra delle coſe di foglia, &c. paulò poſt mediũ ipſius capituli ibi. Ma ſe à caſn finito che ſarà, &c teſtator circa iſta alumina ordinat. & ipſe diſpoſuit, ꝙ ſi finito appaltu primo, ſi aliqua perſona inibit, & capiet nouum appaltum per Lantnra, id eſt, tunc in vulgari Genuenſium, ipſi fideicnmmiſſarij habeant pnteſtatem de caudis, quę reſtabunt diſponendi, & concordandi cum nnuis appaltatoribus omne, & id tntum, quod eis uidebitur cedere in utilitatẽ filinrum ſuorum. In his ergo uerbis limitatur poteſtas fideicommiſſariorũ, ut ita demũ finito appaltu ipſi fideicommiſſarij, nunc poſſint diſponere de caudis aluminum, quę reſtabunt, cùm apparebit perſnna, quæ fecerit nnuum appaltũ, vt in tali noun appaltatore poſſint ſe cõuenire ipſi fideicommiſſarij. Nn. ergo primn dictionẽ, Tũc,
60 † ſiue Lãtnra vulgari ſermone, quæ importat extremitatem tempnris. l. 4. ff. de cond & demonſtra l. huiuſmodi ſtipulatin. ff. de uerb. oblig. Vnde tunc cùm eſſet factus nnuus appaltor, dedit eis baliam, id eſt, liberam poteſtatem cum ipſo nouo appaltatore ſe cõcordandi de dictis aluminibus, ſed in caſu nnſtro ipſi fideicommiſſarij non uendiderunt hæc alumina nouis appaltatoribus, nec expectauerunt id tempus, quòd eſſet factus nouus appaltor, per conſequens talis contractus eſt nullus, cùm ipſi fecerint pter, immò cõtra fnrmã mandati ſibi traditi, cùm diligenter fines mandati obſeruandi ſint. d. l. ſi diligenter. in prin. & l. ſi quis pro eo. C. manda. Et alienatio
61 † facta contra tenorem mandati eſt nulla. l. cùm

mandati,

mandati. vbi eſt caſus notabilis ad propoſitum.
C.manda. Nam quòd excedunt fines mandati
dicuntur falſi commiſſarij. Ita Glo.in d.l.cũ man
dati,quam ſummè no.Sal.

Præterea & tertio data eſt licentia ipſis fidei-
commiſſariis componendi ſe cum nouis appal-
tatorib.ſuper facto candarum aluminum.quę re
ſtabunt.noto primo verbum componendi, non
dicit vendendi, nec alienandi nouis appaltatori-
bus,ſed ſolum vt capiatur compoſitio cum eis,
& intelligo compoſitionẽ, ſcilicet circa modũ
nauigandi,vel mercaturam faciendi de ipſis cau
dis aluminum,quæ reſtabunt.

Noto etiam aliud in dicta particula teſtamen
ti,videlicet: verba ibi poſita,ibi,è dago balia.quę
verba idem important, vel dare licentiam,vel da
re poteſtatẽ. Capiamus quemcunq; ex ſenſibus
volumus,ſiue ſit data poteſtas,ſiue licẽtia, debet
intelligi de licentia, & poteſtate moderata arbi-
trio boni viri, quæ licentia venit à liceo,lices,li-
62 cet.& iſta † verba ſi tibi uidetur iuſtũ, vel licitũ.
important arbitrium boni viri.l. fideicommiſſa.
§.quanquam.ff.de leg.3.l.ſi ſic.in prin.& ibi Do
cto.ff.de leg.j. Barto.in extrauagan.ad reprimen-
dum,in Glo.in ver.uidebitur. & idem Barto.in
ſimili in l.filiusfamilias.ff.de dona. & Ange.op-
timè in l.in venditione.§.j.ff.de bon.aucto.iudi.
63 poſſiden Eodem † modo poteſtas intelligitur ſe
cundum arbitrium boni uiri.& ita Barto.in ter-
minis noſtris de utroque verbo in l.alio.ff. de ali
men.& ciba.leg. Sed pro Deo quis bonis vir ar-
bitrabitur, quòd fieri debeat contractus reb. mi-
norum claudicans contra eos, vt minores, vel
eorum adminiſtratores habeant neceſſe ſtare cõ
tractui,& contrahentes cum eis poſſint ſtare cõ-
64 tractui,vel reſilire ſi eis placeat. Iſta enim † clau-
dicatio cõtractus habet in ſe captionem, nec bo-
næ fidei conuenit illi pacto ſtari, quod alteri ca-
ptioſum eſt.l.ſi id quod.in fi.ff.de reſcind. vend.
qui tex.loqtur propriè in materia noſtra de clau-
dicatione contractus: vt l.ſi cùm dies.§ pe.ff.de
arbit.cum ibi no. Licet aliquando in odium do-
loſi claudicet contractus.l.iuriſgentium.§. præ-
tor.de pac.ubi Glo. & Docto. & etiam aliquan-
do in fauorem pupilli.l.Iulianus.§.ſi quis collu-
dente.& § ſi quis à pupillo.ff. de action.emp.&
ſic cum ipſi fideicommiſſarij non habuiſſent po
teſtatem,niſi componendi cum nouis appaltato
ribus non vendendi, vel alienandi. Item & ſi ha
buiſſent poteſtatem vendendi,non vſi ſunt ea ſe
cundum arbitrium boni viri, ſed immò fecerunt
contractum captioſum in minoribus. Relinqui-
tur ergo manifeſtè dicendum, quòd talis vendi-
tio aluminum per eos celebrata non valuerit ne
que tenuerit.

Accedo ad tertium principale dubium,uideli
cet. An procedat portio dictorum emptorũ. Pro
clariori determinatione præſentis dubij, illud in
65 primis ſciendum eſt, Glo.noſtras variaſſe, † an in
obligatione facti ſuccedat obligatio ad intereſſe,
ita vt intereſſe poſſit deduci in petitione, ſeu li-
bello.& Glo.in l.ſi quis ab alio.§.fi.ff. de re iudi
ca.dicit quòd in obligatione facti ſuccedit obli-
gatio ad intereſſe,ut d.§.fina. & l. ſtipulationes
non diuiduntur.ver.Celſus.ff.de verb.obligatio.
ut duntaxat ipſum intereſſe poſſit deduci in con
demnatione,non autem in libello, ſed commu-
nis ſententia eſt ad oppoſitum, ut eſt ipſum in-
tereſſe in obligationibus facti ne dum ſit in obli
gatione,& condemnatione,ſed etiam & in libel
lo poſſit peti. Ita uoluit Glo.in l.prima,in princ.
ff.de actio.empt.& in l.fi.ff. ſi quis in ius voc. nõ
ierit.& uidetur caſus in l. ſtipulationes non diui
duntur.in ver.Celſus.ff.de uerbo.obligati. dum
tex. dicit iuxta æſtimationem facti dandam eſſe
petitionem: & ita tenent communiter Doct. in
d.l.ſtipulationes non diuiduntur.& in d.l.j.ff.de
action.empti.& in l.ſi traditio.C.eod.ti ubi Per.
Cyn. Alber.& Bal. Et ex mente ipſorum Docto
rum poſt doctrinam Gl.videtur dari triplex mo
dus libellandi in hac materia. Primus eſt, quòd
petatur factum in libello, & tempore ſententiæ
interrogetur reus ſi velit facere, & ſi dixerit, qđ
non, tunc condemnetur ad intereſſe. Alius & ſe
cundus modus eſt, quòd actor ab initio interro-
get reum ſi velit facere, & ſi reſponderit ꝙ non
ſtatim agat contra eum ad intereſſe. Tertius mo
dus eſt,ut agatur conditionaliter hoc modo, pe-
to rem tradi,vel fieri,& ſi nõ feceris peto inter-
eſſe. Et iſti tres modi libellandi colliguntur ex Gl.
in d.l.j.in prin.ff.de actioni.empti. Poteſt eſſe &
quartus modus libellandi,quia poſt moram eius
qui obligatus eſt ad faciendum poteſt principa-
liter peti ipſum intereſſe,& ita Barto.in d.verſic.
Celſus & ibi nouiſſimi.& eſt tex. expreſſus in d.
verſi.Celſus.& eſt de mente Glo.in l.2. in §.itẽ
ſi in facto.ff.de uerb.obligatio. & hoc fuit etiam
de mente Bal.& clarius Saly.in l. ſi traditio.C.de
actio. emp. Præſuppoſita ergo hac concluſione
pro uera, quòd intereſſe poſſit peti ab initio in
obligationibus facti,prout factum eſt in caſu per
ipſos emptores.reſtat uidendum, an in propoſi
to noſtro ipſi emptores potuerint principaliter
in libello deducere hoc ipſum intereſſe: quod
petunt. Et certè ſtantibus terminis ſupra po-
ſitis, determinandum eſt audacter, quòd non.
Nam in obligationibus facti tunc ſuccedit obli-
gatio ad intereſſe, cùm obligatus ad faciendum
eſt in mora facere quod promiſit. in d.l.ſi quis
ab alio.§.fina.ff.de re iudica.l. ſtipulationes non
diuiduntur.in uerſicu.Celſus eſt in l.cum ſtipu-
latus ſim mihi à Proculo. in fin. & in l. inſulam
intra biennium.§.fi.& l.ſi fundum certo die.& l.
ſi inſulam.de verb.obliga. Sed in propoſito no-
ſtro ipſi uenditores non fuerunt in mora ad alu
mina ipſa tradenda emptoribus, per conſequẽs
nõ ſuccedit obligatio ad aliquod intereſſe: quæ
demũ ſuccedit mora cõtracta per obligationem
ad faciendum; vt in ſuperiorib. clarè deductum
eſt. Quòd autem ipſi venditores non fuerint in
mora,

66 mora,hoc clarè probatur: quia † venditor non
prius eſt in mora ad rem ipſam tradendam, q̄
emptor ex parte ſua impleuerit tradēdo ſibi pre-
tium,vel ſaltem realiter offerendo, aut deponen
do,l.Iulianus.§.offerri ubi caſus.ff. de act. emp.
& ibi Gl.& l.qui pendentem.in eo. ti. & argum.
l.ſi rem.§.omnis.ff.de pigno.actio.& arg.l.quæ-
ro.§.inter locatorem.ff.loca. & tex. optimus in
l.ædiles.§.ſi.& l.ſequen.ff.de ædil.edic. & l.ſi ſo-
luturus.ff.de ſolutioni.licet enim † ab initio ce
67 lebrati contractus emptionis & venditionis ſint
natæ actiones & obligationes hinc inde ex ſolo
conſenſu, vt Inſtitut. de obligat. quę ex ſolo
conſenſu per tot. & l. conſenſu.ff. de action. &
obligatio.& l.j.§.fina.ff.de contrahēd. emp.aliàs
non differrent iſti contractus nominati, à con-
tractibus innominatis, in quibus ante implemē-
tum nulla eſt nata actio.l.ex placito.C.de rerum
permuta.l.j.§.item emptio.ff.de rer.permuta.&
per Doc.in l.ſi traditio.C.de actio.emptio.non
tamen eſt exercitium ipſarum actionum alicui
parti, niſi pars nolens agere adimpleuerit pro
parte ſua: ut d.l.Iulianus.§.offerri. & l.ſi rem.§.
omnis. ff de pignora.actio. & Gl.in d.l.ſi tradi
tio, Non ergo venditor eſt in mora tradendi rē
emptori, niſi pro parte ſua emptor impleuerit,
& ſoluerit precium,vel realiter obtulerit,aut de
poſuerit, vt cedat loco ſolutionis.l.acceptam.C.
de vſur. Cùm ergo in propoſito noſtro empto-
res ipſorum aluminum ante inchoatum iudiciū
cum ipſis fideicommiſſariis, ſeu minoribus non
ſoluerint precium,nec illud obtulerint,aut depo
ſuerint, & ſic non impleuerint ex parte ſua, nul
lo pacto poſſumus dicere ipſos venditores fuiſ-
ſe in mora, & per cōſequens ipſos nō teneri ad
68 aliquod intereſſe: † quia obligatio ad intereſſe:
quæ ſuccedit in obligationibus facti ex poteſtate
legis nunquam ſuccedit, niſi poſt moram perfe-
ctè contractam per ipſum qui ad faciendū obli-
gatus eſt, vt d.l. inſulam intra bienninm. ubi tex.
notabilis.& l. ſtipulationes non diuiduntur.ver.
Celſus.& in l. ſi inſulam.& l.ſi fundum certo die
pręſtari.ff.de verbo.obligatio.cum aliis ſupra al-
legatis: quia talis obligatio ſuccedit ratione mo
ræ: quia lex quæ introducit hanc obligationem
ad intereſſe,non facit ſuas operationes fruſtrato
rias, ſed tunc demum cùm locū habere poſſunt.
d.l.inſulam intra bienninm. vbi bonus tex. in p-
poſito.& l.hęc ſtipulatio.§.).ff.ut lega. nomi.ca-
ueatur.& l.non agendum.§.Sabinus.ff. de proc.
Et ideò tex in propoſito noſtro in d.l.ſi traditio.
C.de ac.emp.ſignanter uſus eſt illis uerbis, ſi tra
ditio rei venditæ procacia venditoris nō fiat. no
to ergo illa verba procacia, quæ Glo. exponit.id
eſt, contumacia, quæ non poteſt imputari vendi
tori,quando ſibi non eſt ſolutum preciū p em-
ptorem. Et eodem modo inquit tex. in l.j.ff.de
act.emp.ſi res vēdita non tradatur, intelligendo
emptori: qui ſoluit preciū, vel illud realiter ob-
tulit,vel deponit, ſecūdum ea quę habetur in di-
cta l.acceptam.C. de vſuris.& dicta l. ſi mora.ff.
ſolutò matrimonio, & in l. obſignatione.C. de
ſolutionibus.

Quòd autem ipſi emptores nō ſoluerint pre
cium venditoribus apparet: quia ipſimet empto
res in libello offerunt ſe paratos ſoluere preciū
venditoribus,ergo manifeſtè apparet, quòd ante
non erat ſolutum. Item ex tenore inſtrumento-
rum conſtat eueniſſe terminos fiendarum ſolu
tionum de precio ipſis venditoribus.

Secundo ad idem adducitur pro declaratione
præmiſſorum: quia ipſi emptores petūt intereſſe
lucri ceſſantis habita ratione ad preciū ipſorum
aluminum tempore celebrati cōtractus, quo tē-
pore, nec etiam poſt fuit facta ſolutio precij, aut
oblatio, nec depoſitio per ipſos emptores. Vnde
contra omnem iuſtitiam, & æquitatem eſt: quòd
ipſi venditores: quibus non erat ſatisfactum de
precio, nec facta oblatio realis, aut depoſitio, per
ipſos emptores ratione morę commiſſę in non
tradendo alumina, teneri debeant ad intereſſe,
quę mora non poteſt aliquo pacto dicti eſſe cō-
miſſa, poſtquàm precium non erat eis ſolutum,
nec facta illis realis oblatio, aut depoſitio p ipſos
emptores, vt ſupradictum eſt.

Tertiò pro hac parte adduco no. dictum An-
ge.in l.ſi.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.ubi determi
69 nat Ang.quòd † vbi in obligationibus facti quis
poteſt pręcisè cogi ad faciendum, tunc ex mora
non ſuccedit obligatio ad intereſſe: quia non de-
bet eſſe in poteſtate obligati ſe eximere ab illa
precisè obligatione facti qua tenetur. Sed in ca-
ſu noſtro ipſi venditores ſi contractus valuiſſet
cùm haberent facultatem aluminum tradendo-
rum, poterant precisè cogi ad illa tradenda, vt
vult Gl.no.ſecūdum opinionem Martini appro-
batam in d.l.j.in prin.ff.de actio.emp.& Docto.
in l.traditio.C.de action.emp.in l. ſtipulationes
non diuiduntur ff. de verborum obligatio. per
conſequens poſito, quòd etiam ipſi emptores
fuiſſent in mora, non tamen ſucceſſiſſet obliga-
tio ad intereſſe.

Quartò ſuperiora confirmantur, & ex alio ap
paret euidens ipſorum libellantium ineptitudo;
quia ipſi emptores in libello ſuo deduxerunt, &
narrauerunt contractū conditionalē primæ em-
ptionis aluminum factę ſub hac conditione.ſi &
inquātum nonus appaltus fieret per totū men-
ſem Octobris, nec expreſſerunt conditionem il-
lam eſſe purificatam, quæ nec re uera purificata
fuit. Vñ manifeſtè apparet eos agere ſine actio-
70 ne: quia † ante cōditionis euētum nulla eſt nata
actio nec obligatio.l.cedere diem.ff. de verbo.ſi-
gnifica.§.ſub conditione.inſt. de verborum obli
gatio.& l.in illa.ff.eo.ti. Et ſic audiendi nō ſunt.
l. ſi pupilli.§. videamus. ff de nego. geſt.l. ſi Ti-
tius & Seius.cum ibi no. ff de uerborum obliga.
71 Et iudex † ipſe ex ſuo proprio officio: quando vi
det talem ineptitudinem libelli, poteſt illū pro-
priis manibus lacerare, & reijcere.tex.in l.2.in fi.
C.vt

precedenti dubio dixi quòd exceptio inepti li-
belli quandocunque oppoſita reddit iudicium re-
tro nullum : quia oſtendit iudicium non ha-
buiſſe ſua ſubſtantialia , & ſic defeciſſe perſo-
nam actoris l. licet. C. de procura. & ibi Bal. no-
tabiliter in propoſito.
80 Simile videmus quando † opponitur exceptio
incompetentiæ iudicis: quia illa quandocunquè
oppoſita reddit iudiciũ retro nullum: quia oſten
dit non fuiſſe perſonam iudicis. Glo. not. in l.
tã & ſi. ff. ad Macedonia. & in l. j. C. de iur. & fact.
ignoran. & ibi Glo. & Docto. notabiliter ma-
ximè Bald. Glo. & ibi Angel. in l. exceptionem.
C. de proba. & eſt text. in l. fina. C. ſi à non
competen. indi. Non poteſt ergo in propoſito
noſtro talis controuerſia appellari quæſtio, ne-
que cauſa. l. cauſas. C. de tranſact. cum obſtet
exceptio impeditiua proceſſus: quia ſuper inepto
libello non poteſt eſſe iudicium nec ferri valida
ſententia: ut in ſuperioribus dictum fuit. Et fa-
cit. c. examinata. extra de iudi. & l. j. ff. de of-
fi. aſſeſ. iuncta Glo. & l. ij. in fi. C. ut nemo pri-
ua. & l. j. cum Glo. ſua. ff. ſi menſ. falſ. mod. di.
& ſic ſumus extra ſtatutum loquens de cauſis
committendis bonis uiris : quia hic nulla eſt
81 queſtio ſeu cauſa. Quod † autem talis exceptio
impeditiua proceſſus impediat fieri commiſſio
nem determinauit Bal. in l. fratris. C. de tranſ. &
in l. penul. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.
82 Simile etiam alibi dicit Bartol. † quòd vbi ex
forma ſtatuti cauſa debet committi conſilio ſa-
pientis, hoc uerum quando cauſa eſſet dubia :
ſecus ſi clara et aperta. Ita inquit Bartol. in l. ille
aut ille. §. cùm in verbis. ff. de lega. iij. & Bald.
in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. & idem
Bal. in l. 1. C. de relatio. & in l. quæ ex relatione.
ff. de leg. Cum ergo in terminis noſtris appareat
libellũ ineptiſsimè formatum, ita ꝙ nulla ſit du-
bitatio ipſos emptores, qui egerunt eſſe repel-
lendos, et abſoluendos conuentos ab obſeruatio
ne iudicij, non debet ipſe iudex cauſam commit
tere bonis uiris.

Super verò quinto dubio, videlicet cauſa pe-
titionis oblatæ per tutricem filiorum & hære-
dum dicti quondam Petri, & per vnum ex dictis
filijs et hæredibus ueniat etiam committenda, vel
ne, ſtantibus ſtatutis de quibus ſupra nihil pro
nunc determino : quia vt dixi in proximo præce-
denti dubio non ſum informatus in facto clarè
& apertè vt deceret de ſtatuto & cõſuetudine vi-
gente in ciuitate & inſula Chij de cauſis commit
tendis bonis viris: quanto tempore ſit introducta
illa conſuetudo, & obſeruata in terra Chij, & an
ſcientibus & patientibus ſupremis magiſtratibus,
& populo inclytæ ciuitatis Genuæ, & an talis con
ſuetudo ſit obtenta in contradictorio iudicio, &
an ſit conſuetudo talis cuius initij memoria non
exiſtit, et quomodo, & qualiter illa ciuitas & in-
ſula ſit ſubiecta populo & communitati ciuitatis
Genuæ, quę omnia eſſent diligenter ponderanda
iuxta ea quæ habentur in l. de quibus. ff. de legib.
per Bar. & alios ſcribentes in l. 1. & ij. C. quæ ſit lõ
ga conſuetu. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu-
re. in c. fin. extra de conſuetu in c. j. cum omnes
extra de conſtit. in c. j. de conſti. lib. vj.
83 Vnũ tñ ſingulariter notãdũ eſt, quòd † cauſæ
ſubtiles in iure, cuiuſmodi eſt noſtra cauſa, groſ-
ſis & imperitis uiris comittendæ nõ ſunt. Ità Bal.
notabiliter in l. fi. ff. de hær. inſti. & hoc, ꝙ uolue
runt ſtatuentes in illuſtri ciuitate Genuę in proœ
mio ſtatuti poſiti ſub rub. de qõnib. non cõmiſ-
ſibilibus bonis viris, vbi dicitur ꝙ cum culpa ſit
ſe immiſcere rei ad ſe nõ pertinenti &c. qđ proœ-
84 miũ † declarat ſtatutũ, & dicitur eius cauſa fina-
lis: ut l. fi. & ibi Bar. Bal. & Ang. ff. de hęr. inſti. &
facit l. regula. in fi. ff. de iur. & fac. ign. & idẽ Bar.
in l. ambitioſa. in pen. col. ff. de decre. ab ord. fac.
& Bal. in §. quibus. in. j. conſti. C. & in l. ut liberis.
C. de colla. & in l. in teſtamento. §. j. ff. de legi. tut.
Et ſic de mẽte ſtatuentium eſt, ꝙ cauſę graues &
ſubtiles cuiuſmodi eſt noſtra non ſit committẽ
dę iſtis bonis uiris: qui ut plurimum ſunt idiotę.
Capio nunc ultimũ dubium in quo quęritur,
nũquid poſito et nõ cõceſſo, ꝙ cauſæ deberẽt cõ
mitti bonis uiris, habent ẽt boni viri iudicare in
fauorẽ dictorũ emptorũ, an uerò dictorum hęre
dũ dicti quondã Petri, & quid iuris ſi rema-
nebunt in iudicio ordinario dictę cauſę, ita ut
ueniat iudicandũ ſuper eis de iure? & in his breui
ter dicendũ quòd ſiue huiuſcemodi cõtrouerſia
ſit cõmittenda bonis uiris, ſiue ueniet decidenda
per iudices ordinarios, ꝙ ferenda eſt ſentẽtia in
85 fauorẽ filiorum dicti q. Petri Patterij. Nam † licet
iſti boni uiri in curia mercatorum non debeãt ſe-
qui iſtos apices iuris, puta, irritare proceſſum, ꝙ
ſit intentata actio directa, cũ debuiſſet intentari
utilis, qui apices iuris non attingunt veritatem
negocij, nõ tñ tenẽtur recedere à bona ęquitate,
habito reſpectu ad iura ciuilia. l. bona fides. ff. de
poſi. Hęc ſunt notabilia uerba D. Bal. in l. ꝑ eã.
C. mand. quę primo loco fuerunt Bart. in l. ſi fide
iuſſor. §. q̃dã. & i l. Quintus Mutius. Vnde inquit
86 Ang. ꝙ † arbitratores qui habẽt iudicare ſecũdũ
ueritatẽ & ęquitatẽ, non debent reijcere exceptio
nẽ pręſcriptionis: quę concurrit cũ bona fide, ſed
87 ſecundñ illã iudicare. Debet etiam † quilibet ius
dicens, ſecundum Bal. habere duos ſales, ſalem vi
delicet ſcientię, ut poſsit bene cuncta rimari. c.
iudicantem. xvij. q. vlt. & l. iudices. C. de iudic. &
nõ habito hoc ſale inſipidus eſt: & cũ ſale ſciæ de-
bet habere ſalẽ ſecuræ conſciẽ, aliàs eſſet diaboli
cus, nec debet uti inani cõſcientia in nõ iudicãdo
ſecundũ regulas artis, id eſt, ſecundum leges & cõ
88 ſtitutiones. Iniuria † enim facit legibus qui vult
ſe meliorem uideri, quàm ipſæ leges. hæc ſunt no
tabilia uerba D. Bal. in l. ij. C. de ſentent. ex bre-
uic. recit. Et ad hoc optimè facit quòd not. Bal.
in l. nemo. C. de ſenten. & interlo. om. iudic. ubi
89 dicit quòd † ubi princeps aut ſtatutũ committit
negocium decidẽdum de iuſtitia & ueritate, intel

ſigitur cuius patronatur; quia ſentẽtia debet ha-
bere fundamentum, ueritatis & iuſtitię legibus
90 approbatę. Vnde † hoc caſu ſecundum eum
non iudicaret ex nudo pacto oriri actionem: qa
tali pacto nudo ius non patrocinatur.

Ad propoſitum ergo noſtrum multa de iure,
& equitate cogunt quemlibet iudicaturum ut fe
rat ſententiam in fauorem dictorum filiorum mi
norum dicti quondam Petri Patterij. Et primò
quidem: quia ipſi tales fideicommiſſarij: qui ven-
diderunt alumina dictorum minorum nullam ha
bebant poteſtatem ad vendendum: nec de eorũ
poteſtate aliqualiter conſtat. Primum ex te-
ſtamento dicti Petri Patterij: quia tale teſtamen-
tum eſt nullum cum non fuerint obſeruatæ de-
bitæ ſolennitates: quæ in talibus obſeruari de-
buerunt: nam non fuit appoſitum tempus in eo
conditi teſtamenti. Secundò non dixit teſta-
tor coram teſtibus quòd uelit facere tales fidei
commiſſarios ſuos. Tertiò teſtamentum non
fuit ſolenniter publicatum. Quartò non fuit
probatum tale teſtamentum fuiſſe ſcripturam Pe
tri teſtatoris, vnde tale teſtamentum non valuit
de iure communi, nec ut inter extraneos, nec ut
inter liberos, nec ualuit etiam attenta forma ſta-
tutorũ ciuitatis Genuæ, ut hæc omnia ſuperabun
dè declarata ſunt.

Cæterum & ſecundo principaliter, quando
ipſum teſtamẽtum valuiſſet: & ipſi fideicommiſ-
ſarij legitimè dati probarentur, non tamen va-
let uenditio aluminum celebrata ab eis cum ex-
ceſſerint fines mandati cum omnes debeant cõ-
ſentire in uenditione aluminum, uel ſaltem mu-
lieres cum duobus ex eis: quod obſeruatum non
fuit ut ſupra clariſsimè declaratum extitit, per cõ
ſequens cùm exceſſerint fines mandati, non va-
91 luit quod fecerunt: quia † aliud uidentur feciſ-
ſe, l. diligenter. ff. manda. & l. ſi pro eo. eodem
92 titu. Nam † & bona fides ſuadet cuſtodiri man
datum: & talis uenditio facta contra formam
mandati dati fideicommiſſarijs non habuit afferre
re præiudicium minoribus: caſus eſt ad literam in
l. cum mandati. C. manda. nam in eo quod exce-
dit mandatum dicitur eſſe falſus, ita Gloſ. no-
tabiliter, & ibidem Saly. Et aduertendũ eſt quòd
ille tex. dicit quòd ex bona fide eſt non præteri-
re mandatum, quam bonam fidem ſequi debent
boni uiri.

Præterea nonne inter cætera apparet magna
93 iniquitas ipſorum fideicommiſſariorum: † qui
poſuerunt ſubſtantialia contractus in volunta-
te emptorum: ut eſſet in poteſtate ipſorum va
leret uel non ualeret contractus: & ſic contra-
ctus claudicaret contra ipſos minores: quod fuit
ſummè pernitioſum, nec æquitati bonæ fidei cõ
ueniens, ita loquitur tex. in l. ſi id quod. ff. de
reſcindend. uenditio. Item ſubſtantialia con-
tractus poni non potuerunt in poteſtate ipſo-
rum emptorum, an eſſent obligati uel ne. l. in uen
dentis. C. de contrahen. emptio. l. quod ſæpe. § j.
ff. eodem titu. Doctores con corditer in l. ſi quis
arbitratu. ff. de verborum obligatio, & in l. fi. C.
de contrahen. empt. Item nec adhibita eſt ſollẽni
tas in ipſo contractu uenditionis aluminum: quę
requiritur ex forma ſtatutorum ciuitatis Genuę
quando uenduntur res minorum, videlicet ſtatu
ti poſiti ſub rubr. de re uendita auctoritate magi
ſtratus, in uerſic. tutores enim. Quis ergo bo-
nus vir, aut quis iudex iudicaturus in ſupraſcri-
ptis cauſis & controuerſijs, attentis cauſis, & ra-
tionibus ſupraſcriptis non iudicabit omnem iu-
ſtitiam & æquitatem fore pro filijs dicti quondã
Petri Patterij?

Cæterum cùm quando præmiſſa omnia ceſſa
94 rent, filij dicti Petri † cum ſint minores, & læ-
ſi iuuãdi ſunt beneficio reſtitutionis in integrũ,
ut in toto tit. ff. de mino. & C. de in integ. reſti.
95 mino. & in titu. ff. ſi aduer. uenditio. Nam † &
ſi contractus fuiſſet celebratus per eorum tuto-
res uel curatores: qui habebant maiorẽ poteſta-
tem quàm fideicommiſſarij, & in perſona, & in re
bus minorum: ut l. j. ff. de tute. ipſi minores habè
rẽt beneficiũ reſtitutionis in integrum. l. etiam.
C. ſi tutor vel curator interue. & l. properandum
§. fina. C. de iudic. quanto fortius hoc erit in ca-
ſu noſtro, ut cum ex contractu iſtorum execu-
torum inſurgat ipſis minoribus maxima & enor
mis læſio, põſsint petere reſtitutionem in inte-
grum. Et poterit petiiſta talis reſtitutio, etiam
incidenter in hoc iudicio, in quo ipſi minores
96 conueniuntur actione ex empto: quia † poterunt
minores per modum excipiendi dicere, quod quan-
do talis contractus eſſet ualidus quòd ipſi ſunt
minores et læſi, & petent incidenter ſe reſtitui
in integrum, caſus eſt ad literam non cauillan-
do in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. &
ibi deciſio Barto. in terminis noſtris: quem ſe-
quuntur Bald. Ange. & nouiſsimi. Et pro hac
ſententia, allegatur textus optimus in ſimili, in
l. ſi Papinianus. §. ſi filius. ff. de inofficio. teſta-
97 men. vbi † habetur quòd querela inofficioſi
teſtamenti, quòd eſt remedium reſcindens, in-
tentatur per modum exceptionis, & contradictio
nis, & ibi dicit Angel. Idem in propoſito no-
ſtro in reſtitutione in integrum quam habent mi
nores: quia illam poſſunt deducere per viam
excipiendi, uel replicandi, & ita dicit ſe ſæpius
practicaſſe. Et ad hoc idem facit l. ſi præteritus.
98 ff. de bonor. poſſeſſ. contratabu: † ubi bonorum
poſſeſsio contratabulas poteſt peti in modũ ex-
ceptionis et contradictionis. & ibi idem Barto.
firmat opinionem ſuam quam poſuerat in dicto
§. ſi minor, uidelicet minorem conuentum poſ-
ſe petere beneficium reſtitutionis in integrum,
& hanc ſententiam ipſe Bartol. ſequitur, &
confirmat in l. exceptiones quæ. in fine. ff. de
exceptionibus.

99 Ad † l. exceptiones quæ. in fi. ff. de exce. & ad
Gloſſ. quæ uidentur tenere contrarium reſpon-
dent idem Bart. & Doct. in d. §. ſi minor. & Ang.
in d.

in d.§.ſi filius.quòd ille tex.in d.l.exceptio. in fin. procedit quando minor læſus ſolummodo opponeret,& exciperet de minori ætate,& leſione.tūc non audiretur in tali exceptione,niſi prius petita reſtitutione in integrum : ſed quando minor per viam excipiendi, non ſolùm excipit de minori ætate,& læſione, ſed vltra progreditur,petens ſe reſtitui in integrum : tunc bene auditur,& ſic eſt vis in modo excipiendi, nec ſuper hac petitione reſtitutionis in integrum erit opus noua litis conteſtatione,aut nouo iuramento de calumnia : ſed ſufficiant acta ptimitiuæ cauſæ. Ita Bart. quem Bal. Ang.& Saly. & nouiſsimi ſequuntur in d. §.ſi minor.& idem Ange.in d.§.ſi filius.& Bart. in d. l.exceptiones quæ.

Vnde in propoſito noſtro, filij dicti Petri conuenti ab emptoribus, poſſunt allegare venditionem celebratam per ipſos fideicommiſſarios fuiſſe nullam, tanquam factam à fideicommiſſarijs qui non erant fideicommiſſarij, & in quantum eſſent non obſeruauerunt formam mandati traditi à teſtatore, & in quantum uenditio eſſet valida,allegare ſe minores,& læſos,& petere ſe reſtitui in integrum, & ſic implorare beneficium reſtitutionis in integrum per viam exceptionis ſiue contradictionis:vt d. l. nam poſtea. §. ſi minor.& ita communiter Bar.Bald. Ange.& communiter nouiſsimi,Saly.& Fulgo. & idem Ange. in d. §.ſi filius.& Gloſſ. reſpondent, quæ viſæ ſunt tenere oppoſitum ut ſupra dixi. Et ad talem excepitonē ipſorum minorum facit in ſimili quòd notauit Innocen.& poſt eum reliqui Doct. ibi in c. con-
100 ſtitutus.extra de in integr. reſti. Vbi † minor in vno,& eodem libello,poteſt dicere ſententiā nullam,& ſi qua eſt,poteſt petere, ſe reſtitui in integrum. Et idem erit in libello in quo agunt filij dicti Petri Paterij contra emptores aluminum: quia ſi ipſi emptores opponunt de contractu venditionis celebrato per fideicōmiſſarios cum eis, & de traditione aluminum, ipſi filij agentes replicabunt talem contractum fuiſſe nullum, & ex tali traditione non potuiſſe ipſos fideicommiſſarios tollere,& auferre eis dominium ſuorum aluminum,& in quantum contractus ipſe uenditionis fuiſſet aliquis, & traditio aliqu,adicent ſe minores, & læſos fragilitate ætatis, & conſequenter petent ſe reſtitui in integrum. Et hoc modo per viam replicationis obtinebunt beneficium reſtitutiónis in integrum:ut d.l.nam poſteà. §. ſi minor.ſecundum Bart.Bal.& Ange. qui ita format caſum in d.§.ſi minor. Et aduertatur diligenter ꝙ ſemper ipſi minores dicant ſe læſos fragilitate ętatis:quia aliàs non procederet eorum exceptio,
101 & replicatio. Sicut † nec etiam procederet libellus in quo peterent principaliter ſe reſtitui niſi dicerent ſe læſos fragilitate ætatis. Ita Bartol. in l.fina. C. de in integrum reſtitut. quem ſequitur ibi Bal.& Spe .in ti.de reſti.in integ.in §. qualiter.uer.primo.Ex ſupraſcriptis omnibus interū tur infraſcriptæ,& ſupraſcriptæ concluſiones.

Prima couclusio eſt,quòd conſtitutio ipſorum fideicommiſſariorum facta in teſtamento dicti quondam Petri Paterij, non fuit efficax neque valida.

Secunda conclusio eſt,quòd con ractus uenditionis aluminum celebratus per dictos fideicommiſſarios,non ualuit neque tenuit.

Tertia cōcluſio eſt,ꝙ non ꝓcedit libellus porrectus per dictos emptores aluminum contra filios dicti quondam Petri ſeu fideicommiſſarios.

Quarta concluſio eſt,ꝙ econtrà procedat libellus porrectus per dictos filios dicti Petri, & tutricem eorum contra ipſos emptores aluminum.

Quinta concluſio eſt,& vltima, quòd ſiue iſtæ ambæ cauſæ ſunt committendæ bonis viris, ſiue remaneant coram iudicibus ordinarijs, in vtraque pronuntiandum eſt in fauorem filiorum dicti Petri. Benedictus ſit ſemper pius, & miſericors Deus. Amen.

Et ita dico,& conſulo. Ego Iacobus de Puteo Iuris vtriuſque Doctor,& Comes.

CONSILIVM D. CATONIS Sacci Doctoris, Comitis, & Militis.

In cauſa vltraſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum dicitur nuncupatiuum, licet nomina hæredum non ſint palàm nuncupata ſed implicitè. ſed contra ibidem.*

2 *Teſtamentum, & ſi in eo omnes teſtes ſubſcripſiſſent, & ſigillaßent, vno excepto,non valere.*

3 *Teſtamentum in quo teſtes aliqui ſe ſubſcripſerūt, nec ut nuncupatiuum valet.*

4 *Teſtamentum cæptum,& non completum,nihil ualet etiam in eo quod factum eſt. Idem ſi totam uoluntatem expreſſit teſtator, & antea quàm publicaretur mortuus eſſet.nu.5.*

6 *Teſtamentum imperfectum reſpectu uoluntatis non ualet etiam inter liberos. nec ad pias cauſas nu. 8. etiam ſi fuerit dictatum in præſentia teſtium. nume. 9.*

7 *Intellectus ad l finalem. C. famil. erciſcun.*

9 *Teſtamentū inter liberos,& ad pias cauſas venetijs & in alijs locis maritimis tunc valet, ſi in quolibet capitulo interrogetur teſtator, & teſtes deponant illum reſpondiße, quò uerò ad extraneos deberet iterum legi poſt reſponſionem teſtatoris.*

10 *Teſtamenti ſcriptura non præſumitur lecta, niſi conſtet.*

11 *Inſtrumentum non conficiendum de uoluntate imperfecta.*

12 *Clauſula codicillaris non iuuat vltimam voluntatem imperfectam.*

13 *Pater ſi teſtamentum ſcripſit in quo filios hæredes inſtituit, & legata reliquit, illudque in capſa repoſuit, & non legit, dicitur imperfectum ratione uoluntatis, & ſolennitatis.*

habeŗetur, ſed de facili potuiſſet haberi.

3 *Legitimatio filij nati poſt mortem patris vt valeat, debent citari illi quorum intereſt.*

4 *Legitimationis actus eſt voluntariæ iuriſdictionis.*

5 *Dolus præſumitur in actu in quo ſolennia requiſita non fuerunt adhibita.*

6 *Teſtatoris voluntatem ſequitur lex, ſicut venator leporem.*

7 *Forma dat eſſe rei.*

8 *Iudex & teſtis quis eſſe non poteſt, ſaltem in cauſis grauibus.*

9 *Iudex cui nihil conſtat, nihil poteſt.*

10 *Iudex debet ſecundũ allegata & probata procedere.*

11 *Verbum omne ſtat in ore duorum vel trium.*

12 *Teſtamentum quid ſit.*

13 *Teſtes non concludentes, non probant.*

14 *Teſtibus ſingularibus non credendum, cum tantum probet vnus quantum mille.*

15 *Teſtes diſcordãtes in forma facti, dicũtur ſingulares.*

16 *Vox vnius, vox nullius.*

17 *Teſtium ſingularitas quomodo inſpiciatur.*

18 *Teſtium ſingularitas attenditur penes rei effectum, non ſenſum ipſius teſtis.*

19 *Teſtes teſtamentarij debent eſſe docti, vt ſciant dicere tenorem totum teſtamenti nuncupatiui.*

20 *Materia corrigens non extendenda.*

21 *Correctio iurium non inducenda per ſubauditiones.*

22 *Iura non ſunt reuocanda & corrigenda per tacitas repetitiones, ſed ita intelligendum, ut minus lædatur ius commune.*

23 *Gloſſarum authoritas omnes alias antecellit, maximè ſi doctor illuſtris eſt cum ea.*

24 *Communi opinioni in dubio ſtandum.*

25 *Gl. iuris canonici dicitur maioris authoritatis quàm gloſſ. iuris ciuilis.*

26 *Iuniores perſpicaciores.*

27 *Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*

28 *Regulæ tenaciter inhærendum.*

29 *Omiſſum à forma habetur pro omiſſo quoad effectum formæ.*

30 *Teſtamentum minus ſolenne valet inter filios naturales, ſicut inter liberos.*

31 *Diſtinguentis opinioni ſtandum.*

32 *Miles cenſetur in dubio etiam ſecundum ius commune teſtari.*

33 *Teſtator præſumitur velle quod vult ius commune.*

34 *Teſtamentum imperfectum etiam quoad pias cauſas ſi ratione voluntatis non valet. & nu. 40.*

35 *Sententia primo ſcribitur quàm feratur, & anteaquam feratur non eſt ſententia, ſed diſpoſitio ad illam.*

36 *Argumentum efficax de ſententia ad teſtamentum.*

37 *Præparamentum aliud eſt quàm res ipſa.*

38 *Facto vbi opus eſt, verba non ſufficiunt.*

39 *Nihil dicitur actum, cum aliquid ſupereſt agendum.*

40 *Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit.*

41 *Abſurditates vitandæ.*

42 *Veritas de terra orta eſt & iuſtitia de cælo proſpexit.*

43 *Nullitas omnis ſi tollatur, non intelligitur ſublata proueniens ex defectu poteſtatis.*

44 *Fœminæ an poſſint eſſe fideicommiſſariæ.*

45 *Inſtituere volens alium hæredem quàm filium, quærat alium quàm Auguſtinum.*

46 *Amor nullus vincit paternum.*

47 *Teſtatoris voluntas pro lege ſeruanda.*

48 *Teſtõris voluntas in teſtamentis obtinet principatũ.*

49 *Voluntas, poteſtas, & verba in teſtamentis concurrunt.*

50 *Forma à teſtatore tradita, ſicut ſi à lege, ſeruanda eſt.*

51 *Teſtatoris voluntatem ſeruari publicè intereſt.*

52 *Validius eſt id, quod plurimorum conſenſu confirmatur.*

53 *Nemo habet odio carnem ſuam.*

54 *Argumentum efficax à mandato iuriſdictionis ad mandatum adminiſtrationis.*

55 *Contractus nullus defectu ſollennium ratione formæ deficientis, conſenſu ſuperueniente non ratificatur.*

56 *Extinctum non poteſt reſuſcitari.*

57 *Dictio, tunc & nunc, deſignat temporis extremitatẽ*

58 *Diſcretioni cum quid committitur, intelligitur ſecundum iuſtitiam & rectitudinem cuiuſlibet bene iudicantis. Quid autẽ ſi committatur arbitrio? Quid ſi libero? Quid ſi conſcientiæ nu. 59. & 60.*

60 *Arbitrium liberum, & conſcientia differunt.*

61 *Pupillorum res vendi non poteſt ſine decreto, etiam ſi parum fructificaret. nu. 66.*

62 *Filiorumfamilias mercatorum res quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vendi non debent ſine decreto.*

63 *Pupillus hæres non tenetur exequi deſtinata per patrem.*

64 *Iudex in decreti interpoſitione, in alienatione rerum minoris quid perquirere habeat.*

65 *Tutore vendente rẽ pupilli ſine decreto, pupillus eam non vendicat, niſi pretium cũ fructibus reſtituat.*

67 *Intellectus ad auth. item prædium. C. de ſacroſ. eccl*

68 *Beneficia conceſſa pupillis, conceduntur & furioſis, & prodigis.*

69 *Argumentum ualidum de eccleſia ad minorem.*

70 *Prælatus eccleſiæ non habet inueſtire cum graui læſione ad modicum tempus ualidè ſine ſollennitate.*

71 *Nemo poteſt ſine actione experiri.*

72 *Obligatio non dicitur nata ante cõditionis euentum.*

73 *Moroſus dici non poteſt qui habet exceptionem.*

74 *Implere quis non tenetur non implenti nec pretium offerenti.*

75 *Via quæ electa eſt pateat.*

76 *Modus agendi & excipiendi conſiderandus.*

77 *Fundamento non exiſtente non poteſt ſuperædificari.*

78 *Nullitas ſi tollatur quibuſcunq; uerbis prægnantibus, non cenſetur ſublata quæ prouenit ex actis.*

79 *Statuta iudaicè ad corticem non ſunt intelligenda.*

80 *Acta faciunt notorium.*

81 *Excluſa generali cognitione uel appellatione, non intelligitur excluſa cognitio ſeu appellatio proueniens ex cauſa notoria.*

82 *Litis pendentia idem operatur, quod operatur ſententia ſuper declaratione nullitatis.*

CONSILIVM CXXIII.

SEcvndvm ea quæ propo-
nuntur tangendo ordinatè de
concluſione in concluſionem.
Ad primam concluſionem ro-
1 borandam † quòd conſtitu-
tio fideicommiſſariorum ip-
ſorum facta in teſtamento dicti quondam Petri
Patterij non fuit efficax neque valida cum ſolem-
nia non interuenerint in publicatione, nec cita-
tio emanauerit illorum, quorum intereſt, ſicut
iure requiritur. l.nam ita diuus. ff. de adoptio. l.
de vnoquoque.ff.de re iudic. cap.1. de cau. poſſ.
& proprie. cap.nos in quenquam. 2.quæſt.1. vt
2 † nedum in ſpecie ſint citandi, quando ipſorum ci
tandorum habetur notitia: ſed quando etiam ſi
non haberetur de facili potuiſſet haberi. c.fin.de
elect.lib.6.& ibi notabiliter Petr.de Anch. quem
ſequitur Gemin. ibidē, prout in caſu noſtro cla-
riſsimè habebatur notitia, Bart.in l.qui Romæ.§.
duo fratres.ff.de verb.obligat. & in l.eius qui in
prouincia.ff.ſi cert.pet.per eundem Bar. vel ſaltē
de facili notitiam potuiſſe haberi, nemo negabit.
3 Imò in ſimili, † vbi pater mortuus eſſet, in legiti-
matione fienda naturalis nati, cum tractetur de
partis præiudicio, requiritur partis citatio, & illo-
rum quorum intereſt, quamuis legitimare ſit uo-
luntariæ iuriſdictionis. not.in c.per venerabilem.
qui fil.ſint legit. & ibi communiter Doctores. &
in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib. & poſth.
Bald. in prima conſtit. Cod. in illa quæſt. an Co-
mes Imperialis. Idem Franc. Zaberalla Cardina-
lis Florentinus in d.c. per venerabilem. ibi quæ-
ro.Federic.in ſuis conſilijs conſ.155.Cuma.poſt
4 alios in d.§.& quid ſi tantum. Et † actus ipſe legi-
timationis eſt uoluntariæ iuriſdictionis, cum fiat
inter uolentes in auth.quib.mod.natu. effic. ſui.
Ad præmiſſa videatur Butri.in præallegato c.per
venerabilem.Bald.in l.fin. quib. res iudi.non no-
cet.C.& in l.1. C.de iure aureo.annu.& in l.2.C.
de iur.& fact.ignor.& in l.reſcripta.C.de precib.
5 Imper. offeren. & ubi † non interfuerunt ſolen-
nitates requiſitæ vt præſupponitur, omiſsis ſolen
nibus præſumitur dolus.l.1.vbi Gloſſ. C. de fide
inſtr.& iure baſt.fiſc.lib.10.& vbi omittitur for-
ma actus eſt nullus, maximè hominis ſiue teſtato-
6 ris, cuius † voluntatē ſequitur lex pedetētim ſicut
venator leporem.l.quidā.& ibi Bald.C.de ſer.ne-
ceſ.hæred.inſtituē. & infra aliquid ſuo loco dice-
tur de ſolēnitate à lege vel ſtatuto omiſſa q actus
7 corruit: quia † forma dat eſſe rei. l.Iulianus.§.ſed
& ſi quis.ff.ad exhi.l.1.§.ſi quis ita. ff. de verbo-
rum obligationi.cap. quia propter.extra de elect.
l.prima.§.cum qui.ff.de conſtitut.pecun. Bald.&
Angel.in l.prima,& ſecunda.ff.de liber. & poſth.
Bald.in l.ſi quis mihi bona. §.ſi coram. & l. cum
qui.§.primo ff.de acquirend.hæredit.& l.ſi duo.
& ibi Gloſſ.& Bald. eodem titulo. Bald. & Salyc.
in authen.offeratur. C.de litis conteſtatio. Bald.
in authent. qui ſemel. C. quomodo, & quando
iudex. Angel. in l.prolatam. C. de ſenten. & in-
terlocut.omn.iudic. Bart.in l.diuus. ff.de in inte-
grum reſtitutio. Bal.de pace Conſtan.in ver.acta.
8 etiam † in grauibus cauſis ſaltem quis non po-
teſt fungi officio tabellionatus & iudicis, ſiue iu-
dicis & teſtis, in locis præſertim inſignibus. not.
per Gloſſ.Bart.Bald.& Doctor. in l.iubemus. §.
ſanè. in Gloſſ. ius geſtorum habentibus. C. de
ſacroſanctis eccleſ. nota. etiam in cap. quoniam
contra falſam. extra de probationibus. in l. vni-
uerſi.C.de decurioni. lib.10. maximè in conten-
tioſa iuriſdictione, vt eſt in caſu formato. &
etiam debuit citare & cognoſcere vt iudex, cui
9 † cum nil conſtat, nil poteſt. Innocent. in cap.
ſolet.de ſenten.excommun.in 6.l.properandum.
10 §.& ſi quidem. C. de iudic. cum † debeat ſe-
cundum allegata & probata procedere. l. illiciti-
tas. §. ueritas. ff. de offic. præſid. Et quoniam
11 † in ore duorum uel trium ſtat omne verbum,
ſecundum legem Euangelicam Domini noſtri
Ieſu Chriſti.cap.nouit.de iudic. cap. in omni. de
teſti. Cum etiam in diffinitione teſtamenti ſit ſo-
12 lennitas. Teſtamentum † enim eſt uoluntatis
noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt
mortem ſuam fieri voluit. l. prima. ff.de teſta-
men. aliàs ſi ſine probatione duorum teſtium di-
ceremus aliquod teſtamentum ſeruandum eſſe,
ſequeretur contra uoluntatem: quia diceretur
vnius voluntatis, & eſſet aliud. l. duos. aliàs di-
uus. & l. Lucius. ff. de teſtamen. milit. & l. mili-
13 tes. C. eodem. Et non † probant teſtes, niſi
concludant, ita rem eſſe, non per poſſe. Sed ne-
ceſſariò debet probatio eſſe concludens ſecun-
dum ſenſus ipſius teſtis. cap. in præſentia. C.pro-
bationibus. l.non hoc. cum vulgaribus. C. vnde
legit. Gloſſ. in uerſic. abſque penuria. in cap.pri-
mo. de ſtatu monach.in 6.l.teſtium. C. de teſtib.
14 per Bal. Imò † teſtibus ſingularibus non cre-
ditur, & tantum probant centum quantum vnus.
Bald.in l.iuriſiurandi. C. de teſtib. cap. licet cau-
ſam. de probationibus.cap.cum dilecti.& cap.bo
næ.extra de electione.cap.cum dilecti.extra de ac-
cuſationib. Vnde data ſingularitate teſtium tan-
tum probant mille, quantum vnus. Speculat.
in tit.de inquiſitio.§.nunc dicendum. verſi. item
15 nota. Et quoniam † teſtes in forma facti di-
ſcordant ſunt ſingulares. Bald. not. in cap. fi.de
conſuet.extra: not.in cap.dudum. de conuer.cō-
16 iug. Succedit igitur regula, † quòd vox unius,
vox nullius.cap.cum à nobis.de teſtib. Quomo-
17 do † autem arguatur ſingularitas, colligi poteſt
optimè ex dictis Spec. in tit. de teſte. §. idem de
interrogatoris. uerſ.quid ſi unus.in fine.& ibi per
Ioan.Andreæ in additio.per Bald.in l.de quibus.
ad finem apparatus.ff.de legibus.& in dicta l. te-
ſtium. ubi eleganter dicit quòd diuerſitas in ali-
quo, uel aliquibus ex prædicamentis reddit teſtes
ſingulares. videlicet in prædicamentis ſubſtan-
tiæ, relationis, qualitatis, quantitatis, actionis paſ-

ſionis

ſionis, ubi, quando, ſitus, & habitus. per Iacob.
Butriga.Iacob.de Arena.in l.ob carmen.§.fin. ff.
de teſtib. Cyn.in l.2. ſiſic. aliquid.C.quę ſit lon-
18 ga conſue. Singularitas † enim teſtium attendi-
tur penes rei effectum, non ſenſum ipſius teſtis:
quia teſtis tunc erit ſingularis ſemper, cum ſem-
per ſit unicus in ſuo ſenſu, ſed in re teſtificata eſt
conteſtis alijs.Bal.in l.2.C.de bon.poſſeſſ.ſecun.
tabul.Bart.in l.2.ff.quemadmod.teſta. aper. Bal.
in c.cum omnes.extra de conſtit. Quanto magis
vbi nullus deponit de his quæ ſenſus corporis
percipit in re ſummè difficili in cognitione litera-
rum alienarum,cap.cum olim.per Glo.Butrig. &
Doctor.de priuileg.extra. not. in authen. ſi quis
19 in aliquo documento. C.de edend. maximè † in
facto teſtamenti debent eſſe permultum docti
vt ſciant dicere totum tenorem teſtamenti nun-
cupatiui:aliàs nō probant ſecundum Nicol.Mat-
tarel.in l.repetita.C.de epiſc.& cler. not.in l. hæ-
redes palàm.ff.de teſta.§.fin. Inſtit. eo. Bald.in l.
publicati.ad fin.3.q.ibi,ſecundo caſu. C.de teſta.
quod eſt bene notandum,ut non ita de facili pro-
betur teſtamentum. Et quantum ad fideicom-
miſſarios datio eſt nulla in teſtamento minus ſo-
20 lenni: quoniam † materia corrigens non debet
extendi,regula,quæ exorbitant. de reg. iur. in 6.
cap.cùm dilectus.extra de cōſue. c.cùm dilectus.
& c.ad audientiam.de cler.non reſid. Vt dicamus
21 † non inducendam iurium correctionem per
ſubauditiones.Glo.notabilis.in cap.cupientes.§.
quod ſi per viginti.in ver.petere.& Glo.in d.cap.
22 §.inſuper.in uerſ.priuatus.de elect.in 6. & † per
repetitiones tacitas iura non ſunt reuocanda, &
ita intelligendum, ut minus lædat ius commune,
quàm fieri poſsit.l.2.C.de noxal.not.in l.ſcimus.
§.in computatione. ubi Gl. Accurſij approbata.
23 C. de iure deliber. Et † authoritas Gloſſarum
omnes alias antecellit auctoritates.Bal.in l.cū hæ-
reditas.C.depoſi.Bald. in l.non ſolum. §. neceſsi-
tate.C.de bon.quæ liber.& in c.1. Bal. de natura
ſucceſ.feu.maximè ſi Doctor illuſtris eſt cum ea.
Ita Butrig.in l.1.C.qui pro ſua iuriſdict.Cyn.in l.
1.C.de actio.& oblig.Bal.in l.1.ff.de ſenat. Bald.
in l.precibus.C.de impuber.& alijs ſubſtit. Ioan.
Andreæ & Bald.in c.ne innitaris. extra de conſti.
Hoſtien.& Ioan.And.in cap.paſtoralis.& ca.cum
ſint.extra de decim.l.ſi de interpretatione. ff. de
legib. de pœnit.diſtin.1. cap. fin. ubi gloſſ. cum
24 † in dubio ſtandum ſit communi opinioni.Bart.
& Bal.in l.fin.C.de pœna iud.qui mal.iudi. maxi-
mè ſtandum. Glo.iuris canonici. Io. Andr.& c.
25 quia † Gloſſ. iuris canonici, dicitur maioris au-
ctoritatis,quàm Glo.iuris ciuilis.Imol.in l.1.§. &
poſt operis.ff.de nou.ope.nuntia.fortè illa rōne:
26 quia † quanto iuniores tāto perſpicatiores: quo-
niam viderunt ſcripta per alios.Glo. in l. Gallus.
in princ.ff.de lib.& poſthu.ponderando omnia:
27 quoniam † id quod non mutatur, ſtare nō pro-
hibetur,nec hoc immutatum eſt,in §.ex imperfe-
cto.in l. hac conſultiſsima. nec iure nouiſsimo.
authen.quod ſine. C.de teſta.& valeat teſtamen-
tum inter liberos, quoad fideicommiſſarios &
executores deputatos:ergo ſtabimus regulæ.l.1.
28 ff.de teſtam. cui † eſt tenaciter inhærendum, ut
29 † omiſſum à forma habeatur pro omiſſo,quoad
effectum formæ.l.quidquid aſtringēdæ. de verb.
obligat. ff.not. in l.petens. per nouiſsimos. C.de
pact.in l.iuriſgentium.§.quinimò. ff. eod. in l. le-
cta.ff.ſi cert.pet.pro quo.l. ſancimus. C. de teſta.
30 l.precibus. in fin. C.de appell. Et id quod † di-
citur de inſtitutione filiorum non habet locum
in naturalibus.Ang.in d.authen. quod ſine.ut pa
ter eius poſsit in cauſa tractari faciendo filij te-
ſtamentum inter parentes: quia non ualet minus
ſolenne, ſicut ualet teſtamentum patris inter fi-
lios. Ita notabiliter Salyc.in l.fi.C.famil.erciſcun.
& fuit nota.primum Specul. in tit. de inſtru. edi.
§.compendioſæ.ver.quid ſi filius.Salyc.in d.l.fin.
ibi quæro tertio,ſtando regulæ.l.hac conſultiſsi-
ma.§.ſi quis autem. C.de teſta. & licet ualeat da-
tio tutoris in caſu authen.ex cauſa. C.de lib.præ-
ter.quia cætera firma manent caſſata inſtitutione
ex defectu præteritionis. & ſic inficit magis da-
tionem, etiam tutelæ defectus, ſolennitatis pro-
batoriæ,quàm inſertione cauſæ.Bal.ad fin.ſui ap-
paratus. & ibi Angel.in præalleg.auth.quod ſine.
C.de teſta.ubi Bal.diſtinguit. Aut ſunt dati libe-
ri tutores,puta primi gradus uel alij, & ſtandum
31 † eſt opinioni diſtinguentis.l.adeo. §. cum quis.
ff.de acq.rer.dom. l.rogaſti. ff.ſi cert.pet.cap.ſu-
per literis.de reſcript.c.literas. de reſtit.ſpoliat.l.
ita ſtipulatus.la grande.ff.de verb.obligat. Imol.
in l. ſi finita. §.illud.ff.de damn. infect.clemen.ne
Romani. ubi etiam Imol. de electiooe. Facit ad
prædicta. authen. de teſtamentis imperfectis. §.
nos igitur. ver. ſi tamen. colla.8. & verſic. inter
ſuos filios. ubi gloſſ.ex mente Azo.etiam ita de-
cidit Angel.in præallegato. §.nos igitur. in tuto-
re qui gubernat perſonam & res. Inſtitut.de tu-
tel.& per duos teſtes ſaltem debet probari ta'em
ſcripturam manu teſtatoris ſcriptam. Ita vult gl.
& communiter Doctor. in d. authen. quod ſine.
licet ſeptem teſtium numerus nō requiratur,&c,
Et multum conſideranda eſt voluntas teſtatoris,
an ita fuerit,& an ſit ita probata:quoniam aliàs ſi
ius non deficeret, deficeret ipſa probatio. l. duo
ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.l.in lege. & l. Rupilia.
ff.de contrahen. empt. Quia etiam in milite ob-
ſeruamus eius uoluntatem,quæ intelligitur etiā,
32 ſecundum rationem & ius commune † ſecundū
quod uidetur in dubio teſtari. l. milites codicil-
lis.§.miles in ſupremis.& l.qui iure.ff. de teſt.mi-
li.l.ſicut certi.& l.ſi cum uel in utero. & l. quam-
quam.& l.in teſtamento.C.eod.tit.l.precibus.C.
de impub. & alijs ſubſtitut. gloſſ. in medio litis
33 non fieri. in §.1. in ſimili, & † præſumitur uelle
teſtator id quod vult ius commune. Bald. in l.1.
C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.precibus.ſupra alle-
gata.& ibi omnino videatur.l.Publius.ff.de con-
di.& demon.Bart.in l.moribus.& l.Centurio.de
vulg.

vulg.& pupill.ff.& nõ eundò per mendicata ſuffragia, caſus noſter quòd non valeat hæc vltima voluntas ſiue probata,ſiue ſine probatione maximè quo ad fideicommiſſarios, cum caſus occurriſſet de facto tempore Oldr. Laud.& Ioan.And.
34 fuit determinatum in terminis etiam † legatum factum ad pias cauſas peti non poſſe:vt refert Io. Andr.in addit.ad Specul.in titul. de inſtr. edic.§. compendiosè.ibi in additio. magna. verſ. quid ſi peruerſæ.ver.ſed fuit quæſtio de facto. & ibi Oldrad.in conſilio ſuo quod incipit, Titius condidit teſtamentum. Qui verò ſi vixiſſent,non potuiſſent decidere melius ex eiſdem rationibus & iuribus caſus,vt ſupra de verbo ad verbũ,& unus non allegat alium, & mouentur ipſi dicẽdo quòd fuit iudicatum ita ea ratione:quoniam dato quòd verè eſſet ſic probata non fuit teſtamentum ſed quædam diſpoſitio ad teſtandum. Datur ſimi-
35 le de diffinitiua ſententia † quia primo ſcribitur, vt de ſcripto feratur: quæ ſcriptura non eſt ſententia,ſed diſpoſitio ad illam.l.2. C.ſenten.ex breui.recitan.cap.fin.de ſentent.& re iudic.in 6. Et
36 congruè † arguitur de ſententia ad teſtamẽtum, quia etiam dicitur ſententia. l. hac conſultiſsima. §.cum humana fragilitas. C.qui teſta. facer.poſſ. l.ſeruus.ff.de manumiſs.l.1. ff. de teſtam. parauit enim ſe ad teſtandum. l.ſi is. & l.ex ea.ff.de teſta. Et ſi etiam Imperator eſſet inſtitutus ſiue nominatus in ea non tolleret primum teſtamentum. l. nolumus.C.de teſtam. & apertè decidit hunc caſum.l.ex ea ſcriptura.ff.de teſtam. & l. fideicommiſſa.ff.de leg.3.§.1.ubi patet. & not. per glo. & Doct.ibi.quod etiam ſi notarius illam ſcripſiſſet & non legiſſet, non eſſet teſtamentum hoc, ſed
37 ſolum præparamentũ ad teſtandum.ſicut † aliud ſunt præparamenta,aliud res ipſa. l.ſi pecuniam. in princip.ff.de cond.ob cau. Ad idem facit. c.1.
38 de eo qui mit.in poſſ.ubi † opus eſt facto,uerba non ſufficiunt.l.non ſtatim.ff.de peculio.l.domicilium.ff.ad municipa.l.ſi.ff.de condi. furt. ut nil
39 † dicatur actum, cum aliquid ſupereſt ad agendum.l.penul.C.ad Sylla.l.ſi pro patre. §. verſum.
40 ff.de in rem uerſo.cap.1.extra de iudi. nb. † non dicitur ueniſſe,qui non ſtetit, & non valet teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, etiam ſi eſſet ad pias cauſas.Bal.in præalleg. l.ex ea ſcriptura.ff.de teſtam.

Videamus nunc quot regulæ offendantur, offenditur regula, quòd minus ſolennis voluntas valeat. Offenditur regula quòd ualeat quò ad fideicommiſſarios,& ſic extraneos. Offenditur regula iuris quòd imperfectum habeatur pro perfecto. Læditur regula quòd non probatum,probatum ſit. Offenditur regula quòd uoluntas teſtatoris obrumpatur, & nõ probata adducitur in medium. Læditur regula quòd quis voluerit id quod non cogitauit, & imperfectio uoluntatis ſuum ſortiatur effectum,quod minimè eſt dicendum, cum tot exorbitantia cadere nõ debeant in rectitudinem iuſtitiæ tuæ, cuiuſcunque iudicantis: quoniam iuſtitia naturalis, & ſi omnes leges deficerent, nõ poteſt illud ſuadere auribus,quòd aliquod debeat dici teſtamentum non probatum non legitimatum: quia aliàs eſſet de facili dicere ſe hæredem vnius,& obtinere hæreditatẽ,ſi prædicta tolerarentur, & Induceremur ad tot abſurditates quòd nefarium eſſet illud credere & aſſerere,& contra omnem iuſtitiam,& contra quamcunque naturalem æquitatem, & contra ius ipſum diuinum: quod uoluit in ore duorum uel
41 trium &c. Abſurditates † enim euitandæ ſunt.l. non abſurdum.ff.de bon. libe. Et iuſtitiam dilexit Dominus, & æquitatem vidit vultus eius
42 Pſal.9. In domino confido. Veritas † enim de terra orta eſt, ſcilicet de Virgine Beatiſsima, & iuſtitia de cœlo proſpexit, Pſal. Bene dixiſti, ad primam Beatiſsimæ Virginis. l. ſcire oportet. §. ſed maximè.& §.ſi quis propter.ff.de excuſa.tut. l.2.§. Idem Varrus.ff.de aqua plu.arcen. l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.manda. l.ſicut. §. ſi debitori. ff.quib.mod.pig.uel hypothe.ſol. ne vincat falſitas contra ueritatem. l. hac conſultiſsima. ad fin. C.qui teſtamen.facer.poſſ.l.fina.C.de fideicommiſſ.not.in l.cunctos populos. C.de ſumma Trinit. & fide Catholic. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtament.

Quantum autem attinet ad venditiones factas per fideicommiſſarios, eas etiam concludo eſſe nullius momenti. Quoniam clarum eſt quòd agens actum ſine aliqua poteſtate facit ipſum in-
43 ualidum.Imò † vbi tolleretur omnis nullitas, nõ tollitur illa, quæ prouenit ex defectu poteſtatis. quàm enim poteſtatem habuerunt iſti fideicommiſſarij?profecto nullã. ergò funditus nullus habebitur. de hoc gl. illa notabilis & vulgata in clemen.ad compeſcendas.de ſequeſtra.poſſ.& fruc. Ang.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.l.2.§.fin.ff. de pœn.cum vulgaribus & inducatur ad hoc notabilis text.in l. ait prætor. ff. de iure deliber. ubi caſus peregrinus ad propoſitum noſtrum, & ibi Bart.Bal.& Ang.& Doct.
44 De † mulieribus autem, & dominabus an poſſint eſſe fideicommiſſariæ, de mixtis non eſt dubium.ſed plus ſcrupulũ dubitationis habet,quando ſunt merè fideicommiſſariæ ſine lucro per ea quæ not.Ang.in l.Fenicius. ff. de procurat. Sed facile eſt reſpondere: quia & ipſæ eſſent tutrices volentes,iuxta auth.matri & auiæ.C. quan. mul. tut.offi.fung. poſſ. & etiam concedit ipſam mulierem poſſe eſſe executricem generalẽ ſiue uniuerſalem meram ad pias cauſas. Quanto ergo magis poterit in cauſa filiorum conſtitui executrix, quæ magis cauſa pia dici poteſt, quàm ſuos filios
45 recto calle gubernare. Cum † ille qui vult inſtituere alium ſiue pium locum omiſſo filio quærat alium quàm Auguſtinum, & neminem inueniet Deo propitio. l.ſi quis ad declinandam. vbi gloſſ.C.de epiſc.& cler.cap.fina.17.quæſt.4. glo.
46 in l.Papinianus. ff.de inoffic. teſtam. cum † nullus amor vincat paternum amorem. l.uideamus.

ff.de

ff.de in lit.iuran.l.fi.C.de cura.fur.l.iſti quidem.
in fin.ff.quod met.cauſ.facit cap.dilecti. extra.de
arbit. Etiam multum aduertere debemus: quo-
niam voluntas teſtatoris,vt ſupra tetigi, eſt mul-
tũ à lege defenſata:vt pedetẽtim ſequatur eius vo-
luntatem,per Bal.in d.l.quidam. C. de neceſ. ſer.
hæred.inſtituen. Voluit enim teſtator ipſe, ſcili-
cet Petrus Patterius quòd res ſua non diſponatur
per executores alienantes ſolummodo, ſed uo-
luit aliter debere fieri, & expedire, ut patet. Ser-
uanda eſt enim voluntas teſtatoris ad vnguem,
cum ſit ualida,ſecundum leges, & ſecundum ca-
47 nones, ut † ſit pro lege ſeruanda. l. cum quæ-
ſtio. in fin. C. de lega. cum aliquid a modo velle
48 non poſsit.l. 1.C.de ſacroſ.eccl.Et obtinet † prin
cipatum uoluntas teſtatoris in teſtamẽtis, ſi eſſet
teſtamentum.l.in conditionibus. ff. de condi. &
49 demonſt.& ſic † concurrunt & voluntas,& pote-
ſtas,verba,& quæ debent multum attendi in qua-
cunque diſpoſitione.l.multum intereſt.C.ſi quis
alteri uel ſibi.l.3.C.de lib.prętẹr.l.cum uirum.C.
de fideicom.l.ſi alij.ff.de vſufr.lega.Bal.in l.iuriſ-
50 gentium.§.pactorum.ff.de pact. Et forma † tra-
dita à teſtatore omnino ſeruanda eſt, tum quia
forma legis,tum quia forma hominis. c. cum di-
lecta.de reſcrip.c.Piſanis.de reſtit.ſpol.& ibi Bu-
trius.in §.diſponat. in authent. de nuptijs. tum
51 † maximè cum teſtatorum uoluntates ſeruari pu
blicè ſit utile.l.vel negare.ff.quemad. teſta. aper.
52 præſertim: quia † validius eſt id quod conſenſu
plurimorum confirmatur.l.dubium. C. de repu-
dijs. maximè quando forma eſt multum ponde-
rata, & ſtudioſa. de matre & auia magna cum fi-
53 ducia: quia † nemo vnquam habuit odio carnem
ſuam.l.1.cum ibi not.per gl. C.de his quia latro.
occul.l.fi.ff.de recepta.& quia nullus amor vincit
paternũ, ut ſuprà. Et quod præſumitur teſtatorem
voluiſſe id quod ius commune,etiam intelligitur
vt vnus non poſsit etiam ſine alio præſente con-
54 ſequi: quoniam enim bonum eſt † argumentum
de mandato iuriſdictionis ad mandatum admi-
niſtrationis.l.& quia.ff.de iuriſd.omn.iud.
55 Quantum autem ad conſenſum attinet, † da-
to nullo contractu ex defectu ſolennium, uel ra-
tione formæ deficientis, conſenſus ſuperueniens
non poteſt ratificare: ſecus quando res eſt inuali-
da,tantum ratione deficientis conſenſus: quia pri
mo caſu ceſsio ſiue alienatio funditus eſt nulla,
quæ non poteſt ratificari. Ita uoluit Imol. in cap.
cum conſuetudinis. extra de conſtit. Ita Angel.
in l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.qui hanc
materiam multum commentauit, maximè data
ſuſpitione teſtium, quibus non eſſet danda fides
ſuper confirmatione contractus, his qui habent
affectionem ad contractus ualiditatem. Ang.po-
ſuit in l.debet.ff.de ædil.edic. in authen. de teſti.
§.penul.per Cyn.in l.ſi à te. C.de falſis. not. glo.
Ioan.Andr.in c.1.de teſtib. in 6. præſertim defi-
56 ciente conditione contractus: quia † non poteſt
reſuſcitari iam extinctum. l. inter ſtipulantem. §.
ſacram.ff.de verb.oblig.l.qui rem. §.aream. ff.de
ſolu.Ang.in l.1.ff.de iudi.not.in c.P.& G. de of-
57 fic.delegat.& iſtæ † dictiones,tunc & nunc, de-
ſignant temporis extremitatem, & ſtandum vul-
gari.l.1.C.de codicil.ubi glo.Bald.in authen.no-
uo iure.C.de ſer.fugi.clemen.1. de conceſſ. præ-
ben.per Bald.in l.Gallus. §.nunc de lege Velleia.
ff.de liber.& poſthu.per Bart.& Imol.in l. ita ſti-
pulatus.la grande.ff.de verb.obliga.per Angel.in
l. huiuſmodi. ff.eodem tit. Ioan.Andr. in c.præ-
terea. el 2.de appell. non etiam faciendo iſti exe-
cutores iuxta mandatum in mandato præſertim
certo, non plurium cauſarum. l. iam tamen.§.in
hac.ff.iudi.ſolui. l.ſi quis pro eo. & l.fin. ff. man-
da.per Hoſtien.Io.Monach.Io.Andr.& Doctor.
in c.prudentiam. extra de offic. delegat. Archid.
7.q.1.c.non autem.c.fin.de arbit.in 6.per glo. &
Doct. not.in c. cauſam matrimonij. de offic. de-
lega.not.in cap. cum uiceſimum.eod.tit.maximè
omiſſa forma hominis non ualebit. ca. cum dile-
cta.de reſcript. & poteſtas ſeu balia data, debet
58 intelligi moderata, & nõ exorbitans. Imò † quan
do committitur diſcretioni intelligitur ſecũdum
iuſtitiam & rectitudinem cuiuſlibet bene iudican
tis.glo.in cap.2.extra.de corpore vitia. gloſſ.in c.
59 ſæpe.de uerb.ſignific. Imò † ſi committitur ar-
bitrio etiam libero,uel conſcientiæ,intelligitur vt
in re graui ſuperior ſaltem de miſericordia pro-
60 uideret. Et differentia eſt † inter arbitrium li-
berum,arbitrium & conſcientiam.cap.2.§.fin. de
iura.calum.in 6.per Gemin.per eundem in ca.1.
de confeſsi.in c.1.de ſentent.& re iud.eod.lib.c.
ſuper his.per Io.Andr.de accuſ. cap. ſtatutum.§.
aſſeſſorem.per glo.de reſcript.in 6. quæ ita limi-
tatur per gl.in clemen.1.in uerbo oneramus. de
iure patro.ubi ſaltem poteſt videri. & Bald. in re
graui admittit retractationẽ, etiam ſi conſcientiæ
alicuius relictum fuerit.in l. 1. C. de rebus credi.
& iureiuran.ubi videatur.. Hæc clariſsimè pro-
cedunt; quia etiam ſi pater habuiſſet rem uena-
61 lem, † tamen pupillus eius hæres non poteſt uen
dere ſine decreto,uel agens pro eo.l. 1. §.ſi defun
62 ctus.& ibi Bald.ff.de reb.eo. Imò † etiam in fi-
lijs mercatorum requiritur decretum in his quæ
ſeruando ſeruari poſſunt, non autem in panno &
mercibus: quæ tempore corrumpuntur.l.Titium
aut Mæuium.in §.altero.ff.de adminiſtr. tutor.l.
cum tabernam.ff.de pignor. quæ ſunt duæ leges
ſecundũ Bal.ſingulares.in d.§.ſi defunctus. l. lex
quæ tutores.C.de admin. tut. Et præſumptioni
63 tacitæ noluntatis non eſt ſtandum: quia † fortè
patri fuiſſet utile alienare quòd pupillo eſſet inu-
tile,ſecundum inæqualitatem.Bal.in d.§.ſi defun-
ctus.facit l.ob æs.C.de prædijs mino. Et erat opi
nio & animi deſtinatio ibi. & ideò licet pater di-
ſpoſuiſſet ire ad Sanctum Iacobum, tamen filius
non tenetur ire,niſi pater præceperit.ca.2.de vo-
to & voti redem. l.2. ff. de pollici.in gloſſ. Item
64 dicendum eſt, † quòd propter lucrum faciliter
quis mentitur,ut iudex ſemper debeat exquirere
verita-

veritatem ab hisqui credibiliter debent ſcire fa-
ctum,& decretũ, ſi quod foret interpoſitum,de-
bet eſſe ordinatum:aliàs inordinatum decretum
non valeret ipſo iure, licet fortè poſſet ſortiri ef-
fectum ratione perſonę ſubiectæ interpoſito de-
creto legitimè ad ius exiſtẽtis extra territorium.
Bal.in l.magis puto,§.in primis.& §.illud.& §.æs
alienum.ubi ponit tex.ff.de reb.cor.Et debet iu-
dex æſtimare quæ ſunt illa, quæ minus lædunt
pupillum, quæ in alienatione citatis parentibus
pupilli neceſſarijs vel notis aliquibus habentibus
notitiam de rebus pupilli. d. l. magis puto. §. ne
65 paſsim.ff.de reb.cor. & † vbi etiam tutor uendit
rem pupilli ſine decreto,pupillus non poſsit præ
dium cum fructibus vendicare,vel aliam rẽ, quæ
ſeruando ſeruari poteſt,niſi pretium cum fructi-
bus reſtituatur, ſed quod conuerſum fuiſſet in
eius vtilitatem,ſecundum Iacob. de Aren. quod
eſt notabile,ſecundum Bald. in l.ſi fundus. uerſ.
quanquam.ff.de reb.cor.Idem in re eccleſiæ alie-
nata,niſi ſeruata forma deputata à iure canonico.
ſed de iure ciuili emptor forte pretium perderet.
authen.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.& fortè fru
ctus non æſtimarent pretium ſiue lucrum, quod
haberetur ex mercibus: quia ex æquali contractu
bonæ fidei inito, ſed hic nullum pretium fuit nec
ſolutum,nec oblatum,nec depoſitum,& litera di-
cti ver.quanquam in d.l.ſi fundus.ff.de reb.cor.
aliter dicit,quòd fructus ſunt reſtituendi reddito
pretio, non autem poſſeſſor lucratur eos uel in-
tereſſe mercium ſiue lucrum.l.patri pro filio.§.1.
l.intra vtile. §. in venditionibus. ff. de mino. Et
66 † etiam res minoris non poteſt alienari, licet pa-
rum fructificet,ſecus in re eccleſiæ, dixit Glo. in
d.l.ſi fundus.eccleſia autem eſt ſemper in eodem
ſtatu,ſecundum Dyn. uideatur Bal. ſuper hoc,in
l.qui neque.in l. ſi fundus.in prin. ff. de reb. cor.
& optimè facit tex.in d.l.qui neque.in ver. perti-
67 nere.& auth. † item prædium.C.de ſacroſan.ec-
cle. loquitur in alienatione iuris uia permutatio-
nis non in venditione: quia res permutata perſo-
uerat in patrimonio: & aliquid habet permutans,
68 & † omnia beneficia conceſſa pupillis etiam con
ceduntur furioſis,& prodigis. Gloſſ. notabilis in
69 l.2.C.de cura.furio..& bonum † eſt argumentũ
de eccleſia ad ipſum minorem.l.reſpublica. C. ex
quib. cau. maio. In venditione pecuniæ de facili
conſumuntur.l.1.§.fuit quæſitum. cum Gloſſ.ff.
ad Trebel.l.lex quæ tutores. præallegata.Bald.in
d.l.ſi fundus.ſalua tamen deciſione ſingulari.l.fi.
de reb.cor.ff. ſi eſſet data licentia alienandi in mi
nus ſolenni voluntate,quæ tamen probaretur, &
70 eſſet ad hoc ualida. Et † etiam prælatus eccleſiæ
non habet inueſtire cum graui læſione ad modi-
cum tempus validè ſine ſolenni tate. Facit l.ſanci-
mus.in fi.C.de donat.l.3.§.1.ff.de impenſis. per
Hoſtien. Innocen.& Ioan.And.in c.2.de his quę
fiunt à prælato.Io.And.in additio.ad Spe. de re-
bus eccl.non alie.ad fin. principij.

Quanutm autem ad articulum obligatidnis ad
intereſſe, propter non obſerantiam facti, illa eſt
71 vera, & indubitata concluſio, ꝙ † nemo poteſt
ſine actione experiri.l.quoties.§. item ſi tempo-
rali.ff.de admini.tuto.Oportet enim, quòd quis
habeat ius,vel proprium, uel ceſſum, uel ſucceſ-
ſum.not.in l.Caius.ff.ſolu.matrimo.l. qui ſtipen-
dia.C.de procura.l.3.C.de noua. ſi cum empto-
re. ff. de pact. l. fi. ff.de tranſa.l.qui quadringen.
72 ta.l.facta.§.ſi hæres. ff. ad Trebel.& † etiam antę
conditionis euentum. Clarum eſt non eſſe natã
obligationem, nec ceſsiſſe, nec veniſſe diem. vi-
deatur notabilis tex.in l.pecuniam. ff. ſi cert. pet.
l.vnica.§.ſui autem.C.de cad. tol. non eſt etiã du
73 bitandum quòd † ille qui habet exceptionem.
non poteſt eſſe in mora.l.ſi pupillus. ff.de uerbo.
oblig. l. lecta.ver.ſed cum ſortis.ff.ſi cert.peta. &
74 non † implenti uel non offerenti pretium nõ eſt
implendum.Bar.& Doctor. in l. cum proponas.
C.de pact.cap. peruenit. el. 2.extra de iureiuran.
cap. fruſtra.c.ex eo.de reg.iur.in 6.l.qui quidem.
per Ange.& Docto.ff. de tranſact.l.cum pater. §.
libertis.de leg.2.l. pacta conuenta. & ibi Bald. ff.
de contrahen. empt. quàm legit cum .§. adeò.in
l. iuriſgentium. ff. de pact. eſt notabilis Gloſſ. &
ibi Bal.in l.ſi cum fundus. ff. eod. quòd non ob-
ſeruans pactum videtur renuntiare pacto.& mul-
tum debemus conſiderare ineptitudinem libelli,
75 quoniam omnia iura clamant; pateat † tibi via
quam elegiſti.l.ſi mulier.in fin.ubi caſus peregri-
nus.ff.quod metus cauſ.Glo.& Bald.in l. ſi duo.
ff.de acq.hære.Bald.in l.præſcriptione.C. ſi con-
tra ius vel vtil.publi.in fi. §. ſi uerò poſtquam.C.
76 de iure deliberan. Modus enim † agendi, & exci-
piendi conſiderandus eſt.l.j.ff.ſi meſſor fal. mo.
dixe.Gloſſ. notabilis. 3.q.6.hæc quippe Gloſſ.&
Bald.in l.etiam.C.de furt.Idem Bal. in l.fina.C.ſi
ex fal.inſtru.Bald.in l.cum ſeruum.C.de ſer. fug.
Innocen.in c.ſuper literis.de reſcrip. l.1.§.Labeo
ff.de fluminibus.Gloſ. in Clemen. fin.de appella.
l.non poſſumus.ff.ſi pars hæreditatis pet. Innoc.
in c.cum ſit generale.de foro compe.c. exhibita.
de iudi. Bald. in l.Titiæ textores. de lega. 1.Et e-
tiam attendimus modum exequendi, & executio
nem petentis.Bald.in l.1.C.de execu.rei iudic.&
oportet iudicem cuncta rimari, & ſæpe libellum
intueri debet.30.q.ult.cap.iudicantem.l. iudices.
C.de iudi. Et ideò in ſententia communiter ap-
ponitur eius tenor.hæc ſunt uerba Bald. l. 1. C.
ſi plures in una ſententia condem. fu. facit ratio
ſi lex non eſſet in mundo quia fundamentum iu-
77 dicij eſt ipſa petitio, & † ſine fundamento nihil
poteſt ſuperædificari.c. veniens. extra de presby.
non bapti.c.cum Paulus.j.q.j. Et tria debent eſ-
ſe conformia,libellus, probatio, & ſententia. l.ut
fundus.ff.commu. diui.l.fi.C.de fideicom. libe.
c.licet Hely.de ſimo.cum ſimil.l.illicitas. §. ueri-
tas.ff.de offi.præſid.Bal.in l.ſi præſidi.C.de don.
ante nup.& iſta talis exceptio ſemper poteſt op-
poni,tua non intereſt,præſertim cum intereſſe lu
cri petatur, quòd debetur inter mercatores. l.3.
§.fin.

§.fi.ff. de eo quod certo loco.l. unica.C. de ſen-
ten. quæ pro eo quod intereſt.cum ibi notatis.
not.Inno.in c.ſuper his.de accuſa. ca.cum inter.
de electio.c. non ſolent.ij.q. vj.l.j.ff.de appella.
recipiendis.Angel.in l.ex conuentione.C.de pa-
ctis. & in l.j.C.ſine caſu,uel reliquis. Bar. Bald.
& Ange.in l.poſthumus §.ſi quis ex his.ff.de in-
offic. teſtament.cum non ueniat intereſſe niſi ex
mora,cum obeſt exceptio emptori, niſi pretium
ſoluerit,uel obtulerit. Et ubi concluditur ex libel
lo pro reo contra libellantẽ excludendus eſt om-
nino agens.c.ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6.ubi
78 notabilis caſus. Et vbi † non poſſit dici de nul-
litate ſiue iniquitate verbis etiam prægnantibus
non videatur excluſa nullitas quæ prouenit ex
actis.Angel.in l. 1. & 2. C. quando prouoc. non
eſt neceſ. Angel.poſt glo.in l.ſi pars.ff.de inoffic.
teſtam.& in hoc eſt in calumnia morandæ execu-
tionis.clem. ut calumnijs. de ſenten. & rei iudic.
Bal.etiam uoluit hoc in l. 1.C.ne liceat, &c. aliàs
lex uel ſtatutum eſſet irrationabile, & non ualo-
ret,maximè ceſſante cauſa finali ſtatuti. c. erit au-
tem lex.4.diſtin.l. 1.& 2.& 3.ff.de legib.l.ſi ancil-
las.ff.de legat. 1.cap.cum ceſſante. de appellat. ne
79 aliàs Iudaicè † ſtatuta intelligamus ad corticem,
contra gloſſ. in l. damni . §. Sabini. ff. de damno
infect. cum etiam hoc requirat altiorem indagi-
nem.l.ille à quo.§.ſi de teſtam.ff.ad Treb. l.ſi is à
quo.in princ.ff.vt in poſ.lega.l. 3.§.ex cauſę.ff.de
Carbo.edict.l.3 .§.ibidem.ff.ad exhiben. gl.Bart.
& Bal.in l. 1.& 2.& fi.C.de edic. diui Hadria.toll.
l.4 §.condemnàtum.per Bart.ff.de re iud. & non
videatur excluſa ex generalitate uerborum æqua
& iuſta interpretatio ex alijs legibus tollerata.gl.
in l. 1.§.diuus quc.ff.quod vi aut clam.l.Paulus.§.
hæres. ubi Angel.ff de vſur. not. per glo. in l.ita
nobis pudor.C.ad leg.Iul.de adulter.l.& non tan
tum.§.& quid pro emptore. ff. de petit. heredit.
maximè cum reſultat ex his quæ facit uel dedu-
cit ipſemet emptor,licet generaliter concipiatur,
ad hoc eſt caſus peregrinus,in l.ueteres.ff.de itin.
actuque priua. producendo pars libellum contra
ipſum uideatur.Io.And.in addit.ad Specul.in tit.
de ſententia.§.vt autem.in addi. quæ incipit,& ea.
ubi in terminis determinat exceptionem reiectã
non extendi ad caſum quo opponitur talis nulli-
tas de qua conſtat ex actis, non reducendo nos
ad iniquitatem.d.l.ſcire oportet. §. & ſi maximè.
ff.de excuſa. tut. accedat Bart. in l. 1.in 6.oppoſ.
ff.de noui.oper.nunc.ubi licet nuntiatio noui ope
ris, ſiue iure, ſiue iniuria facta ſperni non poteſt,
tamen non intelligitur excluſum, quominus poſ-
ſit excludi nuntiatio & ſperni, de qua conſtat ex
inſpectione ipſius nuntiationis iure facta non eſ-
ſe,pro qua ſententia facit.l. 2.§.fin. cum ibi nota-
tis.ff.ne quis eũ.ex cuius theorica Bart.& Rapha.
Cuma. dicit ſe conſuluiſſe in quæſtione facti, in
terminis iſtis, ut contra decretum poſſit contra
binas ſententias deduci nullitas notoria & mani-
80 feſta, ſicut illa quæ prouenit ex actis,& † acta fa-
ciunt notorium. c.inter cæteras.de ſentent. & re
iudic.ut iniquitas notoria reddat nullam ſenten-
tiam.Butr.& Imol.in d.c.inter cæteras. Io. Andr.
& Panor.in c.fraternitatis.extra de frigi.& male-
fic.c.quia plerique. & ibi Innoc. de immu. eccleſ.
Et quòd iſta faciunt notorium eſt gl. in c.ſignifi-
cauerunt.de teſtib.in uerbo liquere.c.ex ratione.
de appell.per Io.And.& Imol.in clem. appellanti.
de appell.auncta gl. in aſſertione cauſę appellatio-
nis ab interlocutoria,etiam ſi eſſet notoria,niſi eſ-
ſet tali notorietate notã,quę colligeretur ex actis;
quia tunc teneret cauſa non inſerta. facit c. cum
olim. de uerb.ſignif.not.Ang.in l.ſtipulationum.
de uerb.oblig.glo.in l. 1. §. ſiue ſupremæ tabulæ.
ff.de tabulis exhiben.ubi lex dicit petenti exhibi-
tionem teſtamenti nõ poſſe opponi aliquam nul-
litatem ipſius teſtamenti. l.ſi quis legatum. ff. de
falſis.& ita dicit ſe iudicaſſe Ludouic. de Roma.
in curia in terminis noſtris in quadam ardua
quęſtione allegando Oldrad. tenuiſſe in conſilijs
ſuis in repetitione.l.ſi uerò.§.de viro.ſol.matr. &
d.c.inter cęteras.c.quia fronte.cum ibi notatis.de
appel.& quod not.in c.ex conquęſtione. in gl. fi.
81 de reſtit.ſpol.quòd † in excluſione generalis cõ-
gnitionis uel appellationis,non intelligatur exclu
ſa cognitio uel appellatio, quę prouenit ex cauſa
notoria. Videatur Innocen.in c.nullus.extra de
confir.vtil.vel inutil. Bald. in c.cum in iure.extra
de offic.deleg.Panor.in c.ex literis.eod.tit.Aliud
ſi appareat cauſa morandę executionis; aliquid
calumnioſè fieri, l.ſatis apertè. C. de falſis. nota-
runt Dyn.& Bart.in l.3.§.in admittenda.ff.de ac-
quir.poſſ.l.cum reis. C.de pœn. Innoc. Hoſtien.
& Io.Andr.in c.cum olim.de cauſa poſ. & propr.
Innocen.in c.poſt electionem. in verſ. inſtitutio.
de conceſ.præbend.Butrius in c. cum ſpeciali. de
app. Vt poſſit reijci euidens & friuola ſuſpitio al-
legata contra iudicem: ita patens nullitas impe-
82 diat executionem; & † idem operatur litis pen-
dentia,quod operatur ſententia ſuper declaratio-
ne nullitatis. l.fundi. & l.fundum. ff. de exceptio.
Bald.in c.cum in iure. de offic. deleg. præſertim
in manifeſta nullitate nemo negabit reſtitutionẽ
in integrum,adhoc quòd poſſit deduci uia agen-
di, excipiendi,& replicandi, cum etiam hæc pars
ſit benignior & æquior ſit amplectenda. l. beni-
gnior.ff.de legi.dummodo aptè fiat. clem. fi. ubi
glo.de appell.

Ego Rolandus de Curte. I. V. D. & Comes,
conſulo & dico vt ſupra.

CONSILIVM D. GEORGII DE Tortis legum Doctoris militis & Comitis. In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Abundantia non ſolet vitiare ſcripturas, ſed implere ciſternas intelligentium.*

2 *Scriptura imperfecta in vltima volũtate, & in materia.*

teria non fauoribili non valet.
3 *Executorum vnus ſine altero uendere non poteſt.*
4 *Agere uolens ad implementum debet ipſe implere ex parte ſua.*
5 *Proximiores creditur cum maiori charitate conſenſuros in alienationibus rerum minorum, & quòd non ſint corrupti.*

CONSILIVM CXXIIII.

FRENVM ori meo impono, vt dixit Bald. in ſi. quarti libri. C. & in iſto cõſilio non eſt amplius inſiſtendum, nec ſcribendum. Scio enim perquam nimium locutum eſſe, ſed quę
1 † abundant non ſolent uitiare ſcripturas, ſed implere ciſternas intelligentium, ut dixit ibi Bald. & poſt terga metentium, quaſi ſpicas colligendo vado: ut dixit Bal. in l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſti. Licet regulariter non ſit dubium, quod
2 † ſcriptura imperfecta in diſpoſitione non fauorabili, in ultima uoluntate non ualet, ut uult etiã Glo. notabilis in l. fideicommiſſa. §. quoties. ff. de lega. iij. ubi dicit ſi tabellio faciat imbreuiaturam teſtamenti, nec legat coram teſtibus, nec in charta publica ſcripſit, quòd non ualet iure teſtamenti, nec iure codicillorum, etiam ſi fideicommiſſũ ſit ibi relictum. Sed in materia fauorabili inter liberos dubitatur, an ualeat. & Bar. ſecundum Glo. in l. ſi is. ff. de teſta. dixit non ualere, ubi plenè habetur. in d. §. quoties. uidetur dubitare. Panor. ponit iſta in c. j. extra de ſucceſsio. ab inteſt. de quo pleniſsimè habetur in d. l. fin. C. famil. erciſcun. & Doct. pleniſsimè in d. l. ſi is. & maximè dicitur nullum inter liberos, quando non eſt appoſitum tempus quo fuit conditum teſtamentum, ut vult text. in §. nos igitur. in authẽ. de teſtam. et ibi Ange. Item quia non fuit ſolenniter publicatum ſaltem non ualeat, quo ad conſtitutionem ipſorum fideicommiſſariorum, ſeu executorum, ut uoluit Ange. in d. §. nos igitur. & Cyn. in l. ij. C. de teſt. tuto. & etiã Petrus tenet dicens quòd quatenus tangit ſolum liberos ualet, quatenus tangit extraneos tutores non ualet. l. ſi. C. famil. erciſcun. uorum eſt id quod dicit Glo. in d. §. quoties. quando agitur vt fiat in ſcriptis etiam contractus debet legi ſcriptura: ut dicũt Bar. & Bal. in l. contractus. C. de fide inſtrum. & Bar. in d. l. ſi is. & Bal. in l. ſi. C. de ſenten. ex breui cu. recita. Pręterea di
3 cta uenditio aluminum non ualuit: † quia vnus ſine altero procedere ſeu uendere non poteſt, ut l. pluribus. ff. de procura. l. item ſi unus. §. item ſi plures. & l. ſicuti. ff. de arbi. & Bar. expreſsè in l. Pomponius. & l. duo. ff. de re iudi. & habetur in l. hac edictali. §. is. illud. C. de ſecun. nupt. & Glo. in c. ad probandum. extra de re iudi. & Bal. in l. j. de offi. conſul. & ibi Barto. Ange. ponit in l. uię itineris. ff. de ſerui. & facit quod Bald. dicit in c. olim ex literis. extra de reſcript. & concordat dictum ca. prudentiam.
4 Nec emptor debet audiri: † quia prius debuit offerre, ſi uelit recipere et conſtituere uenditorem in mora, & ut proceſſus ualeat contra uenditorem. ultra §. offerri. & l. ędiles. §. fin. ſupra allega. habemus Bal. in l. fin. C. ne lice. in vna eadẽque cauſa tertio prouoc. et idem Bal. in authen. dos data. C. de dona. ante nup. & Angel. in l. cu his. ff. de peti. hęredi. & l. nec quidquam. §. fin. ff. de offi. procon. cum alijs iurib. dicat quidquid uelit Ioan. And. in c. cupientes. extra de electi. lib. vj. quia reprobatur ex dictis iuribus maximè per Bal. in d. l. j. C. ne liceat tertio prouc.
Nec obſtat conſenſus mulierum ſuperueniẽs: quia non ratificat, nã forma erat data ꝑ teſtatorẽ, quę eſt ſeruanda, & requirebatur conſenſus iſta
5 rum: quia erant proximiores. unde † eſt pręſumendum quòd cum maiori diligentia ſecundum ordinem charitatis conſentient, & quòd nõ ſint corruptibiles. ut ponit Bal. in l. ſi. C. de uerbo. ſignifica. & idem Bal. in l. improbum. C. de his qui not. infa. ergo non ualuit ille contractus. l. impuberibus. ff. de ſuſpe. tut. c. cum in ueteri. extra de electio. per Bal. & Ang. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hęre. & Bar. in l. j. ff. de exercito. nec ſufficit ratificatio ut vult Bal. in l. obſeruare. §. ſi. ff. de offi. procon. & Albe. in l. fin. C. ad Macedo. & Bald. ſuper intelectu Gloſſ. in l. cum non ſolum. §. neceſsitate. C. de bonis quę libe. & not. in c. dudum. extra de reb. eccle. non alie. et in regula, quod ab initio, et ita vult Bald. in l. bonorum. C. qui admit. in fin. appa. & Glo. & Bald. in l. ſi pupillus. ff. de arbitris.

Ego Georgius de Tortis legum Doctor, miles, & Comes, conſulo vt ſupra.

CONSILIVM D. HIERONIMI Mangiaria I.V.D.

In pręfata cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad c. cũ nos. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſus capituli.*
2 *Ratificatio quando operetur ob ſuperuenientem cõſenſum.*
3 *Contentum in mandato hominis, etiam ſi illud aliàs eſſet de iuſtitia, dicitur eſſe de forma.*
4 *Arbiter electus ut pronuntiet de iure tantum, ſi nõ ſeruat formam compromiſſi, eius ſententia non ualet.*
5 *Executoribus pluribus datis de iure communi, unus alijs impeditis, nolentibus uel abſentibus, exequitur, idem in pluribus tutoribus nu. 6. Idem in pluribus procuratoribus nu. 7.*

CON-

CONSILIVM CXXV.

AD confirmationem eorum quæ
dicta ſunt copioſiſsimè in ſe-
cundo dubio, faciunt notata per
Anto. de But. Imol. & Panor.
in c.cum conſuetudinis. de cõ
ſue. in regula, non firmatur. de
regul.iur. in vj.in c.auditis.de electio. in c.prudẽ
tiam. de offi.deleg. 3.q.2. hc quippè. & ibi per
Archid. per Inno.in c.dudum.de reb.eccle.non
1 alie.in 6.Nec † ob.c.cum uos.de his quæ fiunt á
prælato:quia duobus modis reſpondetur.Primo
factum ad pias cauſas peti non poſſe:vt refert Io.
Andr.in addit.ad Specul.in titul. de inſtr. edic.§.
compendioſè.ibi in additio. magna. verſ. quid ſi
peruerſæ.ver.ſed fuit quæſtio de facto. & ibi Ol-
drad.in conſilio ſuo quod incipit, Titius condi-
dit teſtamentum. Qui verò ſi vixiſſent,non po-
tuiſſent decidere melius ex eiſdem rationibus &
iuribus caſus,vt ſupra de verbo ad verbũ,& unus
non allegat alium, & mouentur ipſi dicẽdo quòd
fuit iudicatum ita ea ratione:quoniam dato quòd
verè eſſet ſic probata non fuit teſtamentum ſed
quædam diſpoſitio ad teſtandum. Datur ſimi-
35 le de diffinitiua ſententia † quia primo ſcribitur,
vt de ſcripto feratur: quæ ſcriptura non eſt ſen-
tentia,ſed diſpoſitio ad illam.l.2. C.ſenten.ex bre
ui.recitan.cap.fin.de ſentent.& re iudic.in 6. Et
36 congruè † arguitur de ſententia ad teſtamẽtum,
quia etiam dicitur ſententia. l. hac conſultiſsima.
§.cum humana fragilitas. C.qui teſta. facer.poſſ.
l.ſeruus.ff.de manumiſs.l.1. ff. de teſtam. parauit
enim ſe ad teſtandum. l.ſi is. & l.ex ea.ff.de teſta.
Et ſi etiam Imperator eſſet inſtitutus ſine nomi-
natus in ea non tolleret primum teſtamentum. l.
nolumus.C.de teſtam. & apertè decidit hunc ca-
ſum.l.ex ea ſcriptura.ff.de teſtam. & l. fideicom-
miſſa.ff.de leg.3.§.1.ubi patet. & not. per glo. &
Doct.ibi.quod etiam ſi notarius illam ſcripſiſſet
& non legiſſet, non eſſet teſtamentum hoc, ſed
37 ſolum præparamentũ ad teſtandum.ſicut † aliud
ſunt præparamenta,aliud res ipſa. l.ſi pecuniam.
in princip.ff.de cond.ob cau. Ad idem facit. c.1.
38 de eo qui mit.in poſſ.ubi † opus eſt facto,uerba
non ſufficiunt.l.non ſtatim.ff.de peculio.l.domi-
cilium.ff.ad municipa.l.fi.ff.de condi. furt. ut nil
39 † dicatur actum, cum aliquid ſupereſt ad agen-
dum.l.penul.C.ad Sylla.l.ſi pro patre. §. verſum.
40 ff.de in rem uerſo.cap.1.extra de iudi. nb. † non
dicitur ueniſſe,qui non ſtetit, & non valet teſta-
mentum imperfectum ratione voluntatis, etiam
ſi eſſet ad pias cauſas.Bal.in prꝗalleg. l.ex ea ſcri-
ptura.ff.de teſtam.

Videamus nunc quot regulæ offendantur,of-
fenditur regula, quòd minus ſolennis voluntas
valeat. Offenditur regula quòd ualeat quò ad fi-
deicommiſſarios,& ſic extraneos. Offenditur re-
gula iuris quòd imperfectum habeatur pro per-
fecto. Læditur regula quòd non probatum,pro-
batum ſit. Offenditur regula quòd noluntas te-
ſtatoris obrumpatur, & nõ probata adducitur in
medium. Læditur regula quòd quis voluerit id
quod non cogitauit, & imperfectio uoluntatis
ſuum ſortiatur effectum,quod minimè eſt dicen-
dum, cum tot exorbitantia cadere nõ debeant in
rectitudinem iuſtitiæ tuæ, cuiuſcunque iudican-
tis: quoniam Iuſtitia naturalis, & ſi omnes leges
deficerent, nõ poteſt illud ſuadere auribus,quòd
aliquod debeat dici teſtamentum non probatum
non legitimatum: quia aliàs eſſet de facili dicere
ſe hæredem vnius,& obtinere hæreditatẽ,ſi præ-
dicta tolerarentur, & induceremur ad tot abſur-
ditates quòd nefarium eſſet illud credere & aſſe-
rere,& contra omnem iuſtitiam,& contra quam-
cunque naturalem æquitatem, & contra ius ip-
ſum diuinum: quod uoluit in ore duorum uel
41 trium &c. Abſurditates † enim euitandæ ſunt.l.
non abſurdum.ff.de bon. libe. Et iuſtitiam dile-
xit Dominus, & æquitatem vidit vultus eius
42 Pſal.9. In domino confido. Veritas † enim de
terra orta eſt, ſcilicet de Virgine Beatiſsima, &
iuſtitia de cœlo proſpexit, Pſal. Bene dixiſti, ad
primam Beatiſsimæ Virginis. l. ſcire oportet. §.
ſed maximè.& §.ſi quis propter.ff.de excuſa.tut.
l.2.§.Idem Varrus.ff.de aqua plu.arcen. l.ſi fide-
iuſſor.§.quædam.ff.manda. l.ſicut. §. ſi debitori.
ff.quib.mod.pig.uel hypothe.ſol. ne vincat falſi-
tas contra ueritatem. l. hac conſultiſsima. ad fin.
C.qui teſtamen.facer.poſſ.l.fina.C.de fideicom-
miſſ.not.in l.cunctos populos. C.de ſumma Tri-
nit. & fide Catholic. in l. ſi non ſpeciali. C. de te-
ſtament.

Quantum autem attinet ad venditiones factas
per fideicommiſſarios, eas etiam concludo eſ-
ſe nullius momenti. Quoniam clarum eſt quòd
agens actum ſine aliqua poteſtate facit ipſum in-
43 ualidum.Imò † vbi tolleretur omnis nullitas, nõ
tollitur illa, quæ prouenit ex defectu poteſtatis.
quàm enim poteſtatem habuerunt iſti fideicom-
miſſarij?profecto nullã. ergò funditus nullus ha-
bebitur. de hoc gl. illa notabilis & vulgata in cle-
men.ad compeſcendas.de ſequeſtra.poſſ.& fruc.
Ang.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.l.2.§.fin.ff.
de pœn.cum vulgaribus & inducatur ad hoc no-
tabilis text.in l. ait prætor. ff. de iure deliber. ubi
caſus peregrinus ad propoſitum noſtrum, & ibi
Bart.Bal.& Ang.& Doct.
44 De † mulieribus autem, & dominabus an poſ-
ſint eſſe fideicommiſſariæ, de mixtis non eſt du-
bium.ſed plus ſcrupulũ dubitationis habet,quan-
do ſunt merè fideicommiſſariæ ſine lucro per ea
quæ not.Ang.in l.Fenicius. ff. de procurat. Sed
facile eſt reſpondere: quia & ipſæ eſſent tutrices
volentes,iuxta auth.matri & auiæ.C. quan. mul.
tut.offi.fung. poſſ. & etiam concedit ipſam mu-
lierem poſſe eſſe executricem generalẽ ſiue uni-
uerſalem meram ad pias cauſas. Quanto ergo ma
gis poterit in cauſa filiorum conſtitui executrix,
quæ magis cauſa pia dici poteſt, quàm ſuos filios
45 recto calle gubernare. Cum † ille qui vult in-
ſtituere alium ſiue pium locum omiſſo filio quæ-
rat alium quàm Auguſtinum, & neminem inue-
niet Deo propitio. l.ſi quis ad declinandam. vbi
gloſſ.C.de epiſc.& cler.cap.fina. 17.quæſt.4. glo.
46 in l.Papinianus. ff.de inoffic. teſtam. cum † nul-
lus amor vincat paternum amorem. l.uideamus.

ff.de

ff.de in lit.iuran.l.fi.C.de cura.fur.l.iſti quidem.
in fin.ff.quod met.cauſ.facit cap.dilecti. extra.de
arbit. Etiam multum aduertere debemus: quo-
niam voluntas teſtatoris, vt ſupra tetigi, eſt mul-
tũ à lege defenſata: vt pedetẽtim ſequatur eius vo-
luntatem, per Bal.in d.l.quidam. C. de neceſ. ſer.
hæred.inſtituen. Voluit enim teſtator ipſe, ſcili-
cet Petrus Patterius quòd res ſua non diſponatur
per executores alienantes ſolummodo, ſed uo-
luit aliter debere fieri, & expedire, ut patet. Ser-
uanda eſt enim voluntas teſtatoris ad vnguem,
cum ſit ualida, ſecundum leges, & ſecundum ca-
47 nones, ut † ſit pro lege ſeruanda. l. cum quæ-
ſtio. in fin. C. de lega. cum aliquid a modo velle
48 non poſsit. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Et obtinet † prin
cipatum uoluntas teſtatoris in teſtamẽtis, ſi eſſet
teſtamentum. l. in conditionibus. ff. de condi. &
49 demonſt. & ſic † concurrunt & voluntas, & pote-
ſtas, verba, & quæ debent multum attendi in qua-
cunque diſpoſitione. l. multum intereſt. C. ſi quis
alteri uel ſibi. l. 3. C. de lib. prǽter. l. cum uirum. C.
de fideicom. l. ſi alij. ff. de vſufr. lega. Bal. in l. iuriſ-
50 gentium. §. pactorum. ff. de pact. Et forma † tra-
dita à teſtatore omnino ſeruanda eſt, tum quia
forma legis, tum quia forma hominis. c. cum di-
lecta. de reſcrip. c. Piſanis. de reſtit. ſpol. & ibi Bu-
trius. in §. diſponat. in authent. de nuptijs. tum
51 † maximè cum teſtatorum uoluntates ſeruari pu
blicè ſit utile. l. vel negare. ff. quemad. teſta. aper.
52 præſertim: quia † validius eſt id quod conſenſu
plurimorum confirmatur. l. dubium. C. de repu-
dijs. maximè quando forma eſt multum ponde-
rata, & ſtudioſa. de matre & auia magna cum fi-
53 ducia: quia † nemo vnquam habuit odio carnem
ſuam. l. 1. cum ibi not. per gl. C. de his quia latro.
occul. l. fi. ff. de recepta. & quia nullus amor vincit
paternũ, ut ſuprà. Et ꝙ præſumitur teſtatorem
voluiſſe id quod ius commune, etiam intelligitur
vt vnus non poſsit etiam ſine alio præſente con-
54 ſequi: quoniam enim bonum eſt † argumentum
de mandato iuriſdictionis ad mandatum admi-
niſtrationis. l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud.

55 Quantum autem ad conſenſum attinet, † da-
to nullo contractu ex defectu ſolennium, uel ra-
tione formæ deficientis, conſenſus ſuperueniens
non poteſt ratificare: ſecus quando res eſt inuali-
da, tantum ratione deficientis conſenſus: quia pri
mo caſu ceſsio ſiue alienatio funditus eſt nulla,
quæ non poteſt ratificari. Ita uoluit Imol. in cap.
cum conſuetudinis. extra de conſtit. Ita Angel.
in l. per fundum. ff. de ſerui. ruſtic. præd. qui hanc
materiam multum commentauit, maximè data
ſuſpitione teſtium, quibus non eſſet danda fides
ſuper confirmatione contractus, his qui habent
affectionem ad contractus ualiditatem. Ang. po-
ſuit in l. debet. ff. de ædil. edic. in authen. de teſti.
§. penul. per Cyn. in l. ſi à te. C. de falſis. nót. glo.
Ioan. Andr. in c. 1. de teſtib. in 6. præſertim defi-
56 ciente conditione contractus: quia † non poteſt
reſuſcitari iam extinctum. l. inter ſtipulantem. §.
ſacram. ff. de verb. oblig. l. qui rem. §. aream. ff. de
ſolu. Ang. in l. 1. ff. de iudi. not. in c. P. & G. de of-
57 fic. delegat. & iſtæ † dictiones, tunc & nunc, de-
ſignant temporis extremitatem, & ſtandum vul-
gari. l. 1. C. de codicil. ubi glo. Bald. in authen. no-
uo iure. C. de ſer. fugi. clemen. 1. de conceſſ. præ-
ben. per Bald. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia.
ff. de liber. & poſthu. per Bart. & Imol. in l. ita ſti-
pulatus. la grande. ff. de verb. obliga. per Angel. in
l. huiuſmodi. ff. eodem tit. Ioan. Andr. in c. præ-
terea. el 2. de appell. non etiam faciendo iſti exe-
cutores iuxta mandatum in mandato præſertim
certo, non plurium cauſarum. l. iam tamen. §. in
hac. ff. iudi. ſolui. l. ſi quis pro eo. & l. fin. ff. man-
da. per Hoſtien. Io. Monach. Io. Andr. & Doctor.
in c. prudentiam. extra de offic. delegat. Archid.
7. q. 1. c. non autem. c. fin. de arbit. in 6. per glo. &
Doct. not. in c. cauſam matrimonij. de offic. de-
lega. not. in cap. cum uiceſimum. eod. tit. maximè
omiſſa forma hominis non ualebit. ca. cum dile-
cta. de reſcript. & poteſtas ſeu balia data, debet
58 intelligi moderata, & nõ exorbitans. Imò † quan
do committitur diſcretioni intelligitur ſecũdum
iuſtitiam & rectitudinem cuiuſlibet bene iudican
tis. glo. in cap. 2. extra. de corpore vitia. gloſſ. in c.
59 ſæpe. de uerb. ſignific. Imò † ſi committitur ar-
bitrio etiam libero, uel conſcientiæ, intelligitur vt
in re graui ſuperior ſaltem de miſericordia pro-
60 uideret. Et differentia eſt † inter arbitrium li-
berum, arbitrium & conſcientiam. cap. 2. §. fin. de
iura. calum. in 6. per Gemin. per eundem in ca. 1.
de confeſsi. in c. 1. de ſentent. & re iud. eod. lib. c.
ſuper his. per Io. Andr. de accuſ. cap. ſtatutum. §.
aſſeſſorem. per glo. de reſcript. in 6. quæ ita limi-
tatur per gl. in clemen. 1. in uerbo oneramus. de
iure patro. ubi ſaltem poteſt videri. & Bald. in re
graui admittit retractationẽ, etiam ſi conſcientiæ
alicuius relictum fuerit. in l. 1. C. de rebus credi.
& iureiuran. ubi videatur.. Hæc clariſsimè pro-
cedunt; quia etiam ſi pater habuiſſet rem uena-
61 lem, † tamen pupillus eius hæres non poteſt uen
dere ſine decreto, uel agens pro eo. l. 1. §. ſi defun
62 ctus. & ibi Bald. ff. de reb. eo. Imò † etiam in fi-
lijs mercatorum requiritur decretum in his quæ
ſeruando ſeruari poſſunt, non autem in panno &
mercibus: quæ tempore corrumpuntur. l. Titium
aut Mæuium. in §. altero. ff. de adminiſtr. tutor. l.
cum tabernam. ff. de pignor. quæ ſunt duæ leges
ſecundũ Bal. ſingulares. in d. §. ſi defunctus. l. lex
quæ tutores. C. de admin. tut. Et præſumptioni
63 tacitæ uoluntatis non eſt ſtãndum: quia † fortè
patri fuiſſet utile alienare quòd pupillo eſſet inu-
tile, ſecundum inæqualitatem. Bal. in d. §. ſi defun-
ctus. facit l. ob æs. C. de prædijs mino. Et erat opi
nio & animi deſtinatio ibi. & ideò licet pater di-
ſpoſuiſſet ire ad Sanctum Iacobum, tamen filius
non tenetur ire, niſi pater præceperit. ca. 2. de vo-
to & voti redem. l. 2. ff. de pollici. in gloſſ. Item
64 dicendum eſt, † quòd propter lucrum faciliter
quis mentitur, ut iudex ſemper debeat exquirere
verita-

veritatem ab hisqui credibiliter debent ſcire fa-
ctum,& decretú, ſi quod foret interpoſitum,de-
bet eſſe ordinatum:aliàs inordinatum decretum
non valeret ipſo iure, licet fortè poſſet ſortiri ef-
fectum ratione perſonę ſubiectæ interpoſito de-
creto legitimè ad ius exiſtẽtis extra territorium.
Bal.in l.magis puto.§.in primis.& §.illud.& §.æs
alienum.ubi ponit tex.ff.de reb.cor.Et debet iu-
dex æſtimare quæ ſunt illa, quæ minus lædunt
pupillum, quæ in alienatione citatis parentibus
pupilli neceſſarijs vel notis aliquibus habentibus
notitiam de rebus pupilli. d. l. magis puto. §. ne
65 paſsim.ff.de reb.cor. & † vbi etiam tutor uendit
rem pupilli ſine decreto,pupillus non poſsit præ
dium cum fructibus vendicare,vel aliam ré, quæ
ſeruando ſeruari poteſt,niſi pretium cum fructi-
bus reſtituatur, ſed quod conuerſum fuiſſet in
eius vtilitatem,ſecundum Iacob. de Aren. quod
eſt notabile,ſecundum Bald. in l.ſi fundus. uerſ.
quanquam.ff.de reb.cor.Idem in re eccleſiæ alie-
nata,niſi ſeruata forma deputata à iure canonico.
ſed de iure ciuili emptor forte pretium perderet.
authen.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.& forte fru
ctus non æſtimarent pretium ſiue lucrum, quod
haberetur ex mercibus: quia ex æquali contractu
bonæ fidei inito, ſed hic nullum pretium fuit nec
ſolutum,nec oblatum,nec depoſitum,& litera di-
cti ver.quanquam in d.l.ſi fundus.ff.de reb. cor.
aliter dicit,quòd fructus ſunt reſtituendi reddito
pretio, non autem poſſeſſor lucratur eos uel in-
tereſſe mercium ſiue lucrum.l.patri pro filio.§.1.
l.intra vtile. §. in venditionibus. ff. de mino. Et
66 † etiam res minoris non poteſt alienari, licet pa-
rum fructificet,ſecus in re eccleſiæ, dixit Glo. in
d.l.ſi fundus.eccleſia autem eſt ſemper in eodem
ſtatu,ſecundum Dyn. uideatur Bal. ſuper hoc,in
l.qui neque.in l. ſi fundus.in prin. ff. de reb. cor.
& optimè facit tex.in d.l.qui neque.in ver. perti-
67 nere.& auth. † item prædium.C.de ſacroſan.ec-
cle. loquitur in alienatione iuris uia permutatio-
nis non in venditione : quia res permutata perſe-
uerat in patrimonio: & aliquid habet permutans,
68 & † omnia beneficia conceſſa pupillis etiam con
ceduntur furioſis,& prodigis. Gloſſ. notabilis in
69 l.2.C.de cura.furio. & bonum † eſt argumentũ
de eccleſia ad ipſum minorem.l.reſpublica. C. ex
quib. cau. maio. In venditione pecuniæ de facili
conſumuntur.l.1.§.fuit quæſitum. cum Gloſſ.ff.
ad Trebel.l.lex quæ tutores. præallegata.Bald.in
d.l.ſi fundus.ſalua tamen deciſione ſingulari.l.fi.
de reb.cor.ff. ſi eſſet data licentia alienandi in mi
nus ſolenni voluntate,quæ tamen probaretur, &
70 eſſet ad hoc ualida. Et † etiam prælatus eccleſiæ
non habet inueſtire cum graui læſione ad modi-
cum tempus validè ſine ſolenni tate. Facit l.ſanci-
mus.in fi.C.de donat.l.3.§.1.ff.de impenſis. per
Hoſtien. Innocen.& Ioan.And.in c.2.de his quę
fiunt à prælato.Io.And.in additio.ad Spe. de re-
bus eccl.non alie.ad fin. principij.

Quanutm autem ad articulum obligatidnis ad
intereſſe, propter non obſerantiam facti, illa eſt
71 vera, & indubitata concluſio, q̃ † nemo poteſt
ſine actione experiri.l.quoties.§. item ſi tempo-
rali.ff.de admini.tuto.Oportet enim, quòd quis
habeat ius,vel proprium, uel ceſſum, uel ſucceſ-
ſum.not.in l.Caius.ff.ſolu.matrimo.l. qui ſtipen-
dia.C.de procura.l. 3.C.de noua. ſi cum empto-
re. ff. de pact. l. fi. ff.de tranſa.l.qui quadringen.
72 ta.l.facta.§.ſi hæres. ff. ad Trebel.& † etiam antę
conditionis euentum. Clarum eſt non eſſe natá
obligationem, nec ceſsiſſe, nec veniſſe diem. vi-
deatur notabilis tex.in l.pecuniam. ff. ſi cert. pet.
l.vnica.§.ſui autem.C.de cad. tol. non eſt etiá du
73 bitandum quòd † ille qui habet exceptionem.
non poteſt eſſe in mora.l.ſi pupillus. ff.de uerbo.
oblig. l. lecta.ver.ſed cum fortis.ff.ſi cert.peta. &
74 non † implenti uel non offerenti pretium nõ eſt
implendum.Bar.& Doctor. in l. cum proponas.
C.de pact.cap. peruenit. el. 2.extra de iureiuran.
cap. fruſtra.c.ex co.de reg.iur.in 6.l.qui quidem.
per Ange.& Docto.ff. de tranſact.l.cum pater. §.
libertis.de leg.2.l. pacta conuenta. & ibi Bald. ff.
de contrahen. empt. quàm legit cum .§. adeò.in
l. iuriſgentium. ff. de pact. eſt notabilis Gloſſ. &
ibi Bal.in l.ſi cum fundus. ff. eod. quòd non ob-
ſernans pactum videtur renuntiare pacto.& mul-
tum debemus conſiderare ineptitudinem libelli,
75 quoniam omnia iura clamant; pateat † tibi via
quam elegiſti.l.ſi mulier.in fin.ubi caſus peregri-
nus.ff.quod metus cauſ.Glo.& Bald.in l. ſi duo.
ff.de acq.hære.Bald.in l.præſcriptione.C. ſi con-
tra ius vel vtil.publi.in fi. §. ſi uerò poſtquam.C.
76 de iure deliberan. Modus enim † agendi, & exci-
piendi conſiderandus eſt.l.j.ff.ſi meſſor fal. mo.
dixe.Gloſſ. notabilis. 3.q.6.hæc quippe Gloſſ.&
Bald.in l.etiam.C.de furt.Idem Bal. in l.fina.C.ſi
ex fal.inſtru.Bald.in l.cum ſeruum.C.de ſer. fug.
Innocen.in c.ſuper literis.de reſcrip. l.1.§.Labeo
ff.de fluminibus.Gloſ. in Clemen. fin.de appella.
l.non poſſumus.ff.ſi pars hæreditatis pet. Innoc.
in c.cum ſit generale.de foro compe.c. exhibita.
de iudi. Bald. in l.Titiæ textores. de lega. 1.Et e-
tiam attendimus modum exequendi, & executio
nem petentis.Bald.in l.1.C.de execu.rei iudic.&
oportet iudicem cuncta rimari, & ſæpe libellum
intueri debet.30.q.ult.cap.iudicantem.l. iudices.
C. de iudi. Et ideò in ſententia communiter ap-
ponitur eius tenor.hæc ſunt uerba Bald. l. 1. C.
ſi plures in una ſententia condem. fu. facit ratio
ſi lex non eſſet in mundo: quia fundamentum iu-
77 dicij eſt ipſa petitio, & † ſine fundamento nihil
poteſt ſuperædificari.c. veniens. extra de presby.
non bapti.c.cum Paulus.j.q.j. Et tria debent eſ-
ſe conformia,libellus, probatio, & ſententia. l.ut
fundus.ff.commu. diui.l.fi.C.de fideicom. libe.
c.licet Hely.de ſimo.cum ſimil.l.illicitas. §. ueri-
tas.ff.de offi.præſid.Bal.in l.ſi præſidi.C.de don.
ante nup.& iſta talis exceptio ſemper poteſt op-
poni,tua non intereſt,præſertim cum intereſſe lu
cri petatur, quòd debetur inter mercatores. l.3.
§.fin.

§.fi.ff. de eo quod certo loco.l. unica.C. de ſen-
ten. quæ pro eo quod intereſt.cum ibi notatis.
not.Inno.in c.ſuper his.de accuſa. ca.cum inter.
de electio.c. non ſolent.ij.q. vj.l.j.ff.de appella.
recipiendis. Angel.in l.ex conuentione.C.de pa-
ctis. & in l.j.C.ſine caſu,uel reliquis. Bar. Bald.
& Ange.in l.poſthumus §.ſi quis ex his.ff.de in-
offic. teſtament.cum non ueniat intereſſe niſi ex
mora,cum obeſt exceptio emptori, niſi pretium
ſoluerit,uel obtulerit. Et ubi concluditur ex libel
lo pro reo contra libellantē excludendus eſt om-
nino agens.c.ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6.ubi
78 notabilis caſus. Et vbi † non poſsit dici de nul-
litate ſiue iniquitate verbis etiam prægnantibus
non videatur excluſa nullitas quæ prouenit ex
actis. Angel.in l.1. & 2. C. quando prouoc. non
eſt neceſ. Angel.poſt glo.in l.ſi pars.ff.de inoffic.
teſtam.& in hoc eſt in calumnia morandæ execu-
tionis.clem. ut calumnijs. de ſenten. & rei iudic.
Bal.etiam uoluit hoc in l.1.C.ne liceat, &c. aliàs
lex uel ſtatutum eſſet irrationabile, & non ualo-
ret, maximè ceſſante cauſa finali ſtatuti.c. erit au-
tem lex.4.diſtin.l.1.& 2.& 3.ff.de legib.l.ſi ancil-
las.ff.de legat.1.cap.cum ceſſante. de appellat. ne
79 aliàs Iudaicè † ſtatuta intelligamus ad corticem,
contra gloſſ. in l. damni. §. Sabini. ff. de damno
infect. cum etiam hoc requirat altiorem indagi-
nem.l.ille à quo.§.ſi de teſtam.ff.ad Treb. l.ſi is à
quo.in princ.ff.vt in poſ.lega.l.3.§.ex cauſę.ff.de
Carbo.edict.l.3.§.ibidem.ff.ad exhiben. gl.Bart.
& Bal.in l.1.& 2.& fi.C.de edic. diui Hadria.toll.
l.4 §.condemnatum.per Bart.ff.de re iud. & non
videatur excluſa ex generalitate uerborum æqua
& iuſta interpretatio ex alijs legibus tollerata.gl.
in l.1.§.diuus que.ff.quod vi aut clam.l.Paulus.§.
hæres. ubi Angel.ff de vſur. not. per glo. in l.ita
nobis pudor.C.ad leg.Iul.de adulter.l.& non tan
tum.§.& quid pro emptore. ff. de petit. hęredit.
maximè cum reſultat ex his quæ facit uel dedu-
cit ipſemet emptor,licet generaliter concipiatur,
ad hoc eſt caſus peregrinus,in l.ueteres.ff.de itin.
actuque priua. producendo pars libellum contra
ipſum uideatur.Io.And.in addit.ad Specul.in tit.
de ſententia.§.vt autem.in addi. quæ incipit,& ca.
ubi in terminis determinat exceptionem reiectā
non extendi ad caſum quo opponitur talis nulli-
tas de qua conſtat ex actis, non reducendo nos
ad iniquitatem.d.l.ſcire oportet. §. & ſi maximè.
ff.de excuſa. tut. accedat Bart. in l.1.in 6.oppoſ.
ff.de nou.oper.nunc.ubi licet nuntiatio noui ope
ris, ſiue iure, ſiue iniuria facta ſperni non poteſt,
tamen non intelligitur excluſum, quominus poſ-
ſit excludi nuntiatio & ſperni, de qua conſtat ex
inſpectione ipſius nuntiationis iure facta non eſ-
ſe,pro qua ſententia facit.l.2.§.fin. cum ibi nota-
tis.ff.ne quis eū.ex cuius theorica Bart.& Rapha.
Cuma. dicit ſe conſuluiſſe in quæſtione facti, in
terminis iſtis, ut contra decretum poſsit contra
binas ſententias deduci nullitas notoria & mani-
80 feſta, ſicut illa quæ prouenit ex actis,& † acta fa-
ciunt notorium. c.inter cæteras.de ſentent. & re
iudic. ut iniquitas notoria reddat nullam ſenten-
tiam. Butr.& Imol.in d.c.inter cæteras. Io.Andr.
& Panor.in c.fraternitatis.extra de frigi.& male-
fic.c.quia plerique. & ibi Innoc. de immu. eccleſ.
Et quòd iſta faciunt notorium eſt gl. in c.ſignifi-
cauerunt.de teſtib.in uerbo liquere.c.ex ratione.
de appell.per Io.And.& Imol.in clem. appellanti.
de appell.iuncta gl. in aſſertione cauſę appellatio-
nis ab interlocutoria,etiam ſi eſſet notoria,niſi eſ-
ſet tali notorietate noto,quę colligeretur ex actis;
quia tunc teneret cauſa non inſerta. facit c. cum
olim.de uerb.ſignif.not.Ang.in l.ſtipulationum.
de uerb.oblig.glo.in l.1.§. ſiue ſupremæ tabulæ.
ff.de tabulis exhiben.ubi lex dicit petenti exhibi-
tionem teſtamenti nō poſſe opponi aliquam nul-
litatem ipſius teſtamenti. l.ſi quis legatum. ff. de
falſis.& ita dicit ſe iudicaſſe Ludouic. de Roma.
in curia in terminis noſtris in quadam ardua
quęſtione allegando Oldrad. tenuiſſe in conſilijs
ſuis in repetitione.l.ſi uerò.§.de viro.ſol.matr. &
d.c.inter cęteras.c.quia fronte.cum ibi notatis.de
appel.& quod not.in c.ex conquęſtione. in gl. fi.
81 de reſtit.ſpol.quòd † in excluſione generalis co-
gnitionis uel appellationis,non intelligatur exclu
ſa cognitio uel appellatio, quę prouenit ex cauſa
notoria. Videatur Innocen.in c.nullus.extra de
confir.vtil.vel inutil. Bald. in c.cum in iure.extra
de offic.deleg.Panor.in c.ex literis.eod.tit.Aliud
ſi appareat cauſa morandę executionis, aliquid
calumnioſè fieri, l.ſatis apertè. C. de falſis. nota-
runt Dyn.& Bart.in l.3.§.in admittenda.ff.de ac-
quir.poſſ.l.cum reis. C.de pœn. Innoc. Hoſtien.
& Io.Andr.in c.cum olim.de cauſa poſ. & propr.
Innocen.in c.poſt electionem. in verſ. inſtitutio.
de conceſ.præbend. Butrius in c. cum ſpeciali. de
app. Vt poſsit reijci euidens & friuola ſuſpitio al-
legata contra iudicem: ita patens nullitas impe-
82 diat executionem; & † idem operatur litis pen-
dentia,quod operatur ſententia ſuper declaratio-
ne nullitatis. l.fundi. & l.fundum. ff. de exceptio.
Bald.in c.cum in iure. de offic. deleg. præſertim
in manifeſta nullitate nemo negabit reſtitutionē
in integrum,adhoc quòd poſsit deduci uia agen-
di, excipiendi,& replicandi, cum etiam hæc pars
ſit benignior & æquior ſit amplectenda. l. beni-
gnior.ff.de legi.dummodo aptè fiat. clem. fi. ubi
glo.de appell.

Ego Rolandus de Curte. I.V.D. & Comes,
conſulo & dico vt ſupra.

CONSILIVM D. GEORGII DE Tortis legum Doctoris militis & Comitis. In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Abundantia non ſolet vitiare ſcripturas, ſed implere ciſternas intelligentium.*

2 *Scriptura imperfecta in vltima volūtate, & in materia.*

CONSILIVM CXXV.

AD confirmationem eorum quæ
dicta ſunt copioſiſsimè in ſecundo dubio, faciunt notata ꝑ
Anto. de But. Imol. & Panor.
in c.cum conſuetudinis. de cõ
ſue. in regula,non firmatur. de
regul.iur. in vj.in c.auditis.de electio. in c.prudẽ
tiam. de offi.deleg. 3.q.2. hc quippè. & ibi per
Archid. per Inno.in c.dudum.de reb.eccle.non
1 alie.in 6.Nec † ob.c.cum uos.de his quæ fiunt á
prælato:quia duobus modis reſpondetur.Primo
2 modo † quòd ratificatio operatur,quando actus
deficit ratione conſenſus ſi in ratificatione inter
uenit utilitas eccleſiæ, aliàs non. ita uolunt Do
cto.in c.cum uos.ſupra allegato.quod non inter
uenit in caſu noſtro.Secundo modo reſpõdetur,
quòd iſte conſenſus illarum mulierum nõ requi
ritur per uiã ſimplicis conſenſus , ſed requiri
tur per uiam formæ,qua omiſſa corruit actus.l.
cum hi.ff.de tranſact l.Iulianus.§.ſed ſi quis.ff.
ad exhiben.c.quia propter.de electio.& quòd ſit
3 de forma ſic oſtenditur , nam † ubicunque conti
netur aliquid in mandato hominis,etiam ſi illud
ſit aliàs de iuſtitia, & ſic exprimatur id quod ius
uult,dicitur eſſe de forma, ita not.Doctor.com
muniter,in c.cum dilecta. de reſcrip.in c.uenera
bili.de offi. delega.facit etiam dictum Bart.in l.
4 diem proferre.§.ſtari. de arbi.ubi vult quòd,† ſi
cõpromittatur in arbitrium hoc expreſſo, quòd
ꝓnuntiet de iure tantum, non ualet ſententia, ſi
non ſeruauerit formam compromiſsi ,licet aliàs
ualeret ſententia contra ius lata.l. ſi expreſsim.ff.
de appella.l.j. C.quando prouoc.non eſt neceſſ.
& iſtud multo fortius procedit:quia forma data
á teſtatore eſt contra iuris diſpoſitionem , quæ
5 † vult quòd unus ex pluribus executoribus,alijs
nolentibus uel abſentibus,vel impeditis,alter ſo
lus poſsit adminiſtrare.c.1.de teſtam.in 6. Idem
6 † etiam in pluribus tutoribus.l. decreto.§. fin.ff.
7 de admi. tuto.Idem † eſt etiam in pluribus pro
curatoribus datis ad factum electionis,ſeu poſtu
lationis:quia iudex elegit idonei eorum.c.ſi duo.
in §. ſanè.de procu.in vj.& hoc eſt ſpeciale in il
lis caſibus: quia in alijs contrarium eſt diſpoſitũ.
c.cauſam matrimonij.c.uno delegatorum. c.pru
dentiam.de offi.delega.In procuratore regulari
ter eſt idem. l.pluribus.ff.de procur.c.ſi duo.co
tit.in vj. & ad confirmationem etiam facit dictũ
Bal.in l.ſi quis mihi bona.§.ſi coram.ff.de acqui.
hær.ubi dicit ꝙ quid omiſſum eſt à forma man
dati dicitur eſſe omiſſum à ſubſtantia. Adducitur
etiam Glo. notabilis in c.dudũ.in Glo. ſuper uer
bo tractatus.de reb.ecce.nõ alie.in 6.quæ vult ꝙ
ſuperueniens conſenſus habeat confirmare actũ
præcedẽtem,ita demum ſi præceſsit tractatus de
alienando: quod interuenit in caſu noſtro.

Ego Hyeronimus Mangiaria iuris vtriuſque
Doctor conſulo ut ſupra.

CONSILIVM D. LVCAE GRASSI
V.I.D.& Comitis.

In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſariorum conſtitutio in efficax, ſi in publicatione teſtamenti non citantur quorum intereſt.*
2 *Præſens non citandus.*
3 *Forma quæ de iure omiſſa non uitiat actum,ſi ponatur in mandato de faciendo actum , omiſſa uitiat ipſum actum.*
4 *Iuſſus,mandatum, ſententia, authoritas & conſiliũ non poſſunt ſequi actum.*
5 *Satiſdationem qui debet offerre tenetur ſecum habere fideiuſſores.*
6 *Quis non debet eſſe mitior lege.*
7 *Arbitrator non excuſatur à lata culpa.*
8 *Ignorantia iuris aperti eſt lata culpa,ſecus iuris multipliciter intelligibilis.*

CONSILIVM CXXVI.

IDEM uidetur mihi qđ ſupra
ſcriptis clariſsimis Doctorib.
1 ꝙ ſcilicet † conſtitutio fideicõ
miſſariorum prędictorum ine
ficax ſit propter non citationẽ
eorum,quorum intereſt in pu
blicatione teſtamenti , quam
fieri debere,& teſtiũ, dicit Bar.in l.2.C.de teſta.
ſed teſtiũ omiſſam citationẽ nõ ſic cõſidero : qa
2 † præſens nõ eſt citãdus.Bart.poſt alios Doct.in
l.j.ff.de in ius uoc.Itẽ quòd ſi fuerit efficax non
3 potuerũt uendere alumina.Nam forma † quæ de
iure omiſſa non uitiat actum,ſi ponitur in máda
to,quod fit de faciẽdo actũ, omiſſa uitiat ipſum
actũ. paret, quia ordo cauſæ poſſeſſorij ad cãm
petitorij : qui eſt ꝙ poſſeſſorij cauſa præcedat ,
omiſſus non reddit iudicium nullum. l.j. C.de
appellat. & Gloſſ. in fine ſui. in l. prolatam. C.
de ſentent. & interloc. omn. iudi. & ibi Bartol.
& tamen poſitus in reſcripto delegationis omiſ
ſus reddit proceſſum nullum.caſus eſt in cap.ue
nerabili. extra de offi. delegat. igitur manda
tum teſtatoris non ſeruatum in dubio reddit uẽ
ditionem nullam . Quòd autem non fuerit ſer
4 uatum, patet : quia † iuſſus , mandatum , ſenten
tia, autoritas , & conſilium , non poſſunt ſequi
actum.Bart. in l j.§.ſi autem.ff.de aqua plu.arcẽ.
Tertiò quòd nõ procedat libellus emptorum de
fectu oblationis ferri, nam oblatio requiſita à iu
5 re in dubio intelligitur realis. Ideò † qui debet
offerre ſatiſdationem, tenetur ſecum habere fi
deiuſſores.l. ſeruus ſi hæredi. in fin.ff. de ſta
tu lib.& qui debet offerre pecuniam , debet eam
habere in manu . Bartol. in l. prætor.§.ſi quis
paratus.ff.de nou. oper.nuntia. hoc tenet Imo-

la in l.ſi more ff.ſolut.matrimonio Ideò dicti em-
ptores non ſatisfecerunt. l. Iulianus. §. offer-
ri. ff. de action. empti. ubi oblatio pretij re-
quiritur. Et quartò, quòd boni uiri, & ordi-
narius iudex debeant iudicare contra emptores.
6 Primò, quia † non debet quis eſſe mitior lege.
7 §.oportet.in authen. de iudi.Secundò,quia † ar-
bitrator,cuius eſt maior, quàm iudicis ſeu arbi-
tri poteſtas. l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum. ff.pro
ſocio. non excuſatur à lata culpa. Bartol. ſi non
fallor non habeo modo in domo.in l.fi.ff de uar.
8 et extraordi. cogni.ſed † ignorantia iuris aperti
eſt lata culpa.l. liberorum. §.ubtantur. ff. de his
qui not.infa. ſecus in iure multipliciter intelligi
bili.Glo.Inſti.de obliga.quæ ex quaſi delic.naſc.
in princ.Bar.in l.cum prolatis.ff.de re iudic. Ius
autem eſt hic apertiſsimum contra emptores,ut
ſupra patet,igitur.&c.

Vnde has concluſiones ueriſsimas putãs ego
Lucas Graſſus Iuris utriuſque Doctor, & legalis
Comes,utpotè,qui exceſsi annos uiginti, in of-
ficio publicè docendi iura actu legens ordinariè
iuris ciuilis in ueſperis in feliciſsimo Gymnaſio
Papienſi,ſupraſcriptam additionem me pronun-
tiante ſcribi iuſsi atque ei propria manu ſub-
ſcripſi, & in ampliorem iudicij mei fidem ſigilli
eam proprij impreſsione fulciui.

CONSILIVM D. HIERONYMI de Tortis legum Doctoris.

In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens tempore publicationis teſtamenti ut probet, debet deponere de conſocijs.*
2 *Argumentũ ualidũ à diſpoſitione legis ad diſpoſitionem teſtatoris.*
3 *Dominij tranſlatio ſicut impeditur ex diſpõne legis, ita ex diſpoſitione teſtatoris.*
4 *Contractus celebratus non ſeruata forma à lege tradita eſt ipſo iure nullus.*
5 *Forma dat eſſe rei.*
6 *Conſenſus omiſſus ſi poſt actum interueniat valeat, ſecus quando requiritur pro forma.*

CONSILIVM CXXVII.

QVANQVAM auctoritas tã
torum patrum ſupra conſulen-
tium ſufficere deberet adeò q
uelle addere uel loqui aliquid,
potius uideatur laborioſum q̃.
ſubtile, tamen breuiter quòd
dicta publicatio non tenuerit, occurrit dictum
Iacob.Butri.in l.publicati.C.de teſtamen. ubi di
1 xit quòd † teſtis deponens tempore publicatio
nis teſtamenti, ad hoc ut talis publicatio dicatur
ſolennis & ualeat, debet deponere de conſotijs
ſuis. Fortius ſubiunxit ibi Salyc. quòd ad eſſe
ipſius ſubſcriptionis, requiritur, quòd teſtis fa-
ciat mentionem de conſocijs ſuis, quod minimè
fuit in caſu noſtro.

Circa uerò ſecundum dubium quòd dicta uẽ
2 ditio fuerit nulla deducitur. Nam tenet † argu-
mentum à diſpoſitione legis ad diſpoſitionem
3 teſtatoris.§.diſponat. auth.de nupt. adeò † quòd
ſicut ex diſpoſitione legis impeditur tranſlatio
dominij.l.non dubium.C.de legibus.ita ex di-
ſpoſitione teſtatoris.l.filiusfamilias. in §.diui.ff.
de lega. j.l.ſi peto. §. prædium.ff. de lega.ij. Sed
4 † contractus celebratus non ſeruata forma, le-
ge tradita, eſt ipſo iure nullus.l.j. §. ſi quis ſimpli
citer.ff. de uerbo. obliga. l.j.§. cum qui ita.ff.de
conſtitu. pecu.l.an inutilis. in princip. ff. de ac-
5 cept.cum † forma det eſſe rei.l.Iulianus.§.quan-
tum.ff.ad exhiben.l.ſi is qui ducẽta.in. §. utrum.
ff.de reb.dub.ergo contractus celebratus nõ ſer
uata forma à teſtatore tradita erit ipſo iure nul-
lus.ſed in dicta uenditione non fuit ſeruata for-
ma tradita à teſtatore.ergo dicta uenditio nulla.
6 Accedat † quoque: quia licet conſenſus omiſ-
ſus in actu, ſi poſt actum interueniat, ualeat & te
neat, ut uoluit Bar. in l. ſi quis mihi bona.§.iuſ-
ſum. ff.de acqui.here.in l.ſi mater. §.hoc iure.ff.
de excep. rei iudica.& eſt caſus in l.fi.C.ad ſena-
tuſcon. Macedo.notatur in l.Iulianus. ff. qui ſa-
tiſda.cogan. Tamen quando conſenſus requiri-
tur,pro forma actus qui geritur, put in caſu no-
ſtro,tunc conſenſus non poteſt ſubſequi poſt ip
ſum actum, ſed debet interuenire in ipſo actu.
Ità firmat Inno. & Anto.de Butr.in c.conſuetu-
dinis. extra de conſue. allegat. l. quid ergo.§. fi.
cum l.ſequen.quibus ex cau.infa.irroga. Idẽ fir-
mauit Bald. in l.j.C.qui admit. dicens quòd ſi in
contractu pupilli requiratur pro forma ex diſpo
ſitione ſtatuti quòd interueniat conſenſus con-
ſanguineorum, q̃ ſi conſenſus interuenerit poſt
contractum perfectum nil operabitur, nec ualida
bit contractum aliàs inualidum: allegat caſum in
c.de indemnitatibus.§.ſi autem nulla.& in §.ſed
quia uerò. iuncta Gloſſ. quæ incipit aduerte. de
elect.libr.

Accedant prędictis notata per Barto.in l.non
dubium.in fi.C.de teſta.& in l.poſt legatum.de
his quib. ut indi. ubi uoluit quòd quando actus
eſt nullus ex defectu formę omiſſæ in ipſo actu
conſenſus ſuperueniens nil operatur. Et ex his
clariſsimè infertur ratihabitionem ſubſecutam
fideicommiſſariam de quibus ſupra, nihil ope-
ratam fuiſſe quo ad inualidandam uenditionem
inualidam.

Et ita ſupra concluſum & conſultum eſt, di
co & conſulo ego Hyeronimus de Tortis legum
Doctor Iuris ciuilis ordinariam legens Papiæ.
Amen.Deo gratias. Amen.

CON-

CONSILIVM D. LANFRANCHI de Oriano Brixienſis. Cum ſubſcriptione D. Melchioris de Facinis legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum à notario non præcedente mãdato teſtatoris an ualeat.*
2 *Teſtamentum factum à teſtatore importunitate attinentium ipſius teſtatoris an ualeat, & nu.7.*
3 *Teſtamentum lectũ teſtatori, qui interrogatus ſi ita facit, uerbis reſpondit quòd ſic. an ualeat.*
Intellectus ad glo. in l. iubemus. C. de teſtamen.
4 *Gl. & Doctores intelliguntur ſecũdum legem quã allegant.*
5 *Falſitas ſine dolo non committitur.*
6 *Teſtamentum nullum in publicam formam releuari non debet.*

CONSILIVM CXXVIII.

1 DVBITATVR de quodam
teſtamento † facto in territo-
rio vallis Annanimæ, ualeat, &
teneat: quia notarius illud ſcri
pſit non præcedente mandato
teſtatoris, ſed ex perſuaſione
cuiuſdam attinentis, vel amici
ipſius teſtatoris, & dictũ teſtm̃ fuit ſcriptum non
in conſpectu teſtatoris, ſed in alia camera, uerùm
dum dictus teſtator eſſet in extremis poſitus. di-
ctum teſtamentum ſic ſcriptum, fuit per teſtato-
rem ratificatum, in præſentia dicti attinentis?
2 † Certum eſt dictum teſtamentum non valere:
quia cenſetur ipſum teſtamentum potius ex im-
portunitate attinentium confectum, quàm ex uo
luntate teſtatoris, & ita determinauit Nicolaus
Mattharelli, & idem tenuit Ioan. And. in titu. de
teſtam. in §. in primis, in addit. Specul. & ita repe-
rio. D. Paul. de Caſtr. conſuluiſſe apud ciuitatem
Aretij, ut ipſe refert, in l. hac conſultiſsima. §. at
cum humana fragilitas. C. qui teſt. face. poſſ. cum
igitur tot ſummæ authoritatis Doct. in hanc ſen-
tentiam inclinent, nemo eſt qui vereri debeat hoc
idem conſulere. maximè cùm nullum compere-
rim contrarium tenentem. Huic determinatio-
3 ni obſtant † Gloſſ. approbata per omnes in l. iu-
bemus. C. de teſtam. quæ expreſsè determinat ꝙ
ſi lecto teſtamento teſtatori, interrogato, ſi ita fa-
cit, ſi uerbis reſpondeat ꝙ ſic, ualet, nõ teſtamen-
tum. Ita ibi not. Gloſſ. & omnes ſequuntur, quo-
modo ergo poterit procedere huius conſilij de-
terminatio? Reſpondeo quòd Gloſſ. loquitur in
alio caſu, & ſimiliter Doc. videlicet: quando præ-
ceſſit mandatum teſtatoris factum tabellioni, de
ſcribendo teſtamento, & poſteà illud legit coram
teſtibus, & teſtatore. tunc ſi dicat iſte facere, valet
teſtamentum. Quòd iſte intellectus ſit neceſſa-
rius ad illam gloſ. patet per §. quem allegat. glo.
illa ad probationem ſuæ deciſionis, ſ. §. at cum hu
mana fragilitas ubi expreſsè dicit tex. quòd teſta-
tor teſtamentum mandauerat notario conſcribẽ
4 dum, † & palàm eſt apud omnes dictam Gloſſ. &
Doct. exaudiri debere ſecundum legem quam al-
legant. Et pro dicto intellectu Glo. adduco text.
ſingularem qui eſt bene notabilis. in l. Pamphi-
lo. §. propoſitum. ff. de leg. 3. cum Glo. ex quibus
relinquitur deciſionem Io. And. indubitatam re-
manere, & illam in conſilijs, & indicando tenen-
dam, puto tamen ſi notarius bona fide fecerit ſcri
bendo dictum teſtamentum, cùm iſte articulus
5 ſit iure ſubtilis, nullam incurrat falſitatem, † quæ
falſitas non committitur niſi dolo interueniente
6 vt l. nec exemplum. C. de falſ. † Tamen tale teſta-
mentum non debet releuari, per notarium in pu-
blicam formam. cum teſtamentum ſit nullum, vt
ex antedictis pleniſsimè probatum eſt.

Sic dico, & conſulo ego Lanfranchus de Oriano, Doctor Iuris Vtriuſque. ideò me ſubſcripſi, & ſigillaui.

SVBSCRIPTIO D. MELCHIORIS de Facinis legum Doctoris.

LICET contentus eſſe deberem, de
ſola ſubſcriptione prout fui requiſi-
tus, & maximè propter authoritatẽ
Domini Conſulentis, nihil minus, vl
7 tra ſubtiliſsimè allegata per eum, † adduco nota.
per Bal. in l. & in epiſtola. C. de fideicom. & maxi-
mè ſi ſcriptura dicti teſtamenti, de quo ad præ-
ſens fit mentio, fuerit ſcripta per notarium, nõ in
conſpectu teſtatoris, & ipſo teſtatore ignorante,
ut præmittitur: quia præſumitur teſtatorem, po-
tius importunitate attinẽtium, quàm ſua propria
uoluntate ipſam ſcripturam approbaſſe, maximè
etiam ſi teſtator erat multum grauatus infirmita
te, ut intellexi dictum teſtatorem fuiſſe tempore
teſtamenti confecti. & quòd non appareat de uo-
luntate ipſius teſtatoris, quòd notarius dictã ſcri-
pturam teſtamenti ſcripſerit prout reuera non ap
paret in caſu noſtro: quo caſu dictum teſtamentũ
dicitur non ualere. & ita etiam dico per not. per
D. Pau. de Caſt. in præal. l. hac conſultiſsima. in §.
at cum humana fragilita.. per no. per Ioan. And.
in præal. §. in primis. de teſta. qui tenet iſtam par-
tem. dicens idem fuiſſe in vxore Bulgari. Et hoc
no detur notarijs materia falſum fabricandi. Ad
quod faciunt no. per Bal. loco præal. Circa uerò
ſecundum videlicet: an teſtamentum debeat relo-
uari, uel non, ſatis dictum eſt per prædictum D.
Conſulentem. ideò ad notata per eũ me rimitto.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt tam per præfatum D. Cõſulentem, quàm per ea quæ ſupra dixi, dico & conſulo iuris eſſe ego Melchior de Facinis legum Doctor. in quorum fidem prædicta ſcripſi, & me ſubſcripſi, ſolitoq́, ſigillo ſigillaui. Ad laudem Dei omnipotentis, Amen.

CONSILIVM D. FRANCISCI de Boſsis.

SVMMARIVM.

1 *Filia in certa quantitate inſtituta an teſtamentum patris rumpere poſſit.*
2 *Legitima quæ pars hæreditatis ſit.*
Filia quando ad ſupplementum legitimæ agere poſsit.
3 *Legitima per legata à teſtatore facta nō diminuitur.*
4 *Habenti tutorem teſtamētarium, an tutor poſſit dari per iudicem, & nu. 7.*
5 *Soror teſtatoris an poſſit eſſe tutrix filiorū teſtatoris.*
6 *Debitor pupilli an poſſit eſſe tutor.*
8 *Legatarius recipiens aut intrans poſſeſsionē rei legatæ propria auctoritate ſine ſcitu hæredis, an à iure ſuo cadat.*
9 *Hæres ſcriptus mittendus eſt ſtatim in poſſeſsionem bonorum hæreditatis, oſtenſo teſtamento.*

CONSILIVM CXXIX.

TESTATOR filiam vnicam in certa quantitate expreſſa, heredem inſtituit in teſtamēto ſuo, quā iuſsit dicta quantitate eſſe cōtentam, poſteà ſororē ipſius teſtatoris, heredem vniuerſalē inſtituit. Quæritur vtrum iſta filia poſsit infringere totum patris ſui teſtamentum, per querelam inofficioſi, aut alio iuris remedio? Ad quod bre-
1 uiſsimè reſpondetur, † quòd filia non pōteſt rumpere teſtamentum patris ſui, ſed bene uerum eſt, quòd ſi quantitas in qua eſt hæres inſtituta, non
2 aſcendit † ad legitimam. quæ eſt tertia pars hereditatis deducto ęre alieno, ipſa poteſt agere ad ſupplementum legitimę. & teſtamentum in uiribus ſuis remanet. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta.
3 † Et illa legitima ſiue tertia pars non uenit minuenda per alia legata facta à teſtatore, ſed ipſam ſuam legitimam habet integram, ſine aliquo onere, l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.
4 Item quęritur † cùm teſtator in dicto teſtamento prędictę filię ſuę pupillę in teſtamento dederit tutricem prędictam ſororem ſuam, quā inſtituit heredem vniuerſalem, & quēdam alium tutorem eiuſdem filię ſuę, & quemlibet eorum inſolidum, vtrum illis, & quolibet eorum, aut altero uolēte, aut uolentibus eſſe tutoribus, poſsit per iudicem
5 alius tutor dari prędictę pupillę. † Ad quod reſpondetur, ꝙ licet de ſorore poſsit eſſe dubium, vtrum poſsit eſſe tutrix illius pupillę, propterea ꝙ eſt tutrix ipſius pupillę, ad dandum ſibi ſuam legitimam. iuxta ea quę habentur in auth. minoris
6 debitor. C. qui da. tut. poſ. † attamen attento ꝙ eſt teſtamentaria tutrix, eius fides eſt approbata, à teſtatore quimet ipſam debitricem conſtituit. & poſtea facit ipſam tutricem in eodem teſtamento, & non ſe ingerit in tutela. & offert ſeparatam ſatis facere pupillę iuxta iuris diſpoſitionem, ipſa non eſſet repellenda à tutela. iuxta ea quę notantur in d. auth. minoris. Sed poſito quòd de illa
7 eſſet dubium, † ſaltem non eſt dubium de alio, qui in teſtamento eſt datus tutor, quin poſsit eſſe tutor, & non eſt dubium quòd ipſo tutore teſtamentario volente acceptare tutelam, quòd nō eſt alius tutor dandus à iudice, illo exiſtente idoneo. ff. de legit. tute. l. in teſtamento, & l. quod autem. & Inſtit. eod. tit.
8 Item † quæritur an mater dictæ pupillæ, cui matri maritus eius inuita donauit vnum vineale, & in teſtamento dictam donationem confirmauit. ſi dictum vineale recepit, aut intrauit abſque eo quòd petierit ab hærede illud ſibi tradi, propterea ceciderit à iure ſuo? Ad quod reſpōdetur, quòd ſi ante aditam hæreditatem, ipſa ſe intromiſsit de dicto vineali, & non occupauit violenter, aut manu armata, non cecidit à iure ſuo, attento maximè quòd viuente marito illud quaſi poſſidebat, ſed ſi hæres uellet repetere poſſeſsionem illius vinealis, vt poſtea de manibus ipſius hæredis, ipſa vxor illud reciperet, hoc facere poſſet. & hæc probatur in l. 1. in princip. ff. quo. bono. cum glo. ſua. ſed in hoc modica verſatur vtilitas ipſius hæredis, cum hæres non infitietur relictum ipſius vinealis & ualiditatem ipſius relicti?
9 Item quæritur, † ſi aliqui qui hucuſque poſsiderunt bona hæreditaria ijs bonis renuntiant & poſſeſsioni illorum, an per iudicem hæres inſtituta ſit mittenda in poſſeſsionem dictorum bonorum? & iſtud nullum habet dubiū, quòd eſt mittenda: quia heres ſcripta ſtatim eſt mittenda, in poſſeſsionem bonorum hæreditatis oſtenſo teſtamento, in quo eſt hæres inſtituta, etiam ſi bona per alios poſsideantur, ff. quorum bono. per tot. & ff. de bon. poſſ. ſecun. tabul. per totum. multo ergo magis ſi à nemine poſsidentur; quia illi qui antea poſsiderunt renuntiarūt illis à poſſeſsione illorum, & deſierunt poſsidere? LAVS DEO.

Ita de iure dico & conſulo ego Franciſcus de Boſsis Iuris Vtriuſque Doctor. Decanus eccleſiæ Tridentinę. ideò hic propria manu ſubſcripſi, & ſigillum meum appoſui.

CONSILIVM D. BAGLIONI DE Monte Vbiano Peruſini. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas primum locum obtinet in teſtamentis.*
2 *Clauſula in fine poſita quando ad omnia præcedentia vel ad proxima ſit referenda. nu. 7. 11. 12. 15. 30. & 34.*
3 *Intellectus ad l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1.*
4 *Intellectus ad c. ſecundo requiris. de appell.*
5 *Intellectus ad c. inquiſitor. de appell.*
6 *Intellectus ad l. 3. §. ſi filius. ff. de liber. & poſthum.*

Argumen-

8 *Argumentum à contrario ſenſu in lege perinde habetur ac ſi eſſet caſus in terminis.*

9 *Clauſula indefinita uel uniuerſalis. quando ad omnia referenda, & nu. 10. & 29.*

13 *Intellectus ad l. eo hæredi. §. qui patroni. ff. de uulg. & pupilla.*

14 *Teſtatoris intereſt uerba taliter interpretanda. ne eius diſpoſitio ludibrio ſit.*

16 *Intellectus ad l. ſi idem cum eo. §. ſi una actio. ff. de iuriſd. omn. iud.*

17 *Verba, ut uidebitur, & placebit, uel ut uolet, important arbitrium boni uiri non liberã uoluntatem. ſecus ſi adijcitur, ſine contradictione alicuius, idem ſi geminantur nu. 18. 21. 22.*

19 *Contradicens ſine cauſa habetur pro conſentiente.*

20 *Verba ita intelligẽda, ut nõ ſint ſuperfluè oppoſita.*

23 *Teſtator dans licentiã legatario ut propria authoritate. rem legatam capiat, uel dicat, ut ſibi non contradicetur, uel fiat moleſtia, quòd idẽ important ac ſi dixiſſet quod uult quòd liberè legatum habeat.*

24 *Verbum, ſine contradictione: idem importat quod liberè.*

25 *Filius grauatus de reſtituendo poteſt alienare uſque ad legitimam, & trebellianicam. & nu. 26.*

27 *Teſtatoris uerba parem intellectũ ut leges recipiunt*

28 *Pater non poteſt filium grauare de reſtituenda legitima, & trebellianica.*

30 *Intellectus ad l. finalem ff. de reb. dub.*

31 *Clauſula, cum hoc & c. an importet idem quod ablatiuus abſolutus.*

32 *Ablatiui abſolutè poſiti faciunt conditionem.*

33 *Clauſula appellatione remota, poſt plura capitula refertur ad omnia, & hoc ſi in unoquoq; eſt eadem ratio, ſecus ſi aliàs.*

35 *Demonſtratio fruſtra adijcitur quando res clarè demonſtrata eſt.*

CONSILIVM CXXX.

IN Chriſti nomine amen: Sum requiſitus de ſubſcriptione ad præcedens conſilium Clariſſ. & Excell. I. V. D. domini Alexan. de Imo. Patris, & Domini obſeruantiſ. cuius ſnĩa mihi placet, .ſ. ꝙ intentio, & uoluntas dicti teſtatoris, quæ maximè, & ante oĩa eſt attẽdenda circa eius diſpoſitionem, iuxtà vulgariſſimam re-
1 gulam, ꝙ in teſtamentis † primum locũ obtinet voluntas teſtantis, l. ille, aut ille. §. 1. de lega. 3. & l. in conditionib. primũ locum. de condi. & dem. & l. Publius. §. fi. eo. tit. l. ex facto. la grande. ff de hære. inſti. l. cum quidam. in prin. & l. quidam. C. de neceſſa. ſeruis hæredib. inſtituendis. quæ fuerit dum poſuit in ſuò teſtõ illam clauſulam, cum hoc tamen ꝙ dicti ſui filij poſsint de bonis dictæ hæreditatis vendere, alienare: & non referre illã, & nõ intelligere illam debere habere locũ in caſu euenientis conditionis per eum appoſitæ in prima ſubſtitutione per eũ ſupra factam, dum inſtitutis ſuis filijs ſibi hæredib. fecit inter eos ſubſtitutionem quodammodo reciprocam, dicendo, & ſi aliquis dictorum filiorum ſuorum quãdocunq; decederet ſine filijs legitimis, & naturalib. ſubſtituit ſibi alios ſuperuiuentes &c. Nam prout elegantiſsimè ponderauit intẽtionem teſtatoris pre-
2 fatus Dominus Conſulens clauſula † in fine poſita non debet referri ad omnia præcedentia; quãdo præcedũt plures diſpoſitiones teſtatoris, poſt quas poſtea ſubnectitur clauſula, & nõ ſubeſt par ratio, ꝙ ad oĩa referatur, prout in terminis præſentis conſultationis: ut non eadem ratio ſit in filijs ipſius teſtatoris, quæ eſt in fraternitatibus, & pijs locis, multum accuratè probat ipſe Cõſulẽs, cuius fundamentum mihi placet, à quo non videtur tamen fore recedendum, ex quo ꝙ quis dice-
3 ret † ꝙ in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. facile contingere poterat ꝙ vnus legatarius eſſet magis dilectus, quàm alter, & tamen ille tex. generaliter diſponit ꝙ clauſula ad omnia referatur, & ſimiliter
4 in † c. ſecundò requiris. de appel. & † in c. inquiſi-
5 tor. eod. tit. una cauſa poterat eſſe fauorabilior alia, & tamen generaliter diſponitur ꝙ clauſula in fine appoſita ad omnia præcedentia referatur,
6 & idem etiam dici poſſet in terminis l. 3. §. ſi filius. ff. de lib. & poſthu. Quia reſtringere illa iura ad caſum, quando non eſſet maior ratio diſponẽdi in uno, quàm in alio capitulo propter maiorẽ affectionem uel ſimilẽ rationem, eſſet nimium reſtringere illa iura, & contra eorum mentem omnium. Nam imò ſalua pace per hoc nõ puto recedendum à fundamento conſulẽtis. Nam prout dicit Bal. in d. talis ſcriptura, & d. §. ſi filius. debet
7 tantũmodo intelligi, † ut fiat dicta relatio quãdo non eſt ratio quare magis referatur ad unum, q̃ ad aliud, & ſic quãdo ratio aliqua reſtrictiua non eſſet, ut dictam rationem ponit Impe. in l. 1. C. de lib. præte. ibi dum dicit, nulla ratio reddi poteſt, & per quem tex. ſatis apertè demonſtratur, ꝙ vbi alia ratio reddi poſſet, quare nõ referatur ad omnia præcedentia, quòd tunc referri non debet, ut eſt ibi caſus à contrario ſenſu, & ſentit ibi Bald. in
8 ſua prima lectura, qui † ualet tanquam caſus in terminis l. 1. §. huius rei. de off. ei. cui mãd. eſt iuriſd. & ità Moderni omnes tenent, tam in d. l. talis ſcriptura. & d. l. 1. Bald. ẽt in proprijs terminis conſulendo ita determinat in conſil. 430. incipiẽte, in Chriſti nomine amen. Quæſtio ſtat in
9 hoc an uerbum, relicta, ubi dicit, quòd licet † clauſula, quando eſt indefinita, uel uniuerſalis, de propriã natura eſt ad omnia referẽda, tã ad præcedentia, quàm ſequentia, ut not. C. de fideicommiſsis l. cum uirũ. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam liberis. C. lib. præt. l. 1. extra de app. c. ſecũdo requiris. de leg. j. l. talis ſcriptura. l. cum pater. §. fidei. de leg. 1. tamen id procedit quando de mente teſtatoris conſtat expreſsè, vel ex verbis per eum prolatis conſtare poteſt. ſed quando eſt dubium, tũc oportet recurrere ad coniecturas, & interpreta-

tionem mentis ſuę verum referatur ad omnia, uel
non referatur per uerba per eum probata, uel a-
liter, ut ſit ſenſus, quòd per dicta iura non ſim-
pliciter diſpoſitum, quòd ad omnia referatur, ſed
ita demum referatur ſi ſit ſecundum mentem, ſe-
cus ſi non ſit ſecundum mentem, & intentionem
& ita etiam colligit Dominus Abb. Sicu. in d. ca.
10 ſecundò requiris. à cõtrario ſenſu illius tex. † quia
quãdo poteſt reddi ratio quare magis concernit
clauſula unum capitulum, quàm aliud, tunc non
omnia, ſed illud ſolum reſpicit. Idem etiam uo-
luit Dominus Ioannes de Imo. in d. c. inquiſitio-
ni, & ita Moder. ibidem tenent præcipuè Domi.
Benedictus Capra in d. c. ſecundo requiris, & ita
etiam Doc. in c. omnis. extra de reſcrip. & ex præ-
dictis Hoſ. & poſt eum Io. And. in d. c. inquiſitio-
11 ni. dixerunt, ꝙ in dicto articulo, † an clauſula in
fine poſita ſit referenda ad oĩa præcedentia, uel
ſit reſtringenda ad proximè præcedentia, non
põt dari certa doctrina, ſed ſecundum diuerſitatẽ
caſuum ita debet fieri diuerſa relatio. Propterea
Spe. in tit. de inſtr. ędi. §. nunc autem uidẽdum.
ver. item excipe, dicit diſputando hanc materiam,
12 quòd quando † clauſula in fine ponitur, & tunc
ſimplices articuli præcedunt, & quilibet eorum
habet ſuam propriam prouiſionem, & determina
tionem, excepto ultimo, poſt quem ponitur clau-
ſula generalis, reſpicit tm̃ proximè poſitum, ut in
c. cum dilecti. extra de dona. & l. ſi pro parte. §. pe
nul. ff. de in rem uerſ. quod propriè cadit in caſu
noſtro, nam prima inſtitutio, & ſubſtitutio reci-
proca habet prouiſionem, & determinationẽ de,
per ſe, & ab alijs ſuperata: ut dicit Iuriſcon. in pro
prijs terminis. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vul-
13 ga. & pupil. † vbi quidam patrem, & filium hære-
des inſtituit, & inuicem ſubſtituit, poſtea inſtituit
alios cohæredes, et dixit generaliter, uos omnes
inuicem ſubſtituo: quòd dicitur ibi quòd ultima
ſubſtitutio reciproca, & generalis facta poſt illam
inter patrem, & filium non extenditur, neque mi-
ſcetur cum prima ſubſtitutione reciproca inter
patrem, & filium factam, licet generaliter teſta-
mento poſtea proceſſerit ſubſtituendo, & ad idẽ
eſt caſus notabilis in hac materia, eadem l. §. qui,
diſcretas, & l. legatorum, §. ſi plures. ff. de lega. 2.
unde cum dicta reciproca ſubſtitutio prima ſit ar
ticulus, uel capitulum de per ſe prouiſum, ut di-
ctis legibus, ergo clauſula generalis in fine appo-
ſita ad eam non refertur, ut dicit notanter Spec.
in d. verſ. excipe, & d. c. cum dilecti.

Ex quibus concluditur optimum in hac parte
fuiſſe fundamentum præfati Do. Conſulentis q̃d
fuit primũ, non enim credendum eſt ipſum teſta
torem, qui faciendo dictam reciprocam ſubſtitu
tionem filiorum ſuorum, caſu quo alter ipſorum
decederet ſine filijs quam feciſſe. p̃ſumẽdum eſt,
ad conſeruandam familiam, & agnationem ſuã,
ut conſiderauit Dominus Conſulẽs in ſecundo,
14 & ter io ſuo fundamento † uoluerit illam ludi-
brio eſſe, & ſine effectu, arg. l. ſi quando, in princ.
cum ibi no. ff. de leg. j. & ff. de leg. ij. l. Titia. §. Lu
cius, & l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. j. & facit
quod uotatur in l. fi. ff. ad munici. & ad hoc ten-
dunt ſequentia fundamenta, quæ facit in d. conſ.
dominus Conſulens, pro quibus etiã facit, quod
15 in ſimili dicimus. † quòd clauſula in fine poſita
ſi non poteſt referri ad omnia præcedentia quæ
inter ſe repugnant, refertur ad proxima in dubio
16 ut † l. ſi idem cum eo. §. ſi vna actio. ff. de iuriſd.
om. iud. quam licet Dominus conſulens alleget
ego tamẽ eã aliter induco, & probãt doc. quod di
cit ibi tex. iuncta Glo. in uer. ſed Caſsij, nam ibi
inter Iuriſconſultos erat repugnantia, & uerbum
eorum ibi refert ad Caſsium, & Pegaſum nõ ad
Offilium, & Proculum, quod tamen procedit q̃n
poteſt referri ſalua ratione recti ſermonis, alias
ſecus. ff. de leg. ij. l. Mæuius. §. cum qui, per Bar. in
l. Plautius. ff. de auro, & arg. leg. & notabiliter per
eundem in l. Iulius Phebus. ff. ad Trebe. & prout
alibi dicitur, quòd quando nõ poteſt adaptari ad
præcedentia & ſequẽtia, quia eſſet cõtrarius ef-
fectus. potius adapiatur ad ſequentia, iux. not. in
l. fi. ff. de hæred. inſti. & l. j. in fi. de orig. iu. hæc li
ces non faciant quo ad proprios terminos, tamẽ
ſatis coadiuuant, ꝙ in relatione huiuſmodi clau-
ſulæ non artamur preciſè, ita ut omnino ſit fiẽda
relatio ut prima facie ſuperficies dicti teſtamẽti,
& ordo uerborum deſignare uidetur, & imò non
leuia, ſed ſatis urgentia puto fore dicta fundamẽ
ta Domini Conſulentis. Quia ſi paſsim, & indi
ſtinctè liceret unicuiq; dictorum filiorum alie-
nare bona dictæ hæreditatis, licet cum adiectio-
17 ne uerbi, ut uidebitur, & placebit. quæ † uidentur
importare arbitrium boni viri, & non liberã uo-
luntatẽ, ut uerbum uolet, ut habetur in l. Lucius
Titius. & ibi per Bar. & l. fideicommiſſaria liber
tas, & l. Thais. §. ſororem. ff. de fideicommiſſa. li-
berta. l. ſi ſic. in prin. ff. de leg. 1. & l. fideicõmiſſa
§. quanquam. ff. de leg. iij. per Bart. in l. alio hære-
de. ff. de alim. & ciba. lega. & l. creditor. §. Lu-
cius, ff. manda. & in extrauaganti, ad reprimendũ
18 in uer, uidebitur, tũ † quia poſteà ſubiunxit ver-
bum, idelicet ſine contradictione alicuius perſo
næ, ſatis uidetur conferre uoluiſſe potius liberã
voluntatem, quàm arbitriũ boni uiri propter go-
minationem dictorum uerborum, nam non fuit
contentus dicere, ut uidebitur, ſed ſubiunxit uer
bum, placebit, poſteà etiam non contentus illis
uerbis, ſubiũxit, ſine cõtradictione alicuius perſo-
næ, quaſi diceret, ſi qs impugnare uellet, nolo ꝙ
poſsit contradicere, & impugnare. Hac enim cõ-
tradictione videtur ipſe teſtator prohibuiſſe, ui-
delicet iſtũ quæ de iure, & etiã ex legitima cauſa
fieri potuiſſent, nõ ea, quæ de facto, & ſine cau-
ſa, & non legitimè, quia illa etiam, & ſi per teſta-
torem non fuiſſet prohibita, non eſſet, uel fuiſſet
19 ipſi alienandi impedimento, nam † qui contradi-
cit, & cauſam ſuæ cõtradictionis non aſsignat, po
tius pro conſentiente, quã pro contradicente eſt
habendus. xlvj. diſt. c. ſanè, & ibi in Glo. ſed quid

ſi

ſi Archiepiſcopus,& facit,quod not.Glo.in ca. 1.
de conſti.in 6.quæ incipit argumentũ,& facit qđ
no.ff.de accu.l. Titia,& quod not.Bal.in l.edicto.
C.de edic. diui.in recollectis, & pro hoc eſt bo-
nus text.ubi per Doctor.in l.dotem.ff.ſol.matri.
Cum itaque contradicere, & cum cauſa, & non
de facto, ſine cauſa, ut dictis iuribus nota.di-
ctus teſtator permittens facultatem alienandi ẽt
cum uerbo, ut uidebitur, & placebit, dicendo
ſine contradictione alicuius perſonæ, uidetur po
tius conceſsiſſe liberam uoluntatem; quàm arbi-
trium alienandi,ut aliquid importet illud uerbum
ſine contradictione. Quia ſi illud ſine contradi-
tione importet cõtradictionẽ de facto, eſſet ap-
poſitum ſuperfluè, & nihil operaretur per præ-
20 dicta,& † eſſet contra dictam l.ſi quando.in prin.
& l.cum aurum.ff.de auro & argen.leg. & in c.ſi
Papa.de priuileg. in 6. ergo ut importet aliquid,
hoc eſt quòd non poſsit contradici de iure,quod
eſſet quando fieret alienatio ultra modum, & in
caſu non permiſſo, & ultra vel præter arbitrium
boni viri, oportet de neceſsitate cõcludere quòd
fuerit intentio teſtatoris dare ipſis filijs poteſta-
tem alienandi non pro arbitrio, ſed potius pro
voluntate.

Nec obſtat quòd uerbum,videbitur, & place-
bit,importat arbitrium boni uiri, ut dictis iurib.
habetur in l.fideicommiſſa.§.quanquàm.& d.l.ſi
ſic. Nam prout dicit Barto. in dicta l. Lucius Ti-
21 tius. † quando cum eis eſt adiunctum aliud uer-
bum non importans arbitrium, ſed liberam uolu
tatem,ſecus eſt dicendum, & ideò dicit ſe ſolitum
eſſe in ſimilibus diſpoſitionibus apponere,prout
ſibi uidebitur,placebit & uoluerit,& ſimiles enim
geminationes uerborum aliquando multũ ope-
rantur, ut aliàs eleganter dixit Bald. in proœmio
digeſtorum.in princ.circa fin.per tex.in l.1.§.fin.
ff.quod quiſque iuris.l.1.§.fin.ibi dum dicit,quo
niam pro nullo habetur dicens, quòd geminatio
verborum facit quandocunque valere actum. in
uero ubi aliàs non ualeret niſi in ficto,& facit qđ
not.Gl.in c.ut circa.ſuper uerbo,omnia, & ſingu
la.extra de electio.in 6.& l. in contractib. §.2. C.
de non num.pecu.& quod notat etiam Glo.in l.
ſcimus,& ibi Bar.C.de agrico.& cenſi.li.11.Et in
ſimilibus terminis optimè facit doctrina Bart. in
d.l.alio hærede.de alimen. cibarijsque legat. ubi
22 tractando † materiam de poteſtate, uel licentia
alienandi alicui data an importet liberam uolun-
tatem,uel arbitrium,dicit quòd ſi cũ nerbo aliàs
in poteſtate arbitrium boni uiri. adijcitur uerbũ
plenum uel liberum, ut puta ſi dictum quòd ha-
beat plenum arbitrium,uel liberum, vel ꝙ poſsit
plenè,uel liberè uendere, ut ſupra uidebitur, uel
ſimile uerbum importans liberam facultatem,fa-
cit eſſe commiſſam liberam uoluntatem, & non
arbitrium, ut ibi plenè per eum. per quem etiam
in d.§.quanquàm.& d.l.ſi ſic.ubi ſe remittitit ad
dictam l.alio hærede. Et quòd dictum verbum
ſine contradictione,& ſubſtitutione,non obſtan-
te, ſit uerbum liberum,& importans meram au-
thoritatem,& uoluntatem propriam,facit pro eo
optimè in argumentum,quod in ſimili dicitur, ꝙ
23 ſi teſtator † dedit licentiam legatario, ut propria
authoritate rem capiat legatam,iuxta l. Titio,cui
teſtamento.§.1.ff.de lega.2. ꝙ ſi dixerit teſtator,
nolo vim tibi fieri verò quominus capias,uel ut ſi
bi non contradicatur uel moleſtia non fiat quo-
minus capias, quòd important dicta uerba pro-
pria authoritate capere,& proinde operentur, ꝙ
ſi dixiſſet,uolo ꝙ liberè habeas legatum, & pro-
priam authoritatem,& facultatẽ:ut uoluit Bal. in
l.1.in prima lect. quam fecit Peruſij. C.commu-
nia de lega.per tex.optimè facientem in l. permi-
ſceri.§.ſpecies.ff.de acq.poſſ.& Rom. in ſing.in-
cipiente,aduerte ut refocillem, &c. num. 104. &
24 ſic ſatis colligitur, quòd illud † uerbum,ſine con-
tractione,in effectu importat idem, quod ſi dixiſ-
ſet,liberè poſsit uendere,& alienare. Et ſic patet
ex prædictis non eſſe tutum dicere, quòd dicta
facultas alienandi ſit data ſecũdum arbitrium bo-
ni viri. Nam, & idem eſſe uidetur, acſi dixerit
teſtator quòd liberè poſsit vendere prout uidebi
tur ſibi,& placebit, uel dixerit poſsit uendere ut
ſibi uidebitur, & placebit ſine contractione ali-
cuius, uidentur uerba æquipollentia, ut patet ex
prædictis.

Quod etiam demonſtrare uidentur ſequentia
uerba dicti teſtatoris,dum dicit, & dicta ſubſtitu
tione non obſtante, quaſi uelit quòd etiam ſi ſub
ſtituti contradicerent, uel quis uellet impedire fa
cultatem alienandi propter ſubſtitutionem, uel
intereſſe ſubſtitutorum, quòd tamen non poſsit,
quia vult, quòd dicti filij ſint omnino liberi in fa
cultate alienandi, non obſtante ſubſtitutione fa-
cta.Si enim importet illa facultas arbitrium boni
viri,non fuiſſet opus dicere non obſtante ſubſti-
tutione. quinimò vult quòd etiam ſi ſubſtituti cõ
25 tradicerent: quia etiam † ſtante ſubſtitutione po
tuiſſet filius alienare ſaltem vſque ad legitimam,
& Trebellianicam, ut in proprijs terminis habe-
tur in l.mulier.§.cum proponeretur. ff. ad Treb.
& l.fin.§.ſed quia.C.commu. de lega. & l. & poſt
litem.§.res data.ff.famil. erciſcun. & ſic ex prædi
ctis patet quòd ſi referemus dictam clauſulam ad
dictam primam ſubſtitutionem factam inter di-
ctos filios,eſſet quid periculoſum, & ipſe teſtator
ita intelligendo inaniter feciſſet dictam ſubſtitu-
tionem, & per illam clauſulam redderet illam
inutilem. Ex qua libera voluntate illius, qui ui-
deret moriturum eſſe ſine liberis collata eſſet fa-
cultas euitandi dictam ſubſtitutionem, quod nõ
eſt credendum voluiſſe teſtatorem, qui diſponẽ-
do,quòd ſua hæreditas ſit remanſura, & deuentu
ra in ſuperſtites filios, et nõ in extraneos,videtur
feciſſe eam prouiſionẽ, ut hæreditas, et bona ſua
non deuenirent ad extraneos, ſed conſeruandam
familiam, et ſuam agnationem,ut multum egre-
giè conſiderauit,et deduxit D.Confulens:quæ ra
tio non militat in ſubſtitutione dictarum frater-
nitatum:

nitatum ut in d.§.diſertas,& facit quod no.Gloſ.
in l.Papinianus.§.1.ff.de inoffi.teſtam.Vnde pà-
tet fundamenta D.Conſulentis eſſe, & fuiſſe be-
ne fundata, & ad propoſitum noſtrũ bene facien
tia, & quartum fundamentum de ſpeciali proui-
ſione facta per teſtatorem in reciproca ſubſtitu-
tione filiorum ſuorum,quòd poſsint alienare ſal-
tem vſque ad legitimam, & Trebellianicam,pro-
cedit aſſumendo dictam prouiſionem ex diſpoſi-
tione legali,& ex interpretatione legis, quia lex
26 ita interpretatur,& ꝓuidet, ꝙ filius † rogatus re
ſtituere poſsit vſque ad legitimã, & Trebelliani-
cã alienare.ut in d.§. cum proponeretur. & d. §.
res,quæ.quia talia alienata tranſeunt cum cã ſua
ad emptorem, vt dictis legibus, & poſt litem, &
d. §. ſed quia, & vſq; ad illud reuocatur alienatio
adueniente conditione, ꝙ deceſſerint ſine libe-
ris,vnde cum lex ita ſtatuerit,ita teſtator illam ſub
ſtitutionem ſimpliciter faciendo voluiſſe uide-
27 tur.Verba enim † teſtatoris,& legis parum intel
lectũ habent, & recipiunt.l.ſi quis legauit. de le-
ga.primo.l.ſi ita.§.fi.ff.de manumiſſ.teſta. 11. q.
1.Syluester.13.q.2.vltima voluntas, & c.requiſi-
ſti.& cap.ſi tibi.de teſtam.cum ſimil. & licet hoc
argumentum pariformiter procederet in ultima
ſubſtitutione facta de fraternitatibus, prout in
prima,tñ hoc fateor quando in dicta ultima non
eſſet per teſtatorem facta alia prouiſio quàm ſim
plicis ſubſtitutionis, ſed in ipſa ultima non ſtetit
contentus teſtator diſpoſitioni legis, ſcilicet ꝙ
filij haberent poteſtatem alienandi vſque ad legi-
timam, & Trebellianicam, ut ſupra eſt proba-
28 tum,cùm in dictis † legitimis non potuerit teſta-
tor eos de reſtituendo grauare.l. ſi fundum per fi
deicommiſſum. §.fi.de leg. primo,per Bar.in l.ex
tribus.C.de inoffic.teſta.& l.1.de vulg. & pupil.
ſed voluit eis magis fauere, ſcilicet quód abſolu-
tè etiam poſſet ultra legitimam, & Trebellianicã,
vt ſupra eſt probatum. Præterea licet dictum
fundamentum non omnino arctaret, tamen ſatis
coadiuuat alia fundamenta attento fauore ipſo-
rum filiorum, & tacita teſtatoris mente. & licet
dictum argumentum ſatis videatur obſtare,& ad
illud non ſit clarè reſponſum,tamen credo inten-
tionem Do. Conſulentis in eo fundamento fuiſ-
ſe, quòd propter fauorem filiorum quos teſtator
magis dilexit quàm piam cauſam, credendum ſit
teſtatorem fuiſſe contentum ſtare ſpeciali proui
ſioni à ſe factæ, intelligendo, & interpretando il-
lam ſecundum legem:ſic in ſubſtitutione fraterni
tatum, quas non ita dilexit ut filios, ideò voluit
excedere legis diſpoſitionẽ, & pro tali cõcluſione
multum facere videtur ſextum fundamentum,
quod facit Do. Conſulens ſuper illis verbis.non
obſtante dicta ſubſtitutione, loquendo in ſingu-
29 lari,& non in plurali.Cui fundamento † non ob-
ſtat argumentum ꝙ indefinita æquipollent vni-
uerſali. Nam ſi bene ponderetur dictũ Bart. &
Doct.in l.ſi pluribus. ff. de leg. 2.illa doctrina de
directo facit pro fundamento prædicto. Nam li-
cet Bart. ibi dicat ſibi non placere differentiam,
quam faciebat Petrus inter uerba ſingularia, &
pluralia,per l.ſi cui lana.ff.de lega.3. Quæ probat
ꝙ etiam ſi per verba ſingularia indefinita ſit pro-
lata æquipollet uniuerſali, & trahitur ad pluralita
tem,tamen in eo articulo, & Brocardico, quoniã
quærimus vtrum indefinita æquipolleat uniuer-
ſali, inter alias diſtinctiones dic quòd quãdo con
tingentia dependent ex uoluntate proferentis, ut
eſt caſus noſter, & indefinita eſt circa res, ut eſt,
etiam caſus noſter circa uerbum ſubſtitutus, &
tunc ipſe Bart.cõprobat opinionem,& Docto.
Dyn.regula.de reg.iur.in 6. Qui dixit, quòd aut
eſt eadem ratio omnium contentorũ ſub indefini
ta, & tunc indefinita æquipollet, aut non eadem
ratio omnium contentorum ſub indefinita,& tũc
indefinita non æquipollet uniuerſali,ut omnes cõ
tineat,ſed tantũ illos in quibus militat eadem ra-
tio,vnde in propoſito noſtro quia ſupra eſt oſtẽ-
ſum diuerſam eſſe rationem in ſubſtitutione fa-
cta inter filios,& in facto omnibus morientibus
de dictis fraternitatibus, patet quòd dicta indefi-
nita non debet æquipollere, & comprehendere
vtranque ſubſtitutionem, & illud ſingulare conti
nere plurale,& ſic clarum eſt illud fundamentum
fore optimum,& veriſsimum ſecundum no. Bal.
in l.1.C. de condi. inſer. Placet etiam mihi ſepti-
mum,& vltimum fundamentum dicti D.Conſu-
lentis fundatum in dicto Barto.in l. fi.de re.dub.
30 † ubi Barto. quærendo, quæ ſit ratio in illa lege,
clauſula in fine poſita refertur ad omnia præce-
dentia,aſsignãdo ſecundam rationem dicit. Quia
clauſula ultimo loco appoſita fuit per ſe principa
liter appoſita, unde ad omnia præcedentia refer-
tur:ut d.l.3.§. ſi filius. ſi enim illa clauſula non eſ-
ſet per ſe poſita, ſed ad aliam diſpoſitionem qua-
lificandam,ut puta,ſi conditionalis modus inſeri-
tur legato vltimo loco appoſito,tunc ad aliud nõ
refertur, niſi ad illud ultimum:ut in l. filiũ.vt ibi
not.ff.quando dies lega.cedat. prædicta ſunt uer
ba Barto.formalia.quæ multum facere videntur
ad propoſitum fundamenti pręfati.D.Conſulen-
tis in caſu noſtro, ut ipſe egregiè induxit, quin-
imò rectè intelligendo,per ipſumet Bartol. uer-
ba ſi rectè attendantur tollitur argumentum qđ
fit contra dictum fundamentum quòd dicta clau
31 ſula † ſed cum hoc &c.importet idẽ qđ ablatiuus
abſolutè poſitus.Nam poſito ſine præiudicio ue
ritatis, ꝙ illa clauſula, ſed cum hoc &c.poſſet aſ-
ſimilari ablatiuus abſolutus, licet talis æquipara-
tio mihi non multum placeat, nec uideatur iure
probari,tamẽ in hoc non inſiſtendo,etiam hoc fa
32 ciendo,poteſt dici † ꝙ cum ablatiui abſolutè po-
ſiti communiter ſoleant facere conditionẽ,quan-
doque modum, tamen ut plurimum conditionẽ,
vt d.l.euictis agris. quam allegant:ut l. à teſtato-
re.ff.de conditio.& demon.& Gloſſ. in l. cum ab
eo.ff.de contrahen. empt.& Doct.in l.2.ſol.mat.
in princ. procedat, dict.Doct.Barto. in d. l.fina.
unde vult, quòd tunc clauſula non uideatur ſta-

re

te per ſe quando ad aliam diſpoſitionem qualificandam apponitur, vt puta ſi conditionalis modus inſeritur legato vltimo loco facto, vt ſupra retuli. Cum ergo ablatiui faciant conditionem, & conditio, vel modus videatur potius qualificare, quàm per ſe ſtare ſecundùm præfatum Bart. patet quòd ipſemet Bart. ſe defendit ab argumento prædicto, & illud verbum cum hoc, &c. uidetur perinde ac ſi dixiſſet teſtator, ita vt dicti filij, &c. & iſte videtur potius ſenſus dictorum verborũ, quæ uerba ſine dubio faciunt modum, ut habetur in l. Lucius Titius. §. quiſquis. ff. de legat. 1. & ibi gloſſ. & Bart. in l. 1. de condi. & demonſtr. & uot. per gl. & Bal. in l. 1. C. de leg. quæ ſub modo. & ſic prædicta doc. Bart. in d. l. fi. Præterea qđ
33 † de clauſula, appellatione remota, poſita poſt plura capitula, vt referatur ad omnia per ca. ſecundo requiris. & c. inquiſitor. de appell. nequaq; videtur obſtare, facilis eſt reſponſio, quòd illud procedit ex eo quòd eadem eſt ratio, vt prohibita ſit appellatio in vno quoque capitulo, ſecus eſſet quando rationes eſſent diuerſę, vt intelligunt Docto. communiter in dictis iuribus, & vt ſupra dixi circa primum fundamentum; nos autem ſumus in caſu in quo non eſt eadem ratio. Propte-
34 reà procedit † illud quòd clauſula in fine poſita per ſe ſtans refertur ad præcedentia, quando eſt poſt præcedentia capitula continuata ſcriptura prolata, ita eſt text. quem Bart. ita ſummat in d. l. fi. de reb. dub. & gl. colligit ex illo tex. quòd ſecus eſſet, ſi non eſſet continuata ſcriptura, ſed ex interuallo eſſet appoſita illa clauſula, & Bar. ibi melius declarando, quam gloſſ. dicit quòd debemus intelligere continuata ſcriptura, id eſt continuato ſermone, ſecus ſi in medio dixiſſet plura, quia tũc ad omnia pręcedentia non refertur. ut uot. gloſſ. in ſimili, Inſtit. de rer. diuiſ. in §. item lapilli. quod multum facit ad terminos noſtros, vt impugnantes Dominum Conſulentem fatentur. Quia dictus teſtator poſtquam fecit dictam ſubſtitutionem reciprocam inter filios plura alia diſpoſuit, & poſteà fecit vltimam ſubſtitutionem, ſi omnes filij morerentur, cum dicta clauſula, cum hoc tamen &c. & ſic non continuato ſermone ipſarum inſtitutionum, ut patet ex ſerie ipſius teſtamenti. quod eſt magnum fundamentum concluſionis, & conſultationis pędictæ. & ſic patet ab omnibus impugnationibus ſuſtentari poſſe fundamenta domini Conſulentis, cuius conſultationes mihi placent, & illis inhereo. Vidi etiam copiam alterius conſilij, quod mihi dicitur eſſe excellentiſs. Do. Petri Philippi de Corneo Patris, & Domini mei obſeruandiſsimi, qui etiam in fauorem dictorum filiorum teſtatoris pędicti facit alia fundamenta pręſuppoſitis terminis, quod clauſula illa referatur ad ſubſtitutionem pędictam, & quòd valeant in totum alienationes, tam in vita, quàm in morte factæ per dictum Nicolaum. Quantum ad illos, in quos eſt facta alienatio, & ut ſaltẽ pretium redactum, & reſiduum eius, quod non eſt venditum veniat in reſtitutione fiẽda per fraternitatem inſtitutam à Nicolao, dicta conſideratione pręfati Clariſsimi Doctoris etiã mihi placet,
35 ſuper qua aliter inſiſtendum non puto: quia † rei claræ demonſtratę fruſtra alia addicitur demonſtratio. l. 1. in fi. ff. de do. pręlega. tamen magis tuta mihi videntur fundamenta primi conſulentis pro filijs, & ſubſtitutis pędictis: ideò illis potius inhęreo, licet ſubtilia, & elegantia ſint pędicti domini Petri Philippi, & de ſubſcriptione ſola requiſitus vt ſupra adduxi de iure fore concludo. Deo igitur laus Marię, & Hieronymo.

Et ita vt ſupra concluſum eſt, poſt pręfatum D. Conſulentem, de iure eſſe dico, & conſulo ego Baglionus de Monte Vbiano Iuris Vtriuſque Doct. de Peruſio, & in fidem pędictorum mea propria manu ſubſcripſi, & proprio quo vtor ſigillo communiui, conſilio ſaniori ſemper ſaluo.

CONSILIVM D. CALAPINI DE Calapinis, V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filio ſecto de ventre matris, an pater, an propinqui matris ſuccedant. & in ſeq. conſ. nu. 3.*
2 *Maritus ſuccedit vxori deficiente legitima liberorũ ſucceſſione.*
3 *Filius ſectus ex ventre matris, an dicatur natus?*
4 *Paria ſunt, quem non eſſe natum: vel natum & ſtatim mortuum.*
5 *Natus mortuus, neque natus, neque procreatus dicitur.*
6 *Plus iuris in aliũ quis transferre non poteſt, quàm ipſe habeat.*
7 *Filius ſectus ex ventre matris primò ad eius ſucceſſionem uocatur.*
8 *Filius ſectus ex ventre matris, patri hæreditatem tranſmittit.*
9 *Filius ex ventre matris ſectus habetur pro nato & rumpit teſtamentum.*
10 *Poſthumus natus viuus, etiam quòd illico in manibus obſtetricis moriatur rumpit teſtamentum.*
11 *Filius ſectus ex ventre matris an ſuccedat in feudo.*
12 *Intellectus ad l. maritus. C. vnde vir & vxor. & ſupra. num 2.*
13 *Filius primum gradum ſucceſſionis obtinet in bonis maternis.*
14 *Intellectus ad l. anniculus. la prima. §. fina. ff. de verbor. ſignifi.*

CONSILIVM CXXXI.

QVAESTIONIS articulus
1 ſic eſſe proponitur. † Mulier habens certa bona prægnans deceſsit, & relictis propinquis, marito & quibuſdam affinibus ſuis. Cuius ex corpore ſecto natus eſt vnus infans, qui ſumpto ſacro baptiſma-

te in breui deceſsit patre relicto, ex quo quis in
eius bonis ſuccedere debeat quæritur declarari.
An pater idemque maritus, an propinqui ipſius
mulieris. Pro cuius quæſiti deciſione Chriſti ac
glorioſiſsimæ Virginis matris Mariæ, nominibus
inuocatis, à quibus recta procedunt iudicia, bre-
uitati cupidus inhærere, in prima facie ſub com-
pendio dicendum eſſe videtur, propinquos dictę
mulieris in ipſis bonis ſuccedere debere, excluſo
2 marito, † per text. in l. maritus. C. vnde vir & vxo.
vbi ſolus maritus ſuccedit vxori deficiente legi-
tima liberorum ſucceſsione: et omnium aliorum
affinium & propinquorum: ſed hic alios affines
vxoris & propinquos adeſſe præmittitur: ergo
3 maritus ſuccedere non poteſt, † immò etiam exclu-
ſo filio ſecto qui ſtatim mortuus eſt, quem ipſa
mulier peperiſſe dici non poteſt, per l. anniculus.
4 la 1. §. fi. ff. de verbo. ſignif. † cum paria videantur
quem non eſſe natum: vel natum, & ſtatim mor-
tuum, cùm quæ incontinenti fiunt videntur in
eſſe, ſeu quæ incontinenti ſequuntur in eſſe cen-
5 ſentur. Ad prædicta † facit l. qui mortui. ff. de ver-
bor. ſign. vbi qui mortui naſcuntur non dicuntur
nati, neq; procreati, neq; vnquam liberi appellari
potuerunt, ex quo videtur dici poſſe titulum ad
Senatuſconſultum Orficianum, in præmiſsis locũ
ſortiri non potuiſſe, per quod hæreditas matris
inteſtatæ decedẽtis ad liberos deuolui conſueuit,
ſed cum ipſe filius ſectus ſucceſsiſſe non videatur
per prædicta matri: ergo nec maritus uti pater ex
6 capite filij. † cum quis plus iuris in alium tranſ-
ferre non poſsit quàm ipſe habeat. per l. nemo. de
reg. iur. & per l. traditio. ff. de acq. rer. dom.

Tamen his breuiter præmiſsis non obſtanti-
bus, contrarium in iudicando tenendum eſſe pu-
to, quòd à bonis dictę mulieris eius affines exclu-
7 dantur & propinqui. † Et quód dictus filius ſe-
ctus, ſeu natus ſecto corpore, vti primus in gradu
ſucceſsiſſe debeat: vt in l. 1. & per totum tit. C. ad
8 Senatuſconſul. Orfic. † quam hæreditatem ad pa-
trem tranſmiſit per l. ſi infanti. C. de iure deliber.
& cui filio ipſe pater ſucceſsit per auctẽn. defun-
9 cto. C. ad Senatuſconſul. Tertull. † non obſtante
quòd fuerit ſectus de corpore matris viuus ta-
men: quia habetur pro nato: & rumpit teſtamen-
tum, per text. not. dignum in l. quod dicitur. & ibi
Bart. ff. de liber. & poſth. Et non obſtante ꝙ ſta-
10 tim ſit mortuus † per text. not. in l. uxoris. & l.
pen. C. de poſthu. hęred. inſtit. vbi dato quòd po-
ſthumus illico moriatur etiam in manibus obſte-
tricis, nihilominus rumpit teſtamentũ, & ruptum
per mortem non reſtituitur. Ad hoc optimè fa-
11 cit † quod in ſimili not. Bald. in l. frater. in 5. col.
C. de ſuis & legit. nbi concludit quòd nbi quis ac-
cipit in feudum pro ſe & filijs ſuis naſcituris ex
iuſtis nuptijs, quòd comprehenditur etiam filius
natus ſecto corpore matris, per dictam l. quòd
dicitur.

12 Non † obſt. tex. dictę legis. maritus. quoniam
ibi affines vxoris non excludunt ſucceſsionem li-
berorum, ſed maritum non exiſtente ſucceſsio-
ne: vt ibi not. Sed cum hic extiterit filius ſectus,
affines non ſunt admittendi, per iura pręallega.
13 † quoniam ipſe obtinet primum gradum ſucceſ-
ſions in bonis maternis per d. l. 1.

14 Non obſt. etiam † d. l. anniculus. quoniam licet
vxor ibi non dicatur peperiſſe filium ſectum, ta-
men talis filius dicitur natus & procreatus, & ſuc-
cedit ac rumpit teſtamentum per d. l. quod dici-
tur. & per d. l. ſi mortui. à contrario ſenſu, ubi ſo-
lum qui mortui naſcuntur, non dicuntur nati, ne-
que procreati, ſed cum prędictus filius ſectus ſit
viuus & non dicitur natus mortuus, natus & pro-
creatus meritò per prędicta dici poteſt. Ex qui-
bus omnibus ſic breuiter prędmiſsis, concludo bo
na mulieris prędictę ab inteſtato deueniſſe ipſi
filio ſecto, & ex poſt per eiuſdem filij mortem de-
ueniſſe & fuiſſe tranſmiſſa ad patrem eundemq;
maritum, & eidem ſpectare debere per dicta l. ſi
infanti. & per textum in dicta authen. ſi defun-
cto. ſuperius allegatis.

Laus Deo.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſulo iu-
ris eſſe, Ego Calapinus de Calapinis, Iuris
Vtriuſque Doctor, ſaluo ſemper ſaniori iudi-
cio, & in fidem me ſubſcripſi, & conſueto ſigil-
lo ſigillaui.

CONSILIVM D. PAVLI DE Vugarellis Patauini Legum Doctoris.

In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Plenitudo ſupplemento non eget.*
2 *Diſputatio multum prodeſt.*
3 *Hæreditas matris an deferatur ab inteſtato eius filio extracto viuo de ventre ipſius matris, excluſis alijs agnatis, & cognatis & nu. 15.*
4 *Mater ex cuius ventre ſectus eſt filius, an dicatur mortua ſine filijs.*
5 *Filius ſectus ex ventre matris an natus dicatur, & rumpat teſtamentum, & nu. 11.*
6 *Abortiuus an ſuccedat.*
7 *Contrarietas eſt euitanda.*
8 *Promptum eſt iura iuribus concordare.*
9 *Filius natus & extractus an diſsimilentur.*
10 *Intellectus l. vxoris abortu. C. de poſtu. hæredi. inſtituen.*
12 *Leges voluntatibus teſtatorum ſemper fauent.*
13 *Teſtamentum ſemel ruptum amplius non reconualeſcet.*
14 *Vir ſuccedit vxori deficientibus agnatis omnibus & cognatis.*
15 *Filius ſectus ex ventre matris patri hæreditatem tranſmittit. & quomodo nu. 17.*
17 *Caſus legis ubi eſt, ibi nulla dubitatio eſt.*

CONSILIVM CXXXII.

IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; glorioſiſsimæ Virginis matris Marię, necnon Beati Hieronymi, totiusq́; ſupernæ curiæ triũphantis, Amen.

Viſis quę ampliſsimè ac magiſtraliter ſupraſcripta ſunt per præclarum Iureconſultum D. Calapinum de Calapinis nobilem Tridentinum, & fratrem honorandum, quæ circa plura veritatem attingunt, hinc eſt quòd ego eius authoritate fretus duas eius deciſiones circa duo dubia principalia per ipſum ex ſupraſcriptò themate elicita intrepidè confirmarę conſtitui, breuiter tñ prout & anguſtia temporis me parũ cogitare permiſit, non tñ hęc in eã partem capi debẽt ut ego alicui eius defectui ſuppleturus acceſ-
1 ſerim, † quoniam plenitudo non eget ſuppletione. 6. q. 1. & merito. 26. diſtin. benè quidem. in principio. Sed ut non inconſultè videar acceſsiſſe,
2 † & quoniam quanto magis, & ſæpius res examinãtur, tãto plus ſplẽdeſcit in lucem. octuageſima prima diſtin. quicunque. & not. in l. munerum. §. miſta. ff. de munc. & hono.

3 In primis † itaque in præſentiarum non uidetur dubitaudum hæreditatem antedictæ matris fuiſſe delatam ab inteſtato antedicto eius filio extracto viuo de uentre ipſius matris exciſo, licet illicò mortuus fuerit, exclusis alijs conſanguineis, & propinquis ipſius matris, & hoc per tex. apertum in l. inſtitutæ, quæ eſt. l. 1. C. ad ſenatuſc. Or. ubi dicitur quòd hæreditas matris inteſtatæ ſpectat ad ſolos filios alijs propinquis. & conſanguineis matris excluſis, quoniam prima cauſa in ſucceſsione matris ab inteſtato eſt deſcendentium: ut ibi not.

4 Nec ob. † ſi dicatur antedictam matrem mortuam fuiſſe ſine filijs, quod comprobari uidetur huiuſmodi medio, uidelicet, falſum eſt dicere matrem peperiſſe cui mortuę extractus eſt filius, per text. in terminis in l. anniculus. la 1. §. falſum. qui eſt finalis. ff. de uerbo. ſigni. Sed ita eſt quòd huic matri mortuæ extractus eſt filius: ut præſupponitur in caſu, ergo dicendum uidetur quòd per cõ-
5 ſequens ſit mortua ſine filijs. Quoniam † ex quo ipſa mater hunc filium ſibi non peperit, ſed fuit extractus, conſeqnenter talis filius non poteſt dici natus: ſi ergo non poteſt dici natus, ergo uidetur quòd non ſit filius, cum extractus non debeat iudicari filius, prout iudicatur natus, ſecundum
6 naturam, matre uiuente, † imò potius videtur aſſimilandus abortiuo, qui non ſuccedit quaſi non dicatur filius: argum. d. §. & l. uxoris abortu. quæ eſt l. 2. C. de poſthu. hæred. inſtit. in princ. ſui. Quoniam ad iſtud argumentum facilis eſt reſponſio: primò nanque fateor maiorem ſeu primam propoſitionem, uidelicet: quòd falſum ſit dicere matrẽ peperiſſe cui mortuæ extractus eſt, filius ventre exciſo: ut in d. §. fin. Similiter fateor minorem ſeu ſecundam propoſitam, uidelicet, q̃ dictæ matri mortuæ de qua in themate noſtro extractus ſit filius. Conſequentiam autem ſiue concluſionem dico falſam, cum falſum ſit inferre ex his duabus propoſitionibus maiori, & minori, ſiue prima, & ſecunda, quòd antedicta mater mortua ſit ſine filijs, ex quo eos non peperit, & pro hoc adduco te. in terminis notabilem ualde, in l. etiam ea mulier. ff. eo. tit. de uerbo. ſignifi ubi dicit te. ad literam. Etiam ea mulier cum moritur creditur filium habere, quæ exciſo uẽtre edere poſsit.

Nec obſt. d. §. fi. quia ille te. in veritate non facit talem illationem, nec ex eo talis illatio ſumi poteſt, videlicet quòd mater dicatur mori ſine filijs, quos non peperit, ſed extracti fuere: meritò nec nos dicere debemus: argumen. l. de pretio. ff. de public. aliàs ſequeretur contrarietas inter dictum
7 §. fina. & d. l. etiam † ea mulier. quæ penitus eſt
8 euitanda: † Immo promptum eſt iura iurib. concordare: vt in auth. de exhiben. & intro. reis. §. ultimo. collatio quinta.

9 Similiter † non obſt. correlarium quod reſultat ex dicta conſequentia, ſeu concluſione, uidelicet quòd talis filius extractus, & non naturaliter natus non ſit iudicandus filius, prout iudicatur natus ſecundum naturam matre viuẽte: quia reſpõdeo quòd iſtud correlarium ſimiliter eſt falſum, quoniam immo totum oppoſitum de iure cauetur, & pro hoc adduco tex. in terminis notatu dignum in l. quod dicitur. ff. de libe. & poſth. cuius uerba formalia ſunt. Poſthumum natum accipere debemus, etiam ſi exſecto ventre editus ſit. Ad idem adduco tex. in l. poſthumus. ff. de inoffic. teſtam. ubi dicit tex. ad literam. Simili modo, & eum qui poſt teſtamentum matris ex ſecto vẽtre extractus eſt, poſſe de inofficioſo teſtamento quæri. In his etenim iuribus comprehenditur filium natum, & extractum aſsimilari, cuius contrarium dicebatur in dicto correlario: ergo malè.

10 Item † non obſtat text. in l. vxoris abortu. in princip. ſui prællega. quia ibi poſthumus natus eſt mortuus, hic uiuus, pro quo benè facit dicta l. vxoris abhortu. in ſecundo reſponſo cum l. ſequent.

11 Item † non obſt. ſi dicatur quòd dictus filius extractus, illico mortuus fuit, quoniam reſpondeo quòd hoc non habet obſtare, cum ad hoc ut hæreditas deferatur ab inteſtato, ſolùm attendatur in terminis noſtris, an filius natus fuerit uiuus, & integer, nec declinet ad mõſtruum ſeu portentuoſum, nec curatur utrum illico facti munus impleuerit in manibus obſtetricis uel in terram cadendo, quod cũ probari põt pluribus iuribus: primo per tex. in l. vxoris abhortu. in 2. reſponſ. prællleg. l. ſequen licet ibi Imperator non uideatur propter hoc de aliquo dubitare in terminis noſtris, ſed tantum dubitatur utrum teſtamentũ ruptum per natiuitatem poſthumi recõualeſcat, ſi illico

ſi illico poſthumus moriatur, & ratio dubitandi
quòd reconualeſceret erat:quia non videbatur di
12 cendum † quod leges quæ ſemper fauent volun-
tatibus defunctorum.l.quidam cum teſtamentū.
C. de neceſſ. ſer. hæred.inſti.uellent eas pro tam
modico temporis ſpatio, quo iſte poſthumus ſte
tit in humanis ſubuertere, tamē Imperator deter
minat contrarium,quòd non reconualeſcat,& ra
13 tio decidendi fuit iſta: † quoniam teſtamentum
ſemel ruptum amplius non recōualeſcit:ut idem
no.benignior tamen fuiſſet contraria deciſio.ſed
de hoc ſatis: quoniam nihil ad nos in propoſito
noſtro.Sed ad idem adduco continuando mate-
riam noſtram,tex.in l.ſi infanti. in 1. 2. & 3. re-
ſponſo.& quaſi per totum.C.de iure deliber.ubi
apparet. quòd infanti qui poſtea in breui in ipſa
infantili ætate deceſsit hæreditas defertur,& eam
non aditam tranſmittit ad patrem , quod non
eſſet ſi mora quæ ipſi infanti intempeſtiuè ſuper-
uenit haberet obſtare.fateor tamen prout diffuſè
& ſubtiliter per antedictum D. Calapinum tactū
eſt,quòd ſi talis filius extractus non fuiſſet in me-
dio tempore mortis matris, ꝙ hæreditas ipſius
matris delata fuiſſet ab inteſtato ad ipſius matris
conſanguineos , & propinquos excluſo marito:
14 † quoniam de iure prætorio per bonorum poſ-
ſeſsionem,vnde vir & vxor,vir non ſuccedit uxo-
ri, niſi quatenus deficit omnium parentum libe-
rorumve, ſeu propinquorum legitima uel natu-
ralis ſucceſsio. l. maritus. quæ eſt l.vnica. C. vn-
de vir & uxor.

15 Secundò & ultimo confirmandum duxi † ꝙ
præſuppoſito pro conſtanti,prout ſupra clarè cō
probatum extitit per ante dictum D.Calapinum
& per me confirmatum, quòd huic filio extracto
de ventre matris exciſo, delata fuerit hæreditas
ipſius matris ab inteſtato,certo certius eſt quòd
ipſe infans moriens in infantili ætate, ipſam hære
ditatem ſibi à matre ab inteſtato delatam, & per
patrem non aditam ad ipſum patrem ſuperſtitem
tranſmittit, prout dicit te. qui in hoc reputatur
ſingularis,& aperto ore loquitur in l.ſi infanti. in
primo 2.& 3.reſponſo.C.de iure delibe. Nec de
16 hoc aliquis dubitare præſumat, † quoniam ubi
extat caſus, & deciſo legum,ibi res clara, & liqui-
da,ibi nulla dubitatio.l.ancillæ. & quòd ibi no.C.
de furtis.

17 Addo tamen unum † ſingulare, & ſatis ipſi pa-
tri proficuum prout uoluit Glo.in d.l. ſi in infan
ti.in verbo acquiſita.ibi iure patrio, & Do.Paul.
de Caſt.ſecutus eſt eam,licet aliqui fuerint diuer
ſæ ſententiæ, quòd talis hæreditas delata infanti
per patrem non addita tranſmittitur ad ipſum pa
trem,non tanquam hæredem ab inteſtato ipſius
infantis decedentis in infantili ætate, ante aditam
hæreditatem,ſed iure patrio, ex quo reſultat vnū
priuilegium ipſi patri,uidelicet, quòd non teno-
bitur conficere inuentarium,cum illud ſolū per-
tineat hæredi.l.fina.& quod ibi not.C. eod. titu.
de iure delibe. Laus Deo optimo æternoq;.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt dico, & conſulo iuris eſſe, ego Paulus de Vugarellis Patauus Legum Doctor, ſaluo ſemper iudicio cuiuſlibet rectius ſentientis,& rogatus me ſubſcripſi,& ſigillo meo magno conſueto tamen ſigillari iuſsi. Iterū Laus Deo omnipotenti.

SVBSCRIPTIO.

EGO Antonius de Fatis de Tarlaco Legum Doctor viſis, & diligenter examinatis omnibus, & ſingulis articulis elegantiſsimè tactis, & notatis in ſupraſcripto conſilio per Spectabilē & clariſsimum Legum Doctorem D. Paulum de Vugarellis de Padua, ac etiam per clariſsimū Iuris Vtriuſque Doctorem, D.Calapinum de Calapinis in altero ſuo conſilio vnum & idem concludentem, dico,& conſulo uerum eſſe de iure,id totum quod in illis cōcluſum eſt, per ſupraſcriptos Doctores, in quorum fidem,& teſtimonium me ſubſcripſi,& ſigillum meum hic infra conſuetum appoſui.

SVBSCRIPTIO D. MELCHIORIS De Facinis Patauini, Legum Doctoris.

In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Rei ſufficienter demonſtratæ, quidquid ultra additur fruſtra fit.*
2 *Paulus de Caſtro famoſiſſimus doctor, & præceptor Melchioris de Facinis.*
3 *Statutum faciens mentionem de nato uel naſcituris, an ſectus ex uentre matris comprehendat.*
4 *Naſci quis propriè dicatur.*
5 *Sectus ex uentre matris illi ſuccedit, cui ſecto pater ſuccedere debet.*

CONSILIVM CXXXIII.

IN CHRISTI nomine eiuſque matris Virginis glorioſæ, necnō Beatorum vtriuſq; Antonij totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis,amen. Cōcluſio ſupra facta per ſupraſcriptos Dominos Doctores, videlicet D. Paulum de vugarellis de Padua honorandum Poteſtatem Triden. Do. Calapinum de Calapinis,& D. Anto. de Fatis de Tarlacho honorabiles ciues Triden. fratres meos honorandos, uidetur mihi determinationi iuris conſona, & in ſe
1 veriſsima,& ideo ei adhæreo,† & quoniam rei ſuf
ficienter demonſtratę,quidquid vltra additur fru
ſtra fit:ut inquit iureconſultus in l. 1. in fin. ff. de dote prælega. Sola ſubſcriptione,prout requiſitus fui contentus ſum,idcircò in prædictis articulis ſupra examinatis per prædictos Doctores,

idem

idem uidetur dicendum mihi Melchiori de Faci-
nis de Padua Legum Doctori,per rationes & iu
ra prçalleg.per prædictos Doctores. Ad quod fa
2 cit notabilis ſententia† famoſiſsimi Doctoris D.
Pauli de Caſtro præceptoris mei honorandiſsi-
mi, qui tenet in prædicta l.quod dicitur. ff.de li-
3 be. & poſthu. circa fi.ſui apparatus. † quòd ſe-
ctus ex uentre matris comprehenditur in uerbis
ſtatuti uel teſtatoris loquentis de nato uel naſci
turis, quantumcumque in materia odioſa uel re
4 ſtringibili:† quia propriè dicitur naſci,qui de uen
tre fuit ſectus,ſeu exceptus:ut eſt caſus in prædi-
cta l. quòd dicitur. quia uerbum,natus, refertur,
ad ipſum qui uiuus ad lucem producitur, & hoc
5 eſt naſci,† ex quibus patet quòd ſi pro nato habe
tur matri ſuccedere debet excluſis omnibus alijs
agnatis, & cognatis,cui ſecto pater etiam ſucce-
dere debet per rationes & iura allegata in dictis
conſilijs:in quorum fidem prædicta ſcripſi & me
ſubſcripſi, ſolitoque ſigillo ſigillaui ad laudem
Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM D. ANGELI DE Periglis de Peruſio.

SVMMARIVM.

1 *Sapiens quilibet in dubio præſumitur.*
2 *Exemplaris ſubſtitutio fieri non poteſt per patrem exiſtentibus alijs liberis non mentecaptis.*
3 *Intellectus ad l. humanitatis. C. de impub. alijs ſubſtit. & nu. 5.*
4 *Maſculinum concipit fœmininum.*
5 *Liberorum ſignificatio ampla, & omnes liberos includit.*
6 *Qualitas adiuncta uerbo denotat ſecundũ tp̄s uerbi.*
7 *Subſtitutio exemplaris quæ à principio fieri nequiuit, deficiente impedimento non reconualeſcit.*
8 *Filius ſuitatis ratione ſciens, & ignorans ſiue errans dicitur eſſe hæres patris, ēt quòd mẽtecaptus ſit.*
9 *Suitas tollitur uel ſuſpenditur per dationem vulgaris ſubſtituti: ſed contra nu. 10.*
11 *Subſtitutio vulgaris inducta fuit ne teſtamenta fiant caduca.*
12 *Nemo præſumitur diſponere contra animi ſui volũt.*
13 *Intellectus ad l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtitu.*
14 *Intellectus ad l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtit.*
15 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſolum comprehendit bona teſtatoris.*
16 *Subſtitui poteſt pupillariter filio in legitima, ſecus per fideicommiſſum.*
17 *Pater non poteſt grauare per fideicommiſſum ſuccedentes ab inteſtato filio poſt tempora pupillaris ætatis filij.*
18 *Legitima portio de iure naturæ debita in plus & minus per ſtatutum immutari poteſt.*
19 *Inſtituere uolens pium locum et filium exhęredare, alium quàm Auguſtinum in conſultorem quærat.*
20 *Legitima trebellianica dimidium abſorbent, nec refert quarum altera prius detrahatur.*

CONSILIVM CXXXIIII.

IN NOMINE Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti. Amen. Circa pri-
mum præmiſſæ conſultationis ar
ticulum, ex quo prçſupponitur,
quòd dictus Antonius teſtator
tempore conditi dicti teſtamenti,ut etiam tem-
pore mortis eius, habebat tres filios, videlicet,
Paulum infantem, & mentecaptum, & Bene-
dictam, & Honeſtam impuberes, quæ men-
1 tecaptæ non præſupponuntur. & ideò † in du-
bio ſapientes prçſumuntur: ut l. nec codicil-
2 los. C. de codicil. ſequitur quòd etiam † ſi do-
minus Antonius ſpecificè,& expreſsè ſubſtituiſ-
ſet dicto Paulo mentecapto, dictam ſcholam
exemplariter, dicta ſchola ea exemplari ſuc-
cedere non poſſet, poſtquam erant teſtato-
ri alij liberi ſapientes fratres dicti mentecapti:
per text. l. humanitatis. in fin. C. de impuber. &
3 alijs ſubſtitu. Qui † licet de fratribus,& liberis lo
quuntur: ſorores etiam comprehendit,per tex.
quem ad hoc ibi nota. Gloſſ. in l. Lucius. §. Mæ-
uię filium. ff. ad Trebellia. & tex. etiam eſt in l. Lu
cius. in princip. ff. famil. erciſcund. & l. Lucius. §.
4 quæſitum. ff. de legat. 3. Concipit † enim ma-
ſculinum fœmininum l. prima. cum ſimilib. ff. de
uerbõ. ſignificatio. & maximè denotatur per hoc
5 uerbum † liberi, ꝙ amplã ſignificationẽ habet, ut
ad oẽs liberos trahatur: ut l. quid ſi nepotes. ff. de
teſta. tute. Non ergo expedit, aliter diſcutere, aut
examinare, an dictus Antonius exẽplariter ſubſti
tuere uoluerit dictã ſcholã, poſtq̃ ſi exẽplariter
ſubſtituiſſet exẽplari. ſuccedere nõ poſsit: ſufficit
.n. ꝙ dictę ſorores fuerint tp̄e dicti cõditi teſtĩ,
& ſubſtitutionis factæ, & tp̄e mortis teſtatoris
cui impoſita eſt neceſsitas per dictã l. humanita-
tis. in fine. exemplariter ſubſtituend. dictos fra-
tres, & ſorores. Loquitur ergo ibi textus de
fratribus, & per conſequens etiam de ſorori-
bus, qui erant tempore ſubſtitutionis, quod
maximè patet per textum ibi, dum dicit: ſi ue-
6 ro alij liberi teſtatori ſint. Et ſic † qualitas ad-
iuncta uerbo denotat ſecundum tempus uerbi. l.
ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de liberi. & poſt-
hum. poſtquam ergo dictæ ſorores ſuperfuerũt
tempore dicti conditi teſtamenti, & mortis teſta
7 toris. licèt † poſteà mortuę ſint, tamen ante Pau-
lum mentecaptum, non poteſt dici ſubſtitutio-
nem exemplariam confirmatam: argumento d.
§. ſi filium. & Inſtitu. de hæred. quę ab inteſta. §.
ita demũ. Minuſq; dicta ſchola dicto Paulo men
8 tecapto ſuccedere poteſt ex vulgari, cum † ratio-
ne ſuitatis filius non ſolum ſciens, ſed etiam igno
rans, aut errans dicitur eſſe hæres patris: vt l. li-
ber homo. §. apud Labeonem. ff. de ſtipula. ſer-
uo. Et de furioſo, uel mentecapto eſt text.
in l. finã. §. ſin autem perpetuus. C. de curato.
furio. & clariſsimè apparet in text. Inſtitut. de
hære quæ ab inteſta. §. ſui autẽ. qui notabiliter

ſubdit in ſuis nullam eſſe neceſſariam, neque tu-
torum, neque curatorum, ſi ſunt furioſi in immi
ſcẽdo auctoritatem, neque conſenſum. Nec qui
dem obſtat quòd dicto Paulo vulgariter ſubſti-
9 tuta fuerit, per † cuius ſubſtituti vulgaris dationẽ
ſuitas ſublata uidetur, aut ſuſpenſa: ut per Barto.
in l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſthu. & l. ſi fi-
lius qui patri. ff. de vulgar. & pupilla. & l. Iulia-
nus. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtamenti. Maximè mo
tus: quia per dationem talis ſubſtituti vulgaris,
quæ habet duo capita, uidelicet, uoluntatis, &
impotentiæ: ut l. cum proponas. C. de hæredi. in-
ſtituend. uidetur filius inuitatus, aut inſtitutus,
ſub conditione, ſi uolet, & ſic voluntarius factus
eſt. l. iam dubitari. & l. Cornelius. ff. de heredib.
inſtituen. & ff. de condi. inſtitu. l. hæc uerba. Et
ideò exiſtentia ſuitatis impedita eſt, aut ſuſpenſa:
ut tranſmiſſione hereditatis non agente operari
non poſsit. l. prima. §. ſi proponantur. ff. ſi quis
omiſſ. cauſa teſtamẽt. Moderniores tamen, uide
licet domi. Bald. licèt in alijs locis uariauerit, ta-
men in repetitione. l. in ſuis. ff. de liber. & poſt-
10 hum. expreſsè tenet contrarium: † uidelicet ꝙ
per dationem ſubſtituti valgaris non tollatur
exiſtentia ſuitatis. Quod idem ſequutus eſt
Angel. in dicta l. ſi filius hæres, licet dicat, quòd
tollatur neceſsitas. Eandem opinio. ſequutus eſt
Domi. Chriſtophorus de Caſtellione in repeti-
tione dictæ legis, ſi filius hæres, ut dicta ſuitas
non ſit ſublata, neque ſuſpenſa. Eandem etiam
ſequutus eſt Domi. Rapha. Cuma. in d. l. in ſuis.
quæ opi. mihi ſemper uerior uiſa eſt, quam ſuſtẽ
tare conatus fui publicè Paduæ repetendo. d. l. in
ſuis. & in præſentiarum, ueriſsima uidetur. Poſt
quam ſimpliciter concepta eſt, per hæc uerba,
vulg ariter, &c. non aliter exprimendo, ſi hæres eſ
ſe uoluerit: Et hac euidenti moueor ratione: quia
11 ſubſtitutiones vulgares inductæ ſunt, ne te-
ſtamenta fiant caduca, & eſt tex. cum Glo. C. de
caduc. tollen. in princip. uer. ſed & ipſis teſta-
tor. conſiderat enim teſtator, dum ſubſtituit vul-
gariter filio in poteſtate, qui poterat ante ſe mo-
ri & poterat abſtinere de iure prætorio, com-
modum ſuum, ut inteſtatus non decedat, tanquã
contra uoluntatem ſuam eſſe uidetur, quando
inſtitutus filius non eſt hæres, ad quod text. in l.
quis. C. de impu. & ali. ſubſti. & facit & tex. in l.
Lucius. eodem titul. Vnde ſi ſubſtituendo ſimpli
citer permitteret, abſtenſionem permittere ui-
detur, id quod eſt contra uotum animi ſui, quod
12 † minime eſt præſumendum: argumen. l. nõ om-
nis. ff. ſi certum petatur. Sic non uidetur prohi
bere quis id, quod eſt ſecundum uotum animi
ſui. l. mulier. §. cum proponeremus. ff. ad Tre-
bellia. Nemo ergo rectè dicere poteſt per talẽ
ſubſtõnẽ vulgarẽ ſimpliciter cõceptã datã eſſe à
patre licentiã abſtinendi, & ꝑ conſequens ſubla-
tã, nec ſuſpẽſam eſſe ſuitatẽ, ſicut per eã non tol-
litur neceſsitas ſerui ꝓprij inſtituti, cui datus eſt
ſubſtitutus uulgaris, ut eſt Gl. notabilis. Inſti. de

vulgari ſubſtitu. in princi. in verbo nouiſsimo.
Quod idẽ ſentit Gl. in l. ſi nõ lex Adleſcentia.
§. fina. ff. de hæred. inſtituen. & facit tex. in l. po-
teſt quis. ff. de vulg. & pupilla. dum dicit in ſub-
ſidium, & text. cum Gloſſ. in l. inde Neratius. §.
primo. ff. ad leg. Aquil. quod maximè in caſu no-
ſtro dicendum eſt, in quo dictus filius, cui eſt fa-
cta dicta ſubſtitutio, mentecaptus præſupponi-
tur, & ſic iudicium rationis in abſtinendo ſe à di-
cta hæreditate non habet. l. fin. §. primo. C. de cu
rato. furi. facit l. in aduerſa. ff. de teſtam. & l. pu-
pillus. ff. de acqui. hæredita. & l. in negotijs. ff. de
regul. iur. Ex quibus clarè patet reſponſio ad
13 † dictam. l. iam dubitari. & l. Cornelius. quæ lo
14 quuntur, quando expreſſa licentia data eſt. & §. ſi
proponatur. loquitur quãdo filius inſtitutus ſibi
ipſi ſubſtitutus eſt, & ſic alium caſum cõprehen-
dere non poterit, cum ſubſtitutio quę ſi heres eſ-
ſe uoluerit ex inſtitutione. Patet enim dictã ſcho
lã uenire nõ poſſe ex ſubſtitutione vulgari, neq;
ex exemplari, licet ex pupillari, cũ præſupponã-
tur dictũ Paulum mortuũ eſſe ętatis. 18. anno.
& ſic expirauit pupillaris ſuperueniente puberta
te. l. in pupillari. ff. de vulga. & pupilla.

Solum ergo dicta ſchola uenire poteſt ex fi-
15 deicommiſſaria, in † qua fideicõmiſſaria cum ſo-
lum ueniant bona teſtatoris. l. cohæredi. §. cum fi
lia. ff. de vulga. & pupilla. & non ueniant bona,
quæ filio debentur, ex legis diſpoſitione, ſiue ex-
preſſè ratione legitimæ debitæ iure naturæ, in
16 † qua licet ſubſtitui poſsit pupillariter: ut l.
& tribus. C. de inoffi. teſta. cum filij intererſit pupil
larem heredẽ ſubſtitutũ, & ſic hæredẽ ex teſta. ut
eſt tex. bonus in l. Iulianus. circa principiũ. uerſ.
impugnat enim. ff. de acquir. hær. Tamen per fi-
deicõmiſſum grauati nõ poſsit. Imò omne onus
adhibitum remouetur. l. quoniam in prioribus.
l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffi. teſtam. Siue
dicta portio debeatur, ex legis diſpoſitione, & ꝓ-
priè non dicatur legitima debita iure naturæ; ut
ſimiliter ille cui debetur per fideicõmiſſum gra-
uari non poſsit: ut l. ſi arrogato. ff. de adoption.
17 Et benè facit tex. in ſimili, † qui pro ſingulari al-
legatur in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi.
cum l. ſequen. ff. de lega. primo. ibi, pater non po
teſt grauare per fideicommiſſum ſuccedentes ab
inteſtato filio poſt tempora pupillaris ætatis filij;
quia dicto tempore dicti ſuccedentes ab inteſta-
to hæreditatem dicti filij habere debebãt ex legis
diſpoſitione, uellet nollet pater, ita quoque in
caſu noſtro dicendum eſt, quòd in dictis duabus
partibus debitis deſcendentibus ex forma dicti
ſtatuti, dictus pater non poterit per uiam fidei-
commiſſi, aliquod onus addiſcere, ſeu ſubſtitutio
nem fideicommiſſariam facere. Siue dicamus
dictas duas partes eſſe legitimã auctam ex forma
18 ſtatutorũ, † quę in plus & minus immutari põt.
vt per Dyn. in cap. indultum. de regu. iur. in 6. &
in c. Raynutius. de teſta. ibi ſecundum Thuſcanę
conſuetudinem, & auctẽ. nouiſsima. C. de inof-

ſic.

fic.teſta. Quod verius uidetur,& per ſuperius cõ
ſulentem planè declaratum eſt: ſiue illam quan-
uis legalem, & neceſſariam debitam portionem
loco legitimæ ſuccedẽtem, dicta ſchola, nullo mo-
do dictas duas partes habere poteſt. Et maximè
cum pro dubitato non habeatur, quòd collegium
dictarum ſcholarum, quas fraternitates appellat
Bal. Perusinorum more: in l. id quod pauperib.
in antepenul.col. verſ. vigeſimoprimo quæritur.
C.de epiſcop.& cleri. dicatur eſſe collegium pau
perum, & tamen ſi diceretur ad pium vſum factũ
non propterea filiorum portio inuidenda eſſet.
19 Nam † qui vult filium excludere, & pia loca inſti
tuere alium pro conſilio quærat, quàm Auguſti-
num: ut in c.fin. in prin 17.q. 2. Ex quibus patet
dictam ſcholam nõ poſſe habere, niſi tertiam par
tem tantum hęreditatis dicti Antonij. Et per hoc
planè reſponſum eſt etiam ad ſecundum conſulta
tionis articulum.

In tertio autem, & ultimo eiuſdem conſulta-
tionis articulo, partim inſiſtendum eſt, ſiue mater
ipſa, ut hæres dictarum filiarum dicatur habere
legata filiabus facta loco legitimæ dictarum fi-
liarum ſuccedentia, quæ legitima ex forma ſtatu-
ti Taruiſij ſemper debet eſſe ſalua excluſo dicto
Paulo mentecapto. cuius nomine ſororum hære
ditas non fuit adita, & per conſequens matri, quæ
proximior eſt, ab inteſtato delata: ut d.l.fin.§.fin.
autem in furore. C.de cur.furio. ſiue dicta legata
reperiri dicantur in bonis, & hæreditate dicti Pau
li, aut quia non purificata conditione, aut alia cau
ſa, ex quo dicti tres filij duas partes de tribus par
tibus hæreditatis dicti Antonij habere debeant
ex legis municipalis diſpoſitione non uidetur in-
tereſſe, cum omni modo computari debeant di-
cta legata in dictis duabus portionibus uirtute di
cti ſtatuti ſic ſupra per conſulentem declarati, pro
quo benè facit, quod in ſimili dicitur per gl.& Io.
And. in d.c. Raynutius. de teſtam. dum dicunt, ꝙ
20 † non refert quando detrahi debet legitima, &
Trebellianica, an prius detrahatur legitima, uel
Trebellianica: quia omnimodo dimidiam conſti-
tuunt. Item ſimiliter hic non refert, an ex perſo-
na filiarum matri debeantur dicta legata, uel ex
perſona filij, cum omni modo duas partes tm̃ ha
bere debent omnes dicti tres deſcendentes, & ꝑ
conſequens mater eis ſuccedens ab inteſtato, ſine
aliquo onere, computatis legatis factis dictis filia-
bus, licet aliàs ſimilis contributio ſoleat eſſe no-
ciua, quando certam, & determinatam partem ſi-
ne onere habere non debet: ut l. in ratione. §.
quod vulgo. ff. ad leg. Falc.

Et ita, ut ſupraſcriptum eſt dico, & conſulo ego Angelus, Ioannis Perigli de Peruſio, Legum Doctor: ad fidemq; me ſubſcripſi, meoque proprio ſigillo ſigillare feci, Conſilio ſaniori ſemper ſaluo. Laus Deo.

CONSILIVM D. VINCENTII de Paleotis Vtriuſque Iuris Doct. Bononienſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum inter liberos etiam imperfectũ tenet.*
2 *Teſtamentum ſcriptum manu teſtatoris minus perfectum tenet. Idem ſi ſcriptum manu notarij. nu. 3. præcipuè, ſi repertum fuerit in rogitibus notarij. nu. 4.*
5 *Teſtamentum illud à teſtatore creditur habitum fore pro perfecto, in quo non reperiuntur uerba, illud non perfectum demonſtrantia.*
6 *Hæredis inſtitutio eſt potiſſima pars teſtamenti, qua ceſſante non dicitur teſtamentum, nec ualet.*
7 *Teſtamentum ſumit vires ab aditione hæreditatis, nec curatur an ab uno an ab omnibus hæredibus adeatur.*
8 *Teſtator ſi ualidè vult teſtari nuncupare debet perſonam hæredis, uel ad minus pernotanter nominare. nu. 9. ſed contrarium uerius nu. 10.*
11 *Intellectus ad §. propoſitum. in l. Pamphilo. ff. de legat. 3.*
12 *Scripturæ inſpectio eſt optima probatio.*
13 *Verba legis ad quem non adaptantur, nec & eius diſpoſitio.*
14 *Caſſato nomine, caſſatur effectus.*
15 *Carens eſſe caret uirtute, & operatione.*
16 *Pater ſolus reuocare poteſt teſtamentum quod filius ad pias cauſas fecit de eius uoluntate illo uiuo: ſecus ſi mortuus eſſet, ſed contrarium uerius.*
17 *Operatio eſt poſterior pars mẽtis, eſſẽtia uero prior.*
18 *Teſtatoris uoluntas pro lege habenda.*
19 *Teſtamentum in quo teſtator dixerit, Sempronius hæres: quamuis deſit, eſto, ualet: ſecus ſi ſolum expreſſerit, Sẽpronius, & omiſerit, hæres eſto. nu. 20.*
21 *Intellectus ad l. nec errore. C. de teſtam. nu. 22. Teſtamentum in quo teſtator omittit unum, putà, hæres, uel eſto, ualet ſecus. ſi ambo: ſi autem notarius per errorem omiſerit, & conſtet, eſt idem, aliàs ſecus. nu. 23.*
24 *Notarius qui plus uel minus ſcripſit, quomodo ſaluari poſſit, & conſuli ei qui ex omiſſione uel additione damnum ſentit.*
25 *Notarij error ne dum per duos teſtes probari poteſt, uerùm ex hijs quæ præcedunt uel ſequuntur, & ſic ex ſcripturæ inſpectione, & nu. 26.*
27 *Teſtamentum in quo iſta uerba adſint: in omnibus autem alijs ſuis bonis Titius, & deficit, hæres eſto quòd ualeat.*
28 *Statuti Florentini intellectus. & nu. 29.*
30 *Error in inſtrumento circa ea quæ pertinent ad notarium præſumitur, in cæteris error partis præſumitur.*
31 *Teſtator ſi tantum ſuam intentionem expreſſit, & ſic inſtitutionis, quòd ex ipſa ſcriptura colligitur intentio, licet deſit aliquod uerbum, teſtamentum ualet.*
32 *Vnum facilius ſuppletur quàm duo, faciliusque una inducitur fictio, quàm duæ.*

33 *Teſtamentum in quo eſt omiſſa aliqua ſubſtantialis ſolennitas; ſi error non probetur, vitiatur.*

34 *Filij, & nepotes ex filio præmortuo æqualiter patri ſuccedunt, non habita diſtinctione perſonarum.*

35 *Teſtatoris voluntas quando eſt filys damnoſa, quandoq; non ſeruanda, ſicut, & à legis voluntate quandoq; receditur nu. 36.*

37 *Abſurdum omne ceſſare debet in teſtamentis.*

38 *Argumentum à contrario ſenſu licet dicatur eſſe ex uerbis legis, tamen quando reſultat iniquitas non habet locum.*

39 *Teſtamentum tale præſumitur, quale apparet, in ſui prima figura.*

40 *Hæres qui legatum acceptauit, uidetur teſtamētum approbaſſe, quod alias infringere potuiſſet, quod uerum quando illud poterat querelare tanquam inofficioſum, ſecus ſi ratione nullitatis impugnare poterat. nu. 41.*

42 *Teſtamentum uitiatur ſi ſcriptum reperiatur diuerſis manibus.*

43 *Ignorantia præſumitur.*

CONSILIVM CXXXV.

REDEMPTORIS Noſtri Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & totius Curiæ triumphantis inuocato ſuffragio. Viſo celeberrimo ac eleganti conſilio Domini ſupra Cōſulentis, dico quòd quamuis multa concurrant pp quæ dici debeat dictum teſtamētū valere, ſcilicet.

1 Primò, † quia inter liberos. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & in auth. hoc inter. liberos. eodem. tit. & in corpore vnde ſumitur. §. nos igitur. & l. fin. C. famil. ercis.

2 Item † quia ſcriptum manu teſtatoris, ut pulchrè ſcripſit Bartol. in l. ſi is qui. in verſicu. quæro quid ſi teſtator ſcripſerit. ff. de teſtam. & l. hac conſultiſsima. C. qui teſtam. face. poſſ. & poſuit Oldra. dicens in eccleſia in conſ 19. Paul. de Caſt. in conſ. 36.

3 Item † quia ſcriptum etiam manu notarij, ut vt l. Lucius. in princip. verſ. notario. ff. de teſtam. militis. l. Domitius. ff. de teſtam. l. hac conſultiſſima. in ver. tabularij. C. qui teſtam. fac. poſ.

4 Item quia repertum eſt in rogationibus notarij. & eſt inter liberos, vt pulchrè ſcripſit Bart. & Bald. poſt gloſ. in l. fideicommiſſa. §. quoties. ff. de legatis tertio.

5 Item quia † iſtud teſtamentum erat habitum pro perfecto à teſtatore, ex quo in eo non reperiuntur verba quæ demonſtrant illud nō eſſe perfectum: ut pulchrè ſcripſit Barto. dans formam cognoſcendi teſtamentum, & contractum perfectum in l. ſi is qui. in verſ. quæro quando dicatur voluntas, &c. ff. de teſtam. & l. contractus. C. de fide inſtrumen.

Tamen contrarium dico de iure verius, ſcilicet quòd tale teſtamentum non valeat, & nullius ſit efficatiæ, quod ſic oſtendo ultra allegata copioſiſsimè per Dominum ſupra Conſulentem.

6 Nam † potiſsima pars teſtamenti eſt hæredis inſtitutio, qua non exiſtente, nec dicitur teſtamentum, nec ualet ut teſtamentum, l. non codicillum. C. de teſta. l. eam quam, C. de fideicom.

Et propterea Bald. in l. prima. in 7. colum. in verſ. iuxta hoc quæro, C. de ſacroſanctis eccleſijs,

7 dixit quòd † omne officium quod in teſtamento decernitur, ſumenit vires ab adita hæreditate, & allegat caſum in l. ſi quis tres. ff. de excuſatio. tut. & ideò non curauerunt iura an ab vno, an ab omnibus hæredibus adeatur hæreditas, & put quòd adeatur ad hoc ut teſtamentum ualeat, l. teſtamento manumiſſus. in prin. ff. de manumiſſ. teſtament. quam ad hoc allegauit Barto. in l. eius qui in prouincia. in 6. colum. ff. ſi certum peta. & eſt etiam caſus in l. ſi legato ſeruo. in fi. ff. eodem tit.

8 de manumiſſ. teſtament. Immo † teſtator debet nūcupare perſonam hæredis, quam inſtituit. l. hæredes palam. in princ. ff. de teſtam. Inſtitu. de teſtamen. §. fina. & l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. & l. iubemus. C. de teſtamen. & l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de legat. tertio. Vel etiam ut dicit Bartol. in dicta l. hæredes palam.

9 in fine in principij, ad minus † debet nominari per notarium. & allegat Gloſſ. & Doctor. in di-

10 cta l. iubemus. quod nunquam † mihi placuit, nec etiam nunc placet: quia primò eſt contra omnia iura mundi. Secundò quia iura allegata per eum non probant. Nam ipſe allegat caſum in

11 dicto §. propoſitum, † qui facit contra eum: nam ibi teſtator expreſſerat quem uolebat inſtituere, & deinde interrogatus an ſic uellet, reſpondit q ſic. ita quòd par conſtat ibi quòd teſtator nuncupauerat, & ſic vult expreſsè textus in dicta l. iubemus.

Sed in caſu noſtro non fuit nominatus hæres, nec per teſtatorem, nec etiam per notarium, ut patet ex ipſa inſpectione ſcripturæ aſſerti teſta-

12 menti, quæ † inſpectio eſt optima probatio, iuxta doctrinam Barto. in l. Titiæ textores. §. fina. de legat. 1. & in l. fina. C. de iureiuran. Gloſ. in l. eos C. de officio magiſt. militum. Bald. in l. iuſtum. C. de eden. & Bald. in l. Labeo. in fin. ff. de pact. & Bald. in l. ſi binæ. ff. de iniuſto teſtament. & Ludo. in l. ſcrinearios. C. de teſtamen. milita. Ergo neceſſario ſequitur quòd tale teſtamentum non ualet, nec debet teſtamentum nuncupari, per ſupra

13 dicta. Nam † ad quem non adaptantur uerba legis, nec etiam adaptatur eius diſpoſitio, l. ita autem, & ibi per Barto. ff. de adminiſtratio. tuto. l. quarta. § toties. ff. de dam. infect. l. hos accuſare. §. omnibus. de accuſatione. Bald. in l. illam. C. de collation. & Bartol. in conſilio, Bernardus Vanoli, & in conſilio, miniſter fratrum minorum. Et ideò dixit Barto. in l. fin. C. de frumen. Alexandri.

14 quòd † caſſato nomine, caſſatur eſſe Stus. & Bald. elegantiſsimè in l. prima, in 9. col. C. de ſacroſanc.

15 ecc. q † qui caret eſſe, caret virtute, & operatione.

Vnde

16 Vnde ibi dubitans † an pater poſsit ſolus reuo
care teſtamentum quod fecit filius, de eius uolun
tate ad pias cauſas? & poſt multos Doctores, qui
voluerunt quòd pater poſsit reuocare uiuo filio,
ſed non eo mortuo, dixit quòd nullo modo pa-
ter ſolus poteſt reuocare, & dicit quæro à te quę
eſſet iſta uoluntas patris reuocantis teſtamētum?
non, codicillos non: ergo nihil eſt, & ſic nihil ua-
let. Nam quod caret eſſe caret virtute, & opera-
17 tione: quia † operatio eſt poſterior pars mentis,
eſſentia uerò eſt prior. Similiter Bald. in l. cum
precibus. C. de proba. dixit quòd illud quod caret
effectu caret nomine. Sed ſic eſt in caſu noſtro
quòd ad iſtam ſcripturā teſtamenti non adaptan-
tur verba legis loquentis de teſtamentis, ex quo
non reperitur hæres nuncupatus per teſtatorem,
nec etiam per notarium ſecundum intellectum
Bart. de quo ſupra. ergo nec adaptabitur legis di-
ſpoſitio loquentis quòd teſtamenta obſeruētur.
18 authen. de nuptijs. §. diſponat. quòd uoluntas te-
ſtatoris habeatur pro lege, ut ibi. Et Reipubli-
cæ intereſt, teſtamenta exequi. l. uel negare. ff. quē-
admodum teſtamen. aper. Bart. in l. de his. ff. de
tranſactio. & in l. nemo poteſt. in ſecunda colum.
ff. de legat. primo. Similiter caret eſſe teſtamen-
ti, ergo carebit eius virtute, & operatione, ut ſu-
pra dixi per Bald. in dicta l. prima. in 8. col. C. de
ſacroſanct. eccleſ.

Secundò pro hoc in indiuiduo eſt caſus in l.
prima. §. ſi ex fundo. ff. de hęredib. inſtituen. ubi
19 † ſi reperitur teſtm̄. in quo teſtator omiſerit di-
cere, dicēs, Sēpronius hęres, quamuis deſit eſto,
nihilominus ualet teſtamentum: quia pręſumitur
plus dictum & minus ſcriptum. Sed ſi teſtator
20 † ſolummodo expreſſerit, Sempronius, & omiſe-
rit dicere hęres eſto, non ualebit teſtamentum.
Sed ſic eſt in caſu noſtro quòd teſtator ſolùm di-
xit, in omnibus alijs ſuis bonis Frāciſcum & Bar-
tholomæum ipſius teſtatoris filios, & Bartholo-
mæum fratrem dicti Franciſci ipſo viuente, & ip-
ſo mortuo dictum Franciſcum, & quoſcunque
eius filios legitimos & naturales, & non dixit hę-
redes inſtituo, uel heredes ſint, ergo talē teſta-
mentum eſt ipſo iure nullum.

Nec obſtat ſi dicatur iſta ſunt hodie corre-
cta per caſum in l. nec errore. C. de teſtamen.
21 ubi eſt text. quòd quamuis in teſtamento deſit
hoc verbum, hæres eſto, nihilominus valeat te-
ſtamentum, ne errore ſcribentis ius ſeu iuris ſo-
lennitas mutiletur, vt ibi. quia reſpondeo primò,
vt ibi dixit Gloſſ. quòd ſcilicet deficiebat ſolum
vnum ſcilicet, hæres, vel eſto, non autem defi-
ciebant ambo illa uerba, ſcilicet hæres eſto. quia
ſic teſtamentum non valuiſſet. & allegat text. in
dicta l. prima. §. ſinautem. ff. de hęredib. inſti-
tuen. Vel ſecundo reſpondeo, vt dixit Bartol.
22 in dicta l. errore † ubi loquitur quando notarius
omiſit ſcribere per errorem illa uerba. ſed in l.
prima. §. ſinautem. de hęredib. inſtituen. ibi te-
ſtator omiſerat illa uerba proferre, & ita dicit re-
ſponderi debere ad l. fina. ff. de iure codicillo. &
ſic etiam dicit Cyn. in dicta l. errore. concordans
Placentium qui dicebat quòd teſtamentum te-
net, etiam ſi deſint illa uerba, hęres eſto, & glo.
quæ dicebat quòd non ualet, vt in dicta l. erro-
re. dicit quòd vterque bene dixit diuerſis re-
23 ſpectibus. Quia † aut teſtator omiſit dicere il-
la uerba, & etiam notarius, & tunc dicit uerum
Gloſſ. quòd teſtamentum non tenet. Aut ue-
rò ſolus tabellio omiſit ſcribere, ſed teſtator non
omiſit dicere, & tunc ſi hoc conſtet: quia pro-
bari poteſt, non pręiudicat. & dixit hoc poſſe
probari per duos teſtes, licet Bartol. dixerit idem
per uerbum, forte, unde cōcludit in effectu quòd
ſi non probetur error teſtamentum eſt nullum.
Et idem tenuit Angel. in dicta l. prima. §. ſinau-
tem. ff. de heredib. inſtituend. ubi uoluit quòd
quando per notarium non eſt ſcriptum uerbum
illud, hæres eſto, vitiatur teſtamentum, niſi pro-
betur notarium erraſſe. & ſic concludit etiam
ipſe Angel. quòd ad hoc vt teſtamentum teneat
eſt neceſſaria probatio erroris, & ita etiam te-
net Gloſſ. in cap. ad audientiam. de reſcriptis. &
ita etiam tenuit Dominus Ioannes de Imola in
dicto §. ſinautem. dum dixit quòd opinio Pla-
centini reprobatur, & communiter opinio glo.
tenetur.

Ad hoc etiam concordat Angel. in dicta l. er-
rore. dicens quòd ubi in teſtamento deficiunt il-
la duo uerba, hęres eſto, nō dicitur teſtamentum
nullum, dummodo probetur ꝙ notarius omiſe-
rit ſcribere per errorem. & ita dicit ſentire dictā
l. errore, adeò ꝙ ſi non probaretur ꝙ notarius
errauerit, teſtamentum non teneret. Et propte-
24 rea dixit ipſe per illum text. dari practicam, † ſeu
formam practicādi ad abſoluandū notarium qui
plus uel minus ſcripſit, & non vis eum de falſo
arguere, vt petatur corrigi error & probetur, aliàs
ſi non probatur ſtatur inſtrumento prout iacet,
l. cum precibus. C. de probat.

Et ſi dicatur mihi, tu non bene conſideraſti do
ctrinam Bart. & gloſſ. in dict. l. errore. nam Bart.
25 uoluit † quòd talis error notarij probari poſsit
nedum per duos teſtes, ſed etiam probabitur ex
ijs quæ procedunt uel ſequuntur, & ſic concludit
Bartol. quòd non eſt de ſubſtantia ꝙ recurramus
ad teſtes quando uolumus probare talem erro-
rem: quia etiam probari poteſt ex ipſa inſpectio-
ne teſtamenti per ea quæ pręcedunt, & ſequun-
tur. Et propterea in dicta l. errore, dixit, quòd, ſi
26 † in teſtamento continerentur iſta uerba, Titius
hæreditatis meę, quòd ualeret teſtamentum. Et
idem dixit Bal. in l. ambiguitates. C. de teſtamen.
quòd ubi in teſtamento eſt error tabellionis
qui per ſcripturam colligi poteſt, quòd teſta-
mentum non uitiatur. Sed ſic eſt in caſu noſtro
quòd in teſtamento ſunt appoſita uerba per quę
colligi poteſt error notarij, ergo abſque alia pro-
batione erroris non debet dici teſtamentum non
tenere.

Et quòd ſint apposita verba per quæ colligatur
error notarij, patet dum dixit, in omnibus alijs
ſuis bonis Bartholomæum & Franciſcum æquis
portionibus. Et ideò in terminis quæſtionis
noſtræ dixit Dom. Paul. de Caſtr. in dict. l. errore.
27 in duobus locis, † quòd ſi in teſtamento repe-
riantur iſta verba, in omnibus autem alijs ſuis bo
nis Titius, & deficiebat hæres eſto, quòd tale
teſtamentum tenet abſque alia probatione erro-
ris, quod uidetur ponere gladium ad radicem hu
ius conſultationis. Et ideò dicit ſe aliàs conſu-
28 luiſſe Florentiæ vbi † ſtatutum viget quòd ſi quis
comparuerit procuratorio nomine, debeat in pri
mo actu producere inſtrumentum mandati fa-
ciendo expreſſam mentionem de notario, qui
fuit de ipſo rogatus, & quidam produxit inſtru-
mentum ſui mandati, & dixit de quo fuit roga-
tus notarius de Alexandris, & omiſit nomen pri-
mi notarij, quòd nihilominus proceſſus tenuit,
quamuis ſtatutum diceret quòd ſi aliquid omit-
tatur de comprehenſis in ſtatutis quòd nihil va-
29 leat proceſſus. Reſpondeo † quòd immo cum
reuerentia dominus Paulus non bene dixit: quia
ſemper eſt neceſſaria probatio erroris, vt primo
probant domini Doctores ſuperius allegati.
Quinimò magiſtraliter loquens Bald. in d. l. er-
30 rore. dixit † an error in inſtrumento ſeu teſtamē-
to, ſeu verò defectus teſtantis, quòd aut eſt er-
ror in eo, quod pertinet ad officium tabellionis
quod eſt ſibi commiſſum à iure, puta in indictio-
ne, & tunc præſumitur error tabellionis. Aut
verò in eo quod pertinet ad officium partis, puta
in re, uel in confinibus, uel in aliquo nomine, &
tunc præſumitur error partis ſiue teſtantis.
Nam pro tabellione præſumitur quòd nihil aliud
ſcripſerit quàm fuerit ei iniunctum, nec præſu-
mitur quòd tabellio ſciat aliter factum, niſi ſi-
cut fuit rogatus de ipſo, & non attenditur in
ipſo ſcientia priuata, ſed ſcientia quam habet
vt tabellio: quia notarius non præſumitur ex-
ceſsiſſe fines mandati, ſed fideliter ſcripſiſſe,
quia publicum officium bonæ fidei præſumptio-
nem inducit. & allegat l. cùm precibus. ff. de pro-
bationi. & l. ſecunda. C. de offic. ciuil. iudi. in ver-
ſic. quod non arbitramur, quam dicit ad hoc eſ-
ſe notabilem. & illud quod poſtea in fine dixit,
31 videlicet † quòd quando teſtator tantam inſtitu-
tionis partem expreſsit quòd ex ipſa ſcriptura
apertè colligitur tota intentio, licet de ſit aliquod
uerbum quòd tunc ualet, debet intelligi ſecun-
dum legem quam allegat, ſcilicet l. primá. §. ſin
autem. de hæredi. inſtituen. & ibi ſolum deficie-
bat unum verbum vt ſupra dixi, non duo, ut in
caſu noſtro. Nā ratio eſt, quando deficiunt uer-
ba quòd non ualet teſtamentum, ſed bene quan-
32 do deficit vnum ſolum valet: quia † facilius ſup-
pletur vnum quàm duo. ſicut lex facilius facit
vnam fictionem, quàm duas. l. mulieri & Titio. de
conditio. & demonſtratio. & l. cum poſt. §. gener.
ff. de iure dot. & l. prima. C. de dotis promiſsio. &
quia non generatur perfectus ſenſus in animo
auditoris quando deficiunt duo uerba. Ita dixit
Bald. & poſt eum Ioan. de Imol. in dicta l. prima.
§. ſin autem. ff. de hæredi. inſtituen. Pro hac etiam
ſententia videtur ſcripſiſſe Salyc. in d. l. errore. in
verſ. quæro in exemplis poſitis hic in glo. ubi uo-
luit quòd in exemplis poſitis in gloſſ. ibi, quando
deficiat, heres, vel eſto, nulla ſit neceſſaria proba-
tio erroris, & ſic videtur velle quòd in omnibus
alijs caſibus ſit neceſſe probari errorem. argum. l.
maritus. C. de procuratorib. l. cum prætor. de iu-
dic. c. nonne. de præſumptionibus.

Et idem videtur ſenſiſſe Salycet. in l. ambigui-
33 tates. C. de teſtamen. vbi voluit † quòd quando
eſt omiſſum aliquid de ſolennitatibus ſubſtan-
tialibus, ſi non probetur error, vitietur teſta-
mentum. Ad hoc facit quod dixit Bartol. in
l. ſi librarius. ff. de regulis iuris, & Bald. in l. Impe-
rator. ff. de ſtatu homi. Vel ſecundò præſup-
poſito quòd doctrina domini Pauli de Caſtro ſit
vera, ſcilicet quòd per illa uerba, in omnibus
autem alijs ſuis bonis, Ioannem intelligitur Ioan-
nes inſtitutus abſque alia erroris probatione, &
ſubaudiatur ſcilicet hæredem inſtituo. quòd in
caſu noſtro prædicta doctrina non procedit,
quod ſic demonſtro. Nam vbicunque ſumus
in caſu in quo ſit neceſſaria ſubauditio, nunquam
illa fit, ubi fiendo derogatur iuri communi. iſta
eſt gloſſa reputata ſingularis in cap. cupientes. §.
quòd ſi per viginti. in uerſ. petere. lib. 6. quæ alle-
gat text. in l. 1. de inoff. dotib. & in cap. cum expe-
diat. de elect. lib. 6.

Sed ſic eſt in caſu noſtro quòd ſi fieret à iure
illa ſubauditio, ſcilicet, heredes inſtituo, deroga-
retur iuri communi, vt ſtatim probabo, ergo ſu-
bauditio illa fieri non debet. Et quòd derogetur
34 iuri communi patet. Nam præſuppono, † quòd
de iure communi filij equaliter ſuccedant patri,
& etiam nepotes ex filio præmortuo ſuccedant
æqualiter auo unà cum filijs ipſius aui, vt l. 3. C.
de ſuis & legit. & in §. cum filius. Inſtit. de hered.
quæ ab inteſta. deferuntur. non habita diſtinctio-
ne perſonarum. l. maximum vitium. C. de liber.
preter. authent. de trien. & ſemiſ. §. neque. & au-
then. que tertię portionis. C. de collatio. & etiam
equalibus portionibus. l. ut liberis. C. de colla. l. fi.
com. utriusq. iud. C.

Sed in caſu noſtro ſi fiat ſubauditio de qua ſu-
pra, non remaneret equalitas inter fratres & fi-
lios teſtatoris, & nepotes, immo maxima inequa-
litas: quia pater ſcilicet teſtator ſolum inſtituit
duos ex filijs heredes uniuerſales, & alium filium
inſtituit in certis rebus, & non vniuerſaliter. &
ſimiliter nepotes ex filio non inſtituit equaliter
cum filijs in ſtirpes ut debebat, per iura ſuperius
allegata.

Ergo ne reſultet iſta inequalitas inter ipſos fra
tres & nepotes, quam iura abhorrent, ut ſupra
dixi. d. l. ut liberis. & d. l. fin. C. commun. vtriuſque
iudicij. dicamus neceſſario quòd dicta ſubaudi-

tio

tio non fiat,& ſic teſtamentum non teneat, et ſic
diſpoſitio iuris communis loquens de ęqualita-
te inter filios & nepotes fienda, habeat locum.
Nec eſt abſurdum quòd recedatur à voluntate te
35 ſtatoris: quia † ab illa receditur quando eſt dan-
noſa filijs,ut eſt tex.ualde not.in l.pater tutelam.
§.fi.ff.de admin.tut.l. 1. & 2.ff.ubi pupill. educa.
debe.l.pen.ff.de confir.tut.

36 Similiter etiam receditur † aliquando à uolun-
tate legis,ut notabiliter dixit Bart.in l.ſcire opor-
tet.§.aliud.ff.de excuſ. tut. Accedat quod dixit
37 Bald.in l. 2.de condi. inſert. † ubi in teſtamentis
ceſſare debet omnis abſurditas, & propterea al-
38 legatur ille caſu quòd licet aliàs † argumentum
à contrario ſenſu dicatur eſſe ex uerbis legis, uel
ſtatuti.l.inter. §. cum inter. ff.de pactis dotali. &
not.in l.prima.§.huius rei.ff.de offi.eius cui man
da.eſt iuriſd.& plenè per Cyn.& Salyc.& Bald.in
l.conuenticula.C.de epiſcop.& cler.tamen quan-
do reſultaret iniquitas non habet locum.d.l.ſe-
cunda.C.de conditio. inſertis. Concludo igitur
ex prædictis quòd dicta ſubauditio in dicto teſta-
mento fieri non debeat. Et ſic cum in dicto te-
ſtamento nullus ſit hęres inſtitutus, tale teſta-
mentum non teneat per ſupradicta,niſi probetur
per teſtes quòd notarius errauerit; iuxta doctri-
nam Doctorum in d.l.errore. C.de teſtam. Ma-
39 ximè † cum talo pręſumatur inſtrumentum qua-
le apparet in ſui figura. iuxta doctrinam Bald. in
c. 1. in prin.de feu.dato in uicem legis commiſſo.
Et ideò dixit etiam Bal.in l.tutor.C.de ſolutio. q
inſtrumentum tantum probat quantum cantat.
Et Bald.in c.venerabilem.in antepen.col.de elec.
dixit quòd ubi inſtrumentum nõ cantat, nec ego
cantabo.

40 Nec obſtat etiam ſi diceretur † iſte nepos qui
vult dicere hoc teſtamentum nullum,eo:quia nõ
fuit æqualiter inſtitutus, acceptauit legatum ſibi
factum ab auo ſuo de manu heredis inſtituti, er-
go acceptando videtur approbaſſe ipſum teſta-
mentum quod poterat infringere, & ſic amplius
non debet audiri,ut eſt text.in l.nihil intereſt. in
princ, ff.de inoff.teſtamen.& l. cum quædam. C.
de adminiſtrat.tut.& l.fin.ff.de inoffic.teſtamen.
Reſpondeo quòd dato quòd acceptando debitũ
videatur quis approbare teſtamentum, tamen
41 † illud ſolum habet locum quando poterat quę-
relare teſtamentum tanquam inofficioſum: ſecus
ſi poterat impugnare teſtamentum ratione nulli-
tatis,ut eſt in caſu noſtro,caſus eſt ad hoc notabi-
lis, quem ad hoc allegat Bald. & Angel. & excla-
mant ibi in l.poſtquam.ff.de petitio.hæredita. Et
ideò dixit ibi glo. quòd quando teſtamentum eſt
minus ſolenne, quòd acceptando legatum quis
non videtur illud approbare, quinimò Bal. ibi ſic
diſtinguendo dixit,cum quæritur vtrum cùm pri
mò accepi legatum & poſteà volo venire contra
teſtamentum an paſſim. Aut volo venire contra
teſtamentum,& dicere eum inofficioſum, & nõ
poſſum per iura ſuperius allegata. & l. ſi filius
emancipatus.ff.de minori.& l.ſi filius.ff.de inoff.
teſtamen. Aut volo dicere falſum teſtamentum.
& poſſum,vt d.l.poſtquam. Aut volo dicere nõn
iure factum,& tunc aut ſciui, & nõ poſſum veni-
re contra teſtamentum. Aut ignoraui, & poſ-
ſum venire contra teſtamentum. Aut uolo di-
cere illud falſum, & tunc non præiudico mihi
acceptando legatum.& ratio eſt: quia nec tacitè
nec expreſsè poſſum eum approbare. Sed ſic eſt
in caſu noſtro quòd dictum teſtamentum eſt fal-
ſum, per rationes & iura allegata per Dominum
ſupra Conſulentem: ea maximè ratione, quia in
42 † eo eſt diuerſitas manuum,ut eſt caſus ſingula-
ris in authen.de triente & ſemiſſe.§.& quod ſępe,
quem Bal. dixit ſingularem in l.contractus.C.de
fide inſtrumen. in 5. colum. Sed pro hoc eſt ca-
ſus in c.inter dilectos.in ver. inſtrumentum quo-
que ſententię. de fide inſtrument. quem Ludou.
allegat,dicens ſe admirari de Bald. quòd non vi-
derit in notabili ſuo 241. ubi ad literam eſt caſus
noſter, quòd quando ſubſtitutio eſt alterius ma-
nu, quàm ſit ipſum inſtrumentum,redditur ſu-
ſpectum de falſo.

Item eſt & nullum propter omiſſam ſolenni-
tatem:quia non dixit teſtator,hęres inſtitutio, ut
ſupra dictum eſt, & talis nepos acceptás legatum
43 ignorabat illam nullitatem: quæ † ignorantia pręſ
ſumitur,l.uerius.de probatio.regula,ignorantia.
de regul.iur.in 6. Tum etiam quia minor erat
tempore acceptati legati: ergo ſequitur quòd ac-
ceptando dictum legatum ſibi non pręiudicaue-
rit. LAVS DEO.

Et ita ut ſuprra dictum eſt dico & conſulo ego
Vincentius de Paleotis legum Doctor Bononien
ſis,ibique iura ciuilia ordinariè legens de mane,in
quorum fidem me hic ſubſcripſi, & ſigillo con-
ſueto ſigillaui,ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

CONSILIVM D. ANTONII DE Prato Veteri. I. V. D. Bononienſis.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum conditio in multis deterior quàm maſcu-lorum.*
2 *Mulieribus iura fauent propter ſexus fragilitatem.*
3 *Mulier non iuuatur legum laqueis, quæ leges con-tempſit.*
4 *Mulier à paupertate non excuſatur, ſi turpiſſimam vitam egit.*
5 *Patris intentio ex verbis teſtamenti colligitur.*
6 *Pater filiæ naturali de iure ciuili nihil relinquere tenetur.*
7 *Filia ex damnato coitu incapax eſt relicti paterni.*
8 *Conditionum plurium ſimul appoſitarum omnium requiritur concurſus,præcipuè ſi omnes vnum re-ſpiciant effectum nu.9.*
10 *Dies relicti conditionis implementũ requirit, etiam ſi dies*

ſi dies ſit incertus nu. 11. & impedit agendi poteſtatem nu. 13.

12 *Legatum cum aliqua maritabitur, non videtur conditionale, nec concernere ſubſtantiam relicti.*

14 *Legatum conditionale, ſi quæ talis arbitrio maritetur, debetur reiecta conditione: ſecus ſi conditio reſpiciat diem nuptiarum. nu. 55. Imò talis conditio non improbatur nu. 16. de quo vide nu. 22.*

17 *Argumentum de dote ad matrimonium efficax.*

18 *Pater ſicut poteſt dotem alterius arbitrio committere, ita etiam & matrimonium filiæ.*

19 *Filia non debet ſine patris voluntate alteri nubere, ſecus de iure canonico. nu. 20. & 23. tamen de honeſtate ſic facere debet nu. 21.*

24 *Conditio appoſita in legato dotis, ſi quæ arbitrio alterius matrimonium contrahat, licet reijciatur quo ad matrimonium, tamen remanet quò ad relictum.*

25 *Intellectus ad l. filiæ. ff. de condi. & demonſtrat. & num. 27.*

Intellectus ad l. turpia. ff. de legat. & nu. 28.

Intellectus ad §. in arbitratu. in l. cum tale ff. de condi. & demonſtr.

26 *Conditio auiſt rahendarum nuptiarum à tertio extraneo appoſita, & ille cuius in arbitrio remiſſum eſt erat executor teſtamenti, valet nec reijcitur, ſi verò filia & tunc ſi ille in cuius arbitrio remittitur viuit pater viuo & filia nubat, idem. & idem ſi nupſerit poſt mortem patris, mortuo illo, cuius arbitrium non potuit interuenire nu. 27.*

29 *Pater relinquendo filiæ naturali poteſt ad libitum qualificare relictum.*

30 *Mulier nubens dicitur honeſtè viuere.*

31 *Pudicitia mulieri propriè aſcribitur.*

32 *Authoritatibus aliorum quàm in iure doctorum licet etiam cauſas decidere.*

33 *Virginalis pudoris non eſt eligere ſibi maritum.*

34 *Incontinens dicitur quæ ſine parentum conſenſu nubit.*

35 *Caſtitas & continentia ſynonima ſunt.*

36 *Pudicitia dicitur caſtitas mentis & corporis.*

37 *Oculus pudicus laniator eſt cordis, impudicus verò per omnia diſcurrit.*

38 *Loquela inter iuuenem & mulierem à circunſtantibus non intellecta inducit malam præſumptionem.*

39 *Perſonæ qualitas multum operatur ad inducendam vel tollendam præſumptionem.*

40 *Ingreſſus nocturnus in domum mulieris inducit malam præſumptionem. & nu. 44.*

41 *Præſumptio inducitur ex perſona, ex tempore, ex familiaritate, ex frequentatione.*

42 *Libido in iuuenibus præſumitur eſſe.*

43 *Confeſſio patris eſt euidens probatio.*

45 *Teſtes ſingulares in actibus multiplicabilibus non reprobantur.*

46 *Fideicommiſſariorum aliquis de pluribus ſi moriatur, ius exequendi in cæteris remanet.*

CONSILIVM CXXXVI.

IN Chriſti nomine amen. † Et
1 ſi in multis ſit deterior condi-
tio mulierum, vt in l. in mul-
tis. ff. de ſtatu homi. plurimum
2 tamen † mulieribus iura fauet,
& maximè propter ſexus fragi
litatem, ut ibi, & in l. 1. C. quan
do Imper. inter pupil. & vidu. & in l. fi. C. de iur.
& fac. ignoran. vbi glo. ff. & C. ad Vellc. & Gulielm.
in Spec. de procur. §. 1. ver. Item quòd eſt mu-
lier. vſque ad verſ. Item opponitur contra pro-
curatorem. vbi ponitur in quibus conditio maſcu
lorum præualeat: & in quibus præualeat cõditio
mulierum: & in quibus conueniat vtriuſque con
3 ditio: & inter cætera † non iuuatur mulier laqueis
legum, quę legem contempſit: vt l. quamuis. C. de
4 adulter. quæ † paupertate non excuſatur ſi turpiſ
ſimam vitam égit, l. palam. ff. de ritu nuptia. Cum
itaq; inſpectis verbis paterni teſtamenti, ex quib.
5 † colligitur quæ fuerit patris intentio, iuxta illud
Tuberonis in l. Labeo. §. Idem Tubero. ff. de ſup.
6 leg. Et cum filia hęc (vt dicitur) ſit naturalis, † ſal
tem iure ciuili pater nihil relinquere tenetur, C.
de natura. liber. l. 1. & l. vxorem. §. pater naturalis,
ff. de legat. 3. & in l. Lucius. ff. de vulgar. & pupill.
& in l. ſi is qui. etiam iure pretorio. l. ſpurius. & l.
hac parte. ff. vnde cogna. Potuit ei quod reliquit
eam legem quam voluit imponere, & ſi filia ſit:
argum. l. ſuus quoque. ff. de hære. inſtit. etiam ho-
die. licet ſecus ſi fuerit legitima: vt in l. quoniam
in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. & l. ſcimus.
§. cum autem. eo. tit. & plenè per glo. & Bald. poſt
antiquos in l. ſi pater. C. de inſtitutio. & ſubſtitu-
tio. & in l. ſed etſi in conditione. ff. de hære. inſtit.
7 Imò quod plus eſt † ſi hęc nata eſt ex damnato
coitu, eſt incapax relicti. in auth. quib. mod. natu-
ral. effic. legi. & in auth. quib. mod. natural. effic.
ſui. & in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. non
obſtante quòd pater reliquerit. vt in l. 1. C. de na-
tura. lib. cũ non poſſit incapacẽ facere capacem.
d. l. ſi is qui. de vulg. & pupill. eſt enim hoc prin-
cipis: vt in iuribus præallegatis: vt in l. 1. & 2. & fi.
ff. de natali. reſtit. & in l. 1. & auth. ſua. C. de iure
aureo. anul. per Iacob. Butrig. per Canoniſt. in c.
per venerabilem. qui fil. ſint legit. per Legiſtas ali-
quid, per Dyn. & Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. ff. de liber. & poſthum. Et dato quòd capax
fuerit huius relicti, in ea animaduerto adiectio-
nem trium conditionum. Si arbitrio commiſſa-
riorum maritabitur. Si vitã honeſtam, caſtam, &
pudicam ſeruauerit, & dari uoluit cùm maritabi-
8 tur: † quarum omnium requiritur concurſus, ut
l. ſi heredi plures. ff. de condit. inſtitutio. & quod
plenè per Bart. & alios. in l. ſi is qui ducenta. §. cũ
9 ita. ff. de reb. dubijs. Et præcipuè † cum omnes
reſpiciant vnum effectum, iuxta regulam poſitam
per Bart. & alios. in l. falſa. §. fi. ff. de condi. & de-
mon. Vnde ſingulis inſpectis, quoad primã con-
ditionem,

ditionem. Si arbitrio commiſſariorum &c. uel ſi
contra uoluntatem &c. & ſi hæc conditio nõ ſit
impleta, nec defecerit, cum nondum ſit nupta, nõ
10 adhuc dicitur ceſſiſſe dies relicti, † qui conditio-
nis implemẽtũ requirit. l. j. ff. quan. dies vſusfru.
legat. ced. in l. j. §. ſin autẽ ſub conditione. C. de ca-
duc. toll. ff. quand. dies legat. ced. l. j. & in regula l.
11 cedere diem. ff. de uerbor. ſignifica. cum † etiã
dies ſit incertus, vnde æquiualet conditioni. l.
dies incertus. ff. de conditio. & demonſtra. & l. ſi
Titio, ff. quan. dies lega. ced. & ſic tenet ut plenè p
Bart. in l. quodcũque. §. j. ff. de uerbo. oblig. expe
ctet ergo dicta Margarita diem nuptiarum. Et ſi
12 diceretur † ex hoc relictum non eſſe conditiona
le, cum adiectio illa, cùm maritabitur, non concer
nat ſubſtantiam relicti, ſed tempus executionis,
& ideò relictum purum, iuxta id quod in ſimili
dr̃ l. quidã teſtamento, & in l. ſi ſeruus legatus. §.
qui quinque. ff. de legat. j. & ſic in diem. tamen
13 † dies etiam impedit, & ſuſpendit agendi ptãtẽ
ut d. l. j. ff. quan. dies uſuſf. lega. ced. & Glo. & Bar.
in l. certi conditio. ff. ſi cer. pet. pleniſſimè in l.
ita ſtipulatus. ff. de uerbo. obliga. & Bal. & alij in
l. j. C. ut actio. ab hered. & contra hæred. & Inſti.
de actio. §. ſi quis agens. & Inſt. de excep. Et dato
14 † quòd illa conditio arbitrio commiſſariorum
tolleretur ut quidam dixerunt, per legem, cum. ut
le. §. ſi ab arbitratu. ff. de conditio. & demonſtrat. &
quod ibi per Bart. & Gloſ. & Bar. in l. Titium &
Mæuium. in princ. ff. de adminiſtratio. tuto. non
15 † tamen tollitur hæc poſita in principio relicti:
dum dicitur, quas dicta Margarita habere debeat
in dotẽ tempore quo maritabitur. quæ uerba re
ſpiciunt diem nuptiarum, non nubilis ætatis: ut
plenè per Cyn. & Saly. & alios in l. ſancimus. C.
de nuptiis. l. Titio centum. §. ante nuptias. & ali-
quid ibi per Barto. ff. de conditio. & demõſtrat.
16 Nec † enim hæc conditio, cum nupſerit, tollitur
ut improbata, ut in d. l. ſancimus. & ff. de condi-
tioni. & demonſtra. l. hæc conditio. & in l. ſi an-
cillę. & plenè in l. ſi ita. & l. legatum. C. de condi.
inſertis. & in l. 3. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.
ſub condi. fact. Imo quod plus eſt, cum hic reli-
ctum ſit factũ ſub illa conditione, ſi & in quan-
tum ſe maritet ſecundum arbitrium, & demũ ad
emptum ſub contraria conditione, ſi ſe maritet
contra arbitrium, quo caſu quo ad tollendam cõ
ditionem non refertur l. quoties. de conditi. &
demonſtra. & firmauit Bar. in d. §. ſi arbitratu. li-
cet Azo aliud ibi dixerit, tamen inſpecta quali-
tate teſtatoris cum fuerit pater, & inſpectis per-
ſonis quarum arbitrio committitur conditio il-
la, non debet de medio tolli, & inſpecta cauſa re-
17 licti, primo † arguendo de dote ad matrimoniũ,
ut uoluit Glo. in l. mulier. §. ſi dos. ff. quod met.
18 cau. ut † ergo pater poteſt dotem alterius arbi
trio committere, l. j. & ibi plenè per Bar. & Mod.
ff. de legat. ij. pariter & etiam matrimonium, ſeu
nuptias, quod etiam eleganter uoluit Bal. in l. j.
in fin. C. de nup. dicens alterius arbitrio patrem
nuptias ac dotem commitere poſſe. per l. ſi pater
C. de ſponſali. dicens quòd quę plurimum pen
dent à uoluntate patris, poſſunt per patrem alte
ri committi post mortem. ff. de dote prælega. l.
19 Theopompus. Cum ergo ex omni capite † hęc
filia non deberet abſque patris uoluntate, uel cõ
ſenſu alteri nubere, iuxta regulam poſitam in l. ſi
filiusfamilias. ff. de ritu nup. & in l. ſi ut proponis.
20 C. de nuptiis. & ſi non de iure, cum † non ſit
in poteſtate, uel de iure Canonico hodie, per ea
quę dicuntur per Doctor. in l. Imperatores. ff. de
21 ſta. ho. de bona honeſtate † hoc facere deberet ip
ſa filia, iuxta illud Gratiani xxij. q. 2. c. non om-
nis. & c. fin. ibi, ſimilis conditio & de uirginibus
habeatur, ne extra uoluntatem parentum cogan-
tur maritos ſuſcipere, & ibi, cum ergo dicitur pa
terno arbitrio nubere uiris, datur intelligi quòd
paternus conſenſus deſideretur in nuptijs, nec ſi
ne eo iuſtæ habentur nuptiæ. iuxta illud Auriſti
Papæ, aliter non ſit legitimum coniugium, niſi à
parentibus tradatur, & probatur Geneſis xxiiij.
tranſumptiuè. xxxij. q. 1. c. honorantur, ibi, illa
enim expectet iudicium paternum. Cui etiam cõ
ſonat auctoritas Auguſtini & Pauli ad Coloceñ.
ſes. 7. tranſumptiuè xxxij. q. 1. c. merito. pari æ-
quitate uidetur dicendum, quòd hoc potuit pa-
ter alij committere, cum hic in dubio patris iudi
cium ſit ſequendum. l. ſi. de confir. tut. quo nul-
lus uidetur melior amicus, l. quidam cum filium.
ff. de here. inſtituen. Per quæ clarè uidetur dicen
22 dum quòd † & ſi illa conditio, cum arbitrio &c.
appoſita in legato foret ex iuris diſpoſitione tol
lenda: ut d. §. ſi arbitratu. ratione uiduitatis quæ
induci poſſet illo nolente arbitrare, ut ibi conclu
ditur. quæ uiduitas eſt in uirgine reprobata, ut
plenè in iuribus prææallegatis. & in l. fi. cũ auc. ſua.
C. de indi. uidui. tamen in patre talis conditio nõ
videtur improbata, vt uoluit Bal. in d. l. j. C. de nup.
23 Nec obſtat quòd hodie † filia poſſit ſine con-
ſenſu patris matrimonium cõtrahere, ut plenè in
c. tanta. qui fil. ſint legiti. & in d. l. Paulus. & d. l.
ſi ut proponis. C. de nupt. per Saly. & Doctor. &
præcipuè quę non eſt in poteſtate. non tamen ſe
quitur quòd quo ad hanc conditionem in patre
ſit hęc conditio reprobata, ubi talis conditio nõ
grauaſſet legitimam: quia olim ante ius Canoni-
cum nemo ambigit ex quo eius conſenſus requi
rebatur in contrahendo matrimonio, ut omnia
iura uolunt, & in conſequentiam ſi illam condi-
tionem adiecisſet, tenuiſſet illa conditio, ita etiã
24 hodie † tenebit conditio quo ad qualificandum
relictum, licet non impediatur matrimonium. Et
ſic etiam colligi poterit reſponſio ad l. turpia. §.
1. ff. de legat. 1.

Nec obſtat l. filię. ff. de condi. & demonſt. per
quam uidetur reprobari opi. Bal. in d. l. j. cum hic
fuerit commiſſum arbitrio executorum dicti te-
ſtamenti, unde ubi aliàs illud quod de arbitrio di
citur non attendatur, ſi tamen eſt commiſſum ei
qui ſuper executione habet poteſtatem, illud ar-
bitrium

bitrium non reijcitur. ut d. l. Titium. cũ his quę
25 ibi dixit Bar. Sed † in l. filię. & in l. turpia. &
in §. ſi arbitratu. non conſta: de aliquo officio
ad illum cuius erat arbitrium electionis compe-
tente, cum executione diſpoſitorum in teſtamẽ-
to. Pro hoc etiam ſi rectè conſideretur inten-
tio legis in l. filię. ſi diceretur nihil ſpeciale in fi-
lia, ſuperflua fuiſſet eius determinatio propter re
gulam poſitam in d. l. cum tale. §. ſi arbitratu. quo-
niam ex quo illa conditio tempore aſcripti lega
ti tollitur de medio, & pro turpi habetur, ne ui-
duitas inducatur. fruſtra ibi legiſlator conſide-
raſſet, an deceſſerit ille arbitrator uiuente patre,
quaſi ſi deceſſerit mortuo patre, & non fuerit ar
bitratus deficit legatum, prout dicitur in l. j. ff. de
leg. 2. Nec eſt creditum teſtatorem id dixiſſe
quia nupſerit patre uiuente propter determina-
tionem poſitam in l. hęc conditio. ff. eo. tit. de cõ
ditio. & demonſtra. Propter quę puto opinio-
nem Bald, de qua ſupra eſſe omni ęquitate ſubni
xam. intelligẽdo etiã l. filiæ. ut dixi: cum aliàs nõ
uideo ad quid lex ponderaret arbitratoris mor-
tem, niſi quia caſu non poterat impleri conditio
ſpecificè, uidebatur defecta diſpoſitio, quaſi ſub
conditione impoſsibili concepta, ut dixit Gloſſ.
in l. legatam. C. de conditio. inſert. & hoc prout
diceretur illam filiam nupſiſſe poſt mortem pa-
tris, quo caſu ſicut illo nolente arbitrari recedi-
tur à perſona, ut l. fi. C. commu. de legat. & plenè
in l. j. de legat. j. ita illo moriente, ut probatur
eleganter in d. l. filiæ. & in l. turpia. §. fin. ff. de le-
26 ga. j. et erit ſingularis concluſio † ut ſi quidẽ cõ-
ditio nuptiarum cõtrahendarũ alicuius arbitrio
imponitur à tertio, aut apponitur extraneę, aut fi
liæ. ſi quidẽ extraneę, & tũc aut ille cuius arbitriũ
erat electũ, erat executor teſtamẽti, & ualebit cõ
dictionis adiecto, per id quod in ſimili dicitur
in l. Titium. aut erat alius, & tunc non tenebit, ut
in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ſecundũ caſu cũ fi-
liæ, & tunc aut ille cuius arbitrum eſt electum ui
uit patre uiuo, & tunc ſi filia nupſerit patre uiuẽ-
te, cum eo tempore aliter eo iure nubere nõ po
terat ſine patris conſenſu, ut in iuribus præallo-
27 gatis, & non dicitur defecta, ut † in l. filię. Et idem
ſi filia nupſerit poſt mortem patris, illo mortuo
cuius arbitrium non potuit interuenire, ut ibi ſe
cundum alium intellectum. & ita intelligitur etiã
28 d. † l. turpia. §. j. de leg. j.
29 Nec obſtat quòd † hęc filia ſit naturalis: quia
in ijs quibus pater naturalis non poteſt diſpo-
nere, ualet ſi quid diſpoſuit, ubi filio naturali re-
liquit. ut in l. naturali filio. ff. de confir. tuto. & ra
tio etiam habetur in l. ſi pater. C. de ſponſa.

Quinimò & ſi diceretur indiſtinctè hanc con
ditionem de iure improbatam, ex defectu aliarũ
conditionum uidetur legatum euanuiſſe, cum ad
conſequendum legatum debeat uitam honeſtã,
caſtam, & pudicam ducere, quæ probantur in ea
30 defeciſſe, & † ſi ea quæ nubit dicatur honeſtè ui
uere, ut eſt tex. & ibi Bar. in l. mulier. §. cùm pro
poneretur. ff. ad Trebel. & Bal. aliquid in l. j. alias
fin. C. de indic. uiduita. ubi diſtinguit inter conti-
nentiam, pudicitiam, & caſtitatem. de quo etiam
per Canoniſtas de uita & honeſta. clerico. cap. ut
31 clericorum, & inter cætera † pudicitia aſcribitur
in muliere: ut in l. j. §. ſexum. ff. de poſtu. ibi, con
tra pudicitiam ſexui & bonis moribus cõgruẽtẽ.

Sunt enim plures teſtes examinati ſuper uita,
& moribus dictæ mulieris, ex quorum depoſitio
nibus concluduntur hæc. Primum quòd hæc ua
rijs & diuerſis horis, & uicibus uiſa eſt loqui cũ
Antonio Vandini de Bononia. Secundum quòd
filo capta eſt de Antonio. Tertium quòd Anto
nium elegerat in maritum. Quartum quòd am
plius non eſt uirgo, quæ an ſugillent honeſtatẽ,
caſtitatem, & pudicitiam, pluribus auctoritati-
32 bus probatur quòd ſic, quibus † etiam licet
cauſas decidere, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. ff. ſi
cert. petatur. Modernorum in l. ſeptimo menſe.
ff. de ſtatu. homi. & primo authoritate Catholi-
con dicentis. in uer. pudicus. quòd pudicitia &
pudicus dicuntur à pudore, id eſt, caſtitate, quaſi
pudoris cuſtos, uel amicus. Vnde pudicitia eſt
uirtus, modum libidinis domans, ſed eius inſi-
gnia nõ abhorrent, cuius ſigna ſunt geſtus corpo
ris, blanda uox, accuratè loqui. Vnde uirgines ca
ſtas dicimus, matronas autem pudicas. Hinc ſub-
eſt illud Gratiani in c. honorantur. xxxij. q. 2. nõ
33 † enim eſt uirginalis pudoris eligere ſibi maritũ,
quem ſibi elegerat hæc Margarita. ut clarè con-
ſtat ex depoſitione teſtium, ut dicitur. Quibus
34 † etiam dicitur incontinens, quę ſine parentum
conſenſu nubere intendit, ut c. non omnis. & in
ſim. ſuperius allegatis. Per quod nec caſta dicitur
35 cùm caſtitas & continẽtia ſint ſynonima, † ut in
c. ut clericorum. ubi Ioan. And. & in c. de multis.
de ęta. & qualita. de conuerſio. coniuga. c. j. & ca.
cum ſis. de electio. & in c. ij. & in c. firmiter. in fi.
36 de ſum. Trinita. Hinc eſt quòd † pudicitia dici-
tur caſtitas mentis & corporis. lxxxj. diſtin. ca.
propoſuiſti. & xxij. q. j. c. fi. Dicitur etiam carnis
integritas. xxviij. q. v. c. ſic enim. Hinc ſequitur
illud Io. And. in procemio decretalium in uer. pu
dicus, ſuper Gloſſ. Bern. referentis illud Vgo. de
37 Folcto dicẽtis, pudicus † oculus ianitor eſt cor
dis, & excludit quidquid indecens nouerit. Im-
pudicus quęrens quod placeat, per omnia diſcur
rit, uolentes intrare patitur, nolentes hortatur, vn
de oculi prima tela ſunt adulteræ. Seneca de re-
medijs fortu. oculi irritamẽta ſunt uitiorũ, & du
ces ſcelerum. & in Hiero. ad Furi. Speculum eſt fa
cies, & tanti oculi mentis fallentur arcana. Ad
idem etiam Claudianus, maximè autem mulieri-
bus conuenit. Vnde Hieronymus contra Ioui-
nianum. Multa ſunt quæ per ſe clara ingenia, &
uires illuſtrant mulieris: propriè uirtus eſt pudi-
citia. Quibus conſonat quod idem Ioan. And.
de uita & honeſta. clerico. lib. vi. ſub rubr. in no-
uella. ut honeſte (etiam ſpectet ad laicos) uiuere
Hinc eſt quod eſt unum de iuris præceptis, ut in

procẽ.

proœ. Decretalium. & in l. Iuſtitia. §. 1. ff. de iuſti.
& iure. Et hinc eſt quòd honeſtas deriuatur ab
honore, ſicut maieſtas à maior, ſecũdum Priſcia-
num, ſed ſtrictè ſumitur pro caſtitate corporis,
de qua dicit lex, nihil ſic in ſacris ordinationibus
diligimus, quàm cum caſtitate viuentes. in auth.
quo. opor. epiſcop. §. hoc de Deo. Et hinc eſt ꝙ
Hiero. illam virginem commendat, cuius nec mẽ-
tem cogitatio, nec carnem libido maculauerit.
Quibus conſonat illud Gratiani a 3. diſt. c. ijs igi-
tur. ibi, pudorem atq; verecundiam mentis, ut ibi
probata, non tantum pudica. iuncta gl. expoſitiua,
quæ dixit, ideſt, continentia, quoad ſermones la-
ſciuos. Sic etiam de honeſtate dicitur quoad mo-
res, vt in l. iuſtitia. §. 1. ff. de iuſt. & iur. & inſt. eo. §.
iuris præcepta. ibi honeſtè viuere.

Quibus omnibus concluditur hanc Margari-
tam non caſtè, nec pudicè vixiſſe, iuxta depoſita
per teſtes ſuper deductis: quia locuta fuit cũ An-
38 tonio, † ex qua loquela, & quia nõ intellecta per
circunſtantes inducitur mala præſumptio, iuxta
id quod in ſimili in l. ita fidei. ff. de iure fiſci. atten
ta qualitate perſonæ cum qua loquebatur: quia
iuuenis: & quia extranea, iuxta illud in auth. ut lic.
mat. & auiæ. §. his quoque. & in auth. ſi quis ea. C.
de adult. & quod legitur, & not. in l. & ſi domum.
39 aliàs in l. quod ait prætor. ff. de adult. Nam † qua-
litas perſonæ multum operatur ad inducendam,
uel tollẽdam ſuſpitionẽ, ut in l. ſi ſeruus. & l. utrũ
ff. de donatio. inter vir. & vxor. & in l. qui teſta-
40 mentum. ff. de probatio. Similiter † & ingreſſus
domus de nocte per id vulgatum, A iuuene cu-
pido credatur reddita virgo? vt dixit glo. in l. ſi
uerò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. ff. mand.
& quod plenê per Bald. in l. neque natales. C. de
probatio. & hoc eſt quod etiam voluit Guilich.
41 in Specul. de præſumptio. §. 1. dicens † præſum-
ptionem induci ex multis cauſis. ſcilicet ex perſo-
na. 89. diſtinct. decenter. 31. q. 2. Lotharius. 4. q.
ſecunda, teſtium. de præſumptio. capit. fina. & de
pœn. & remiſs. noua. 46. diſt. nonnulli. Ex loco,
17. quæſt. 4. quiſquis. de præſumptio. literis. & c.
tertio. Ex tempore. 18. q. 2. Gonſaldus. de ſpon-
ſali. ap id quod facit quod plenè habetur. 80. di-
ſtin. in omnibus. Ex familiaritate. 34. diſt. quo-
rundam. 28. q. 5. ſæpe. Ex dilectione. 31. quæſt.
4. ea. de pœnit. diſtin. 4. cap. fi. uerſ. quem cauſam
moribus. de præben. graue. & 28. diſtin. de Sira-
cuſanæ. Ex frequentatione. de uita & honeſta-
te cler. monaſteria. & cap. clerici. 81. diſt. Ex æta-
te, de cler. coniuga. cum in iuuentute. 11. q. 1. ſce-
luſi. 34. diſtin. fraternitatis. quæ omnia ſi quis re-
ctè inſpexerit ad præſumptionem ſuſpectæ uitæ,
& inhoneſtæ ſeu impudicæ & incaſtæ, concur-
riſſe probantur. ſi ex perſonis quia extraneæ, ex
loco, quia ad feneſtras, exiſtente dicta Margarita,
vt vulgo conſtat vt plurimum amaſias eſſe. ex fa-
miliaritate perſonæ cum habitatione, quam pro-
batur habuiſſe in domo Thomæ de Oliuerijs, vbi
habitabat dictus Antonius. Ex dilectione, cum
ſit probatum per duas mulieres hanc eſſe filoca-
ptam, & ardentem ex dicto Antonio. Ex fre-
quentatione, cum per plures teſtes, ſit probatum
ad inuicem hos fuiſſe allocutos, iunctis his quæ
dicit gl. a 3. diſt. his igitur. Ex ætate quia iuuenes
42 † in quibus præſumitur libido. vt in d. c. cum in
iuuentute. Ex verbis per id quod dixit Bart. in l.
gerit. ff. de acquir. hære. ſeu ex eius confeſſione,
43 † quæ eſt euidens probatio, per id quod dicitur
in l. 1. C. de confeſsis. & in l. generaliter. C. de nõ
num. pec. per Bald. & omnes, cum dixerit ſe non
virginem, & eſt multiplicata quæ multum proba-
tionem inducit, etiã ſi ſit facta parte abſente iuxta
doctrinam Bar. in l. cũ ſcimus. C. de agric. & cenſ.
† Ex tempore, & ratione ingreſſus domũ de no-
cte, iuxta illud quod in ſimili dicitur de offic. de-
lega. conſuluit. Nec puto hic poſſe obijci de ſin-
gularitate teſtium, iuxta id quod dicitur, in l. iuriſ-
iurandi. C. de teſta. extra de teſti. c. licet vniuerſis.
tum, quia ut clarè dicitur in allegationibus non
45 ſunt ſingulares, tum etiam: † quia deponitur de
actu multiplicabili ad eundẽ affectum non repro-
bantur teſtes ſingulares, iuxta doctrinam gl. & ibi
per Modernos in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. Ex
quibus omnibus meritò poteſt iudex moueri, ut
hæc non dicatur uitam pudicam egiſſe vt decet
virgines, iuxtà id, quod legitur. in l. 3. §. & tu ma-
gis. ff. de teſti. & in l. admonendi. ff. de iureiur. per
Bart. & in cap. veſtra. de cohabi. & muli. per do-
minum Antonium & Canoniſtas; attento dicto
teſtium dicentium, ꝙ actus de quibus in capitu-
lis, non conueniunt pudicitiæ mulierum, & uirgi-
num. Puto tamen ꝙ ipſa volente nubere ad arbi-
trium fideicommiſſariorum ſuperuiuentium in
46 quibus † fortè remanſit omne ius exequendę uo
luntatis, per id quod plenè legitur in c. fi. de teſti.
lib. 6. Si dignum uirum ei dare voluerint, ipſos
hęredes pie facere, dãdo id quod pater ei reliquit,
iuxta id quod in ſimili dicitur in l. poſt certi, & in
l. cũ affirmes, C. de lib. cau. quod nõ puto eos de-
negaturos iuxta relata. Laus Deo eiuſq; matri &
B. Antonio, & Romualdo hodie die 23. Iun. 1451.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt dico & cõſulo, ego
Antonius de Prato veteri V. I. D. Bononiæ, iu-
ra ciuilia legens, & in fidem pręmiſſorum propria
manu ſubſcripſi.

CONSILIVM D. PETRI DE BARbobus de Padua iura ciuilia in ſero legentis Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus in ſucceſſione patris defuncti præfertur fratri ex vno latere tantum. et num. ſeq. ſed contra nu. 14. 21.*

2 *Statuti vocantis fratrẽ ex vno latere coniunctum ad hæreditatẽ fratris defuncti cum fratre ex utroque latere intellectus: & nu. ſequen. & ſignanter num. 14. 21.*

Statuta

3 *Statuta intelligenda ſecundum ius commune.*
4 *Primo ad ſucceſſionem nominatus videtur primo loco vocari.*
5 *Statuta ita ſunt intelligenda ne alicui auferant legis beneficium.*
6 *Statuta intelligenda eo modo ne quis indebitè damnum patiatur.*
7 *Lex plures vocans ad hæreditatem vel tutelam cenſetur eos vocare gradatim, eodem & modo teſtator & nu. 8. quod quomodo procedat declaratur num.22.*
9 *Statuentium mẽs non videtur vt voluerint uno uerbo iuri communi in duobus derogare.*
10 *Principum beneficia ita ſunt interpretanda ut non contineant duo ſpecialia.*
11 *Argumentum de ſtatutis ad reſcripta ualidum.*
12 *Statuentium principalis intentio attendenda.*
13 *Actus non debet operari vltra intẽtionem agentiũ.*
15 *Copulatiua, &, natura.*
16 *Conſanguinei & ipſi ſunt de agnatione.*
17 *Lex excluden. à ſucceſſione aliquẽ fauore alterius, lucrum ad eum deſertur, cuius fauore quis excluditur.*
18 *Intellectus ad l.1.C. de legit. hæred.*
Agnationis vbi habetur ratio, vocatur ad beneficium coniunctus ex paterno latere tantum, ſicut & coniunctus ex vtroque latere etiam in feudis.
19 *Conſuetudo optima legum interpres.*
20 *Statutum non recipit interpretationem paſſiuam et reſtrictiuam à iure communi quando venit derogatiuè ad ius commune.*
23 *Coniecturis locus eſt in incertis non in certis.*
24 *Legitimam primum filius detrahere poteſt ſine grauamine.*
25 *Filius grauatus onere fideicommiſſi detrahit duas quartas ſecundum communem opinionem, quæ in practica ſeruatur.*
26 *Diuiſio facta per patrem in teſtamento inter filios, an habeatur loco prælegatorũ, vel loco legatarij.*
27 *Hæres cùm alienare prohibetur, prohibitus eſſe cenſetur à detractione Falcidia & Trebellianica.*
28 *Quod per hæredem deduci non poteſt ratione Falcidiæ ſeu Trebellianicæ de bonis alienari prohibitis, an debeat ſeu poſſit deduci de alijs bonis.*
29 *Legitima eſt tertia pars portionis debita ab inteſtato.*
30 *Legitimam quomodo & in quibus filius detrahere poſſit. & nu.31.*
32 *Arbitrium boni viri regulandum ſecundum iuris fundamenta & regulas.*
33 *Ad communionem quis non cogendus.*
34 *Socius habens caſtrum ſeu ciuitatem cum alio non poteſt in ea facere quod tenderet ad æmulationem alterius.*
35 *Iudex ſtudere debet ut ſcandala tollantur.*
36 *Res quæ cõmodè diuidi non põt uni eſt adiudicanda, & alter in alia re ſeu pecunia recompenſandus, ſiue res indiuiſibilis ſit naturaliter ſiue alia rõne.*
37 *Arbiter electus ad diuidendum ratione partis minimæ, quæ magis adiacet uni quàm alteri, illam adiudicat parti cui magis adiacet.*
38 *Relicto caſtro & molendinis, intelliguntur relicta domus licet ſeparata, quæ ad vſum ſunt molendinorum.*

CONSILIVM CXXXVIII.

IN Chriſti nomine amen. Prima dubitatio quæ elicitur ex
caſu pręmiſſo, eſt, quis vocetur
ad hæreditatem d.D. Antonij
defuncti, an D. Igi. eius frater
vtrinque coniunctus, an verò
ſimul cum d.D. Igi. uocetur et
Iacob. Ant. qui eſt frater tantũ conſanguineus? &
de iure communi quæſtio iſta nullũ haberet du-
1 bium: quoniam conſtat † quòd in ſucceſſione fra-
tris defuncti, pręfertur frater vtrinq; coniunctus,
fratri ex vno latere tantum coniuncto, authen.
itaq; C. commu. de ſucceſſ. & in auth. de cõſang.
& vt. fra. §. 1. duo enim vincula magis vrgent quã
vnum, ut dictis iuribus notatur. Sed in propo-
2 ſito dubium ſurgit † propter ſtatutum, quod vo-
cat pariter fratrem coniunctum ex uno latere, cũ
fratre vtrinq; cõiũcto ad hæreditatẽ fratris defun
cti, nullis liberis, ſiue deſcendentibus extantibus.
Videndum eſt igitur an virtute dicti ſtatuti,
poſſit dictus Iacob. Ant. petere ſe admitti ad hæ-
reditatem d.D. Antonij defuncti, cum dicto D.
Igi. fratre vtrinque coniuncto, cùm ipſe ſit frater
tantum conſanguineus? & dubiũ facit quòd non.
quoniam ſtatutum ipſum quod uocat ad exclu-
ſionem ſororum defuncti, & ſic fœminarum, fra-
tres vtrinq; coniunctos ex uno latere tantum, in-
telligitur uocare eos ſecundum iuris ordinem, id-
eſt, attenta forma iuris communis, ita vt extanti-
bus fratribus vtrinque coniunctis illi ſoli uocen-
tur, ad excluſionem ſororum fœminarum: ubi au-
tem tales vtrinquè coniuncti non extarent, tunc
demum uocẽtur fratres ex vno latere tantum, ita
quòd fratres ex vno latere tantum uocentur ad
excluſionem ſororum, & fœminarũ; demum de-
ficientibus fratribus vtrinque coniunctis, nõ au-
tem quòd pariter cum illis uocentur. l. vt grada-
3 tim. §. ſed ſi lege. ff. de muneri. & honor. † Statuta
etiam intelligenda ſunt ſecundum ius commune;
& ab eo recipiunt interpretationem reſtrictiuam
& paſſiuam, dictum ſi lectus. de conſuetu. & not.
glo. in l. 2. de noxali. & in l. fi. §. in computatione.
de iure delibera. & in authen. omnes peregrini.
communia de ſucceſſ. & not. Bar. in l. omnes po-
puli. de iuſtit. & iure. in uerſ. tertia quæſtio, an ſta-
tuta recipiant interpretationem declaratiuam. &
Bal. in l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. communia præ-
diorum. & in l. 1. de fide inſtr. quaſi ergo ſint uo-
cati, ſicut ordinatur per ſtatutum, ſicut etiam vo-
cantur de iure cõi, dicendum videtur, vt dictus
D. Igi. ſolus ſuccedat, quia vtrinque coniunctus,
non dictus Iaco. Ant. qui eſt tantum conſangui-
4 neus frater. Pro quo facit, † quia ſtatutum in ver-
bis

bis primo vocat fratres vtrinq; coniunctos,quaſi
velit eos primo nominando, & primo loco voca
ri.ar.ad hoc l.quoties.de vſuf.& in l.ſi quis ſeruũ.
§.certũ.de leg. 1.facit ẽt quia dictũ ſtatutũ eſt ita
intelligendũ,ne fratres vtrinq; cõiuncti pdant le-
gis beneficiũ:qđ eſt ut fratres utrinque coniuncti
5 præferãtur fratrib.ex vno tm̃ latere cõiũctis † ſta
tuta.n.ſunt ita intelligenda,& reſtringenda,ne ali
cui auferatur legis beneficiũ, vt ſentit gl.in d.§.in
computatione,& not. Bal. in l. ab executione.C.
quo.appel.non recip.in 3. col. verſ. quæritur. &
6 etiam dicimus † quòd ſunt intelligenda, ne qnis
indebitè damnum patiatur.l.adigere.§.quamuis.
ff.de in ius voc.& no.Bal.in d. §. ſi conſtat.
Secundò qđ dictum ſtatutum vocans fratres
vtrinq; coniunctos,& ex vno latere tm̃,ad ſucceſ-
ſionem fratris prædefuncti ad excluſionem ſoro-
rum, intelligatur eos vocare ſub ordinatione, &
7 non pariter. facit:† quia vbi lex vocat plures ad
hæreditatem,vel tutelam,cẽſetur eos uocare gra-
datim,& ideo lex 12.tabularum quæ vocat agna
tos ad tutelam,vel hæreditatem agnati,non intel-
ligitur eos pariter uocare,ſed ordine ſucceſsiuo,
ut inſti.de c.dimi.§.fi.& l.fi.& l.ſi plures.de legit.
tu.& inſti.de leg.agn.ſuc.§.ſi plures ſunt gradus.
8 Sicut ẽt videmus in diſpoſitione teſtantis qñ ad
eos teſtator habet affectionem,ut videantur plu-
res vocati non pariter, ſed ſubordinatè ſecũdum
legis diſpoſitionem. l.Gallus.§.1.& ibi not. ff. de
lib.& poſt.& l.cum pater.§.à te peto.de leg. 2.&
no.in l.fi.C.de impube.& alijs ſubſtitutioni.
Tertiò pro hoc facit;quia ſi diceremus ꝙ fra-
tres ex uno latere tãtum,pariter vocarentur cum
fratribus vtrinq., ſtatutum ipſum induceret duo
cõtra ius cõe,primò excluderet fœminas propter
maſculos contra l.maximum vitium,C.de lib.pręteri.
ſecundò pariter vocaret fratres, ex vno late-
re,cum fratribus vtrinque coniunctis contra di-
9 ſpoſitionem dictæ auct. Item † quia in dubio nõ
eſt credendum fuiſſe de mente ſtatuentiũ, ut uo-
luerint vno verbo,(vt ita loquar) iuri cõi in duo-
bus derogare.l.ſi qñ.in prin.C.de inof. teſ.ad qđ
fac.gl.in l. 1. C. de dot. promiſ.& quod in ſimili
10 dixit Bald.in l.fin.ff.de conſti.prin.ubi dixit, † ꝙ
beneficia principium, ſunt ita interpretanda, ut
11 non contineãt duo ſpecialia. † Et licet arguere de
ſtatutis ad reſcripta, quia in eis fit pãr interpreta-
tio,ut not.Inn.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.
& Bal.in l.1.de legi.& in l.1.de conſtit.prin. & in
l.vxor.qui accuſ.non poſſ. Pro hoc ultimo fa-
cit:quia mens ſtatuentium in propoſito fuit ſolũ
excludere fratres à ſucceſsione, uocando ſolos
maſculos, ut bona ipſa in familia remanerent, ut
patet ex ratione aſsignata in principio ipſius ſta-
tuti,& ſic fuit fauere ſolum maſculos,ad excluſio
nem fœminarum,non aũt inter maſculos, aliquid
innouare: ſatis ergo eſt, ſi ſtatutum ipſum uocet
fratres ex vno latere tantum, in defectum fratrũ
vtrinq; coniunctorum ad excluſionem fęminarũ
abſque eo ꝙ pariter uocet, ad præiudicium ipſo-
12 rum fratrum,utrinq; coniunctorum,† principa-
lis enim intentio ſtatuentiũ eſt ſeruanda. l. ſi quis
13 nec dicam,in prin.ſi cert.pet.& † actus nõ debet
operari vltra intentionem agentium.l. non om-
nis.in prin.ſi cert.pet.
14 Contrariũ tñ de iure verius eſt, † & vigore di
cti ſtatuti dictus Io.Ant.pariter põt petere ſe ad-
mitti ad hæreditatẽ dicti D.Ant.prædefuncti, cũ
ipſo D Ig.quia ſtatutũ ipſum excludens fęminas
ꝓꝑ maſculos,voluit maſculos uocari paſsim,non
habita rõne, an eſſent vtrinq; coniuncti, an con-
ſanguinei tm̃,quod ſatis colligetur ex eo,quia eos
vocat copulatiuè.Si enim mens ſtatuentium fuiſ-
ſet vocare eos ſubordinatè & gradatim, nõ uocaſ
ſet eos copulatiuè ſed diſiunctiuè.Cum ergo eos
uocauerit copulatiuè, videtur eorum mens fuiſſe
15 eos pariter uocare, † quia natura copulatiuæ, &,
poſitæ inter plura ſubiecta, & diuerſa, eſt uocare
ea ad eandem diſpoſitionem pariter ex eodem
contextu.l.huiuſmodi.§.ſi Titio.de leg.1. & in l.
ſi duobus.in prin.eo.tit.& not.Bart. in l. ſi is qui
ducenta.§.utrum.de reb.dubijs.in 4.col.& Bald.
in l.Gallus.§. .de liber.& poſth.facit quod
not.idem Bar.in l.Seio.§.Caio. de fund.inſtru.fa
cit quod habetur in l.& eos.§.cum in tab.de duo.
reis. Pro quo ſecundo facit,quia ratio propter
quam ſtatutum excludit fęminas ſorores de hæ-
reditate defuncti fratris,eſt,ut bona in familia cõ
ſeruentur, ſed ita conſeruantur bona in familia
per fratres cõſanguineos tantum,ſicut per vtrin-
16 que coniunctos. ſunt † enim ipſi etiam de agna-
tione,& ueniunt ſub verbo agnationis, ut l. 1. &
ibi.not.gl.C.de legit. hæred. ergo non inconue-
nit dicere,ꝙ pariter ei ipſi vocentur ad hæredita-
tẽ fratris prędefuncti cũ fratribus vtrinq; cõiun-
17 ctis, quia † vbi lex remouet quẽ à ſucceſsione fa-
uore alterius,ad eũ debet lucrũ deferri, cuius fa-
uore remouetur,ut l.poſt legatum.§ amittere, de
ijs quibus ut indig.& probatur in l. cum emanci-
pati.§.ſi duo,& ibi Bar.ff.de col.bono. Poſtremo
18 de hac.q.videtur caſus iuncta gl. † in d.l.j.de leg.
hær.C.ubi eſt caſus,ꝙ ubi in l.habetur ratio ſolũ
agnationis,pariter uocatur frater conſanguineus
cũ fratre vtrinq; coniuncto,& per illũ tex. inquit
ibi Bal.ꝙ in feudis, in quibus ſola agnatiò conſi-
deratur,& nõ cognatio: frater vtrinq; coniũctus
nõ excludit fratrẽ vterinũ, imò lex uocans ſimpli
citer agnatos,pariter intelligitur vocare cõſangui
neos cũ vtrinq; cõiunctis, & hoc idẽ fuit de men
te eius in c.1.de gradi. ſucceſ. in feu. & idem uo-
luit Ang.in conſ.ſuo. 109.in curſu ſermonis.ſi er-
go ſtatutum ipſum fauore agnationis uocaret fra
tres ſimpliciter,pariter uocaretur frater conſan-
guineus cũ fratre vtrinq; coniuncto, ut patet ex
præmiſsis:fortius hoc dicẽdũ in caſu noſtro, ubi
ſtatutũ excludẽs fęminas ꝓꝑ fratres, uocat pari-
ter,&copulatiuè,fratres cõſanguineos,cũ fratrib.
vtrinq, coniunctis, & hoc maximè verũ eſſet, ſi
conſuetudo ita interpretata eſſet mentem ſtatuẽ
19 tium,ut fertur:quia † optima eſt legum interpres.

cõſuetudo, ut ff. de legib. l. ſi de interpretatione.
20 Nec ob. ꝙ † ſtatuta recipiant interpretationẽ
paſsiuã, & reſtrictiuam à iure cõi, quia illud non
ꝓcedit, ubi ſtatutũ venit derogatiuè ad ius cõe,
quoniã debet ſimpliciter intelligi, ut iacet, & ver
bis ſtatuti tunc nihil addere, uel detrahere debe
mus. ar. in l. in cõuentionalib. de uerb. obli. & in l.
1. de lati. liber. tol. in prin. & no. Bal. ĩ l. ita pudor.
C. de adul. & in l. maximũ uitium. C. de liber. pręteri.
in pen. col. uer. ulterius quęritur. Facit quod
no. idẽ Bal. in l. meminimus, in fi. C. de legit. hær.
& in l. fi. de ſucceſs. edict. vbi vult ꝙ ſtatutũ nõ in
telligitur ſecũdum ius cõe in eo quod extra ordi
narie vel per ſpecialitatẽ quandã, ſiue fictionem
diſponitur, quod ſequitur Pa. de Caſt. in l. leg. 12.
tabularũ. eo. ti. & in l. fi. §. in comentatione. de iu
re deliber. Hoc aũt ꝙ frater utrinq; cõiũctus ex
cludat fratrẽ conſanguineũ eſt ſpecialiter indu-
ctum inter ipſos fratres & non inter ulteriores in
gradu, ut no. Bar. in l. poſt conſanguineos. §. legi
tima, ff. de legi hęr. merito tale ſtatutũ non eſt re
ſtringendũ ad ius cõe, ſed intelligendũ ut ſonant
verba, quæ inportãt, ut pariter ſuccedat conſan-
guineus cũ fratre vtrinq; coniuncto, neq; ab eo
21 excludebatur. Nec † intelligẽdo ſtatutũ hoc mo
do aufertur aliq d legis beneficiũ fratrib. vtrinq;
coniũctis in propoſito, quia nullum erat eorum
beneficiũ, vocatæ enim fuiſſent ſorores vtrinq;
coniunctæ pariter cũ eis: ſtatutum ergo quod pri
uat ſorores fauore agnatorũ non dicitur pręiudi
care fratribus cõiunctis vocando & includendo
pariter cũ eis fratres conſanguineos, quia tantũ
fuiſſet eis ablatura ſoror, quantum frater au-
ferret, ar. ad hoc in l. fi. §. licentia. C. de iure deli-
ber. & in l. ſi ſeruus. §. ſequitur. de verbo. obli.
22 Nec ob. † ſimiliter quod dicitur, ꝙ lex 12. ta-
bularũ quę vocat agnatos ad tutelã, uel hæredita
tẽ, uocat eos ordine ſucceſsiuo, quia ideò eſt, qa
ita exprimebatur in ipſa lege, vt qlibet uocatus
intelligitur prout proximus erat, ut probatur in
§. ſi plures. inſtitu. de legi. agnato ſucceſsio. in ca-
ſu autẽ noſtro ſtatutũ uocat eos pariter, ideò nõ
eſt opus alia interpretatione. Quod aũt dictũ eſt
de diſpoſitiõe teſtatoris habet magis dubiũ, qua
tenus teſtator uſus eſt, copulatiua, &c, ut in d. §. 1.
Non ob. ſimiliter quod dicebatur, ꝙ non eſt
credendum, ꝙ ſtatuentes voluerint derogare iu
ri cõi in duobus, quia illud procederet in dubio,
at in caſu noſtro conſtat, & e uerbis & ex mente
ſtatuentium, ꝙ voluit ipſos fratres pariter uoca
23 ri, & † in incertis, non certis locus eſt coniecturę
l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de leg. 3. Remanet
igitur expręmiſsis, ꝙ ad hæreditatẽ dicti D. An.
prædefuncti pariter debet admitti dictus Ia. An.
frater conſanguineus, cũ D. Igi. fratre vtrinque
coniuncto, non obſtãtibus in contrariũ allegatis.
Secunda dubitatio eſt, quoniam dictus D. An
to. fuit a patre grauatus onere fideicommiſsi, in
certis rebus poſt mortem ſuam, vtrum ueniat de
trahenda trebellianica de ipſis ſiue falcidia. Cla-
24 rum eſt enim, † quòd ante omnia deduci debet
legitima, de bonis ſibi à patre relictis: quia in il-
la non tenuit onus fideicommiſsi. l. quoniam in
prioribus. C. de inoffi. teſta. Dubium eſt ergo,
vtrũ vltra legitimam poſsit detrahi alia quarta.
Et hac pręſupoſita communi opinione pro vera
25 & quã ſeruat conſuetudo, † quòd filius grauatus
de reſtituendo poſt mortem detrahat duas quar
tas, vnam à principio videlicet legitimã, quæ de-
trahitur et reſecatur ipſo iure, & à principio ex le
gis diſpoſitione: aliã eueniẽte tpe reſtõnis fideicõ
miſsi, ut in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de te-
ſta. & ibi not. & in l. quanq̃. ad l. falci. vbi etiã Gl.
& Docto. & per Bar. in l. Papinianus. §. meminiſ-
ſe, ubi etiam Glo. de inoffi. teſta. & Bal. in l. iube-
mus. C. ad Trebel. & in auct. res quæ. Co. de ſuc-
ceſsio. quæ opi. ut dixi ſeruatur in practica. Et in
quit Pau. de Caſt. in d. l. iubemus. quòd hoc ſerua
tur tanquam euangelium. Et in l. filium quem ha
bentem. fam. ercif. inquit quòd vbique ſeruatur.
Et hic ante omnia eſſet diſputandũ & vidẽdũ
utrum, ex quo teſtator ipſe, ut apparet ex ſerie te-
ſtamenti, omnes tres prædictos filios inſtituit
æqualiter hæredes, & non contentus dicta inſtitu
tione, diuiſit etiam inter eos bona ſua æqualiter
26 uel inæqualiter, non curo: utrum † talis diuiſio
habeatur loco prælegatorum, ita ut vnuſquiq;
in rebus ſibi in diuiſione aſsignatis, habeatur lo-
co legatarij, & ita agatur de deducenda falcidia.
An habeat dicta diuiſio vim quotæ hæreditariæ,
ita ut in eis habetur quilibet loco hæredis, & ita
veniat detrahenda trebellianica, attento maximè,
qa dictus teſtator in dicta aſsignatione, mixtim
vſus eſt verbo, inſtituo & lego, ſiue adiudico, de
quo habetur in l. quoties. C. fam. ercif. ubi tex. in
terminis, in patre diuidente bona inter filios,
quos hæredes inſtituit, & not. in l. ex facto. de hæ
re. inſtitu. & in l. quid ergo. la. ij. ff. de lega. 1. cum
ll. ſeq. & in l. filij. C. fami. erciſcun. & not. Bart. in
l. ſi quis ſeruum. §. fi. in fi. coll. uer. Sed quæro, te-
ſtator relinquit. ſed quia vt patet ex infra dicen-
dis, eſt idem ſenſus, ſiue effectus, alter circa hoc
non inſiſto, ſiue ergo habetur loco hæredis in
dictis rebus, ſiue loco legatariorum. Et quęſtio
vtrum de parte aſsignata dicto D. Anto. vltra le-
gitimam, poſsit deduci, ſiue detrahi alia quarta,
ſiue falcidia, ſiue trebellianica: & uidetur dicen-
dum prima facie quòd ſic, per ſupradicta, quia
filius grauatus de reſtituendo poſt mortem, re-
tinet duas quartas, vnam debitam iure naturæ,
& ſic legitimam, aliam iure trebellianicæ, ſiue
falcidiæ, ut in dictis iuribus? & paucis concluden-
do dico conſiderandum, quòd ipſe dominus An-
tonius grauatus eſt de reſtituendo diuerſimodè,
nam certa bona grauatus eſt reſtituere dicto Io-
anni Antonio tantum, & illa prohibitus eſt di-
uidere cum ipſo Ioanne Antonio collegatario
ſeu cohærede, & alienare, adiecta cauſa, vt rema-
neant in familia, & ut dignitas & ſtatus familiæ
ipſius teſtatoris, honorabilius conſeruetur eo
modo,

modo, quæ prohibitio tenuit, iuxta not. in l.fi-
liusfamilias.§.diui.de leg.1.C.de fideicom. l. uo-
luntas.& in l.pater filium,per totam illam l. de le-
gat.3. Secundò grauatus eſt de reſtituendo alia
bona poſt mortem ſuam, pariter dictis D. Igi. &
Io.Ant.& in iſtis non eſt ſimplex cauſa prohibiti-
ua alienationis. Quantum ergo ad prima bona
in quibus eſt ſubſtitutus dictus Io. Ant. tantum
quæ ſunt caſtrorum Fōtanalatæ, & caſtrum Petrę
Moglanæ, cum rochis & villis ſuis, & tota corū
caſtrorum obedientia &c.in quibus eſt prohibita
alienatio,vt ſupra dico,ꝙ ceſſat deductio falcidię,
27 quia † prohibitio alienationis idem importat, ac
ſi prohibita eſſet expreſsè falcidia, quam conſtat
ꝙ teſtator prohibere potuiſſet, vt in authent. de
hære.& falc.§. ſinuero expreſsim, & in auth. li-
cet eum teſtator,ad l.Falc. de quo eſt caſus in au-
then.ſed nec in ea.C.ad l.Falc.& in corpore vnde
ſumitur.videlicet in autheu.vt ſpon.largi. §.ſi. &
ibi gl.in ver.alienatione, & idem eſt in Trebellia-
nica quæ ceſſat,in ſimilibus prohibitis alienari, vt
vult Bald.in d.auth.ſed nec in ea. ad quod inquit
communiter aduocatos non aduertere, & idem
vult Ang.in §.ſi verò expreſsim. in 4.col. & in ſe-
cunda fallen.vbi diſpoſitionem illius auth. inquit
habere locum in trebellianica. In alijs autem bo-
nis in quibus non eſt clauſula prohibitiua aliena-
tionis,& in quibus ſunt ſubſtituti pariter dicti D.
Igi.& Io.Ant.locus eſſe poſſet Falc. ſiue Trebell.
vt dixi:ſed quia eſt idem effectus vt dixi, vt infra
declarabitur,aliter non inſiſto.
28 Succedit tñ in propoſito,illa dubitatio, † an il-
lud quod non poteſt deduci loco Falcidiæ vel Tre
bellianicę de dictis bonis prohibitis diuidi & alie-
nari,& in quibus d.Io.Ant. eſt tantum ſubſtitu-
tus,debeat deduci de alijs bonis,& de illis ſupplo-
ri,& verum pertineat ad onus legatariorum ſolū,
vel fideicommiſſariorum, an etiam hæredis gra-
uati.de quo per gl. in ſimili formantē quæſtionē,
in legato facto in piam cauſam,in auth. ſimiliter.
C.ad l.Falc.& ibi tangitur per Bar.& Paul.de Caſt.
clarius & melius per Bart.in l.ex aſſe.ff.ad l. Falc.
& in l.ſi quis ſeruū.§.fi.circa fi.de leg.2. ſed quia
vt dictum eſt pariter ſunt ſubſtituti in alijs bonis
d.D.Igi.& d.D.Io.Ant. & tantum vnus deduce-
ret,quantum ab eo deduceretur, occaſione dictæ
Trebellianicæ ſiue Falcidiæ,& ſic facta compen-
ſatione,nil eſt deducendum,vt l.ab omnibus. §.ſi
Titio.& ibi Bart.de leg.1.& in l.ſi ſeruum.de cō-
di.& demonſt.ideò de hoc non expedit aliter di-
ſputare, attento maximè, ꝙ pariter ſuccedunt in
hæreditatem d.D.Ant.in qua reperitur ius dedu-
cendæ dictæ Falcidiæ ſiue Trebellianicæ. Redu-
cendo ergo rem ad practicam ordo erit iſte: quia
de portione aſsignata in teſtamēto paterno dicto
29 D. Ant.ante omnia deducere legitimā quæ † eſt
tertia pars portionis & partis ſibi debitæ ab inte-
ſtato.auth.nouiſsima.& l.cū quæritur.C.de inof.
teſta.& illa aſsignabitur d.D.Igi.& Ia.Ant. pro-
ximioribus ab inteſtato vigore ſtatuti, vt ſupra
dictum eſt: ſucceſsiue deducētur bona de quibus
ſupra, quæ prohibita ſunt alienari, & in quibus
vocatus eſt iure fideicommiſsi dictus Ia.Ant.tan
tum.videlicet dicta caſtra, & illa aſsignabūtur ei-
dem abſq; alia deductione Falcidiæ vel Trebellia-
nicæ,vigore dictæ ſubſtitutionis, de reſiduo autē
bonorum quæ ſuperſunt ex parte obuenta dicto
D.Ant.deducenda eſſet Falcidia, vel Trebelliani-
ca ſi reſtitutio eſſet facienda alijs quàm venienti-
tibus ab inteſtato, ſed quia illi idem qui ſunt ab
inteſtato ſucceſſuri,ſunt etiam vocati per fideicō-
miſſum,ideò non eſt opus tractare de deductione
alicuius quartæ, quia quantum vnus detraheret
alteri, tātum alter ſibi detraheret,vt ſupradictum
eſt, & ſic effectu in omnibus bonis obuentis in
parte d.D.Ant.pariter ſuccedent dicti D. Igi. &
Iac.Ant.licet diuerſo iure, exceptis bonis, videli-
cet dictis caſtris,in quibus ſpecialiter eſt ſubſtitu-
tus dictus Iac.Ant.quia in illis ſolus ſuccedet, nul
la detracta Falcidia vel Trebellianica. Nam in le-
gitima ſpectante eidem D.Ant.clarum eſt, quòd
eidem ſuccedunt tanquam proximiores ab inte-
ſtato, & pariter vigore ſtatuti, de quo ſupra. In
reliquis autem bonis exceptis illis de quibus ſu-
pra,ſimiliter ſuccedunt pariter,quia pariter ad illa
vocati ſunt per fideicommiſſum, ex teſtō pater-
no,ut ex præmiſsis ſatis colligi poteſt, & ſic vt di-
xi in omnibus bonis quæ obuenerunt in partem
dicto D.Ant.ſuccedunt pariter,non habita ratio-
ne Falcidiæ uel Trebellianicæ exceptis ipſis ca-
ſtris, quæ ſpectant ad ipſum Iac. Ant. habebitur
tamen ratio legitimæ quæ eſt ante omnia dedu-
nenda,habito reſpectu ad omnia bona, etiam cō-
putatis caſtris,vt ſupra dictum eſt.
Sed ſuccedit tertia dubitatio, cùm ſupra con-
30 cluſum ſit † de omnibus bonis, ēt habita ratione
dictorum caſtrorum,& fortaliciorum: habendo
etiā rationem occaſione legitimæ, an poſsit d.D.
Igi. eligere in dictis caſtris partē ſibi ſpectantem
pro legitima,uel ſaltē pro rata legitimæ,ad eū ſpe-
ctantem, uel etiam in dictis caſtris habere par-
tem, an uerò poſsit d.Io.Ant. ad quē dicta caſtra
ſpectant aſsignare eidē legitimam & partē eidem
tangentem in alijs bonis hæreditarijs, uel in pe-
cunia? & hoc ēt perſtringēdo paucis, quod credo
verius, quia qō præſens eſt, ſatis trita inter Do-
ctores. Dico,ꝙ in propoſito non pōt d.D.Igi.
petere pro parte legitimæ ſibi ſpectante partem
in dictis caſtris & rochis, vnde ſciendum ꝙ filius
cui debetur legitima in bonis non poteſt petere,
vt ſibi aſsignetur pars in qualibet re,& hoc ratio-
ne incommodæ diuiſionis,quæ inde reſultaret,&
quia cogeretur hęres recipere ſociū in cōione,ad
q̄ nemo cogitur, quia ſolet parere diſcordiā l. cū
pater.§.dulciſsimis.de leg.2.& probatur in l.2.C.
qñ & quib.quarta pars &c.Sed debet filius habere
legitimam, in aliqua re,uel in plurib.reb.arbitrio
iudicis & boni uiri, ut d.l.2.& hoc eſt de mente
Bart.in l.ſuus quoq;.in fi.prin.de hęre.inſti. & in
d.l.2.C.quando & quib.&c.& idem tenet Bal.in

l.ſcimus.§.repletionem.C.de inof.teſta. & in l.filium quem habentem.C.famil.erciſcun.& Bal.in repet.c.ſi pater.de teſt.in 6.in 5.col.verſ. quæro nunquid filius,& idem Ang.ſequitur opin. Bart. ſimpliciter in l.ſi pater.C.de inſtit. & ſubſtit. ſub condi.fac.in 4.col.de quo tangitur per gl. in cap. Raynaldus.de teſta.in gl.quæ incipit imò habuerat. Et idem inquit in ſimili Bart. in quarta Trebellianicę.in l.in quartam.ad l.Falc.in 4.q.& idem not.in falcidia quando venit detrahenda ab uno, ſecus ſi à pluribus legatarijs, vt in l.2. & ibi not. per Cyn.& alios.C.ad l.Falc.

31 Eſt tamen dubium † licet filius non poſsit in vnaquaque re petere partem pro legitima, ſed illam debeat conſequi arbitrio iudicis in una uel pluribus, an poſsit ipſe eligere vnam ex rebus hæreditarijs, in quam ſibi conſulat pro legitima ſibi debita? quod dubium mouit gl. in l.nemo poteſt de leg. 1. ſecundum unam literam, prout habetur in gloſſ. verbo, legitima. & eſt glo. ſuper ver. . . . & videtur glo. tenere quòd ſic,& idem videtur fuiſſe de mente Cyn. in auth. res quæ.in vltimis verbis. C.communia de leg. vbi ex inten. Iac. de Aret. videtur velle, quòd filius poſsit ſibi in quibuſcunque rebus conſulere pro legitima ad inſtar creditoris. Verior tamen videtur alia ſententia,quòd ad filium non ſpectet eligere, quam rem vellet pro ſua legitima,niſi quando conſtaret quòd pater eum prædilexiſſet in ea re,qua ſibi loco legitimæ aſsignaſſet.iuxta ea quæ habentur in ſimili in l.filium quem habentem.præalleg.& no ta.Bart.in l.in quartam.præalleg.in 4.q. ſed bene poſſet ei aſsignari arbitrio boni viri, vna ex ipſis rebus hæreditarijs, vel plures,& ſi ſibi aſsignaretur una æque bona,non poteſt illam renuere, & ita ſentit Bal.reiecta opinione Iac.de Aret.& Cyn.in d.§.repletionem.in ver.quarto quæro.& Ang.in d.l.ſi pater.ubi plus vult, quòd,ſi filio pro legitima aſsignaretur pecunia ex cauſa,& non in fraudem,ꝙ non poſſet illam renuere, quia per pecuniam omnia comparantur, & idem eſt de mente Bal.in l.iubemus.in 1.col.C.ad Trebel.ubi inquit quòd iudex in una re,poteſt legitimam filio.aſsignare.& idem Paul. de Caſt. in d. §. repletionem, ſiue in l.ſcimus.in vlt.colum.vbi inquit ſequendo aliorum opinio.ꝙ filius non poteſt in ſingulis rebus petere ſibi aſsignari legitimam, ſed iudex poteſt illi in una uel duabus legitimam aſsignare. Ad idem etiam facit quod not. Bald.in d.l.ſuus, ubi inquit, quòd ubi filius contendit cum fratribus,non poteſt in una re legitimam eligere, licet ſecus ubi contendit cum extraneo.remanet ergo concluſio, ꝙ filius pro legitima ſibi competenti non poteſt petere ſibi aſsignari partem in ſingulis rebus hæreditarijs, nec etiam eligere rem unã arbitrio ſuo, ſed uenit eidem aſsignanda in una vel pluribus rebus mediocribus, arbitrio boni viri,ut concludunt omnes,& patet ex præmiſsis.In propoſito,itaque noſtro non poteſt d.D.Igi.qui quo ad ius deducendi legitimam ſucceſsit loco d.D.Ant.petere partem legitimæ in ſingulis rebus,& per conſequens velle habere partem in dictis caſtris & fortalicijs,& in domibus ſitis intra muros dictorum caſtrorum. Non etiam poteſt petere ut ſibi aſsignetur portio legitimæ ad eum ſpectantis in dictis caſtris ſiue parte ipſorũ,uel in domibus exiſtentibus intra muros dictorum caſtrorum,ſed venit eidem aſsignanda arbitrio bo-

32 ni uiri,quod † quidem arbitrium regulari debebit ſecundum iuris fundamenta & regulas,arg.in l.illicitas.§.veritas.de offic.preſid.& not.Io.And. in c.1.de conſtit.in nouella.ubi inquit quòd arbitria data iudicibus intelliguntur data ſecundum mentem legis & rationis. ut not.Bal.in tit.de pa. iura.firma.§.iudices.in rubr.de perſo.iud.ma.iudi.in 2.q.& facit quod habetur in l.pen.de arbit. C.& in l.3.de dot.pro.& quod no.Bar.in l.in uenditione.§.ſi quis.de bon.aucto.iudi.poſſ.& quod not.Bal.in l.nemo.C.de ſent.& interl. omn. iud. & in l.Iuſtitia.de iuſt. & iur. Quibus conſideratis nullatenus poterit portio legitimæ ſpectantis dicto D. Igi. eidem aſsignari in dictis caſtris uel domibus exiſtentibus intra muros dictorum caſtrorum, ſed adiudicabitur & ſupplebitur eidem quod debetur occaſione legitimæ in alijs poſſeſsionibus & fundis exiſtentibus in dicta hæreditate & portione quæ obuenit dicto D.Ant.ex teſtamento paterno, ſaluis manẽtibus dictis caſtris & domibus d.Iac.Ant. Primò:quia ſi adiudicaretur portio in dictis caſtris & fortalicijs d. D. Igi. non fieret ſine iniuria d.Iac.Ant. quia cogeretur

33 † ad communionem & ſocietatem ineundam,quod eſſe non debet.l.cum pater.§.dulciſsimis; de leg. 2.et l.1.C.quando et quib.præalleg. facit ad hoc text.in l.1.C.fam.erciſc. vbi probatur, ꝙ ubi diuiſio non poteſt fieri ſine iniuria alterius fratris, adiudicatur tota res vni,et alijs ſuppletur ex alijs rebus,uel in pecunia,& probatur Inſtit. de offi.iudi.§.ꝙ ſi non commode. Itẽ ſi fieret adiudicatio d.D.Igi.in dictis caſtris,ſiue in domibus exiſtentibus intra dicta caſtra, de facili poſſet cauſari diſcordia inter ipſos fratres, quæ cauſatur ex communione, & dicta adiudicatio cauſam præberet, ut alter alteri inſidiaretur,iuxta illud,Regnum nõ capit duos,& fraterno primi maduerunt ſanguine muri,et illud Ouidij. Fratrum quoq; gratia ra

34 ra eſt. Ideo † ſpeciale cautum eſt in pluribus habentibus caſtrum uel ciuitatem communem, ne poſsit alter aliquid facere in illo, uel eius occaſione,quod poſſet tendere ad æmulationem alterius, ut not. Bart.in l.2.C. ne fiſ.uel reſpub.et Bal.in l. 2.C.qui cer.fal.poſſ. et not.in c.Piſanis, de reſtit. ſpol.facit quod not.idem Bart. in l.opus nouum. de op.pub.et in l.ſi uero.§.1.de empt.empt.

Ad tollendã quaſi omnem cauſam diſcordiarum et æmulationum, quæ poſſet inter ipſos fra-

35 tres oriri, occaſione præmiſſa, et † ad quam tollendam iudex debet ſtudere.l.æquiſsimum .ff.de vſufruct.nunquã index adiudicabit dicto D.Igi. partem in dictis caſtris,uel intra ipſa caſtra : Item ubicun-

36 † vbicunque res in quibus debetur quarta ſunt tales quę commodam diuiſionem non recipiunt, tunc fit adiudicatio quartæ in alijs rebus uel pecunia. l. ſi non amplius. §. fin. de leg. 1. & ibi Bart. & probatur in l. ſi ſeruus. & in l. ſi fundus ad l. Falc. & ibi Bar. & in l. in quarta, præallegata in 4. q. Qđ procedit ubi ſunt indiuiſibiles, non ſolum naturaliter, ſed etiam ſi ſint indiuiſibiles alia ratione, puta ex iure diſpoſitionis, ſecundum Angel. ibi. quod etiam ſequitur ibi Io. de Imol. Sed conſtat quòd huiuſmodi caſtra, & iuriſdictiones nõ poſſent commodam diuiſionem recipere naturaliter ideo in illis nullo modo poterit adiudicari portio aliqua dicto D. Igi. Item portio quæ poſſet ſpectare dicto D. Igi. occaſione etiam totius legitimæ in dictis caſtris uel domibus ſitis intra muros dictorum caſtrorum eſt portio minima, habita ratione eius partis, quam habet dictus Iacobus Ant. in dictis caſtris, quoniam habet dimidiã in eis iure proprio, & in alia dimidia etiam habet ius vigore ſubſtitutionis de eo factæ, in ipſis caſtris à patre deducto eo quod poſſet aſcendere ad legitimam dicti domini Antonij, in qua tamen parte legitimæ etiam ſuccedit pariter cum ipſo dom. Igi. Attento ergo quòd portio quæ ſpectare poſſet ad ipſum dom. Igi. occaſione prædicta eſt portio minima, fiet arbitrio boni uiri adiudicatio dictorum caſtrorum in totum ipſi Iacobo An. & de reſiduo aſsignabitur legitima, ipſi D. Ig.

37 Ad quod facit: † quia arbiter electus ad diuidendũ ratione partis minimæ, quæ magis eſt adiacens, conueniens uni quàm alteri, illam adiudicat parti, cui magis adiacet, & alij de reliquo ſupplet, l. quicunque. C. de omni agro deſer. lib. 11. & etiã Gloſ. in l. 2. præalleg. C. quando, & quib. quarta pars. in gloſ. in verſ. partibus. quæ in propoſito noſtro optimè facit. & tex. optimus in l. ſancimus. §. ne autem. C. de donatio. & not. Bal. in l. ſi ius quo que. ſecundum aliquas lectu. de hæred. inſtituen. Iſtis ergo, & alijs conſideratis, quæ magis in facto quàm in iure conſiſtunt, bonus iudex arbitrabitur portionem legitimæ ſpectantis dicto do. Igi. eidem aſsignari debere in alijs rebus & bonis extra dicta caſtra, ſaluis manentibus caſtris ipſis cũ domibus quæ intra ea ſunt, ac omni iuriſdictione dicto Iaco. Ant.

38 Circa vltimum † vtrum in ſubſtitutione facta de dicto Ia. Ant. in dictis caſtris, & fortalicijs &c. veniant domus quæ erant deſtinatæ, & deputatæ ad vſum molẽdinorum, & ſimiliter domus deputatæ pro tabernis, & huiuſmodi quæ ſpectant, & conſueuerunt uenire in locationibus datiorum, ſiue gabellarum, quæ fiunt per ipſos Dominos caſtrorum. Videtur dicendum quòd ſic, quoniam cum dictæ domus deputatæ ſint, ad vſum molendinorum, & datiorum ſiue gabellarum, in fideicõmiſſo facto de ipſis caſtris, molendinis, cum omni iuriſdictione &c. veniunt domus ipſæ licet ſint quid ſeparatũ ab ipſis molẽdinis & de per ſe, ut eſt tex. in l. Seiæ. §. Tyranidæ. ff. de fun. inſtr. & ibi Bar. facit quod idẽ no. in l. 1. in fi. de reb. dub. Ad quod etiam facit te. in l. prædijs. §. qui domũ de leg. 3. & hoc maximè verum eſt, cum legatum dictorũ caſtrorum cũ iuriſdictione, & molẽdinis ſit factum cũ adiectione ſigni uniuerſalis omni, &c. ut l. Iulianus. in prin. de leg. 3. & fac. quod notat Bar. in l. generali. §. vxori de vſufruc. lega.

Ex præmiſsis igitur omnibus remanet concluſio quòd in hæreditate dicti D. Ant. prædefuncti ſuccedit pariter dictis Iac. Ant. conſanguineus frater, cũ dicto D. Igi. fratre vtrinq; coniuncto, & quòd de caſtris, & fortalicijs, & alijs bonis de quib. ſupra, in quib. idem Iac. Ant. eſt ſolus ſubſtitutus dicto D. Ant. & quæ prohibita ſunt diuidi, & alienari à teſtatore, nulla venit detrahenda Trebellianica. In alijs autẽ bonis in quibus pariter eſt ſubſtitutus cum ipſo D. Igi. nulla ſimiliter in effectu detrahitur Trebellianica. Et quòd dicto D. Ig. aſsignanda eſt portio ad eũ ſpectans occaſione legitimæ, in alijs autem bonis præterquam in dictis caſtris, & domibus intra muros comprehenſis, & quòd in ſubſtitutione facta de dicto Iac. Anto. veniunt domus deputatæ ad vſum molendinorum, & datiorũ ſiue gabellarum, ut ſunt domus tabernariæ, & huiuſmodi. vt ex præmiſsis patet. Laus Deo.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt dico, & conſulo iuris eſſe, ego Petrus de Barbobus de Padua, legum Doct. & iura ciuilia legens in hoc ſtudio: in quorum præmiſſorum fidem propria manu me ſubſcripſi, & ſigillo conſueto muniui.

SVBSCRIPTIO.

Et idem iuris eſſe dico, & conſulo ego Angelus Domini Alexandri, Domini Angeli de Vbaldis de Peruſio. I. V. D. &c.

CONSILIVM D. PETRI DE Barbobus de Padua legum Doct.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum relictum à filijs filij an teneat.*
2 *Teſtator addicens fideicommiſſum rebus non perſonis, bona ad quemcunque tranſeunt cũ onere ſuo,*
3 *Fideicommiſſum nominatim relictum à filio ſub duplici conditione uidetur onus adiectum ſi eius filij ſine filijs deceſſerint.*
4 *Fideicõmiſſũ relictũ nominatim à filijs filij nõ ualet.*
5 *Fideicommiſſum nominatim non iniunctum, ſed relictum per teſtatorem impersonaliter locutũ, an ualeat. & quod ſic nu. 6. ſed contra nu. 7.*
8 *Subſtitutio facta puberi per uerba directa eſt penitus nulla.*
9 *Verbum ſuccedat, eſt uerbum commune: ſecus tamẽ ubi refertur ad perſonam inſtituti & principaliter diſponit reſpectu perſonæ, & non reſpectu rerum cum tunc ſit directum. nu. 10.*
11 *Legitima grauari non poteſt onere fideicommiſſi.*
12 *Fideicommiſſarius grauatus de reſtituendo poteſt*

detrahere trebelliani tam.
13 *Quartæ duæ ab hæreditate deduci poſſunt de diuer*
ſis temporibus ſecundum communem opinionem.

CONSILIVM CXXXVIII.

IN Chriſti nomine amen. Viſo caſu ſuprascripto de duob.
dubitatur. Primo an fideicommiſſum ſiue ſubſtitutio facta
Henrico Victoris filio de iure valeat, & teneat vel non, adeò
vt Iacobus patruus dicti Henrici eidē ſubſtitutus admittatur uirtute dictæ ſub
ſtitutionis ad bona quondam Ioannis teſtatoris,
& ſucceſsiuè Victor, uel non admittatur. Secun-
do poſito ꝙ dicta ſubſtitutio tenuerit, an per ue-
nientes ab inteſtato poſsit deduci legitima debi-
ta Victori, in bonis prædicti Ioan. eius patris. Iex
Trebellianica. Prima dubitatio recidit in illam
1 quæſtionem videlicet, † an fideicommiſſum reli-
ctum à filijs filij teneat, vel non: de qua per Bar. in
l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & in l. ſed & ſi ſic.
de leg. 3. & aliquid per eum tangitur in l. codicil-
lis. in prin. de vſufruc. leg. & per Bald. in l. precib.
C. de impuber. & al. ſubſt. & in l. ab eo. C. de fidei
com. & per Ray. de Forli. in tract. ſuo ſubſtitutio.
materia compendioſa, circa finem.
Pro intelligentia igitur dubitationis noſtræ cō
2 ſidero plures caſus, qui poſſunt contingere. † Pri
mus quòd teſtator addicit fideicommiſſum reb.
& non perſonis, exemplum quia dixit ſi filius meus
vel nepos deceſſerint ſine liberis, hæreditas reſti-
tuatur hoſpitali, hic enim teſtator non grauauit
perſonam filij vel nepotis, ſed affecit bona onere
fideicommiſsi. ideò hoc caſu ad quemcunq; tran-
ſeunt, cum onere ſuo tranſeunt, ſicut in ſimili di-
citur in l. voluntas. C. de fideicom. ubi fit diſtin-
ctio, an teſtator grauet illos de familia ne alie-
nent, an verò afficiat bona ne alinentur, extra fa-
miliam. ut nota. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j.
& not. in l. ea lege. C. de cond. ob cau. ita dixit Bal.
in l. ab eo. præallegata, & idem ſentit in d. l. preci-
bus. & iſte caſus nullum habet dubium.
3 Secūdus † caſus ſimiliter qui nullam habet du
bitationem, & in quo omnes etiam uidentur con
ſentire, eſt quando fideicommiſſum relinquitur
nominatim à filio ſub duplici conditione, puta:
quia dixit teſtator ſi filius meus, uel eius filij de-
ceſſerint ſine liberis, rogo filium meum, uel man-
do, ut reſtituat hæreditatem Sempronio. hoc e-
nim caſu, uidetur onus fideicommiſsi adiectū fi-
lio ſub duplici conditione, ſi deceſſerit ſine filijs,
item ſi eius filij ſine filijs deceſſerint. & ideò ua-
let: quia filius ipſe fuerit oneratus à teſtatore, po-
tuit etiam onerari, & grauari onere fideicommiſ-
ſi, & licet ſecunda conditio ſit extitura poſt mor-
tem filij, non propterea vitiatur fideicommiſsū,
poteſt enim quis grauari onere legati uel fideicō
miſsi ſub conditione etiam extitura poſt mortem
ſuam, l. legato ſub conditione. ff. de conditio. &
demonſt. & ita dixit Rayn. ubi ſupra allegans ad
hoc arg. in l. poteſt. & in l. quo gradu. ff. de vulg.
& pupilla. & idem Bar. in l. Centurio præallegata.
& in l. ſed & ſi ſic.
4 Tertius caſus eſt, † quando fideicommiſſum
fuit relictum nominatim à filijs filij, exemplum
quia dixit teſtator, ſi filius deceſſerit ſine filijs, uel
eius filij deceſſerint ſine liberis, grauo ipſos nepo
tes meos, ut reſtituant hæreditatem, hoc enim ca
ſu, cum fideicommiſſum ſit iniunctum filijs filio-
rum nominatim, qui non erant honorati à teſtato
re non tenet. & ita dixit Bar. in præall. l. Centurio,
per tex. in præalleg. l. ſed & ſi ſic. & idem ſentit ip-
ſe in præall. l. ſed & ſi ſic. pro quo facit l. ab eo. C.
de fideicommiſ. & idem tenet Rayner. ubi ſupra.
5 Quartus caſus eſt, † quando onus fideicōmiſ-
ſi non fuit nominatim iniunctum nec filijs, nec fi
lijs filiorum, ſed imperſonaliter locutus eſt teſta-
tor in caſu noſtro. Vbi teſtator dixit, quòd ſi Vi-
ctor, & Henricus eius filius decederent ſine filijs,
quòd eo caſu Iac. ei ſuccedat, ex tenore enim hu-
ius ſubſtitutionis non conſtat onus fideicommiſ
ſi iniunctum Victori nominatim, nec etiam Hen-
rico nominatim, & iſte caſus eſt dubitabilis in ſe,
licet in caſu noſtro nulla ſit dubietas, ut infra di-
cetur.
In hoc ergo quarto caſu duæ ſunt opiniones,
6 prima fuit † Rayne. ubi ſupra, qui dixit hoc caſu
valere fideicommiſſum: quaſi in dubio uideatur
relictum à filio onerato, quod debemus præſume
re, ad hoc ut res valeat potius quàm pereat, alle-
gatur ad hoc. l. Titia cum teſtamento, in princ. de
leg. 2. & ff. ad Trebel. l. cogi. in prin. quod non plā
cet mihi, quoniam dubium eſt non paruum, an
hoc caſu in dubio præſumendum ſit relictum fi-
deicōmiſſum à filio, uel filijs filij. de quo per Bar.
in l. codicillis, in prin. præallega. & in l. cohæredi.
§. cum filiæ. & l. qui duos. de vulgar. & pupil. ubi
uidetur ſibi contrarius. & in præallega. l. Centu-
rio. & hanc etiam opinionem ſecutus & Bart. in
præallegatis locis alia ratione, quoniam ex quo
teſtator grauat filios filiorum uidetur eos oneraſ
ſe, videtur enim grauaſſe filios de reſtituendo fi-
lijs, ex quo alias non poſſet filios filiorum graua
re niſi per prius eos honoraret, & pro hoc alle-
gat argu. ad hoc in l. denique. §. interdum. de pe-
cu. legat. & in l. Proculus. de vſufruct. lega. & in l.
ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. liberro. pro qua opin.
facit tex. in l. Titia. §. Scio. de lega. ſecundo. Alia
7 † fuit opi. Rizar. Malumbræ. qui tenuit quòd hoc
caſu fideicommiſſum non teneat. quaſi filij filio-
rum non ſint in aliquo honorati, & per conſequēs
nō potuerint onere fideicommiſsi grauari: quam
opi. ſequit. Bald. in l. ab eo. præallegata, quæ mihi
placet magis, maximè in caſu noſtro, in quo teſta
tor in ſubſtitutione facta nepoti, vſus eſt nomine
proprio. voluit enim, quòd caſu quo Henricus de
cederet ſine filijs ꝙ Iaco. ei ſuccedat, p.p. quod nō
poſſumus dicere fideicōmiſſum valere, quaſi fue-

rit

rit Henricus oneratus à teſtatore: licet enim per
mortem Victoris eius patris ſucceſſerit in hæreditate,
& bonis auitis, hoc non contingit, ex prouiſione ſeu iudicio teſtantis, ſed potius à caſu, &
fortuna: potuiſſet enim Victor alium hæredem
ſibi facere, quàm Henricum filium, ſecundum ueram opinio. de qua in l. Lucius. de hæred. inſtitu.
Item potuiſſet ipſe Henricus mori, antequam Victor pater, ſi ergo ſucceſsit in bonis aui, mediante perſona patris, fuit hoc potius à caſu, & fortuna: quia Victor pater præmortuus fuit ipſi Henrico, nullo alio inſtituto hærede, quàm iudicio, &
voluntate aui teſtantis, & ideò cum nullo modo
poſsit dici honoratus ipſe Henricus ab auo teſtãte, verius videtur dicendum fideicommiſſum in
propoſito non tenere, per ea quæ habentur in l.
ſed & ſi ſic. cum ibi not. per glo. & Bart. de leg. 3.
facit quod not. idem Bart. in l. cum filio. in prima
oppo. de leg. 1. & quod not. in l. ab eo. præallegata. & in l. 1. §. ſciendum. de lega. 3.

Non obſt. ratio allegata per Bartol. dum vult
quòd hoc caſu filij filiorum videantur grauati,
quaſi pater videatur grauaſſe filium de reſtituendo nepotibus, propter onus nepotibus iniunctũ
quia hoc falſum ſecundum Bald. aliàs ſi hoc eſſet
uerum, videlicet quòd hoc ipſo, quòd aliquis à
me eſt grauatus, intelligeretur per prius honoratus, ſequeretur inconueniens, quòd ſi grauo te ad
præſtanda mille viderer tibi per prius mille relinquere, & per cõſequens nunquam habere locum
l. ab eo. de fideicomm. præallega. per quo facit ſecundum eum l. hæredis, aliàs, hæreditatis ad ſtatium. & l. Lucius. ff. de hæred. inſtitu. Concluditur itaq; ex præmiſsis ſubſtitutionem factam Hẽrico nepoti teſtantis, de iure non tenuiſſe, & per
cõſequens Iacob. eius patruum virtute ſubſtitutionis prædictæ non admitti ad vendicandam
eius hæreditatem.

Poſſet etiam ſecundò dici dictam ſubſtitutionem Henrico factam non valere ex alio capite.
quia dictus Henricus erat pubes, & non potuit
ei dari ſubſtitutus directo, quia puberi nõ poteſt
directo ſubſtitui poſt aditam hæreditatem, ideò
8 † ſubſtitutio facta puberi per uerba directa, eſt
funditus nulla. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari. & l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. & inſtit. de
pupil. ſubſtit. §. . . . . & not. in l. precibus.
C. de impuber. & alijs ſubſtit. & l. in teſtamento.
C. de teſtam. mili. Et ſi diceretur quòd ſubſtitu-
9 tio de qua in propoſito fuit facta per † uerbum
ſuccedat, quod eſt commune. & in ca. Raynutius
extra de teſtam. & l. reſtituta. §. fin. cum l. ſequ. ff.
ad Trebellia. & not. Barto. in l. Centurio. in fine
præalleg. & per conſequens trahitur ad fideicommiſſum. ut not. Glo. in præallega. l. precibus. & in
d. §. . . . & not. in d. l. Centurio. Responde-
10 tur quòd licet uerbum (ſuccedat) ſit cõe. † Vbi
tamen refertur ad perſonam inſtituti, & principaliter diſponit reſpectu perſonæ, & non reſpectu rerum, tunc eſt directum exemplum ſi teſtator dicat, ſi filius meus moriatur tunc Titius filio
meo ſuccedat, hoc enim uerbum (ſuccedat) refertur ad perſonam filij inſtituti: quia uoluit teſtator, Titium ſuccedere filio inſtituto, & circa
hoc etiam principaliter diſponit. & ideò hoc caſu iudicatur iſta ſubſtitutio directa: quia per eam
uoluit teſtator ſuccedi debere filio, & non ſibi,
nec poteſt iudicari fideicommiſſaria, cum per fideicommiſſariam ſuccedatur teſtatori, & non hæredi. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. & ita dicit Bald. in l. fina. C. de ſacroſan. eccl.
Sed ita eſt in caſu noſtro; quia uerbum, ſuccedat
adiectum fuit perſonæ Henrici & Victoris inſtitutorum, ut patet ex tenore ſubſtitutionis, ergò
per præmiſſa dicendum eſt quòd talis ſubſtitutio tanquam directa, facta ei cui de iure fieri non
poterat, non tenuerit, & ſic quòd dictus Ia. virtute dictæ ſubſtitutionis, nullatenus admittatur, &
hoc de primò.

Circa verò ſecundum, videlicet an poſito ſine
veritatis preiudicio, quòd dicta ſubſtitutio tenuerit, poſsit per venientes ab inteſtato detrahi legitima debita Victori in bonis patris, Item Trebellianica, in reſtitutione fideicommiſsi fienda
Iacobo ſubſtituto, paucis concludendo dico, ꝙ
11 ſic. Clarum enim eſt † quòd onus fideicommiſsi iniunctum Victori, quo ad legitimam non
tenuit: quia illam debet habere filius ſine omni
grauamine. l. omnino. C. de inoffic. teſtam. & per
cõſequens in illa non potuit onere fideicommiſſi grauari; vt not. in l. ex tribus. eod. titu. illa ergo
ante oĩa deducenda eſt ex hæreditate, & in reſiduo tenuit onus fideicommiſsi. Similiter non
eſt dubium quòd potuit detrahi Trebellianica, ꝑ
Henricum ſiue eius hæredes grauatum onere fideicommiſsi, caſu quo, ſine liberis decederet, qm̃
12 fideicommiſſarius † vtitur beneficio detrahendæ
quartæ Trebellianicæ, ut inſtit. de fideicom. hær.
. . . & ff. ad Trebellia. l. . . . Et licet
13 ſit dubium an † duæ quartæ poſsint deduci de
eadem hæreditate, tamen hoc eſt clarum quòd ſi
deducendæ ſunt diuerſis temporibus, quòd poſſunt deduci: ut puta ſi filius grauatus ſit ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis: poteſt enim legitimã deducere ſtatim: quia ſibi debitam per mortem patris, & in qua onus fideicommiſsi non habet, & eueniente conditione fideicommiſsi, & ſic
diuerſo tempore, quarta Trebellia. deducetur. &
iſta eſt communis opin. & ſecundum Doctor. de
conſuetudine approbata. de qua per Glo. in l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffi. teſtamen. &
ibi per Barto. qui refert ſe, ſecundum hanc conſuluiſſe. & per Glo. in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. & ibidem per Bald. & per eundem. in l. iubemus. C. ad Trebel. & not. in l. 1. in fi. ff. ſi cui plus
quàm per leg. Falc. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad Trebellia. & eſt caſus in cap. Raynutius.
& ibi glo. extra de teſta. & not. in auth. de hæred.
& Falci. §. ſi quis autem. Sed ita eſt in caſu noſtro
quia dictio, tam legitimæ quàm Trebellianicæ,

diuerſis

diuerſis temporibus erat fienda. Nã ſtatim mortuo Io. teſtatore patre dicti victoris, deducenda erat legitima eidem debita, in bonis paternis Trebellianicæ autem quartæ deductio, tunc demum erat fienda, quando Henricus mortuus fuit ſine liberis: quia tunc euenit conditio fideicommiſsi, abſque dubio ergo dictæ duæ quartæ, videlicet legitima debita Victori, & Trebellia. debita Henrico grauato onere fideicommiſsi poſt mortem deduci, & retineri in reſtitutione fienda Iacobo ſubſtituto per præmiſſa. pro quo facit quod not. Barto. in l. cohæredi. §. cum filio. verſ. quid hæres præallegata. Laus Deo.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt dico, & conſulo iuris eſſe, Ego Petrus de Barbobus de Padua, Legum Doctor, & iura ciuilia legens in hoc ſtudio, in quorum præmiſſorum fidem propria manu me ſubſcripſi, & ſigillo conſueto, muniui.

CONSILIVM D. ANGELI DE Caſtro, I. V. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Vſura ob retardatam reſtitutionem dotis de iure ciuili peti poſſunt, ſecus de iure canonico: ſed tantum alimenta ſi non habet vnde ſe alat. & ſi habeat adhuc intereſſe extrinſecum deberetur. nu. 2.*

3 *Statutum diſponens quòd pro retardata reſtitutione dotis ſoluantur decem pro quolibet centenario pro intereſſe ſeu alimentis, an valeat.*

CONSILIVM CXXXIX.

1 IN Chriſti nomine amen. Si † ſoluto matrimonio morte viri, vxor poſt annum petat ab hæredib. ipſius viri, quòd dotem conſiſtentem in pecunia ſibi reſtituant, & ipſi hæredes viri, ſint in mora illã reſtituendi. de iure ciuili ipſa vxor poterit petere vſuras, l. in inſulã. §. vſuras. ff. ſol. mat. & ſi ſibi conſignabant prædia loco pignorum fructus illius nõ tenebatur computare in dotem. Sed in ipſas vſuras, ſibi debitas. l. Titia. ff. de ſolu. De iure aũt canonico non poteſt petere uſuras: quia vſuræ ſunt prohibitæ, ſed ſi non habet vnde ſe alat poteſt petere alimenta: quia alimenta hoc caſu ſunt loco intereſſe, & ita patet in uno qui propter moram ſibi factam in ſolutione dotis, poteſt etiam de iure canonico alimenta petere, quia ille petit ut intereſſe, de dona. inter vir. per veſtras. eodem modo, & multo magis vxor propter moram ſibi factam ab hæredibus viri in reſtitutione dotis, in pecunia conſiſtentis, debet poſſe alimenta petere, ſi non habet unde ſe alat, cum non petat illa tanquam vſuras, ſed tanquam intereſſe. ad quod hæredes viri de iure tenentur propter ſuam moram & hoc tenet Bald. in authen. ei qui. in 1. colum. de bon. autho. iudi. poſsid. & Ange. in d. l. Titia. de ſolutio. ubi etiam dominus meus, & in dicta l. inſulam. §. vſuras. ſoluto matrimo. & in l. diuortio. cod. titu.

2 Sed † ſi vxor habet vnde ſe alat, adhuc põt propter moram ſibi factam in reſtitutione dotis ab ipſis hæredibus viri petere intereſſe intrinſecum ſi quod habet propter hoc, ut quia dotem conuertiſſet in emptionem prædiorum, ſi reſtituta fuiſſet, ex quibus tantum percepiſſet quolibet anno, uel poſuiſſet illam apud mercatorem, ad iuſtum lucrum, & hoc etiam tenent omnes. Et quod intereſſe extrinſecum damni uel lucri, quod creditor patitur propter morã debitoris poſſit ab eo petere, tam de iure ciuili l. ſocium qui in eo. pro ſocio. quàm etiam de iure canonico. d. ca. per veſtras, & Dominus meus etiam expreſſe dicit in d. l. diuortio. Verumtamen quia ſi vxor petat hoc intereſſe extrinſecum damni vel lucri, grauaretur onere probandi quantitatem dicti intereſſe, & propter defectum uel difficultatem probationũ forte ſuccumberet, & ita hæredes viri de ſua malitia, & mora reportarent commodum. Ideò ſtatutum hic diſpoſuit, quòd abſque alia probatione vxoris tale intereſſe ſit, & eſſe intelligatur de decem pro centenario. Et quia iſtud intereſſe vxoris, aliquando eſt ſolum intereſſe alimentorum, quando dos eſt modica, & vxor non habet vnde ſe alat, aliquando autem & intereſſe extrinſecum damni uel lucri ceſſantis, ſi habeat vnde ſe alat, aliquando eſt vtrunque ſi vxor non habeat vnde ſe alat, & dos magna, ita quòd reditus eius ſufficerent ad alimenta, & ad aliquod lucrum extrinſecum, ideò ſtatutum alternatiuè loquendo, dixit quod intereſſe ſiue alimenta mulieris ſint, & eſſe intelligantur, decem pro centenario, & ita intel-
3 ligendo † ſtatutum, ceſſant & diſputationes, & ſuperfluæ allegationes eorum qui dubitant an tale ſtatutum ualeat tanquàm permittens vſuras: quia non eſt verum quòd permittat vſuras, ſed permittit intereſſe alimentorum, & quodlibet aliud intereſſe extrinſecum mulieris, & præſumitur quòd illud ſit de decem pro centenario, ratione prædicta, & hanc præſumptionem, & interpretationem fieri non prohibet ius ciuile, vel Canonicum, ideò concludendo uidetur dicendum mihi, quòd tale ſtatutum ualet, & tanquam validum illud ſeruari, ut atteſtantur ſcribentes in locis ſupra allegatis, & præſertim Dominis meis, cuius auctoritas ſcio quòd non eſt modica, ſed magna apud reuerentiam Domini Conſultoris, declarando illam modo ſupradicto.

Ex quibus ad id de quo quæritur, dicendum eſt, quòd partes dicti domini Conſultoris eſſe debent in conſulendo, quòd mulier de qua quæritur poſſit agere contra hæredes viri, & ab eis petere decem pro centenario, à tempore quo fuerunt in mora reſtituendi ſibi dotem vigore præ-

miſsi ſtatuti, cum illud valeat, per ſupradicta: & ſic in conditione ex dicto ſtatuto peti poſſunt dicta decem. l. prima. de condi. ex lege.

Lavs Deo.

Ego Angelus de Caſtro vtriuſque iuris Doctoctor, & filius quondam domini Pauli de Caſtro ordinariè legens iura canonica, dico & conſulo iuris eſſe prout ſupraſcriptum eſt, & ad fidem manu propria me ſubſcripſi, & ſigillaui die Sabbati, 13. Ianuarij. 1459.

CONSILIVM D. IOANNIS DE Portis. V. I. Doctoris.

In caſu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd ob non reſtitutam dotem pro intereſſe ſeu alimentis ſoluantur decem pro centenario, non valet, ſed quod valeat nu. 2. & 4.*

3 *Alimenta mulieri cõdecentius præſtantur uno tempore, quàm minutatim.*

5 *Mora dicitur dolus præſumptus qui culpa latior denominatur.*

CONSILIVM CXL.

1 Videtvr † quòd mulier ſoluto matrimonio vigore ſtatuti propoſiti, non poſſet petere decem pro centenario, ex dote reſtituenda. Nam videtur prędictum ſtatutum ſapere vſurariam prauitatem, quia certam quantitatem taxat annuatim præſtandam. & quia taxat vltra reditũ, qui communiter percipitur, ex centum ad plus enim ſolent percipi ſex, aut ſeptem pro centenario, ex quo non valet. & officialis coram quo peteretur dicta quantitas, caueat tale ſtatutum ſeruare: quia ſecundum Matthæ. in clem. 1. de vſur. incurreret pœnas illius clemen.

2 Contrarium † putarem ꝙ mulier petere poſſet dictam quantitatem vigore dicti ſtatuti, quia ualet, & ſecundum illud officialis petenti debebit miniſtrare Iuſtitiam. vt Bald. tenet in terminis in l. fi. §. præterea. C. de iure doti. quaſi ſit probabile in muliere, pręſertim conſueta negotiari, de qua quidem etiam proponitur, quia ſecundum vſum bonæ mercantiæ tale lucrum affertur, pro hoc c. per ueſtras. de donat. inter vir. & vxor.

D. quoque Card. in clem. 1. præalleg. q. 6. atteſtat de huiuſmodi ſtatuto Paduano, & dicit poſſe tolerari, ac ſecundum illud conſuluiſſe, quòd mulier petere poſsit. allegat rationem: quia petitur dicta quantitas tanquam alimenta, prout diſponit ſtatutum illud: ergo tanquàm intereſſe alimentorum, ad quod allegat not. in regula damnum. de reg. iur. in 6. & in c. 2. de fideiuſſori. & quia pactum de pluri ſoluendo, non interceſsit, non poteſt dici formalis vſura.

3 Ego addo † quod eſt condecentius, quòd alimenta mulieri præſtentur vno tempore quàm ꝙ minuatim. Item mulieri ſunt præſtanda alimenta, etiam vltra reditum dotis: vt not. in Spec. qui fili. ſint legit. §. final. per Cyn. & alios in l. quòd in vxorem. C. de nego. geſt. & in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo. ſol. matr. & ſi ſit facta vidua: quia fingitur adhuc eſſe in matrimonio. l. fi. C. de bon. mater. ſiue non habeat: quia ut inquit Cyn. ſecundum Dy. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Dos eſt conſtitutum proprium patrimoniũ mulieri vt propter eam ipſa & vir alantur, atque ipſa ſola mortuo viro.

4 Iſta igitur † ratione reſpondetur deductis ab initio, & ſuſtentari poteſt ſtatutum, maximè in non conſueta negotiari, ſed percipere reditus communiter ſolitos ex poſſeſsione: ſed quòd diſponit ſtatutum in fine ſui de quocunque cui reſtitui debeat dos, & mora per debitorem commiſſa ſit, quòd à tempore morę decẽ per centenario ſoluantur, dubium eſt, an ſapiat uſurariam prauitatem. videretur quòd ſic: quia profecto ſaluari non poteſt, per ſupradictam rationem. Nihilominus putarem alia ratione ſaluandum id ipſum: quia ſi bene conſideratur, tantum in fine ſui facit mentionem de mora. vnde intelligitur in odium moroſi uelle taxare pro pœna illam quantitatem, & ſic potenter exigi, tanquam pœna legalis, quæ etiam de iure canonico pro delictis, vel quaſi non prohibetur exigi iuxta not. in l. cum allegas. C. de vſur. & ita dicit Cyn. in d. §. exactio. 2.
5 quæſt. Dicitur † enim mora dolus præſumptus: ut l. dolum. & l. ſi procuratorem. §. fina. ff. manda. & l. fi. §. 1. ad leg. Rhodiam de iactu. qui dolus denominatur culpa latior. l. quòd Nerua. ff. depoſiti. merito poteſt auctoritate ſtatuti pœna huiuſcemodi plecti: quia debitor ſic cõmittendo frangit fidem debitam ad ſoluendum, & plerunq. nocet creditori. Ita mihi videtur dicendum pro ſaluando ſtatuto, quod communiter in ciuitate Paduæ contenditur obſeruari, & concludo in effectu, quod excellens Doctor frater honor. D. Angelus de Caſtro. Laus Deo.

Et ita dico & conſulo, Ego Ioan. de Portis iuris vtriuſq; Doct. Et ad fidem me propria manu ſubſcripſi, ac ſigillo meo conſueto ſigillaui.

CONSILIVM D. IOAN. BAPTIſtæ de Roſellis. I. V. Doctoris.

Ad idem.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi dos non reſtituatur ſoluto matrimonio morte viri, nec habet vnde ſe alat, alimenta ſibi debentur ab hæredibus viri.*

2 *Mulier ob retardatam dotis reſtitutionem, ſi paſſa eſt intereſſe ratione damni, illud ab hæredibus viri*

petere

petere poteſt. Idem ratione lucri ceſſantis nu. 3.
4 *Statutum diſponens ob retardatam dotis reſtitutio-
nem hæredes viri teneri ad intereſſe ad rationem
decem pro centenario, non ualet: ſecus ſi conſiderat
difficultatem probandi intereſſe, & vt releuet mu-
lierem ab onere probandi ualet, donec contrarium
probaretur. nu 5. & 6.*
6 *Mens & intentio ſtatuentium principaliter atten-
denda eſt.*
7 *Interpretandus actus ut potius ualeat quàm pereat.*
8 *Statuentes non præſumendum quòd velint legi frau-
dem facere.*
9 *Præſumptio fraudis uſurarum ceſſat in non conſueto
fœnerari, maximè in alio contractu quàm mutui.*
10 *Statutum dictãs quòd ſtetur dicto ſyndici, intelligen
dum in dubio et alijs probationibus deficientibus.*

CONSILIVM CXLI.

IN Dei nomine amen. Su-
per eo de quo quæritur in pun
cto ſuprascripto, conſideratis
iuribus & rationibus ſupraſcri
ptorum famoſiſsimorum Do-
ctorum conſulentiũ in fauorẽ
mulieris, videtur mihi breuiter
1 dicendum. Quod ſi mulier petit alimenta ab hæ-
redibus mariti, eo caſu, quo petere poteſt de iure,
iuxta nota. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. actio. &
in l. diuortio. in princip. ff. ſol. matr. & probat ali-
menta ſibi neceſſaria fore, & eſſe, ad rationem de-
cem pro cẽtenario, nemo dubitabit etiam circun-
ſcripto ſtatuto, quòd ipſa debet in cauſa obtine-
re, & mariti hæredes deberent condemnari ad ſol
uendum ad rationem decem per centenario ex
quo ſic probauit alimenta ſibi fore neceſſaria.
2 Similiter † ſi mulier non petat alimenta, ſed
quanti ſua intereſt, propter moram & retardatam
ſolutionem, & dicat ſua intereſſe ratione damni
quod paſſa eſt ad rationem decem pro centena-
rio, uel quia in pœnam aliquam incurrit, uel quia
neceſsitate coacta pecunias recepit ſub fœnore,
uel aliter damnum eſt paſſa ad rationem decẽ per
centenario, & hoc legitimè probet. nullus ſanæ
mentis dubitaret quòd etiam tunc deberet obti-
nere, cum etiam de iure canonico tale intereſſe pẽ
ti poſsit poſt moram debitoris, certæ quantitatis:
vt in c. dilecti. de for. compet.
3 Idem † erit etiam ſine dubio ſi probabit ſui tan-
ti intereſſe ratione lucri ceſſantis quod etiam pe-
ti poteſt, iuxta nota. in l. 3. in fine. ff. de eo quod
certo loc. & in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod
inter. per Cyn. & in auth. ad hæc. C. de vſur. etiam
de iure canonico, vt not. Pet. de Anch. in clemen.
j. de uſur. Si autem mulier petit ab heredibus do
tes, & dicat quòd heres fuit in mora, & quòd pro-
pter moram paſſa eſt intereſſe damni uel lucri ad
rationem decem pro centenario, & petit heredes
condemnari ad alimenta, ideſt, ad intereſſe ſuum
ad rationem decem pro centenario, non probat
ſua tanti intereſſe, ſed ad fundamentum ſuę inten
tionis adducit ſtatutum Paduæ quo inducitur,
pręſumptio quòd tanti ſua interſit.
Hic oritur dubium, an debeat hoc caſu obtine-
4 re? & certè † ſi iſtud ſtatutum ſimpliciter diſpo-
neret quòd mulier poſſet petere decem pro cen-
tenario: non ſcirem ipſum defendere ab uſuraria
prauitate: & placet mihi opinio illorum qui di-
cunt talia ſtatuta non ualere, ut not. in clemen. 1.
de vſur.
Similiter ſi ſtatutũ diceret quòd intereſſe mu-
lieris intelligatur eſſe & ſint decem pro centena-
rio, & uellet hoc modo limitare iſtud intereſſe, &
induceret pręſumptionem iuris & de iure contra
quam non admitteretur probatio in contrarium,
ſicut alibi fit. in l. antiqua. C. ad Velleia. & in l. fin.
C. arbi. tute. & in cap. 2. in fin. de renunc. lib. 6. &
alijs ſimilibus caſibus: quia iſte eſt idem effectus, ac
præciſè diſponeret, & directo, quòd ſoluerentur
decem pro centenario, non poſſet negari iſtam
pręſumptionem fore & eſſe factam in fraudem
vſurarum: & ad excludendum prohibitionẽ clem.
1. de vſur. l. qui teſtamentum. ff. de probat. & l. cũ
quis decedens. §. Titia. de legat. 3. & ideò talia ſta-
tuta, non deberent ualere. l. quod de bonis. §. 1. ff.
ad leg. Falcid. l. heres meus. §. fina. ff. de condi. &
demonſtr. & l. nemo. §. fina. ff. de aſſeſſo. l. fraus. ff.
de legi. facit quod not. Bald. in cap. 1. ſi de inueſti.
fue. controuer.
5 Si tamen † ſtatutum dicit, quòd intereſſe mulie-
ris ſit & eſſe intelligatur decem pro centenario,
non tamen intendit inducere præſumptionem iu-
ris & de iure, ſed ſolùm conſiderat difficultatem
probationis, quæ eſt in probãdo intereſſe: & ideò
ad releuandum mulierem facit iſtam ſimplicem
probationem, cui ſtari vult donec contrarium
probatur. l. ſin. ff. de pretor. ſtipul. tunc dicerem
ſtatutum ualere: quia non inducit uſuras directo:
nec per indirectum, nec talẽ mentem habuerunt
ſtatuentes, ſed ſolùm habuerunt intentionẽ pro-
uidere circa difficultatẽ probationis, & non frau-
dare prohibitionem canonum circa vſuras. & eo-
6 rum mente attẽta, nulla fit fraus, quam † mentem
& intentionem principaliter debemus attendere.
l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & l. exceptionẽ.
ff. de condict. indeb. & iſtud ultimum credo eſſe
uerum intellectum huius ſtatuti, quòd non uel-
lit inducere præſumptionem iuris & de iure. ſed
ſimpliciter præſumptionem cui eſt ſtandum in
caſu dubio, donec probetur contrarium, & pro
iſto intellectu bene fac. tex. in l. chyrographum. ff.
7 de probat. & † quia ſic debemus interpretari: ut
res magis ualeat quàm pereat. l. quoties. ff. de reb.
8 dub. etiam † non eſt pręſumendum quòd uolue-
rint legi fraudem facere. l. merito. ff. pro ſocio.
9 Et quia idem ſtatuentes in eodem uolumine ſta-
tutorum expreſsè prohibuerunt vſuras. facit. l.
nõ omnis. §. à Barbaris. ff. de re milit. & l. uel uni-
uerſorum. ff. de pign. actio. & l. ſi ſeruus plurium.
§. ſi qua. ff. de leg. 1. & l. heredes palam. §. ſed nomina.
ff. de

ff. de teſtam. facit quod not. glo. in l. cum allegas.
C. de vſur. & in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat.
& in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obliga.
9 † vbi habetur quòd in non cõſueto fœnerari, ma
ximè in alio contractu quàm mutui non præſu-
mitur fraus. facit ad iſtum intellectum, quod not.
Bald. in l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. vbi benè
loquitur ad propoſitum de huiuſmodi præſum-
ptionibus, ſiue de iſtis præſumptionibus, facit ẽt
quod not. Bal. in l. 1. C. ſi aduerſ. liberta. vbi nota-
10 biliter dixit, † quòd ſi ſtatutum dicat quòd ſte-
tur dicto ſyndici, intelligitur in dubio, & alijs pro
bationibus deficientibus. facit quod not. idẽ Bal.
in l. prima. C. de iureiuran. & Glo. quam ibi alle-
gat in cap. ſtatutum. de reſcript. lib. 6. in verſ. ſal-
tem per proprium iuramẽtum. & iſtum arbitror
fuiſſe intellectum. D. Card. in Clem. 1. de uſu. ubi
dixit huiuſmodi ſtatutum eſſe validum, & hoc ex
facto in terminis vidi obſeruari, per bonæ memo
riæ Doctorem famoſiſsimum Dom. Iacob. de
Zochis, qui ita in conſulendo iudicauit in fauorẽ
nobilis Nicolai Boniacobi, & cõtra ſer Iacobum
de Appono, ꝙ dictus ſer Iacobus teneretur ad
alimenta, in ratione decem pro centenario, niſi
probauerit infra certum tempus quòd tanti inter
fuerit ipſius Nicolai, & fuit dicta ſententia appro
bata per Clariſsimum Docto. Domi. Baptiſtam
de Scalpis.

Ex quibus concludo eſſe pronuntiandum, &
ſententiandum in fauorem dictæ mulieris, & hæ-
redes mariti debere condemnari ad rationem de-
cem pro centenario, niſi ex aduerſo probauerint
in proceſſu, tanti mulieris non intereſſe.

Laus Deo.

Ego Ioannes Baptiſta de Roſellis Iuris vtriuſ-
que Doctor dico, & conſulo, ac puto iuris eſſe, ut
ſupraſcriptum eſt, & ideò in fidem manu propria
ſubſcripſi, & conſuetum ſignum impreſſi.

CONSILIVM D. PETRI DE BARbobus de Padua Legum Doctoris.

Ad idem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum paduanum dictans, quòd ſi retardetur re-
ſtitutio dotis ſoluantur decem pro centenario pro
intereſſe ſeu alimentis, valet, de quo nu. 3.*
2 *Mulier ſolutò matrimonio morte viri primo anno
alenda eſt ab heredibus viri.*
4 *Creditor paſſus intereſſe propter moram debitoris
agere poteſt ad uſuras tanquam intereſſe de iu-
re canonico.*
5 *Mulier paſſa intereſſe ob retardatam dotis reſtitu-
tionem poteſt agere ad alimenta, ſiue vſuras tan-
quã intereſſe damni imminentis ſiue lucri ceſſantis.*
6 *Statuti paduani diſponentis mulieri deberi intereſſe
ad rationem decem pro centenario ob retardatam
dotis reſtitutionem an ualeat diſpoſitio.*
7 *Intereſſe à principio taxari poteſt ex partium con-
uentione, item & per ſtatutum.*

CONSILIVM CXLII.

IN CHRISTI nomine amẽ.
1 Vertitur in dubium † an mu-
lier paſſa moram ab hæredib.
viri poſsit petere alimẽta, ſiue
intereſſe, in ratione decẽ pro
centenario, ſecũdum formam
& diſpoſitionẽ huius ciuitatis
Paduæ? & per clariſsimos dominos Conſulentes
conſulitur quòd ſic, rationibus per eos adductis.
Idem uidetur mihi abſque aliquo dubio. Conſi-
derandum eſt tamen iudicio meo: quia præſens
dubitatio habet duo capita.

Primum, an mulier paſſa moram ab hæredibus
viri, agere poſsit ad alimenta ſeu intereſſe.

Secundum poſito quòd ſic, an poſsint dicta ali 3
menta ſiue intereſſe peti in ratione decem pro cẽ
tenario, prout taxatur per ſtatutum.

Et circa primum paucis agendo, licet dubium
ſit an de iure mulier lapſo primo anno petere poſ
2 ſit alimenta ab hæredibus viri. Nam † de primo
anno nulla eſt dubitatio, quòd ali debet ab ipſis
hæredibus, ut not. Glo. & ibi Cyn. & Saly. in l. un.
§. exactio. C. de rei uxo. actio. & glo. in l. diuortio.
in princ. & ibi Bart. & Bald. ff. ſolu. matri. & Bart.
ſecutus opin. Innoc. & Ioan. And. in l. inſulam. §.
vſuras. ff. ſolu. matri. dixit quòd non peti poſſunt
alimenta ab ipſa muliere. Cy. autem in §. exactio.
tenuit contrarium, cuius opinionem ſecutus eſt
Bald. in authen. ei qui. C. de bon. auct. iudi. poſsi.
& Butr. in cap. ſalubriter. in fine. extra de vſur.
3 † Tamen hoc eſt clarum apud omnes, & nemo de
hoc dubitat, quòd ſi mulier ipſa propter moram
paſſa eſt intereſſe, quòd agere poteſt ad alimen-
ta ſeu vſuras, non tanquam ad vſuras: ſed tanquã
4 ad intereſſe, quoniam † ſicut quilibet creditor
paſſus intereſſe propter morã debitoris, agere po
teſt ad vſuras tanquam intereſſe, etiam de iure Ca
nonico, ut not. Glo. in l. 1. C. de ſumma Trin. &
fide Cathol. & in l. 2. C. de vſur. & in l. Iulianus. §.
idem Papinianus. ff. de actioni. empti. & not. in l.
curabit. C. eod. tit. Ita pari ratione dicendum eſt,
in muliere: ut ſi propter moram hæredis uiri paſ-
ſa ſit intereſſe, agere poſsit ad vſuras ſiue alimen-
ta, tanquam ad intereſſe: aliàs ſequeretur ꝙ mu-
lier in dotis repetitione eſſe deterioris conditio-
nis, quàm ceteri creditores. qđ dicere eſſet abſur
dum, & abſque ratione. Et hanc ſententiam
5 † quòd mulier paſſa intereſſe propter moram age
re poſsit ad alimenta ſiue vſuras, tanquam inter-
eſſe, tenet Bal. in l. diuortio. in princip. prælega.
Saly. in §. exactio. prealle. Raph. Ray. in §. vſuras.
prælleg. & Pau. de Caſt. in prealle. l. diuortio. Et
vendicat hoc ſibi locum ſiue mulier paſſa ſit inter
eſſe damni imminentis ſiue lucri ceſſantis: quia
poſui ſlet

poſuiſſet dotes ſuas in manibus mercatorum, ex quibus percepiſſet lucrum, quod etiam eſt honeſtum lucrum de iure, vt not. Cano. in cap. per veſtras. extra de donatio. inter vir. & vxor. & Barto. in l. Diuus Seuerus. ff. ad leg. Falcid. & Bald. in l. j. in fine. C. de condit. indebi. Nam etiam in intereſſe lucri ceſſantis, de iure poteſt haberi ratio, à creditore: ut not. in l. ſecunda. in fine. ff. de eo quod certo loco. & in l. vna. C. de ſententi. quæ pro eo quod intereſt. profe. & per Canoniſt. in præallega. capit. per veſtras. Et quod huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis peti poſsit à muliere paſſa moram in dote, tenent expreſsè Doctor. Moder. Paul. de Caſt. & Ludo. de Ro. in præalle. l. diuortio.

Concluditur igitur ex præmiſsis, quòd mulier paſſa intereſſe propter moram, ut eſt in caſu noſtro, agere poteſt ad alimenta ſeu vſuras, tanquam ad intereſſe, ſiue intereſſe ipſum conſiſtat in damno emergenti, ſiue in lucro ceſſante.

6 Sed † an agere poſsit ad dicta alimenta, ſiue intereſſe ad rationem decem pro centenario ſecundū taxactionem factam per ſtatutum, eſt ſecunda quæſtio, in qua ſimiliter ſupraſcripti Clariſsimi Iuris Conſulti conſulunt quòd ſic. Mihi autem ſimiliter idem dicendum uidetur ea potiſsimè ratione: quia mens huius ſtatuti fuit ſolum releuare mulieres ab onere probandi certā quantitatem intereſſe. Cum enim probatio intereſſe ſit difficilis, & lex conſulat volenti talem difficilem probationem euitare, ut ſtipuletur à debitore pœnam: ut inſtit. de inutil. ſtipula. §. fina. & in l. fin. de prætor. ſtipula. volens ſtatutum mulieres paſſas intereſſe propter moram releuare ab onere probandi certam quantitatem intereſſe maximè ubi mulier prætendit intereſſe lucri ceſſantis, cuius probatio eſſet difficilior quàm ſi prætenderet intereſſe damni emergentis. Statuens præſumit dictum intereſſe, eſſe & aſcendere ad rationem decem pro centenario. Et quòd hæc fuerit mēs ſtatuti patet ex illis verbis. Quod intereſſe ſeu alimenta mulieris ſint, & etiam intelligantur &c. Ex quibus uerbis colligitur: quòd mens ſtatuti fuit ſolum taxare intereſſe mulieris, eo caſu quo mulier paſſa eſt intereſſe propter moram, ſiue alimenta, eo caſu quo mulier poteſt alimenta petere in ratione decem pro centenario, & hanc taxationem potuit lex ipſa, ſiue ſtatutum facere, nec propter hoc dicitur aliquid inducere ſiue ſta-

7 tuere in fraudem vſurarum: quoniam † ſicut poteſt intereſſe ipſum taxari à principio, ex partium conuentione: ut not. Dyn. in cap. mora. de regulis iuris. lib. 6. & Barto. in l. fin. de prætor. ſtipula. & Butr. & Cano. in cap. paſtoralis. de offi. ordina. ita pari ratione potuit ſtatutum ipſum intereſſe taxare. per ea quæ not. per Gloſſ. in rubrica. C. de decurio. lib. 10. & p no. in l. non impoſsibile. ff. de pactis.

Laus Deo.

Et ità ut ſupraſcriptum eſt, dico, & conſulo iuris eſſe, Ego Petrus de Barbobus de Padua Legum Doctor, & iura ciuilia legens in hoc ſtudio Paduano, in quorum præmiſſorū fidem propria manu ſubſcripſi me, & ſigillo conſueto muniui.

CONSILIVM D. ANTONII DE Roſellis, Aretini. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſoluta dici non poteſt ſi promiſſa eſt ad æſtimationem tertij, merito actio mulieri non competit pro repetitione.*

2 *Actio dotis non exacta, & ſi contra hæredes mariti mulieri competat, illi liberantur cedendo actionem de quo nu. 11.*

3 *Relatiuum quis vel qui, relatum ad futurum tempus, facit conditionem. de quo nu. 12.*

4 *Vxor ſi pro dote adhuc non ſoluta actionem contra hæredes uiri non habet, nec propter donationem propter nuptias. & nu. 6.*

5 *Diſpoſitio continens repugnantiam non ualet.*

6 *Nunc, eſt aduerbium temporis ſignificans tempus præſens.*

7 *Fictio ſolutionis antefacta per partes in contractu induci poteſt.*

8 *Contractus tranſit ad hæredes.*

9 *Dos promiſſa, & confeſſata etiam non ſoluta peti poteſt per filiam emancipatam.*

10 *Intellectus ad l. ſi extraneus. ff. de iure dot.*

11 *Intellectus ad §. Lucius. l. ſi ſocer. ff. ſolut. matrimo.*

12 *Dos tantum promiſſa non exigitur per mulierem à viri hæredibus.*

13 *Arbitratio an fieri poſſit mortuo uno ex compromittentibus, & num. ſeq.*

14 *Arbitri, & arbitratoris ius non tranſit ad hæredes.*

15 *Tertij æſtimatio ſeu arbitramentum elapſo anno à die compromiſsi per quem fieri habeat, & quid in arbitrio ſeu arbitratore ad lites, & quid in arbitratore ad negotia. nu. 16.*

CONSILIVM CXLIII.

PVNCTVS eſt talis, Nobilis, & egregius legum Doctor, dominus Philippus de Brangdalis, promiſit Angelo Blaſij de Pantaneto, pro dote, & nomine dotis D. Ioannæ filiæ dicti D. Philippi. & vxoris dicti Angeli, trecētos florenos de auro, in illis bonis, & pro illa æſtimatione, quam declarabit Ghiaramanus Gregorij, quē in declaratorē, & æſtimatorem dictorum bonorum de communi cōcordia elegerunt. Quę bona declaranda ex nunc dictus dominus Philippus dedit, tradidit, & conceſsit eidem Angelo recipienti pro ſe, & hæredibus ſuis, ad habendum, tenendum, & poſsidendum, & quidquid eidem Angelo placuerit perpetuò faciendum. Quæ bona de-

na declaranda voluerunt per me Iacoputium notarium poni, & ſcribi poſſe, ac ſi nunc declarata eſſet, & ipſe bona declaranda prædictus dominus Philippus ſe cõſtituit pro dicto Angelo poſſidere, donec ipſorum bonorum declarandorum di. Angelus poſſeſsionem acceperit corporalem. Et promiſit ipſi Angelo ipſa bona declaranda tradere vacua, & expedita, & ea non tollere nec cõtratendere &c. Quam dotem & donationem, ſaluis pactis ſupradictis, promiſit d. Angelus dicto D. Philippo ſtipulanti pro dicta eius filia reſtituere, & ſoluere eidem D. Ioannæ inde ad vnum annũ. Modo contingit, quòd elapſis 15. menſibus poſt conſummatum matrimonium copula carnali dictus Angelus mortuus eſt, nulla facta declaratione dictorum bonorum per dictum Chiaramanũ æſtimatorem, factis tamen duobus legatis dictæ dominæ Ioannæ ſuæ vxori. Nam primò legauit ducenta quæ ſoluta ſunt ipſi dominæ. Secundò legauit illam partem pannorum, veſtimentorum, & ornamentorum, & rerum ipſius dominæ, ſeu ad ipſius dominæ vſum. Quę declarabit, & uolet Donatus Franciſci de Patanto. Reperitur in veritate, q̃ d. Angelus receperit 27. ſtaria affictus perpetui, de quibus vno anno fructus collegit, & 36. alia ſtaria affictus perpetui, cũ poſſeſsionibus de quibus nihil manualiter percepit. Sed colonus terminum de fructibus fecit. Agitq; deinde d. D. Ioanna à dicto D. Philippo poſt mortem dicti ſui viri emancipata, petens ſibi dari trecẽta quæ promiſit pater in dotem. Petit etiam donationem propter nuptias, & alimenta pro tempore non ſolutæ dotis. Petit inſuper legatum ornamentorum. Cui obijcitur, q̃ nulla dos ſoluta fuit, & ſic nihil eſt ſoluendum de dote, vel donatione, vel alimentis, quæ per ſtatuta debentur loco dotis. Dicitur etiam quòd ſi qua donatio propter nuptias facta fuit, & veniret lucranda, debet compenſari cum legato ducentorum. Dicitur etiam, quòd dictum legatum non tenet ornamentorum tãquam habeat iniunctam uoluntatem captatoriam.

Modò quæritur quid iuris? Et quid pronunciandum per arbitros in quibus compromiſſum eſt, vt de iure, & de facto pronuncient tam inter dictam dominam Ioãnam, quàm dictum D. Philippum, & hæredes dicti Angeli.

CHRISTI, eiuſq; matris Virginis glorioſę nominibus, & ſuffragijs poſtulatis, in quæſitis præſentibus, plura ſunt videndá. Et primum, an dictæ dominę Ioannę competat ius agendi ad dicta trecẽta, & ad donationem propter nuptias, & alimenta, aliter non facta æſtimatione à dicto æſtimatore etiam hodie.

Secundò an hodie poſsit fieri arbitratio dictorum bonorum, non obſtante morte dicti Angeli, & dicta mulier conſequi prędicta.

Tertiò per quem debet fieri dicta æſtimatio. An per dictũ Chiaramanũ, vel aliũ poſtquam elapſus eſt annus à die cõpromiſsi, & in quib. bonis.

Ad primum quæſitum videtur, quòd hæc domina Ioanna non habet ius agendi.

1 Primò † quia non facta dicta æſtimatione per æſtimatorem, dicta dos non videtur niſi promiſſa, non autem ſoluta. Et ſic mulieri non competit actio, quia vir non fuit in culpa non exigendi à domino Philippo eius ſocero. & ſic ipſe, vel eius hæredes non tenentur, pro hoc. ff. de iure dotiũ. l. ſi extraneus. & ff. de pact. dotal. l. ob res. §. fi. cum ſimilib. facit. ff. ſol. matr. l. Mæuia. §. 1. & eod. tit. l. nupta. §. quoties.

2 † Quinimò etſi dictę dominæ competit actio pro dicta dote à viro non exacta contra eius hęredes, ſaltem ipſi deberent liberari, cedendo actionem contra patrem mulieris: pro hoc videtur tex. ff. ſol. matr. l. ſi ſocer. §. Lucius. ubi videtur caſus. Quod etiam dictæ mulieri non competat ius agendi, videtur probari ex uerbis contractus. Nam promiſit pater trecenta in illis bonis, quæ declarabit Chiaramanus. Et ſic promiſsio videbitur conditionalis, quæ non impleta nulla eſt.

3 † Relatiuum enim quis vel qui, relatum ad futurum tempus, facit conditionem: ut ff. de leg. primo. l. Stichus qui meus erit. cum ſimilibus. Pro hoc quia dos ſolùm promiſſa non poteſt exigi, facit. C. ſol. matrim. l. final. cum gloſſ.

4 Sed hic tantum fuit promiſſa. Ergo † ſi igitur dictam dotẽ non ſolutam habere non debet, nec ipſa lucrari donationem propter nuptias. vt in authent. de non eligend. ſecund. nub. §. final. & tranſumptiuè. de pac. conuen. authent. ſed quæ. ſecundũ iura municipalia debetur loco non reſtitutæ dotis.

Ijs non obſtantibus, credo, q̃ ad omnia prædicta competat mulieri actio, & ius exigendi: pro quo liquidando ſunt ponderanda uerba contractus quę inuicẽm videntur ſibi aduerſari. Nam primò dicit, quòd promiſit ſoluere trecenta in illis bonis, & pro illa ęſtimatione quæ, & quando faciet Chiaramanus. Secũdò dicit, quæ bona dictus dominus Philippus dicto Angelo dedit, tradidit, & conceſsit, & ex nunc conſtituit ſe illa precario nomine poſsidere. Et promiſit illa bona declaranda, tradere uacua. &c. Quia primum recipiendum ſignificat. Secundum ſignificat receptum. Tertium ſimiliter recipiendum.

5 Et ſic † concluſio uidetur non ualere. tanquam continens repugnantiam: vt ff. de regul. iuris. l. ubi repugnantia. Sed erit intellectus talis videlicet, quòd ratione ęſtimationis fiendæ in bonis terecenta non dicantur tradita, niſi demum declaratione facta, & ipſa bona, in quibus declaratio debet fieri, ſint tradita, vt confeſsio traditionis ipſarum rerum aliquid operetur. Cum conſtitutio precarij indicet rerum receptionem & ipſam ueritatem rei, ſeu facti quia in veritate dictus Angelus recepit dictos affictus, vt ſupra ſupponitur in puncto. Et dato q̃ poſt matrimonium, uel ſoluto matrimonio dos declaratur: quę declaratio etiam nunc fieri poteſt, ut infra dicam, nihilominus diceretur an-

5 te ſoluta,& non † habebit locum.d.anth.ſed quę.
C.de pact.conuen.videlicet, quòd mulier non lu-
cretur donationem, tanquam non ſoluerit con-
ſtante matrimonio,nec haberet locum. auth. ſed
iam neceſſe.C.de donat.ante nup.videlicet,quòd
dos diceretur cõſtituta poſt matrimonium,imò
ante, & ſic quandocunque facta declaratione di-
cetur dos ante ſoluta,relata ad antecedentiũ con-
feſsionem,& ſic debebit habere alimenta, & do-
nationem. Pro hoc, ꝙ quandocunq; fiat decla-
ratio,debeantur donationes & alimenta, tanquã
ante fuerit ſoluta dicta dos,faciunt verba contra-
ctus,dicentis,ꝙ per ſer Iacobutium notariũ poſ-
ſint poni,ac ſi nunc declarata eſſent,& ſic ad tem-
6 pus promiſſæ dotis. Cum † nunc,ſit aduerbium
temporis ſignificans tempus præſens,ut ff.de cõ-
7 di.indeb.l.1. Et etiam † partes potuerunt hanc
fictionem ſolutionis ante factæ inducere in con-
tractu:pro hoc l.lecta.in fin.ff cert.pet.& l.huiuſ-
modi ſtipulatione interpoſita.ff.de verb.oblig. &
not.Bart.ff.de vſucap.l.ſi is qui pro emptore,ibi,
quintò principaliter quæritur; quid ſit fictio trã-
ſlatiua,ultra medium, ibi, ſecundò ad aliud de fi-
ctio. vbi hoc tenet. Et habet locum iſta fictio,
etiam ſi purificetur verè ex contractu contrahen-
8 te mortuo. cum † contractus tranſeat ad hære-
des: alleg.ad hoc. ff. de pericul.& commodo rei
uen. l.neceſſario. §. quod ſi præcedente. Et hoc
ſufficiat quantum ad petitionem donationis, &
alimentorum.

9 Sed † quòd & dos promiſſa, & confeſſata peti
poſsit per filiam emancipatam, etiam non facta
ſolutione,probatur:quia filiæ pro exigenda dote,
competit actio quando eſt in ea conſolidata, ut
in caſu propoſito per emancipationem: vt l.1.§.
videamus.de rei vxo.actio.& not.Bart. de lega.3.
in l.vxorem. §. teſtamento: dico ad dotem etiam
promiſſam tantum, etiam non exactam, pro hoc
eſt text.in d.l.ſi ſocer.§.Lucius.ſol.matrim. Nec
10 † l.ſi extraneus. de iure dot. & ſimiles leges dicũt
actionem non competere, ſed periculum nõ ſpe-
ctare ad uirum, ſi ſocerum non conuenerit. Et
ſi dicatur ſi uir non eſt in culpa in non exigendo,
non competit effectualiter actio mulieri contra
ipſum:ut l. Mæuia. §.1. ſol.matr.quia reſpondeo
quòd in caſu noſtro eſt quod imputetur viro, qui
non fecit arbitrari. Nam primò confeſſus eſt ha-
buiſſe,& recepiſſe, dum fuit confeſſus, quòd ex
nunc dictus dominus Philippus dedit,& tradidit
eidem Angelo, & demum dum uoluit declarari
per Chiaramanum, & per dominum Philippum
tradi uacua, & expedita, videretur primam con-
feſsionem feciſſe ſpe futuræ promiſsionis, & de-
clarationis.& hoc videtur tantum æſtimaſſe. fa-
cit.C.de rei uend.l.pretij cauſa. Cum ergo hoc
inſolutum acceperit æſtimum,certè ſi non exigit,
eius eſt uiri periculo. pro hoc. l. ſi nomen. ff. de
peric.& commod.rei uend.hoc ſingulariter deci-
dit Bart.in l.Mæuia.§.1.ff.ſolu.matr.& clarius,&
melius in l.in his.§.ſi uir ſocerum.ff.eo.tit.Con-
cludo ergo in hoc primo paſſu, dictæ mulieri, etiã
non facta declaratione per dictum Chiaramanũ,
competere actionem de dote ad dicta tercenta,
& ad donationem propter nuptias, & ad alimen-
ta, maximè ad iſta duo ſi fit declaratio bonorum
dictæ dotis, quæ ut dicam, ſtatim etiam hodie
fienda eſt.

11 Non obſt.prædictis.d.§.Lucius. qui † videtur
velle ꝙ liberentur hæredes cedendo actionem
contra patrem,quia loquitur, ubi uir non fuit in
culpa,ut in caſu noſtro,ut ſupra oſtendi, & ita in-
telligit hoc Bart.in d.§.ſi vir ſocerum. Vel poſ-
ſet reſpondere,ꝙ tunc ſit locus dictæ ceſsioni, &
fiat liberatio quando actio quæ competit mulieri
contra virum, uel eius hæredes, eſt conformis
actioni, quæ competit uiro, uel eius hæredibus
contra patrem,ut tunc liberetur uir illam ceden-
do uxori:vt d.§.Lucius.ſecus, ſi non ſint confor-
mes,ſed diuerſæ,ut in caſu noſtro,quia uiro com-
petat ad res actio,mulieri ad æſtimationem: quia
tunc debet exigi dos,& dari mulieri, & ita poteſt
intelligi d.§.Lucius. dum loquitur de dote à uiro
exigenda,& mulieri reſtituenda.

12 Non obſt. † quòd videtur conditionalis pro-
miſsio per relatiuum,quæ. quia non eſt verum;
quia promiſsio dotis tercentorum, & confeſsio
fuit præſens,& certa ratione futuræ promiſsionis
de tradendis rebus quæ eligerentur &c. Et ſic in
electione rerum facit conditionem, quod eſt ſuũ
antecedens,& ſic in illa qualitate,non in dote, uel
eius confeſsione: facit enim tantum ad ſuum an-
tecedens, conditionem, non ad alia: ut dicta l.
Stichum.

Non obſtat, quòd dos tantum promiſſa non
exigitur.l.ſi.C.ſol.matr.quia loquitur in promit-
tente,qui non exigit. Sed hic eſt filia,cui non po-
teſt obijci compenſatio:quia tertia perſona. ut l.
eius.C.de compenſa. Et quia vnum eſt debitum
ſpeciei,& aliud quantitatis: vnde non admittitur
compenſatio:ut l.ſi.C.de compenſ.

13 Secundò eſt videndum, an † hodie poſsit fieri
dicta arbitratio, non obſtante morte unius ex
compromittentibus. Et videtur dicendum,quòd
14 non. cum † ſicut arbitrij ita arbitratoris ius non
tranſit ad hæredes:vt l.diem.§.1.ff.de arbitr. Li-
cet Spec.in titul.de arbitr.§.finitur.verſ.ſed num-
quid. dicat quòd tranſit, cum ſit quædam tranſa-
ctio, in qua ſuccedit hæres, vt ff.de probatio. l.ſi
pactum.quod dictum non tenetur, cum laudum
ſit tranſactio, & illud eſt quod tranſit non com-
promiſſum. Sed quid ſit in hoc dubio,ubi Bar-
tol. unum dicit, & aliud alij uidentur dicere: in
caſu noſtro credo quòd ſic. Nam hic contra-
ctus dotis fuit perfectus in tercentis ſolum:ergo
eſt in hac qualitate, in quibus bonis fiat æſtima-
tio. Eſt conditio, etiam compromiſſum per
relatiuum quæ declarabit,&c. per hoc quod no-
tat Bartol. ff.de uerborum obligationib.l.ſi quis
arbitratu. ibi, formo tibi vnam quæſtionem &c.
Cum ergo contractus dotis ſit certus & firma-
tus,&

tus, & non poſsit irritari, ſequitur, quòd res non poteſt deſinere eſſe integra, ideò durat compromiſſum.

15 Ad tertium † variæ ſunt opiniones, tam in arbitrio, quàm in arbitratore ad lites, de quo in l. ꝓperandum. C. de iudicijs. & ibi per Cyn. & Spec. in titu. de arbitris. §. differtur. verſic. item ut infra triennium, in quo ſunt ponderanda tria tempora: tempus compromiſsi, tempus inſtantiæ, & tempus contractus: ut ego Paduæ legendo noui in l. item ſi vnus. §. 1. ff. de arbit.

16 In † arbitratore ad negotia dixit Barto. in l. ſi quis arbitratu. de verb. oblig. quod expirat ſtatim ꝙ non vult arbitrari: ut l ſi merces. in prin. ff. loca. Et colligitur p̄ſumptio, ꝙ nolit arbitrari, ſi intra annum non arbitratur. Sed Bal. in 10. colla. de lege Corrad. c. 2. videtur concludere ꝙ ſit arbitrarium, & ꝙ duret perpetuo donec vult arbitrari: arg. auth. ſi tñ. C. de temp. appel. ibi, ſi decies millies, & hoc tenet Bar. de Saly. & imputetur partib. quæ tempus non fecerunt præfigi, dicit tñ, quòd pōt iudex ad inſtantiā vnius partis diē præfigere: arg. l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. & hoc credo ꝙ iudex animaduertat ſi uolnerit arbitrari, ut recedatur ab eo, aliàs tempus ſit perpetuum. Et debet fieri huiuſmodi æſtimatio in illis bonis recéptis per Angel. id eſt, in illis afflictis: quia debebat Chiaramannus æſtimare in bonis, quæ bona tradidit iam dictus dominus Philippus, ſed cum alia non inueniantur bona tradita, debet fieri relatio ad iſtos afflictus, & ſi iſti non ſunt tantæ æſtimationis, fiat in alijs bonis.

Antonius D. Roſelli de Roſellis.

CONSILIVM D. ANTONII DOmini Roſelli de Roſellis Aretini. I. V. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ non ſuccedit ab inteſtato, an ſi prætereatur in teſtamento dicat teſtamentum nullum. & num. 9.*

2 *Teſtamentum ex præteritione filij nullum ſecũdum leges. 12. tabularum ratione ſuitatis, & quare ſuitas hoc operetur nu. 3. & 12.*

4 *Exclusus à ſucceſsione à lege vel ab homine, deſinit eſſe ſuus.*

5 *Remedium ſuccedendi prætoris beneficio per contra tabulas quare inuentum.*

6 *Filij, & nepotes etiam emancipati quàre in teſtamẽto inſtitui debent.*

7 *Inſtituere quem non neceſſe ubi ille ab inteſtato non eſſet ſucceſſurus.*

8 *Nepos præteritus inſtituto filio emancipato non rũpit teſtamentum.*

10 *Legitimatus non differt à legitimo, in tantũ quòd excludit ſubſtitutum datum ſub conditione, ſi aliquis deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalib. nu. 11.*

13 *Filij in portione quam habituri eſſent ab inteſtato debent honorari in teſtamento, nec ſufficit illam relinquere quocunque alio titulo. & tunc ſi minus relinquitur agit ad ſupplementum.*

14 *Statutum excludens mulieres à ſucceſsione recipit paſſiuam interpretationem à iure cõmuni, ut intelligatur de maſculis, & habilibus ad ſucceſſionem.*

15 *Spurij in nihilo ſuccedunt.*

16 *Naturales filij certam tantum portiunculam recipere poſſunt.*

17 *Statutum excludens fœminas beneficio maſculorum intelligitur de maſculo legitimo iure communi, uel beneficio, non de legitimo ſpeciali principis beneficio ſeu priuilegio.*

18 *Pater ubi quem non excludit nec eius filius.*

19 *Statuta maximè odioſa non uerificari in caſu ficto.*

20 *Ius ubi diſponit in his quæ ſunt iuris, diſponit ſecundum veritatem, & non fictionem, & hoc ſi uniuerſaliter in caſu diſponat, ſi uerò quo ad quædam, in his fictè intelligitur diſponere.*

21 *Filius habetur pro partre fictionis ope.*

22 *Clauſula codicillaris in teſtõ quid operetur, & n. 33.*

23 *Filia grauata de reſtituendo hæreditatem, retinet quartam in qua grauari non poteſt, non autem trebellianicam.*

24 *Filijs legitimis ex naturali filio genitis, ſtante legitima ſobole, uncia tantum unica relinqui poteſt.*

25 *Legitimorum & illegitimorum iura procedunt de iure ciuili.*

26 *Legitimorum & illegitimorum ius à ſtatuto tolli poteſt.*

27 *Statuto fieri poteſt, quod fieri poteſt per legem generalem.*

28 *Naturales & ſpurij legitimari poſſunt per legem generalem, & ſic per ſtatutum.*

29 *Hæreditas eſt de iure ciuili.*

30 *Teſtandi poteſtas prouenit a iure ciuili.*

31 *Alimenta filijs ſpurijs debentur de iure canonico.*

32 *Nepotes ſuccedentes auo in locum patris, ſuccedũt in ſtirpem & non in capita.*

34 *Statutum permittens relinqui naturalibus, & baſtardis, non ualet.*

35 *Decuriones non poſſunt quem reſtituere natalibus.*

36 *Legitimatio eſt quædam natalium reſtitutio.*

37 *Quæ conueniunt in effectu dicuntur ſimpliciter conuenire.*

38 *Prohibitum in cauſa prohibetur in cauſato.*

39 *Princeps legitimandi poteſtatem ſibi reſeruauit ſicut creationẽ tabellionũ, & reſtitutionẽ ad famã.*

40 *Generalis cõceſſio facta a principe de p̄tāte ſtatuẽdi per ciuitates non includit reſeruata ipſi principi.*

41 *Conſuetudo quòd adultero vxoris dentur certa bona non ualet.*

42 *Priuilegiũ imperatoris non ualet ſine ſubſcriptione eius cãcellarij, licet ille deſcriptus ſit ut teſtis, niſi de cõtraria cõſuetudine principis appareat. nu. 44.*

43 *Intellectus ad auct. ut diuin. iuſſ. collatione 8.*

45 *Legitimatio naturalium filiorum ut ſit ualida, quid habeat principi narrari.*

46 *Spurius impetrans legitimationem dicens ſe ſpuriũ, ſi eſt ſpurius duplicatus. non ualet legitimatio.*

47 *Statutum, quod pater poſſit relinquere filijs ex quo-
cunque coitu damnato, non trahitur ad nepotes na
tos ex filio naturali.*

CONSILIVM CXLIIII.

OMNIPOTENTIS Throni
à quo omnia recta procedũt
anxilio implorato. Ad rectè
liquidandũ, cuius eſſe debeat
de iure hæreditas Clementis
de colaria,hic multa examinã
da ſunt. Et primum, An te-
ſtamentum dicti Clementis ſit nullum, & locus
ſit ſucceſsioni ab inteſtato, an validum. Secun-
dò præſuppoſito quòd ſit nullum,quid operetur
in propoſito clauſula codicillaris. Tertio eſt vi-
dendum an legitimatio Leonardi fuerit ualida,
& ſi non ualida, quota ſit portio dictorum ne-
potum.

1 Ad primum fortè multi dicerent, † ꝙ non ob
ſtante dicta preteritione teſtamētum ſit aliquod,
in quo dicerent ponderandum, ꝙ cum hæc Tho
maſa femina ex forma ſtatuti non debeat ſuccede
re ab inteſtato extantibus maſculis,ꝙ non poſsit
per conſequens venire contra teſtamentum.

Præterea, quia omnis iuris prudentia quæ di-
ſponit præteritione nullum eſſe teſtamētum, vel
annullari, ceſſat in noſtro caſu. Nam ſecundum
2 † prudētiam l.12. tabularum ex præteritione filij
teſtamentum erat nullum ratione ſuitatis. Et qua
3 re † ſuitas hoc operetur not.Bar.de lib.& poſth.
l.in ſuis. Hæc autem mulier prohibita ſuccedere
ab inteſtato non eſt ſua, immo deſinit in ea ſui-
tas:ergo iſto capite præterita non dicit teſtamen-
tum nullum,

Et quòd deſinat talis prohibitus ab inteſtato
4 ſuccedere eſſe ſuus oſtēditur. Nam omnis † exclu
ſus à ſucceſsione à lege vel ab homine deſinit eſſe
ſuus:ut videtur eſſe tex.in l.reſcripto.ff.vnde leg.
& in l.1.§.ſciendum.ff.de ſuis & legi.& ibi Bart.

Itē non admitteretur hæc mulier contra teſtm̃
5 prætoris beneficio per contra tabulas, nam † il-
lud remediũ ideò prætor inuenit, ut filius ſecũdũ
ius ciuile nō ſuus ſibi conſeruaret id per cōtra ta-
bulas,quod erat habiturus ab inteſtato de iure ci
uili ſi ſuus fuiſſet.hoc dicit tex.in l.non putauit.§.
fin.ff.cōtratab.ſecutus ꝙ hæc hereditas quodam
iure naturæ eſt debita fili s:vt ff.vnde cogna.l.re
ſcripto. & iſta eſt ratio quare admittit eos ſecun-
dum ordinē iuris ciuilis ad cōtratab. nam aliquo
præcedente volente contratabulare,cũ non face-
ret ſibi viã ſed alijs ab inteſtato,noluit ipſum pri-
mo admitti.Sed cum in caſu noſtro ſecundum di
ſpoſitionem ſtatuti nil hæc mulier ſit habitura ab
inteſtato,merito ceſſat prædictorum prouiſio de
nullitate teſtamenti ratione præteritionis.

Non admittitur etiam hæc mulier per viã nul
litatis ex diſpoſitione iuris Codicis, uel auc.Nam
6 † ratio quare iſtis nepotibus filij uel filiæ ēt emã-
cipati debent in teſtamento hæredes inſtitui eſt,
quia hæreditas parētum eſt quodam iure naturæ
filijs debita, & ideò iudicium emanãs contra hãc
l.eſt nullum.Iſtam rationem uidetur ponere tex.
in l.cùm ratio.ff.de bon.damnato.Sed cum ex di
ſpoſitione municipali hoc ius naturæ extantibus
maſculis in fœminis ſit ſublatum, ſequitur quòd
omnis fœminæ præteritio non cauſat nullitatem
teſtamenti,cum pater ſic prætereundo non videa
tur contra legem naturæ facere, quæ ſublata eſt
in mulieribus maſculis extantibus: & hoc mani-
feſtè dicit tex in l.maximum vitium.in verſ. ſanci
mus.C.de lib.præte,ubi text. dicit ꝙ cũ mulieres
pariter admittantur ab inteſtato in ſucceſsione
parentum, ita congruum eſt eas in parentum ho
7 norari teſtamentis. Vbicunq; igitur † per ius in-
ducitur ꝙ filius ab inteſtato nō ſuccedat, ibi eius
inſtitutio non eſt neceſſaria; ut ibidem. Et hoc
videtur expreſsè terminatum.ff.de lib.& poſthu.
8 l.Gallus.§.& quid ſi tantum.in queſtione † an ne
pos præteritus inſtituto filio emancipato, rũpat
teſtamentum,ubi expreſsè Bar.tenet ꝙ non:quia
non faceret ſibi locum ab inteſtato.& etiam quia
nulla eſt ſibi facta iniuria.

Poſſet & hæc pars confirmari rationibus am-
9 ploribus,ſed non inſiſto. Nam † hoc firmat Bart.
ꝙ non dicat nullum teſtamentum talis filia præ-
terita.in l.2.§.fina.ff.ad Tertul. Et Bal. hoc idem
decidit alijs tamen rationibus, in d. l. maximum
vitium.in fin.Cum ergo in caſu noſtro extent fi-
lij legitimi dicti Leonardi, & maſculi, uidetur ꝙ
hæc mulier non debeat ſuccedere ab inteſtato; &
per conſequens non poſsit uenire preterita cōtra
teſtamentum: quia hij nepotes filij ſunt legitimi
ex Leonardo reſtituto natalibus, & priſtinæ na-
turæ,per habentem poteſtatem à Principe: & ſic
fuit uerè legitimus, ut alij filij legitimi, cum talis
10 † legitimatus nil differre videatur à legitimis: ut
in auth.quib.mod.natu.effi.ſui.§. reliqui, ibi, ſe-
mel eos efficientes legitimos. & eod. tit.§.ſi quis
ergo non habens.ibi, uel à legitimis differentes.
Pro quo facit quod not. Iacob. de Aret.& Ioan.
And.refert in additio.Spec.in titu.de hæred.quæ
11 ab inteſt.ubi dicunt † quòd tales legitimati adeò
ſunt legitimi, ut excludãt ſubſtitutum datum ſub
conditione,ſi aliquis deceſſerit ſine filijs legitimis
& naturalibus. Quod ſequitur Ange. de Peru.
in quadam ſua diſpoſitione, quæ incip. Nobilis
quidam genere.Sic excludit mulierem ſtante ſta-
tuto quòd mulieres non ſuccedant extantib. ma-
ſculis. Ex quibus uidetur concludendum teſta-
mentùm dicti Clementis eſſe validum;

Hijs non obſtantibus,in caſu noſtro credo op
politum,uidelicet,ꝙ dictum teſtm̃ Clementis ſit
12 nullum. Nam ex præteritione filij teſtamentum
eſt nullum:vt C.de libe.præte.auth. ex cauſa. Et
13 † filij ſaltem in illa portione quam ſunt habituri
ab inteſtato debent honorari in teſtamentis: ut
d.l.maximum vitiũ.verſ. ſancimus, & honorãtur
ſua portione,cũ aliquid eis relinquitur iure inſti-
tutionis

tutionis : quia non ſufficit hodie quoquo relicti
titulo: vt in auc. vt cùm de appella, cognoſ. §.
alius quoque, Nam ſi minus eſt eius quod habi-
turi ſunt ab inteſtato illud quod eis relinquitur,
agitur ad ſupplementum. vt d. §. centũ. & C. de
inoffi. teſt. l. oĩno. & ſic ſuam portionem habet in
teſtamento. Nec afficitur à patre iniuria preteri-
tionis, & ſic valet teſtamentum, aliàs eſt nullum.
Sed in caſu noſtro dicta D. Thomaſa non eſſet
omnino excluſa à ſucceſsione ab inteſtato. certè
præterita dicit nullum teſtamentum.

Et quòd non ſit excluſa à ſucceſsione ab inte-
14 ſtato oſtenditur. Nam † ſtatutum quod vetat mu
lieres ſuccedere ab inteſtato extantibus maſculis,
debet pati paſsiuam interpretationem à iure com
muni. l. 2. C. de nox. & l. fin. §. in computatione,
de habilibus ad ſucceſsionem. pro hoc l. j. C. de ſa-
croſanct. eccle. ibi, hanc vnuſquiſque &c. ſcilicet
15 habilis &c. quia alij de iure † ſi ſunt ſpurij in nihi
lum ſuccedunt, cum ſint omni indigni clemẽtia:
vt in auc. quib. mo. na eſſi. ſui. §. quoniã autẽ. uer.
16 eos. Et naturales † certam tantum portiunculam
poſſunt recipere: vt C. de naturali. lib. auc. licet.
17 Cum ergo † ſtatutum excludat mulieres contem-
platione filiorum maſculorum legitimorũ, debet
intelligi de tali filio maſculo legitimo, qui ſit legi
timus iuris communis diſpoſitiõe, uel beneficio,
non de eo qui ſit legitimus ſpeciali Principis be-
neficio ſiue priuilegio: arg. l. fin. C. de ijs, q ueni.
æta. impet. Sed cũ iſti ſint legitimi ab auo median
te perſona Leonardi filij legitimati ſpeciali Prin-
cipis priuilegio, non ſunt tales filij vt excludant
hanc mulierem à ſucceſsione ab inteſtato. Et ꝙ
talis legitimatus nõ comprehendatur à ſtatuto, te
net Ant. de But. in c. p. uenerabilẽ. qui fil. ſint legi.

Præterea oportet ponderari quòd iſta legiti-
matio facta eſt cũ hac cõditione, ne fiat legitimis
alijs præiudicium, ſecundum quòd vult cõceſsio
Imperialis: quia non aliter conceſsit illi facultatẽ
legitimandi, niſi ut non fieret præiudicium alijs
legitimis, ſed pariter ſuccederẽt legitimãdi vnà cũ
alijs legitimis, & non in plus. Vnde nõ fuit Leo
nardus ipſe taliter legitimus dicto Clementi ꝙ
18 potuiſſet excludere Thomaſam legitimam. † ſi ip
ſe qui fuit radix iſtorum nepotum Clementis nõ
poterat excludere, ergo nec ex eo deſcẽdentes po
terunt, ut in vſib. feud. c. j. hoc autem no. Pro quo
facit quod not. Cyn. in ſimi. in l. 2. in fi. C. quæ ſit
longa conſuetu. & Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad
Tertulli. & Bal. in d. l. maximum uitium. in j. q.
Si ergo non erat excluſa dicta Thomaſa legitima
à ſucceſsione ab inteſtato, certè debuit in pater-
no teſtamento honorari: aliàs teſtamentũ eſt nul-
lum uitio præteritionis: & maximè quia Leonar-
dus non potuit dici taliter legitimus, ut compre
henderetur à dicto ſtatuto in præiudicium aliorũ
legitimorum, ſecũdum tenorem dicti priuilegij.

Præterea iſte Leonardus, & ſic deſcendentes
ex eo, quantum ad dictum Clementem fuit fictè
& non uerè legitimus, & ſic non comprehenditur
19 à ſtatuto de filijs legitimis loquente: quia † ſtatu
ta & maximè odioſa, vt hoc, quod excludit fœmi-
nas filias contra diſpoſitionem iuris & legis, ma-
ximum uitium, non verificantur in caſibus fictis:
vt not. in l. 3. §. hęc uerba. ff. de nego. geſt. quia
talia ſtatuta debent reſtringi, non ampliari: ut in
c. odia. de regul. iur. lib. vj.

Et ꝙ ſint fictè legitimi dicto Clementi oſten-
20 ditur. Nam † licèt aliàs in his quæ ſunt iuris ius
multum poſsit, & diſponendo diſponat ſecundũ
ueritatem, & non ſecundum fictionem, tamen
hoc uerum eſt ſi diſponit in omnibus vt habea-
tur pro legitimo: nam tunc eſt uerè legitimus: q a
hæc differentia proceſsit a iure ciuili, vnde ipſius
eſt tollere: vt in regula iuris. nil tam naturale, &
hoc tenet Barto. in c. ſi is qui pro emptore. de vſu
capion. in fictione inductiua in ſecunda oppo.
Sed ubi non quo ad omnia fit diſpoſitio: ſed quo
ad quædam, ut in caſu ut ſupra: quia non ſimpli-
citer legitimando reſtituit eum priſtinæ naturæ,
ſed cum hoc, vt non faceret præiudicium alijs
legitimis: & ſic non in totum ad iura legitimo-
rum eum reſtituit. tunc in his in quibus reſti-
tutus eſt, eſt fictionis ope, & hoc ne uideatur
quaſi monſtrum: vt quo ad quędam habeatur pro
verè legitimo, & quo ad quædam non.
21 Similiter † dicimus de patria poteſtate, quæ
eſt de iure ciuili, vt filius cum habetur pro patre,
ſi non habetur quoad oĩa, ſit fictionis ope, ut no.
Bar. in d. l. ſi is qui ꝓ emptore. Ex quibus dico ꝙ
hæc mulier prętextu dicti ſtatuti non eſt excluſa a
ſucceſsione ab inteſtato, ab hæreditate paterna,
& cum ſit præterita, dico quòd iſtud teſtamentũ
Clemẽtis eſt nullum. Pro quo amplius facit: quia
legitimatio dicti Leonardi non eſt valida, vt in
fra dicã. & ſic teſtm̃ ipſum indubitanter eſt nullũ.

Reſtat nunc uidere ſecundũ dubiũ, Quid ope
22 retur in caſu noſtro † clauſula codicillaris? Et di-
cerent fortè multi, quòd etiam irritato teſtõ, uel
nullo declarato, hæc clauſula operatur quòd ſint
grauati uenientes ab inteſtato per fideicommiſ-
ſum, & ſic dicta Thomaſa ut reſtituat dictis nepo
tibus hæreditatem: vt C. de fideic. l. ex teſtamen-
to. & l. quia autem, circa prin. ff. ſi quis omi. cau.
teſt. & no. in l. 1. de iure codi. Et ſic ipſa Thomaſa
23 filia ueniens ab inteſtato tenetur reſtituere di-
ctis nepotibus totam hæreditatẽ, retenta ſibi ſua
legitima, in qua non põt grauari: ut l. ſcimus. §.
cũ autẽ. & l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. te-
ſtam. Et omnia alia reſtituat etiam ſine diminu-
tione Trebellianicæ. Nã cũ ipſa legitima & Tre-
bellianica concurrant eodem tempore, ſola vni-
ca detrahenda eſt, ſecundum communem opinio
nem in l. quanquam. C. ad leg. falci. Et ſic in caſu
in quo dicta legitimatio tenuiſſet, & dictus Leo-
nardus legitimatus, feciſſet partem dictæ Tho-
maſę in legitima, eſſet medietas tertiæ totius hæ-
reditatis: ut C. de inoffi. teſta. autẽn. nouiſsima.
Vel ſi non tenuit legitimatio detrahat ipſa dicta
Thomaſa filia tertiam totius hæreditatis, quæ eſt

ſua legitima.& reſiduum reſtituat per fideicom-
miſſum dictis nepotibus,quanquam eſſent ex na
turali filio geniti.& hoc vigore ſtatuti diſponen-
tis quòd pater non habens filios maſculos poſsit
relinquere filijs ex quocunque coitu natis,id,qđ
voluerit quocunque modo,qualitercunq; & ſub
quacunq; conditione. Et ſic uidetur ꝙ non ob-
ſtante iuris diſpoſitione dictus Clemẽs potue-
rit fideicommiſſum relinquere dictis nepotibus
quãquam ex naturali filio genitis. Et ſic videtur
ex hoc ſtatuto correcta l. fi.C.de natura.lib.& l.
24 2.C.eo.tit.quæ † permittunt extãte legitima ſo
bole ipſis filijs legitimis ex naturali filio genitis
vnciam vnam tantum poſſe relinquere eis,& eo-
rum matri. Quod ſtatutũ de iure videtur proce-
25 dere:quia † iura legitimorũ & illegitimorũ pro-
cedunt de iure ciuili, cũ ante,omnes legitimi na-
ſcerentur:ut in auc.quib.mo.nat.effi.legi.§.ſi qs
ergo non habens.circa medi.& in auc.quib mo.
natur. effi.ſui.§.quia igitur.ad princi.circa med.
26 §.ergo † põt tolli à ſtatuto quod eſt iuris ciui-
lis pars cum ab eo ſit differens, & ſic ab eo diſſol
ui debet.pro hoc regula in l.tam naturale. Et qa
27 † quod põt regulariter fieri per legem generalẽ
uidetur fieri poſſe à ſtatuto:ut ff.de iuſti.& iure.
28 l.omnes populi.Sed † per generalẽ legẽ, poſſunt
nedum naturales,ſed ſpurij legitimari:vt in ti.qui
bus mo.nat.eff.legi.& in ti.quib.mo.nat.eff. ſui.
ergo ſtatutum poterit:per hoc quia ſtatuta poſ-
ſunt legem tollere:vt in c.fi.de conſue.
29 Præterea † hæreditates ſunt de iure ciuili, &
30 † poteſtas teſtandi prouenit ab eodẽ.C.de leg.hę
re.l.lege. ergo põt ad hęreditatẽ per ſtatutum vo-
cari naturalis. eſt enim ſtatutũ iuris ciuilis pars,
videmus enim per ſtatuta inhabiles habilitari,&
ꝓximiores de iure ciuili vocatos remoueri. Vn-
de ſi Ius ciuile aufert naturalibus ius ſuccedendi,
ſtatutum quod eſt iuris ciuilis pars, videtur poſſe
reſtituere,pro hoc: quia ſtatutum facit quẽ hære
dem:vt l.j.C.vt ex leg.Sen.Con.Et patet:quia lex
facit naturales certæ partis capaces. C. de natur.
lib. auc.licet.qui filij ſint legi.e.ſlatot.
31 Prętereà † ius Canonicum prouidet filijs ſpu
rijs de alimẽtis: ut in c.cum haberet.de eo q. dux.
in matrimo. quã pol.per adulteri.ergo per ſtatu-
tũ ſimile poterit dari naturalibus multo magis hę
reditas, & in hoc per ſtatutũ poterit diſpenſari:
arg.ff.de hære.inſti.l.ſi is qui ſolidũ.Et hoc ꝙ uo
cari poſsint per ſtatutũ ad ſucceſsionẽ nõ ſolum
naturales, ſed & ſpurij,conſuluit Io. Calde.ut re-
fert Bal. in l.j. C. de Sum.Trini. & fi.cath.in q.in
cipit, circa ſtatuta permiſsiua. Et ꝙ vocari poſ-
ſint per ſtatutũ tenet D.Ant.de But. in c.per ue-
nerabilẽ. qui fil. ſint legiti.& ita dicit tenere Bar.
in l.j.de Sum.Trini. & fi. catho.& amplius & plu
ribus prolixioribus argumentis retuli in quodã
meo tractatu, quem compoſui de legitimatione
naturalium in j.libello in rub. de cauſa efficien-
ti. in quæſtione quæ incip. ſed iuxta prędicta
conſueuit dubitari &c.

His non obſtantibus in propoſito caſu aliam
credo fore ſententiã, videlicet quòd dicti nepo-
tes nõ vocẽtur ſi legitimatio tenuiſſet niſi ad me
diam hæreditatẽ. & ubi legitimatio Leonardi eo-
rum patris non tenuiſſet, prout non tenuit, non
poſſet niſi ad vnciã vnam hęreditatis uocari dire
ctò,uel per fideicommiſſum, vnà cum matre eo-
rum: ut l.2. C.de naturali.libe.& l.fi.eo.tit. & in
auc.quib.mo.natu. effi.ſui.§.nos igitur.Et quòd
hoc ſit uerũ ꝙ in caſu in quo legitimatio tenuiſ-
32 ſet nõ uocẽtur niſi in dimidia paret : quia † ne-
potes ſuccedẽdo Clementi auo vnà cum d.Tho-
maſa filia dicti Clementis ueniunt in locum eo-
rum patris in ſtirpes & non in capita, perſonam
eorum patris repræſentãdo.ut inſti.de hære.quæ
ab inteſt.§. filius.Sed cum pater eorũ ex diſpoſi-
tione ſuæ legitimationis nõ poſsit admitti in prę
iudiciũ aliorum legitimorum,ſequitur quòd tan-
quam legitimus non poterat capere ultra medie
tatem hæreditatis , id eſt, tantum quantum capit
d.Thomaſa:quia aliter legitimatus ſecundum for
mam dicti priuilegij non intelligitur. & ſic ſi non
amplius capere poterat ipſe Leonardus legitima-
tus,ſimiliter nec poterunt eius filij nepotes præ-
dicti qui in eius locum ſucceſſerunt.d.§. cum fi-
lius,& ad hoc faciunt ea quæ ſupra dixi.
33 Nec modò poſſet † clauſula codicillaris opera
ri amplius:quia in præiudicium legitimorum nõ
eſt iſte legitimatus vt acceſsiones ſint diſpares,&
ſi nõ eſt legitimatus non põt pater extantibus le
gitimis ultra unciam hæreditatis cum eis diſpo-
nere,& eorum matre:ut d.l.ij.& l.fi.C.de natu.li-
ber. Sed quia credo ꝙ legitimatio Leonardi non
teneat, amplius credo ꝙ dictis nepotibus nõ de-
beatur niſi vncia vnà cum eorum matre, uel ſemi
vncia ſinè matre ipſorum, ſecundum Glo.in l.ij.
C.de natu. lib.& in d.l.fi.Et ratio:quia auus ne-
potibus legitimis ex filio naturali extãte legitima
ſobole nõ pt amplius relinqre dictis nepotibus.
Nec obſ. ſtatutum quod permittit indiſtinctè
34 talibus liberis relinqui: † nam hoc ſtatutũ nõ ua
35 let,quod probatur.Nã † ordo decurionũ.q pẽſt
in ciuitate loco populi non poteſt quem reſtitue
re natalibus:ut l.1.C.de nata.reſtituen.& ſic non
36 poteſt legitimare, cùm † legitimatio ſit quædam
natalium reſtitutio: ut no.in §.ſi quis ergo. quib.
mod. natur. effi.legi. & quib. mod. natu.effi. ſui
§.ideò. Et ſic non põt legitimare ciuitas , ſic nec
37 ſuper ſucceſsionibus diſpenſare:quia † quæ con-
ueniunt in effectu dicuntur ſimpliciter conueni
re.l. Deo nobis.C.de epi.& cle.& l.4.C.de inſti-
tu.ſubſti.Sed dare poteſtatẽ naturalibus ſuccedẽ-
di eſt vitiũ in legitimitate amouere,quo cauſatur
eius incapacitas. Si ergo populus remouetur ab
actu legitimandi, ergo & ab actu diſpenſandi in
38 ſucceſsione, qui in effectu eſt idem.Et quia † pro
hibitum in cauſa prohibetur in cauſato,ſed popu
li prohibentur in legitimatione,ut dixi , quæ eſt
cauſa ſucceſsionis : ergo & in ipſa ſucceſsione
ſunt prohibiti diſponere. pro hoc l. oratio. ff.de
ſponſa.

39 ſponſa. Et hoc † maximè: quia ius hoc Princeps
ſibi reſeruauit:ut in §.fin.quib.mo.natu. effic.ſui.
Sed ad talia populi recognoſcentes ſuperiorem,
vt populus Aretinus non imponunt manus, niſi
in præſcriptione tanti temporis de cuius contra-
rij memoria non exiſtit.ut de verb.ſignif.c.ſuper
40 quibuſdam. quia † in generali conceſsione facta
à Principe Ciuitatibus de poteſtate ſtatuendi per
l.omnes populi.ff.de iuſt. & iur. non videtur ve-
nire hoc quod Princeps ſibi tantum reſeruauit.
Sicut nec creatio tabellionũ,reſtitutio ad famam,
vt not.Innocen.de fide inſtr.ca. cum P. Tabellio.
Et ad hoc facit,quia ſtatutum hoc permittens re-
linqui naturalibus,& baſtardis non eſt rationabi-
le,nec honeſtum; & ſic non valet; quia lex debet
eſſe rationabilis & honeſta:vt 3. diſt. erit autem.
& 1.diſt.conſuetudo. Nam ij filij excluduntur in
pœnam patris. 15.q.fi.cum multis.facit l.iſti qui-
dem.ff.quod met.cauſ. non autem fit in filiorum
pœnam.61.diſt.naſci.ſed per tale ſtatutũ remitti-
tur pœna patri delinquenti,& ei datur occaſio for
nicandi; nam viri non curabunt copulare matri-
monia, ſed retinebunt concubinas poſtquam ex
eis poterunt procreare filios ſibi ſucceſsibiles,per
hoc quod not. Hoſtien.in ſum. qui filij ſint legit.
§.fi.verſ.quid ſi Imperator, ubi dicit quòd huiuſ-
modi leges ſunt cauſa multorum peccatorum.
41 Facit de conſuet. cap.ex parte,ubi † dicitur quòd
non valet conſuetudo quòd adultero vxoris den-
tur certa bona:quia dat materiam adulterandi. Et
hanc partem quòd ciuitas non poſsit ſine antedi-
cta præſcriptione tanti temporis de cuius contra-
rio memoria non exiſtat,etiam in naturalibus di-
ſponere, concludit,ac conſuluit Paul.de Leaz.Fe-
der.de Sen.Petr.& Bald.de Peruſ.Idem Bart.in l.
teſtamenti factio.ff.de teſta. Idem Bald.in l.1.C.
de ſum.Trini.vbi dicit Idem tenere Cyn. & Odo-
fred.Et licet arg.concludant ut plurimum in ſpu-
rijs, idem dico de naturalibus, vt non diſpenſet
ciuitas cum eis etiã ad ſucceſsionem, niſi habeat
ex præſcriptione tanti temporis quòd contrarij
non exiſtat memoria; uel ſpeciali Principis priui-
legio, & maximè ubi prouidet generaliter de fu-
turis filijs naturalibus,cum ſit hæc prouiſio cau-
ſa peccatorum, ut dixi. Ex quibus concludo quòd
dictis nepotibus ex dicta clauſula codicillari, uel
fideicommiſſo non debetur niſi ſeminuncia dictæ
hæreditatis, ſi non ſunt inſtituti cum eorum ma-
tre,ſed ſi ſunt cum matre eis debetur uncia:d.l.2.
& l.fi.C.de natura.liber.

Reſtat modò declarare tertium,an legitimatio
dicti Leonardi tenuerit? & breuiter dico, quòd
non, duplici ratione. Primò ratione carentiæ po-
teſtatis legitimantis. Secundò ratione formæ non
legitimè ſeruatæ. Primò ergo ratione deficientis
42 poteſtatis: nam † illud priuilegium Imperiale
quod concedit poteſtatem legitimandi, non ha-
bet ſubſcriptionem Quæſtoris Imperatoris,ideſt,
eius Cancellarij, licet ibi ſit pro teſte deſcriptus,
& ſic nõ ualeat in authen.ut diui.iuſſ. colum.8.
& not.in l.final. C.de diuer.reſcript.& hoc nota.
gloſſ.in dict.authen.ſuper uerbo iuſsionem, quæ
43 † intelligit illum text.in priuilegijs: ut ibi patet &
not.in d.l.fin. Debet enim Quæſtor ſubſcribere
inter quos, & ad quem iudicem debet dirigi pri-
uilegium. Vnde non ſufficit ad validitatem dicti
priuilegij quòd ſolùm ſit in teſtem Quæſtor ſu-
praſcriptus, & ita conſuluit ſuper hocmet priui-
legio, uidelicet quòd non ualeat, bonæ memoriæ
genitor meus D. Roſellus de Aretio hac de cau-
44 ſa. Quod credo uerum † niſi doceretur de con-
traria Principis conſuetudine. Nam dicit Cyn. in
d.l.fi.de diuer. reſcript. quædam ſubſtantialia ad
validitatem priuilegiorum ſunt cõſuetudine ſub-
lata, & ſi probaretur hoc unum ex illis eſſe, non
irritaretur priuilegium, ſed in dubio dico non
ualere.

Secundò non eſt valida dicta legitimatio reſpe-
45 ctu formæ. Nam † quando pater ſupplicat Prin-
cipi pro legitimatione naturalium, oportet quòd
dicat ſe non poſſe habere concubinam ad matri-
monium, & ſic non poſſe tali forma filios legi-
timare aliqua iuſta cauſa impeditus. Vel ſi non
eſt impedimentum,dicat, quamquam matrimo-
nium non contrahat cum concubina. Et aliter
non poteſt Principi ſupplicari, ut eſt text. in au-
then.quib.mod.natu.effic.legi. §. ſi quis ergo nõ
habens. quod hic minimè factum eſt.Item opor-
tet quòd faciat mentionem ſi habet,uel ſi non ha
bet pater legitimam ſobolem, nam cum ſit ma-
gis inductiua cauſa Principis quando non habet
alios legitimos, quàm quando habet.d. §. ſi quis
ergo non habens, certè ſi non exprimit alios ha-
bere legitimos,non ualet, per hoc quod not.in c.
dilecta.de reſcript.& eo.tit.c.dilectus filius abbas
ſancti Stephani.& quod nota.in cap. ſuper eo. de
cohab.cler.& mulie.ubi Doctor. dicunt quòd in
impetratione debet inſeri factum,& qualibet fa-
cti qualitas, ut ſi impetro gratiam condemnatio-
nis, debeo dicere pro homicidio uel vulneribus
factis: quia non eſt uerisimile ſi qualitatis ex-
preſsionem Princeps ſciuiſſet, ueniam conceſsiſ-
ſet. hoc not.Bald.in l.præſcriptione. C. ſi contr.
ius vel util. pub. Ideo dicit Io.Andr.in additio.
Spec.in tit. qui filij ſint legi. uerſ. quæro ſi natus
46 † quòd ſi aliquis ſpurius impetrat legitimationẽ
etiam dicens ſe ſpurium, quòd non ualet legiti-
matio ſi eſt ſpurius duplicatus, niſi facta de hoc
particulari expreſsione. Allegat de præben.cap.
non poteſt. lib.6. facit quod ipſe not.in appara-
tu arboris affinitatis in gloſſ.ibi,& inſurgit affini-
tas. Ex quibus concludo quòd dicta legitima-
tio dicti Leonardi non tenuit dictis duabus de
cauſis: quia non expreſsit in impetratione om-
nem qualitatem ſuam: videlicet quòd ipſe habe-
bat uxorem,& ſobolem legitimam, & quòd non
poterat illam concubinam ex qua ſuſceperat libe-
ros habere in uxorem, & ſi non ualet dicta legi-
timatio, dico quòd in dicta hæreditate Clemen-
tis non competit dictis filijs dicti Leonardi, ne-
potibus

potibus inſtitutis ultra ſemiunciam ſine eorum matre ex dicto teſtamento dicto Clementi etiam quamquam ſtatutum liberè quãtum voluerit, videatur Clementi permiſiſſe ius relinquendi dictis nepotibus: quia tale ſtatutum non valet, Præ-
47 terea † ſi valeret eſt ponderandum quod dicit, q; pater poſsit relinquere filijs ex quocunque coitu natis. vnde hoc ſtatutum nutriens peccatum, & contra ius commune conditum, non trahitur ad nepotes natos ex filio naturali; quia debet intelligi ſtrictè in quantum poteſt, vt ſaluum remaneat ius commune. de conſuet. cap. cum dilectus. & ibi not. per hoc quod not. Bart. in l. liberorum appellatione. ff. de verbo. ſignif. & quod refert Bald. in d. l. maximum vitium. qui licet in ſuis deciſionibus aliqualiter videatur huic deciſioni contradicere, non tamen dicit contra, ſed poſſunt eius dicta cum hac ſententia adaptari, & eſt magis iuri conſonum, vt hoc ſtatutũ etiam ſi valeret loquens de filijs non porrigatur ad nepotes tales, pro hoc ſpecialiter videtur caſus in d. l. fi. de natu. lib. ubi dicit text. tales nepotes non comprehendi appellatione filiorum.

Concludo, vltimo dictis nepotibus inſtitutis extante Thomaſa legitima filia tantum deberi ſemiunciam dictæ hæreditatis, reliquum verò eſſe debere ipſius Thomaſæ ex ſucceſsione ab inteſtato. LAVS DEO.

Antonius D. Roſelli de Roſcellis de Aretio, vtriuſque iuris Doct.

CONSILIVM D. ANTONII DE Roſellis Aretini, I. V. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ nupſit non petito tutore filys, an teneatur reddere rationem, ſi teſtator ſibi remiſit confectionem inuentarij, et redditionem rationis tutelæ.*
2 *Teſtator tutori teſtamentario inuentary confectionem remittere poteſt: Et dolum præſumptum, incurrit, qui inuentarium non conficit.*
3 *Intellectus ad l. ſi quis rationes. ff. de libera. lega.*
4 *Dolus qui poſsit remitti. & nu. 5. & 6.*
5 *Dolus futurus remitti non poteſt. & nu. 8.*
6 *Legatum remiſsionis tutelæ an fieri poſsit in tempus.*
7 *Inquietans tutorem repetendo rationem à teſtatore remiſſam, incidit in pœnas à teſtatore in teſtamento impoſitas.*
8 *Tutor de dolo tenetur, licet liberatio à reddendis rationibus legetur.*
9 *Venia non datur niſi de contingenti.*
10 *In dolo eſt, & verſatur, qui aliena poſsidet, & non reſtituit.*
11 *Remiſsio rationis quid operetur.*
12 *Tutori an per teſtatorem culpa remitti poſsit.*
13 *Inuentarium non conficere an ſemper ſit dolus. & num. 14.*
14 *Remittere confectionem inuentarij, an ſit remittere futurum dolum.*
15 *Præſumptio vna alteram tollit.*
16 *Dolus futurus nunquam intelligitur remiſſus.*
17 *Regula, quòd paria ſunt fieri tempore licito, & conferri in tempus licitum, ac ſi fieret tempore licito, quando locum habeat.*
18 *Ratio tutelæ qualiter reuideri debeat in caſu de quo hic.*
19 *Mulier eo ipſo quòd tranſit ad ſecunda vota, ipſo iure priuatur tutela, & tenetur exactam rationem reddere.*
20 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota non petito tutore, & non reddita ratione, in quas pœnas incidat.*
21 *Bona raptoris cui applicentur.*
22 *Raptor an, & quo iure poſsit cum rapta in matrimonium contrahere.*
23 *Bona raptoris an poſsint raptæ pro dote conſtitui.*
24 *Correctione facta principalis, fit in eo quod uenit in conſequentiam.*
25 *Dos nõ eſt in cõſequentiã neceſſaria ad matrimoniũ.*
26 *Lex ciuilis an poſsit imponere pœnas circa contractum matrimonij.*
27 *Cui non competit principale, nec acceſſoriũ cõpetit.*
28 *Pœna perditionis bonorum raptoris in cuius odium eſt introducta.*
29 *Pœna appoſita mulieri tranſeunti ad ſecunda uota in fauorem filiorum, non ſunt remiſſa.*
30 *Statuta non poſſunt imponere pœnas in contractu matrimonij.*
31 *Hæreditas per aditionem, fit adeuntis.*
32 *Raptor quas pœnas patiatur.*
33 *Domini quando plures ſunt iuriſdictionẽ habentes, quilibet inſolidum eam habet, & attenditur qui prius præuenit.*
34 *Dominorum plurium habens adminiſtrationem, illam exercet in parem in dignitate.*

CONSILIVM CXLV.

OMNIPOTENTIS DEI poſtulato ſuffragio. In facto D. Iſabetæ olim vxoris Bartholomæi Mangandlæ, & Gratiæ filiæ eius, fuit à me quæſitum de
1 infraſcriptis † . Vtrum ipſa D. Iſabeta tutrix relicta à dicto Bartholomęo ſuo viro, & quę nupſit non petito tutore filijs, teneatur de geſtis præſertim poſt matrimonium, & reſidua conſignare, non obſtante conditione adiecta per teſtatorem, quòd non teneretur inuentarium facere, neque de geſtis rationem reddere? In quo quæſito duo ſunt principaliter intuenda, primò de geſtis per eam dum fuit tutrix ante, q̃ nuberet. Secundo de geſtis per eam poſtquàm ſe geſsit pro tutore poſtquàm deſijt eſſe tutrix per tranſitum ad ſecunda uota, non petito tutore filijs, nec redditis rationibus? Ad primum videtur dicendum quòd dicta D. Iſabeta de geſtis tẽpore tutelæ non poſsit ab hæredibus dicti Bartholomæi inquietari, uel à pupillo cuius tutelam geſ-
2 ſit; quia clarum videtur, quòd teſtator † tutori à

ſe dato in teſtamento, confectionem inuentarij
poteſt remittere.l.ſi.C.de arb.tut.& dolum præ-
ſumptum quem incurrere; qui inuentarium non
confecit,de quo in l.tutor, qui repertorium.ff.de
3 adminiſtra. tuto. Et ſicut poteſt † remittere iſtū
præſumptum dolum futurū,ita uidetur poſſe re-
mittere dolum præſumptum ſurgentem ex alia
adminiſtratione,quòd dicentur male geſta uel ne
glecta,& hoc uidetur probare text.in l. ſi quis ra-
tiones.ff.de liber.lega. Nec obuiare uidetur præ
dictus ſi dicitur,illa lex habet locum ſecūdum Dy.
Bar.& Doctor. in tutore qui iam adminiſtrauit,
4 † & ſic cùm remittitur dolus iam commiſſus,qui
remitti poteſt, l. actione, & quod ibi nota. C. de
5 tranſact.l.Lucius. ff. de libe. lega. † ſecus uerò ſit
in dolo futuro: qui remitti non poteſt, l. ſeruus.
§.illud.ff.de pact.& l.quidam decedens. ff. de ad-
mi.tuto.quia illud uidetur procedere; quando re
linqueretur ſimpliciter, uel fieret remiſsio futuri
doli,ne detur materia malignandi:ſecus ſi ſit lega
6 tum remiſsionis † in tempus finitæ tutelæ, quaſi
poſsit fieri tempore licito, uel fieri tempore illi-
cito,& conferri in tempus licitum, l. in tempus.
ff.de hæred.inſtituen.& ff.de dona.inter vir.& v-
xor.l.ſi cum.& l.ſeq.& l,ſi inter. ff. de pact.dota-
li. la 2. Sed hic teſtator legauit,quantum apparet
dictos tutores debere,quando ab ipſis exigeretur
ratio.ita videtur ipſis remiſſus dolus, cùm fuerit
remiſſa tutela,& cùm erit adminiſtratio finita, &
uidetur ualere remiſsio per prædicta. Vnde ui-
7 detur poſſe concludi, † quòd dictus pupillus in-
quietás dictos tutores repetendo aliquo modo
rationem, & reliqua, quòd incidet in pœnas à te-
ſtatore in teſtamento impoſitas.l.multa.ff.de cō-
ditio.& demonſtratio.

Sed prædictis non obſtantibus,veritas eſt in
oppoſitum, quòd ex hoc teſtamento non eſt re-
miſſus futurus dolus, nec reſtitutio reliquorum.
8 † Quòd dolus futurus remiſſus non ſit,eſt tex.in
l.quidam decedens.ff.de adminiſtra.tuto. ubi eſt
caſus quòd licet teſtator iuſſerit tutores anologi-
ſtas eſſe, id eſt,dederit ſine onere rationis redden
dæ,quòd nihilominus de dolo teneantur,nec po-
teſt legando, uel fideicommittendo hoc teſtator
prouidere. Vnde non poſſet ſibi relinquere illa,
in quibus eſſet in dolo:quia eſſet dare delinquen-
di materiam.l.ſi unus. §. illud. ff. de pact. & quia
Deus ipſe,nec Apoſtoli vnquam futurum dolum
in peccatis remiſerunt.ut eſt text. 24.q.1.cap.le-
9 gatur, † quia uenia nō datur niſi ſe corrigenti, ut
in regula iuris venia. Sed quia qui vult in futuro
dolo eſſe, quærit delinquere, huic remiſsio fieri
non poteſt, dictus iuribus,ex hoc infertur ꝙ non
10 cenſetur eis facta remiſsio reliquorum: † quia in
dolo eſt & uerſatur qui reliqua poſsidet, & non
reſtituit illa.l.ſi procuratorem.§.fin.cum ll.ſeq.ff.
manda.Vnde poteſt pupillus petere rationem re-
11 videri. † Et ſi dicitur quid operabitur remiſ-
ſionis rationis? operabitur, ut non ita exa-
cta, & indigens reddatur, ut dicit tex. in l.ſi ſer-
uus venditus.ff.de legat.1. Sed ꝙ non reuidean-
tur rationes,ut ſi aliquid dolo fecerit reſartiat,vel
ſi habet reliqua quòd illa reſtituat, hoc non eſt
ſibi remiſſum,nec venit in legato facto a teſtato-
re tutori, ſi condemnaretur. ita dicit tex. in d. l.
12 quidam decedens.de adminiſtra. tuto. † De cul-
pa autem dolo proxima idem credo: quia illa eſt
præſumptus dolus.l.quod Nerua.ff.depoſi. Sed
non tenebitur de leui vel leuiſsima. & ſi tenere-
13 tur hoc poſſet ſibi legari. † Non ob. l. tutor,qui
repertorium.ubi dolus eſt præſumptus non con
ficere inuentarium. nam non ſemper eſt dolus:
quia ex cauſa omitti poteſt,ut dicit tex. in d.l.tu-
tor.Sed quæ eſt iuſtior cauſa, quàm cum teſtator
vetat.Ita dicit Bar.in l.maritimæ ſiue mediterra-
neæ. C. de annon. & tribut. lib. 10.Si tutor non
conficit inuentarium:quia plus exponeret in con
fectione,quàm ſubſtātia pupilli foret, et tunc nō
14 teneatur.† vnde non eſt verum quòd remittere
confectionem inuentarij, ſit remittere futurum
dolum:quia non eſt uerum :ſed eſt tollere, ꝙ non
conficiendo vetante teſtatore ipſum confici, ꝙ
ſit in futuro dolo pręſumpto,tollitur alia pręſum
15 ptio,ſed non dolus † quia una præſumptio tol-
16 lit aliam.l.licet Imperator.ff.de legat.1. † Et hoc
ꝙ dolus futurus nunquam intelligatur remiſſus,
not.Bar.in l.Aurelio.§.Caia.ff.de libera.leg.& l.ſi
quis rationes.ff.eo.tit. loquitur in dolo iam com
miſſo,& in adminiſtratione iam facta, ſecundum
omnes Doctores.

Non obſtat quòd hic legatum uidetur colla-
tum poſt finitam tutelam, ut ſi aliquid præſtat
propter geſtionē videatur illud,legatum.cùm ſit
collatum in tempus licitum,uidetur ualere illa re-
17 gula, † paria ſunt fieri tempore licito, & conferri
in tempus licitum, & ſi fieret ſemper tempore li-
cito, habet locum,niſi quando lex requirit primū
tempus, & primum principium ad ſubſtantiam
actus: quia tunc ſi non eſt tempus congruum nō
ſufficit conferre in tempus licitum; ut eſt tex.in
l.ſi minor.ff.de ſer. exportan. Sed hic à principio
requiritur, ut dolus futurus non remittatur,un-
de non ſufficit conferre abſolutionem poſtquam
fuerit commiſſum: quia hoc eſſet à principio re-
mittere dolum, quod licet.

Ex ijs concludo, quòd pupillus poſsit petere
remiſsionem rationum, ut videatur, ſi in aliquo
tutrix prædicta dolo verſata ſit, & ut dicatur ſi
habet reliqua quòd illa reſtituat, ꝙ ſi ijs reſpe-
ctibus pupillus rationes petet in nullam pœnam
18 incidet. † Reuidebitur autem ratio uidendo li-
bros, & codices ipſorum:quia licet non tenere-
tur conficere inuentarium,tamen libros tenere
tenebatur, ut not. gloſ. in Clem.1.de vſur.& hoc
de geſtis antequàm nuberet. De geſtis autem
poſtquàm tranſiuit ad ſecunda vota eſt minus
dubium,quòd ipſa teneatur reddere exactam ra-
tionem: quia teſtator remiſit redditionem ratio-
19 nis adminiſtrationis tutelæ. Sed iſta † mulier ſta-
tim quòd contraxit ſecundas nuptias, deſijt eſſe
tutrix

tutrixipſo iure, & fuit remota à tutela vt ſuſpe-
cta,tex. eſt in ant. vt ſine prohibitio. matris debi.
& credi. §.fi.qui tex.dicit mox.& ita volũt Doct.
& Bar.in l.quæ ſi ſub conditione. de teſta.tutel.li
cet illum tex.non alleget,& in auc.matri & auiæ.
C.quando mul. tut.offi. fungi poteſt,& maximè
debet exactam rationem reddere: quia iura ha-
bent eam ſuſpectam, quòd propter ſecundum vi
rũ deteriorarct. ſiiios.l. lex quæ tutores. uer.lex.
C.de adminiſtra.tuto. & quia teſtator remiſit ge
ſtionem tutelæ, non illam quam geſsit gerendo
20 ſe pro tutore. Imò dico † quòd cùm tranſiuerit
ad ſecunda uota non petito tutore, & non reddi-
ta ratione, quòd ipſa incidit in pœnas. l.1.C. de
ſecun.nupt. & auct. eiſdem poſtea, ſuper d.l.1.&
hoc primo dubio.

21 Ad ſecundum dubium, non eſt dubium † ꝙ
bona Iachelini, qui rapuit Gratiam, fuerunt ap-
plicanda ipſi Gratiæ, vt eſt tex.in l.1.C.de raptu
uirginum.& in auct. de rapt. mulier. col. fina.
22 Et licet † de iure canonico rapta poſsit nubere
raptori, licet non poſſet de iure ciuili:ut d.l.1.C.
de rap. uirgi. & in auct.de rap.mulier. tamen ſe-
cus eſt de iure canonico hodierno, licet ſecundũ
Canones etiam non poſsit nubere captori,vt 36.
q.2.de puellis. tamen de iure canonico moder-
no poteſt,ut in c.fi. de raptori.&c.penul.& iſtud
eſt hodie ſeruandum, & hoc poſſunt facere taci-
to conſenſu & expreſſo, quando ſunt legitimæ
ætatis ad matrimonium, & non ſubſit aliud im-
pedimentum quàm raptus. per hoc tamen licet
23 purgetur uitium raptus,† non inuenio quòd bo-
na quæ iam applicata erant ipſi raptæ reuertan-
tur ad virum quondam raptorem, niſi fortè ipſa
uellet ſibi conſtituere in dotem,quod poteſt. Nã
licet lex ciuilis nolit quòd poſsit raptori in do-
tem conſtituere dicta bona, ut in d.auct.de rapt.
mulier.tamen cum hodie de iure Canonico ipſa
poſsit raptori nubere, vt dixi, ita poterit dotem,
quæ uenit in conſequentiam ad matrimoniũ,con
24 ſtitueret † quia facta correctione principalis, fit
in eo quod uenit in conſequentiam, iuxta nota-
ta in l.1.& 2.ff.de legiti.tutori.
25 Non obſtat † ſi dicitur dos nõ eſt in conſequen-
tiam neceſſariam ad matrimonium: quia hoc eſt
uerum quando non conſtituitur dos, ſed poſt-
quam eſt conſtituta,eſt in conſequentiam neceſ-
ſariam: quia dos propriè ſumpta,non poteſt eſſe
ſine matrimonio. l.3.ff.de iure dot.

Non obſtat ſi dicitur quòd iſtud patrimoniũ
quod erat applicatum Gratiæ,debet eſſe hodie d.
Iſabetæ matris ſuæ, ut in auct.de rap.mulier.cir-
ca fin. quia dico,quòd poſtquam Canon permit-
tit iſti mulieri contrahere matrimonium cum ra-
26 ptore,per conſequens remittit pœnas:† Nam lex
ciuilis non poteſt imponere pœnas circa contra-
ctum matrimonij, iuxta notata in cap. ſtatutum.
de hæreti. lib.6. non enim contractus matrimo-
27 nij pertinet ad forum ſeculare:† quia cui non cõ-
petit principale, nec acceſſorium competit.l. Se-
ius eſt Augerius. ff. ad leg.Falci.not in l.decreto.
C.de ijs, qui not. infa.& Glo.in l.1.& 2.C.de ſe
cun.nuptijs. Canoniſtæ in c.cum ſecundam.de
28 ſecun. nupti.† Iſta enim pœna perditionis bo-
norum raptoris, eſt inducta in odium ipſius ra-
ptæ conſentientis raptori, ut in tex.in d. auct. de
rap. mulie. Sed cum hodie permiſſum ſit iſtud
matrimonium per Canones, nec eſt hodie odio-
ſum, nec prohibitum, igitur ceſſant iſtę pænæ ap
poſitę ſi contrarium fiat, nec iſta pœna amiſsio-
nis bonorum raptoris eſt inducta in odium ip-
ſius raptę cõſentientis raptori: quia ſi eſſet indu
cta in fauorem principaliter parentum,tunc li-
cet eſſet permiſſum matrimonium, non tollere-
tur quin bona applicarentur parentibus,tunc nõ
eſſet remiſſa talis pœna, iuxta notata per Inn. in
d.c.fin.& in c. cum ſecundam. de ſecund. nupti.
29 † Et ideò pœnæ quæ ſunt appoſitæ mulieri tran-
ſeunti ad ſecunda vota, in fauorem filiorum non
ſunt remiſſæ hodie,vt not.Doctor.in d.l.1.de ſe-
cun. nupt.& ibi Glo. in ver.honoraria.quidquid
dixerit Gl.in uer.decreto. C.de his, qui no. inf.

Ad tertium dubiũ dico, quòd iſta Gratia non
eſt priuata bonis paternis per ſtatutũ,per ea quæ
dixi in proximo dubio: † quia ſtatuta non poſ-
30 ſunt imponere pœnas in contractu matrimonij
per predicta.Sed poſito quòd tale ſtatutum vale-
ret,dico quòd non priuatur bonis paternis: quia
ſtatutum dicit quòd priuatur ſucceſsione patris.
Sed iſta non eſt amplius ſucceſsio: † quia per
31 additionem,uel immiſsionem hæreditatis cœperũt
bona eſſe ipſius Gratiæ,& non eſſe plus in ſucceſ
ſione,text. eſt in l. ſed plures. §.filio impuberi.
ff. de vulga.& pupilla. ibi,iuncta enim hæreditas
cœpit eſſe.facit. l.poſt aditam.C.de inſtitutio. &
ſubſtitutio.ſub condi. fac. aſque eo quod (vt di-
xi) nullam pœnam poteſt incurrere per dictum
ſtatutum.

32 Ad quartum † nõ eſt dubium quòd iſti poſsũt
conueniri de raptu:ut in l.1.C. de rap.virgi. ibi,
uel quarumlibet fœminarum. Item poteſt accu-
ſari de ui publica,l.& eum,& l.qui cœtu.§.qui ua-
cantem. ff.ad leg.Iul. de ui publi. & inſtit. de pu-
bli.iudi.§.ſin autem &.l. ſi confidis.C.ad leg.Iul.
ui public.

33 Ad vltimum dubium, † vtrum à tali raptu ex-
cuſentur ex eo, ꝙ fecerunt de licentia Domini
Galeatii de Archo,eſt notandum; quòd quando
ſunt plures domini habentes iuriſdictionẽ, tunc
quilibet habet eam in ſolidum, l.quid ergo. & l.
magiſtratu. & l.Imperator.ff.ad municipal.& tũc
attenditur qui primò præuenit, ut l.1.ff.de offi-
cio conſulis. ut alius non poſsit ſe intromittere,
niſi in ſolidum. ut d.l.1.de offic.conſul.Et ideò ſi
Dominus Galeaz habet parem adminiſtrationẽ
cum Comite Franciſco, tunc Comes Franciſcus
non poſſet ſe intromittere de inceptis per ipſum
Comitem Galeatium. Et ſi iſta commiſsio facta
per Comitem Galiatium eſſet delictum:non poſ-
ſet puniri per Comitem Franciſcum ſibi parem

notaeſt doctorum & Bart.in l.fi. ff. de rerum diuiſio. Sed ſi vera ſunt quę præponuntur in puncto,quòd Comes Franciſcus ſit maior, & ad eum pertineat regimen,& adminiſtratio, & tunc Comes Franciſcus poſſet illum punire in totũ: quia ad ipſum ſolum pertineat adminiſtratio,& eſt maior tunc Galeatio pari ſibi in dignitate, ut in authen. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.quo autem.nota.in l.apud eum.ff.ad municipal.vbi videtur tex.
34 † quòd quando ſunt duo pares in dignitate, & vnus ſolus habeat adminiſtrationem, ille qui habet adminiſtrationem, poteſt exercere in parem in dignitate:l.nihil omnino.C.de palati.ſacra.largi.lib.12. Laus Deo.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt, dico iuris eſſe ego Antonius Roſellus iuris vtriuſque Doctor. natus quondam Domini Roſelli doctoris famoſi, ac ſacri conſiſtorij Domini Papæ aduocatus pauperum: Comes & miles,ideò me ſubſcripſi.& ſigillo meo conſueto ſignaui.

SVBSCRIPTIO.

Ita vt ſupra conſultum eſt,dico & conſulo ego Franciſcus de Capitibus Liſtæ de Padua legum doctor & Comes, ibidem iura ciuilia ordinariè legens, & in teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi,& ſigillari iuſſi.

CONSILIVM D. BAPTISTAE A ſancto Blaſio Patauini legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum præteritione filij efficitur ipſo iure nullum.*
2 *Clauſula, quòd voluit teſtamentum ſuum valere eo modo quo validius valere poteſt, cuius effectus.*
3 *Legitima ſuppleri debet filio, ſi quod ei relictum eſt, non ſufficit.*
4 *Clauſula, omni meliori modo, cuius efficacia.*
5 *Teſtatoris mens amplectenda.*
6 *Teſtatoris uoluntas coniecturata dicitur expreſſa.*
7 *Præteritus ſi pro alio comparet in iudicio pro ſuſtinendo teſtamento, & ſi illud nullum foret videtur approbaſſe.*
8 *Verbum, accipiat, eſt uerbum commune, & trahitur ad inſtitutionem.*
9 *Verbum, habeat, eſt verbum commune, & trahitur ad inſtitutionem.*
10 *Filius religioſus in acquirendis poteſt monaſterio præiudicare, ſicut poteſt ſeruus domino ſuo.*
11 *Clauſula codicillaris ſuſtinet teſtamentũ aliàs nullũ.*
12 *Materna ſucceſſio ſpectat fœminis ſicut maſculis.*
13 *Statutum Paduæ excludens fœminas ſtantibus maſculis, ualidum.*
14 *Filij decedentis hæreditas materna pertinet ad patrem & fratres pro portione.*
15 *Pater transeundo ad ſecundas nuptias, tenetur quod acquiſiuit ex morte filij primi matrimonij reſeruare liberis eiuſdem primi matrimonij, niſi extaret ſtatutũ in loco, quòd patri deferatur liberè nu. 17.*
16 *Intellectus ad l. fœminæ. C. de ſecund. nupt.*
Intellectus ad l. generaliter. C. de ſecund. nupt.

CONSILIVM CXLVI.

IN Chriſti nomine amen. Viſo teſtamento quondam ſer Bartholomæi Milleani notarij, quæritur de duobus. Primò vtrum dictum teſtamentũ ſit nullum ratione præteritionis Dom. Don Iſayæ eius filij profeſſi religionem. Secundò qualiter regulet ur ſucceſſio dotis maternæ dicti quondã Domi. Don Iſayæ, cum mater eius deceſſerit relictis tribus filijs maſculis,& vna filia fœmina, & pater tranſiuerit ad ſecunda nota &c.

Circa primum quæſitum, licet prima facie dictum teſtamentum videatur eſſe nullum ratione
1 præteritionis, quæ † reddit teſtamentum ipſo iure nullum:vt in l.inter cætera. & l.in ſuis. ff. de liber.& poſthum.& inſtit.de exhære.liber.in princip.tamen in caſu noſtro contrarium eſt uerius. Et ſic quòd dictus Dom. Don Iſayas cenſeatur in illis libris quos elegit ex teſtamento patris ſui inſtitutus, & hoc, quia ipſe teſtator in fine teſtamenti appoſuit clauſulam, ſcilicet, quòd uoluit teſtamentum ſuum ualere eo modo quo ualidius
2 valere poteſt, ita dicitur in dicto teſtamento † quo caſu dicta clauſula facit, quòd filius cui aliquid relictum eſt, cenſetur in eo inſtitutus, vt ſic ualeat teſtamentum. Ita dicit Bald.in l. quoties. C.de here.inſtituen. Idem ibi dicit, & tenet Paul. de Caſt. Idem tenet Alex.de Imol.in conſ. ſuo 110. in lib.3.cõſiliorum ſuorum. & iſta eſt verè potiſſima ratio propter quam moueor ad dicendum quod pater videtur implicitè inſtituiſſe dictum eius
3 filium in dictis libris; & ſic † quòd ſi libri nõ ſufficiunt ad eius legitimam in bonis paternis quòd poſſit & debeat agere ad ſupplementum legitimę.vt in l.omnimodo.C.de inofficio.teſtamen.ſi tamen tempora petendi ſupplementum legitimę non ſunt lapſa, vt habetur in l.ſi quis filium. C.de inoff.teſtam.
4 Ad prædicta, de illa clauſula, † omni meliori modo,&c.facit quod in materia libellorum notauit Ioan. de Imol. in l.ſi cum nulla.ff.de re iud.& Ang.de Aret.in §.omnium. inſt. de actio. Et ſic illa clauſula habet hanc vim & virtutem, ſi non valet quod ago vt ago, valeat ut valere poteſt, de quo per Bart.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb. oblig. & per aliquos in l.non codicillum. C.de teſta. Et ſic ita videtur fuiſſe mens teſtatoris, quæ colligi-
5 tur ex dicta clauſula † ergo eſt amplectenda, l. in conditionibus primum locum.ff.de condi.& de-
6 mon.& l.licet Imperator.ff.de legat.1.vbi † dicitur quòd uoluntas teſtatoris coniecturata dicitur expreſſa. Et quod dicit Bal.in l.cum quidam.

C.de

C.de neceſſari.ſeru.here.inſtitur.ubi dicit, quòd
ſicut canis vel uenator ſequitur leporem, ita etiā
iudex debet ſubſequi, & perquirere mentem te-
ſtatoris. Secundò principaliter probo, quòd di-
ctus dom. Don Iſayas executor etiam factus di-
cto teſtamento, comparuit in iudicio & extra pro
Franciſco eius fratre vniuerſaliter herede inſtitu-
to in dicto teſtamento pro ſuſtinendo dictam ul-
timam voluntatem patris; ut mihi præſuppoſi-
7 tum † ergo videtur approbaſſe ipſum teſtamen-
tum patris ſui, etiam ſi in eo præteritus fuiſſet,
probo per l.fi.in princ.ff.de inoff.teſta.iuncta l.fi-
lio preterito. ff.de iniuſto rupto irritoque teſtam.
Tertiò principaliter probo, quòd dictus dominus
Don Iſayas cenſeatur inſtitutus in dictis libris:
quia teſtator dixit quòd accipiat, & habeat dictos
libros, ut patet in illo teſtamento. Conſtat autem
8 † quòd uerbum, accipiat, eſt uerbum commune
tā ad inſtitutionē, quàm legatum; vt videtur cā-
ſus in l.ab eo.C.de fideicom.prout illud uerbum,
accipiat, refertur ad inſtitutionem & ad legatum.
9 Et idem eſt in uerbo † habeat.l.1.C.de ſacroſan.
eccleſ.ibi, Habeat vnuſquiſque licentiam &c. & pa
tet ex not.per Bart.in l.pr̃ecibus.C.de impuber.
& alijs ſubſtit.& per Bald. in repet.cap. ſi pater.de
teſtamen.li.6. Idem in dubio debet intelligi quòd
inducat in illis libris inſtitutionem, ut ſic potius
valeat teſtamentum quàm pereat, l.quoties.ff.de
reb.dubijs.& l.in teſtamentis.ff.de reg.iuris. pro
quo facit quod habetur per Canoniſtas in c.Ray
nutius.de teſta. Et per prædicta patet quòd malè
agitur ab inteſtato, maximè quia dictus dominus
Don Iſayas approbauit dictum teſtamentum &
10 † in hoc potuit ſuo monaſterio præiudicare, ſci-
licet in acquirendis: ſicut poteſt ſeruus in acqui-
rendis præiudicare domino ſuo: vt habetur in l.
contra iuris.§.fi.ff.de pact. & per Abb. in c.1. de
in integr.reſtitut. & per Paul. de Caſt. in ſuo pri-
mo conſ. Quinimò etiam ſi teſtamentum illud
fuiſſet & eſſet nullum ex cauſa preteritionis, nihi-
lominus in effectu ſubſtentaretur propter uim
clauſulæ codicillaris appoſitæ in dicto teſtamento
11 per teſtatorem, † quæ facit, quòd præteritus vi-
deatur grauatus de reſtituendo totam hæredita-
tem ipſi Franciſco hæredi inſtituto uniuerſaliter
in eo teſtamento: ut dicunt Doctor.in authen. ex
cauſa.C.de liber.præter. uel exhære. & Bartol. &
alij in l.1. ff. de iure codicill. & hoc nullam habet
dubitationem. & ſic patet quòd dictum monaſte-
rium malè agit contra dictum Franciſcum, & hęc
de primo quæſito.

Circa ſecundum quæſitum aduertendū eſt, quòd
mater prædictorum prima uxor dicti teſtatoris
deceſsit ab inteſtato relictis tribus filijs maſculis;
ſcilicet; Matthæo nunc profeſſo, qui nominatur
Iſayas, & Zanpetro & Franciſco maſculis, ac etiam
12 relicta Catharina filia fœmina. Vnde † licet de
iure communi ſucceſsio materna ita ſpectaret fę
minę ſicut maſculis, per l.maximum uitium.C.de
liber. præter. uel exhære. tamen ex forma ſtatuti
Paduæ filij maſculi ſolùm ſuccedunt excluſa filia
13 fœmina: † & ſic ſtandum eſt illis ſtatutis: vt not.
Bal.in d.l.maximum vitium. Probatur ex gene-
ralitate l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure. Deinde
14 † primo loco deceſsit dictus Zanpetrus in pupil-
lari ætate, ideò ſua tertia pars pertinuit dicto eius
patri, & dictis alijs duobus fratribus ſuis pro por
tionibus uirilibus, vt in authent. defuncto.C.ad
Tertul. Deinde ſecundo loco deceſsit dict. Fran-
ciſcus in pupillari ętate. ideò in ſua tertia parte &
in illa portione uirili ſuccedit pater eius, & dictus
Matthęus eius frater pro portionibus ęqualibus,
ſeu uirilibus, per d.authen.defuncto. Et ſi dicere-
15 tur † quòd dictus teſtator ex quo tranſiuit ad ſe
cunda uota, tenetur illas partes ſucceſsionis ma-
ternæ prædictorum eius filiorum reſeruare libe-
16 ris primi matrimonij, & ſic dicto Iſayæ † per ea
quæ habentur in l.fœminæ, & l. generaliter. ubi
per Bar.C.de ſecund.nupt.ubi dicunt per gl. quę
eſt in d.l.fœminę.in uerbo, poſſeſsione. quòd illa
iura habent locum etiam in uiro tranſeunte ad
ſecundas nuptias, ſicut in fœmina tranſeunte ad
17 ſecundas nuptias. reſpondeo † quòd ex forma
ſtatutorum Paduæ aliud tenetur communiter, &
ſic quòd ſucceſsio quæ defertur patri in bonis fi-
liorum prędictorum deferatur patri liberè, ut ſic
ſtatutum aliquid operetur contra ius commune.
l.ſi quando.in princ. ff. de leg.1. Et ſic quòd pa-
ter etiam tranſiens ad ſecunda uota non tenetur
reſeruare liberis primi matrimonij, & ita conſul-
tum fuit hic Paduæ per me, & per multos alios
Doctores, quorū rationes nunc non refero bre-
uitatis cauſa. Et ſic concluditur quòd per dictos
agentes malè agitur.

Ego Baptiſta de ſancto Blaſio ita
dico & conſulo &c.

CONSILIVM D. BAPTISTAE A Sancto Blaſio Patauini Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus viuus, licet vocem non emiſerit, ſucce-dit patri ſuo, & patris dicitur ſuus hæres, etiam in ſeptimo menſe, num.4.*

2 *Filius infans ſuus hæres hæreditatem non aditam ad matrem tranſmittit. & nu.3.*

3 *Tranſuerſales nunquam concurrunt in ſucceſſione defuncti cum aſcendentibus, niſi eſſent ex utroq; latere coniuncti.*

5 *Filius natus integer non declinans ad aliquod mon-ſtrum, præſumitur natus poſt ſextum menſem.*

6 *Filius natus ante ſeptimū menſem an patri ſuccedat.*

CONSILIVM CXLVII.

IN Chriſti nomine amen. Quidā Bar-
tholomæus deceſsit ab inteſtato reli-
cta unica filia pupilla ex eius prima
vxore prędefuncta ac etiam relicta
ſecunda

ſecunda eius uxore legitima nomine Ioannina
pregnante. hęc enim vxor ſecúda per tres menſes
poſt mortem mariti peperit unum puerum inte-
grum,& viuum, qui mouit pluries os ſuum ac pe
des,& manus, & brachia eleuauit ad caput ſuum,
vocem tñ non emiſit,& poſt horam vel circa mor
tuus eſt: ſtante ſtatuto loci ꝙ extante filio maſcu-
lo non ſuccedat filia fœmina, ſed filius maſculus
ſuccedat, dubitatur vtrũ hæreditas dicti quondã
Bartholomæi deferatur dictæ dominæ Ioanninæ
matri dicti infantis, an uerò ſorori eiuſdem infan
tis ex latere patris tantum, an verò illa ſoror ſuc-
cedat in ſimul cum matre defuncti infantis. Et
1 breuiter loquendo, † ex quo dictus puer natus
fuit integer,& viuus, & ſic cum ſpiritu, licet illicò
mortuus fuerit etiam uocem non emittendo, ta-
men ſucceſsit patri ſuo, ut in l.penul.C. de poſth.
hæred.inſtit.uel exhæredan. & in l. quod dicitur.
ff.de lib.& poſthu.& per conſequens ratione ſui-
2 tatis: quia † ille infans fuit patri ſuo ſuus hæres: ut
in l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.& inſtit.de exhære.
libero.in §. poſth. tranſmiſit hæreditatem pater-
nam ad eius matrẽ: ut in l. apud hoſtes. ff.de ſuis,
& legiti.& quod habetur in l.1.C.de his qui ante
apert.tabul. & l.unica.§.in nouiſsimo.C.de cadu.
toll.in uerſ.hæreditates etenim.&c. & per conſe-
quens cum ex forma illius ſtatuti hæreditas illius
q. Bartholomæi eſſet delata dicto infanti excluſa
illa pupilla filia fœmina, licet aliud eſſet de iure cõ
muni, ſi non extaret illud ſtatutum: ut in l.maxi-
mum uitium.C.de liber.præteri.uel exhęred.&c.
ille puer infans tranſmiſit dictam hæreditatem
ad dictam dominam Ioanninam eius matrem, &
hoc etiam excluſa dicta pupilla ſorore ex latere
patris tantum dicti infantis, per tex.in auth.defun
3 cto. C. de legiti. hæred. † Nunquam enim tran-
ſuerſales cõcurrunt in ſucceſsione defuncti cum
aſcendentibus niſi quãdo tales tranſuerſales ſunt
vtrinque coniuncti illius defuncti de cuius hære-
ditate agitur. Cum ergo ille infans tranſmittat
ad eius hęredes uenientes ſibi ab inteſtato dictam
hæreditatem paternam, ut in d. l. apud hoſtes.&
matri deferatur talis ſucceſsio, & cum matre non
concurrant in ſucceſsione inteſtati ſoror defun-
cti quæ eſt ei ſoror ex latere patris tantum, & ſic
ex diuerſa matre: meritò illa pupilla nullum ius ha
bet in dicta hæreditate: ut in d. auth. defuncto. &
per Dyn.in l.hæreditas.§.poſt conſanguineos.ff.
de ſuis,& legit.per Matthæ.de Matteſella. in ſuo
tract.ſucceſsio.ab inteſta. Et prædicta procedunt
4 † etiam ſi dictus infans natus eſſet in ſeptimo mẽ-
ſe, ut eſt caſus in l.ſeptimo menſe. ff. de ſtatu ho.
5 Et ita præſumendum eſt, † ſcilicet quòd fuerit na
tus poſt ſextum menſem, ex quo natus fuit inte-
ger, non declinans ad aliquod monſtrum: ut eſt
caſus in d.l.pen.C.de poſth.hæred.inſtituen. iun
cta d.l.ſeptimo menſe, ſufficit enim quòd tetige-
rit de ſeptimo menſe, ad minus, ut dicunt omnes
Doctor.in d.l. penul. Et ſuper hoc ſtandum eſſet
opinioni obſtetricum, quæ deponerent per iura-
mentum earum, quòd eis uidetur dictum infan-
tem tetigiſſe de ſeptimo menſe, attento quòd na-
tus eſt cum ſpiritu,& ſic viuus mouendo ſe,& ele
uando brachia ad caput ſuum,&c. per l. 1. §. 1. ff.
de uentre inſpicien. licet ut dixi in dubio ſit præ-
ſumendum quem eſſet natum ſecundum ſolitum
curſum naturæ,& ſic debito,& conſtituto tempo
re ad naſcendum: ar. l.qui duos.in fin.& in l.ſi fue-
rit.in fin. ff. de rebus dubijs. Sed ſi certum eſſet
6 † quòd natus fuiſſet ante ſeptimum menſem, tũc
de hoc ſunt opiniones Doctorum, de quibus per
Cuman.in d.l. quod dicitur.& in d.l.pe.ubi etiam
per Pau.de Caſtr.& Alex. de Imol. ſed nunc non
ſumus in caſu illo, ideò de hoc non dicimus, licet
dominus Alex.in præallegata.l.pen.magis inclina
re uideatur quòd ex quo natus eſt viuus, & ſic cũ
ſpiritu, quòd nihilominus ſuccedat. Sicut dicimus
in illo infante non nato, qui ſectus eſt de uentre
matris ſuæ defunctæ: ut in d. l.quod dicitur. Et
hoc etiam quando infans non eſt integer, quod
plus eſt. ut eſt caſus expreſſus in d.l.quod dicitur
in fin. Vnde multo magis in caſu noſtro, ubi ille
infans erat integer,& completus, licet eſſet paruę
ſtaturæ.

Ego Baptiſta de S.Blaſio ita dico,& cõſulo,&c.

CONSILIVM D. BAPTISTAE A Sancto Blaſio Patauini Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum primum inter liberos ſi eis illud eſt fauorabilius præfertur ſecundo.*
2 *Fideicõmiſſo defecto bona remanẽt libera īſtitutorũ*
3 *Subſtitutio fideicommiſſaria dicitur grauamen liberorum.*
4 *Teſtamentum primum imperfectum inter liberos, præualet ſecundo etiam imperfecto, uel facto cum duobus teſtibus, ſi eſt liberis fauorabilius.*
5 *Pœnitere non poteſt quis eorum quorum non habet memoriam.*
6 *Sñia lata à iudice incompetente eſt ipſo iure nulla.*
7 *Nullitas cauſata ex capite incompetentiæ nunquam uidetur reiecta.*
8 *Teſtamentum cum publicatur citari habent omnes intereſſe habentes.*
9 *Teſtes nominati in teſtamenti ſcriptura in eius publicatione interuenire habent omnes,& id quare.*
10 *Iudici & notario non creditur niſi quatenus ex actis conſtat.*
11 *Teſtibus pluribus numero ſtandum.*

CONSILIVM CXLVIII.

IN Christi nomine amen. In
cã D.Auguſtini de Artengo.
viſis duobus teſtamentis, ſ. pri
mo facto anno. 1427.& regi-
ſtro die 21. Auguſti 1450. &
ſecundo teſtõ publicato per

 ſententiam

ſn̄iam D.Vicarij tunc exiſtentis, mihi uidetur di-
cendū primum teſtm̄ factum de iure communi
coram ſeptem teſt bus inter liberos ualere,& te-
nere, & dictum ſecundum teſtamentum non ua-
lere,& ſic ſententiam eſſe contra iura,non obſtan
te quòd etiam ſecundum teſtamentum ſit inter
1 liberos ſicut primum,& hoc,† quia cùm primum
teſtm̄ ſit fauorabilius liberis teſtatoris quàm ſit
ſecundum teſtamentum,certè ſecundum teſtamē
tum etiam factum inter liberos non ualet, niſi in
eo fiat mentio de primo, & ſic niſi in ſecundo ſit
clauſula derogatoria primi teſtamenti. Ita dicit
Bal.& Ang.& Doct.Mod.ſequuntur in auth.hoc
inter liberos.C.de teſt.& quod no.in corpore un
de ſumitur in auth.de teſt.imperfec.§.1.Sed in il-
lo ſecundo nulla penitus fit mentio de primo, er-
go primum teſtamentum remanet validū,& non
ſecundum. Quod autem primum teſtamentum
ſit fauorabilius, et liberis quàm ſit ſecūdum teſta
mentum,probatur clariſsimè, quia in primo ceſ-
ſat ſubſtitutio fideicommiſſaria facta Ioanni filio
teſtatoris quandocunque decederet cum filijs vel
liberis prout deceſsit ipſe Ioannes cum filijs:quia
illa ſubſtitutio eſt facta ſub conditione,ſi Ioannes
filius decederet ſine filijs,ut in teſtamento,prout
etiam à iure ſubintelligebatur: ut in l. cum auus,
ff.de conditio. & demon. & l.generaliter. §. cum
autem.C.de inſtitu.& ſubſti.ſub condi. fact. & l.
cum acutiſsimi.C. de fideicom. & ſic teſtator ex-
preſsit quod tacitè inerat.l 3.ff.de legat. 1.nec te
ſtator ultra proceſsit grauando filios dicti Ioan-
2 nis hæredis inſtituti, † & ſic per filios dicti Ioan-
nis defectum eſt fideicommiſſum, & ſic bona te-
ſtatoris ſunt in libera diſpoſitione eorum, ut in l.
vnica.§.ſin autem ſub conditione.C.de caduc.tol
len.& l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga. & pup.
nec filij dicti Ioannis qui ſunt in conditione vi-
detur uocari ad fideicommiſſum, immò Ioannes
pater eorum potuit pro libito ſuæ uoluntatis di-
ſponere de illis, & ſic cenſetur ſolum reſeruatum
eis ius legitimarum hæreditatum,& poſsint ab in
teſtato ſuccedere ipſi Ioanni hæredi patri eorum
ſecundum communem opinionem de qua per
gl. Bar. Bal & alios. in l.Lucius.la 2.ff.de hæred.
inſtitu.prout etiam habetur per Spec.in tit.de te-
ſtamen.§.fin.uerſ.3.& 4. & per gloſ. & alios Do-
cto.Mode.in l.filiusfamilias.§.cum quis. ff.de le-
gat. 1. & in l. ſi cum dotem. in princ.ff.ſol matri-
mo.& in l.1.C.de pact.& Oldra.in conſil.141. &
per Bald.in l.quod ſcimus.C.de bonis quæ liber.
& in l. cum acutiſsimi. præallega.quidquid dixe-
rit Bald. ſecundum quaſdam lecturas in l.1.C.de
condi.inſert.& per D. Nellum. in l.iubemus.ubi
etiam per Pau.de Caſt.C.ad Trebel.Sed in teſta-
mento ſecūdo eſt facta ſubſtitutio fideicommiſ-
ſaria nedum Ioanni filio hęredi inſtituto, ſed etiā
alijs deſcendentibus eius in infinitum de hęrede
in hęredem,adeò q ultimo deſcendenti morien-
ti ſine liberis,ſunt inſtituti pauperes Chriſti,ut pa
tet in eo.meritò primū dicitur liberis magis fauo
3 rabile,q̄ ſit ſcd̄m teſtm̄:quia ſubſtitutio fideicom
miſſaria dicitur grauamē liberorū,non aūt fauor:
vt no.in l.ex trib.C. de inof.teſta.& l.qm̄ in prio-
ribus.eod.tit. ergo valet primum, & non ſecun-
dum, maximè, quia primum etiam factum inter
liberos, eſt factum ſolenniter ſecundum ius cōe
coram ſeptem teſtibus,iuxta l. hac conſultiſsima.
4 C.de teſt.Vnde † ſi primū imperfectū factū inter
liberos quod eſſet fauorabilius liberis q̄ ſcd̄m fa-
ctum inter eos imperfectum, ſeu factum coram
duobus teſtibus:præualet ſecundo minus fauora-
bili liberis, ſi in ſecundo non eſt clauſula deroga-
toria primi.ut in d.auth. hoc inter liberos. & qđ
ibi no.per Bald.& Ang.fortius debet ualere pri-
mum factum inter liberos de iure cōi:ut in l.eius
militis.§.militia miſſus.ff.de teſta.mili. Et q in ſe
cundo non fiat mentio de primo, patet ex eius te
nore,imò q amplius eſt, in illo ſecundo teſtator
uidetur innuere ſe nō feciſſe primum teſtm̄:quia
in procemio ipſius teſti dicitur,q iſte teſtator no
lens inteſtatus decedere &c. quomodo enim po-
terat inteſtatus decedere,ex quo iam teſtatus erat
ſolenniter in priore teſtō valido.Vnde iſta uerba
declarant ſecūdum teſtamentū nō proceſsiſſe de
mente teſtatoris; quia non recordabatur prioris
teſti;ar.l.regula.§.fi.ff.de iur.& fac.igno.& ar.l.ſi
5 qn̄.in prin.ff.de legat.3.† Et ſic non potuit pœni
tere prioris teſtamenti de quo memoriam non
habebat:ar.l.mater decedens.ff.de inof.teſta.& l.
ſi per errorem.ff.de iur.omni.iudi. Secundo prin
cipaliter,q ſecundum non ualeat, probatur:quia
ex tenore regiſtri conſtat q teſtm̄.prius fuit regi
ſtratum de anno 1450. die 21. Auguſti, & in
regiſtro dicitur ſi principio quòd dictus teſtator
nouiter erat defunctus,& ita credendum eſt,quia
teſtamenta regiſtrātur poſt mortem teſtatorum.
arg.in tot.tit.ff.quemadm.teſta.aper. & cap. cum
Marthæ.de celebra.miſſa. Sed in ſcriptura ſecun-
di teſtamenti ut dicitur redacta in ſcripturam tē-
pore quo dicitur eundem teſtatorem fuiſſe teſta
tum,continetur quòd teſtator ſic teſtatus eſt de
anno. 1450. die 29. Auguſti,ut patet in ſcri-
ptura.ſi ergo iā teſtator defunctus erat eodem an
no die regiſtri, qui fuit die 21. eiuſdem menſis
Auguſti,quomodo mortuus teſtari potuit. Ecce
ergo falſitas patefacta:primum ergo teſtamētum,
debet ualere: quia ſecundum non eſt teſtamentū,
ex quo nullum eſt.l.2.in prin.ff.quemadm.teſta.
aper. Tertiò principaliter dicta ſententia publi-
cationis dicti ſecundi teſtamenti eſt ipſo iure nul-
la: quia in cauſa Commiſſariorum Nobilis Do.
Danielis Fuſcareni, domin.Vicarius non fuit iu-
dex competens, immo iudex competens erat Ma
6 gnificus dominus Poteſtas Paduæ,& nullus alius
inferior eo,ut uolunt literæ Ducales † meritò illa
ſententia tanquam lata à iudice incompetente eſt
ipſo iure nulla.ut in tot.ti. C. ſi à non competen.
iudi.adeo quòd perpetuo poteſt dici nulla ex hoc
capite incompetentiæ, etiam ſi ſtatuto caueatur
7 quòd ſententia Vicarij nō poſsit dici nulla † quia
nullitas

nullitas cauſata ex capite incompetentiæ nunquã videtur reiecta, ut dicit gl. ſingularis in clem. I. de
8 ſequeſt. poſſ. & fruct. Quartò † quia in publicatione ipſius ſecundi teſtamenti, non fuerunt citati illi omnes quorum intererat, uel intereſſe poterat, contra l. nam ita diuus. ff. de adopt. & l. de vno quoq. ff. de re iud. non enim fuerunt citati commiſſarij & legatarij nominati in primo teſtamento, de quibus patet in eo: ergo ſententia nulla: ut in dictis iuribus, & not. per Doct. in l. publ. C. de
9 teſta. Quintò, † quia non apparet quod aliqui teſtes nominati in illa ſcriptura ſecundi teſtamenti fuerint examinati ſaltem rite, ſ. citatis ipſis teſtibus, & citatis citandis; vt dixi, & eis publicatis, iuxta l. prolatam. C. de ſent. & interlo. omn. iud. ergo ſententia nulla, ut ibi, & in l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quan. appell. ſit. Nec obſtat quod ſententia
10 dicat contrarium, quia † non creditur iudici, nec notario, niſi quatenus conſtat ex actis ipſius notarij: vt in c. quoniã contra falſam, & ibi per Imol. & alios, de probat. & l. ne in archiatris. C. de arbit. Sed in actis publici notarij non reperiuntur aliquæ atteſtationes aliquorum teſtium ritè examinatorũ: ergo, &c. arg. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtatute. & l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. poſſ. cont. tab. Vnde Bart. & alij in d. l. publicati. dicit, quod debebant examinari omnes teſtes citatis omnibus quorum intererat, & debent redigi in actis notarij, & tunc faciunt fidem. Sed in caſu noſtro in ſcriptura teſtamenti ſecundi dicitur, quod adfuerunt ſeptem teſtes, & tamen non fuerunt examinati: ergo actus publicationis eſt nullus, l. cum hi. §. prætor ait. ff. de tranſact. & l. non dubiũ. C. de legi. Et ideò Bart. in d. l. publicati. cum miſterio dixit omnes teſtes eſſe examinandos: quia forſitam & ſi duo pro teſtamẽto deponerent, alij
11 plures numero poſſunt contradicere, & ſic † ſtandum eſſet pluribus, ut in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti. & in cap. in noſtra præſentia. de teſti. Vnde concludo primum teſtamentum ualere, & illud ſecundum non valere, & ſic ſententiam fuiſſe iniquam, & iniuſtam, imò nullam per prædicta.

Ego Baptiſta de S. Blaſio ita dico & conſulo.

CONSILIVM D. FABIANI DE Monte aduocati conſiſtorialis. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ad tempus dari non poteſt.*
2 *Hæredis inſtitutio eſt actus legitimus, qui per aditionem conditionem non recipit.*
3 *Gerundiũ importat neceſſitatem, & ſic cõditionem.*
4 *Dictio ſi, importat conditionem.*
5 *Hæres qui ſemel fuit, non poteſt deſinere eſſe hæres. & ſi per ſua verba id teſtator facere velit. et nu. 7.*
6 *Subſtitutio directa poſt aditam hæreditatem nõ põt alicui fieri, niſi à patre pupillo, & à milite adulto.*
8 *Inſtitutio & ſubſtitutio facta in perſona eiuſdem et eodem modo continet repugnantiam.*
9 *Differentia inter inſtitutionem & ſubſtitutionem.*
10 *Inſtitutio qualibet debet eſſe pura & perpetua, & non ad tempus, vt legatum & fideicommiſſum.*
11 *Inſtitutio facta de vxore, & poſt eius mortem ſubſtitutio facta de filio teſtatoris valet iure fideicommiſſi, & ſic illa intelligitur directo inſtituta hæres, & grauata poſt mortem ſuam, ſeu illius hæres de reſtituendo filio ſubſtituto, obliquata ſubſtitutione, quæ erat directa. nu. 14.*
12 *Hæres vxoris prout in themate, potuit detrahere quartam trebellianicam de dicta reſtitutione fideicommiſſi.*
13 *In caſu conſilij ſecundum quoſdam vxor erit hæres directò, ſubſtitutus autem vtiliter.*
15 *Subſtitutio in caſu de quo ſupra conuerſa in fideicõmiſſum; dicitur fideicommiſſum conditionale.*
16 *Fideicommiſſum conditionale in caſu de quo ſupra non tranſmittitur ad hæredem talis ſubſtituti uel fideicommiſſarij.*
17 *Clauſula codicillaris operatur vt ſubſtitutiò quæ nõ poteſt ualere iure directo, ualeat iure fideicõmiſſi.*
18 *Subſtituto de quo in themate præmorienti vxori inſtituta, ſubſtitutio efficitur caduca, & ideo tanquam conditionalis non tranſmittitur ad eius hæredem, ſed tota hæreditas remanet penes uxorem hæredem, & eius hæredem.*
19 *Fideicommiſſum conditionale deficiente conditione remanet penes grauatum pleno iure et onus extinguitur.*
20 *Intellectus ad l. hæreditas ex die. ff. de hæredi. inſt.*
21 *Hæredis inſtitutio licet non recipiat diem certam, recipit tamen conditionem, & diem incertam, & ſic diem mortis, & ideò ſubſtitutio in caſu de quo ſupra trahitur ad fideicommiſſum.*
22 *Differentia inter conditionem ſeu diem incertam, et diem certam.*
23 *Hæres grauatus reſtituere deſinit eſſe hæres re & effectu reſtituendo, & remanet hæres nomine, & fideicommiſſarius fit hæres re & effectu.*
24 *Conditio poteſtatiua adiecta hæredis inſtitutioni non tollit exiſtentiam hæredis, maximè cùm ſubſtitutus, uel fideicõmiſſarius poſſit petere cautionem de implenda conditione. quinimò eueniente caſu conditionis eſt locus fideicommiſſo.*
25 *Verborum multiplicatio, videlicet inſtituo & ſubſtituo in perſona hæredum ſecundi gradus, idem importat ac ſi dixiſſet teſtator vulgariter & per fideicommiſſum, dando electionem ipſi ſubſtituto alterutrius ſubſtitutionis. Item poteſt importare honorẽ, quãdo taliter ſubſtitutus eſt filius propriè tamen importat in tali gradu fideicommiſſum.*
26 *Subſtitutio quid ſit.*
27 *Conditio, ſi filius inteſtatus deceſſerit, oppoſita à teſtatore, intelligitur de actu teſtandi valido & efficaci, & de bonis ipſius teſtatoris.*
28 *Grauato reſtituere uiuente poſt eius mortem non dicitur ceſſiſſe, vel veniſſe dies fideicommiſſi.*
29 *Teſtari non poteſt, qui bona non habet, quod intellige. vt nu. 45.*
30 *Verba cum effectu accipi debent.*

31 Defectus alterius conditionis copulatiuè appoſitæ fideicommiſſo impedit illius exiſtentiam.
32 Ad veritatē copulatiuæ vtraq; pars adimpleri dēt.
33 Conditio impleri debet in forma ſpecifica.
34 Duo vbi copulatiuè requiruntur, alterum non ſufficit, & tota oratio copulata redditur falſa, ex falſitate vnius partis.
35 Cōditio adiecta fideicommiſſo ſimpliciter, niſi filius inteſtatus deceſſerit; intelligitur etiam de eo tantum quod teſtari potuerit, vt de eius legitima, vel de bonis aduentitijs.
36 Inteſtatus deceßiße dici non poteſt, qui rite & ſolenniter teſtatus fuit.
Teſtari quis poſſit.
37 Inteſtatus quis propriè dicatur.
38 Conditio prædicta, niſi inteſtatus &c. poteſt etiam verificari quòd filius fuerit teſtatus de bonis paternis, licet ſibi poſt mortē matris relictis, & hoc quando mater fuit præſens, conſenſit eius teſtamento, & adiuit hæreditatem à filio ſibi relictam.
39 Rogatus reſtituere poſt eius mortem, poteſt & in vita reſtituere, & tale fideicommiſſum non cenſetur conditionale.
40 Grauatus reſtituere poſt mortem, ſi inſtituatur hæres in fideicommiſſo ab ipſo fideicommiſſario, & adeat eius hæreditatem, eius teſtamentum ratificaſſe videtur.
41 Teſtari pōt de alienis cōſentiēte illo cuius ſunt bona.
42 Teſtando quis de hæreditate, illam adire videtur.
43 Fideicommiſſarius inſtituendo hæredem ſuum grauatum cenſetur illi fideicommiſſum remiſiſſe.
44 Conditionem de facto impleri ſufficit, quando de iure non poteſt.
45 Qui bona non habet, licet nec actu nec habitu teſtari non poßit, fallit tamen etiam ſi habitu tantum; quia tunc etiam verè teſtatus dicetur.
46 Filio fideicommiſſario inſtituente hæredem vniuerſalem eius matrem grauatam de reſtituendo fideicommiſſum poſt eius mortem, & illa adeunte hæreditatem filij expirent legata facta in caſum adimpletæ conditionis, niſi filius inteſtatus deceſſerit attento illius defectu, & mater de omnibus bonis liberè diſponere poterit.
47 Relictum ſub conditione in priori parte teſtamenti, cenſetur purè relictum, ſi in fine teſtamenti interrogatus teſtator, an liberè relinquat legata in teſtamento, & ipſe reſpondeat, quòd ſic.
48 Voluntas teſtatoris ambulatoria eſt vſq; ad mortē.
49 Reſponſio ad interrogationem refertur.
50 Cui aliquid liberè conceditur, intelligitur remiſſa qualibet obligatio ſeruitutis & oneris, & impedimentum omne ſublatum.
51 Contrafaciens diſpoſitioni teſtatoris, cui pœnam priuationis relicti adiecerat, ipſo facto dictam pœnam incurrit.
52 Defuncti iudicium impugnans indignus eſt omni relicto ſibi facto. & nu. 69.
53 Teſtator non præſumitur ſuſtuliſſe pœnam priuationis legati iniunctam legatario in caſu contrauentionis teſtamenti, ſi in articulo mortis cōſtitutus, interrogatus an liberè relinquat reſponderit quòd ſic, & iſtud arbitrio iudicis relinquitur.
54 Humana fragilitas mortis cogitatione turbata, non ſinit morientem eſſe mentis ſuæ compotem.
55 Conſilium animi non habere præſumitur laborans in extremis.
56 Intellectus deficit deficiente corpore, & ſine corpore intellectus nihil agit.
57 Teſtatori licet blandiri ſit permiſſum, non tamen licet eum inducere per importunitatem, & tempore incongruo, ac per inuolucrum verborum, & præter eius voluntatem, ad ſic & ſic teſtandum.
58 Incertitudo vitiat legatum.
59 Relatio haberi debet in omnibus & per omnia, & cum omnibus qualitatibus, clauſulis, conditionibus, & pœnis in termino ad quem refertur contentis.
60 Oblinio ex quanti temporis curſu præſumatur.
61 Inuaſio bonorum defuncti facta per legatarium poſt mortem ipſius teſtatoris, & multo fortius ipſo adhuc viuo, inducit priuationem legati.
62 Crimen expilatæ hæreditatis committitur, ſi iacente hæreditate aliquid occupatur vel auferatur hæreditarium.
63 Expilatæ hæreditatis crimen eſt grauius furto.
64 Iniuria facta teſtanti in vita, grauior eſt, quàm facta hæredi, ſeu hæreditati iacenti, quæ defunctum repræſentat.
65 Inuaſio de qua ſupra facta bonis uacantibus, facit occupatorem incidere in pœnā l. cum quærebatur. C. vnde vi. & l. extat ff. quod met. cau. tanto magis quando ſibi fuit intimatum teſtamentum & proteſtatum de pœnis iuris &c.
66 Legatarius qui doloſè præuenit ante mortem teſtatoris, & impediuit ne hæredes poſſeſſionem apprehenderent, & ſic vt nullum eſſet tempus notationis, propter tale vitium perdit legatum.
67 Fraus & dolus nemini debet patrocinari.
68 Occupans hæreditatem viuentis repellitur ut indignus ab omni ſucceſſione.
69 Voluntati defuncti non obedientes, & illam non ſeruantes, omni lucro & commodo ut indigni priuantur & ſupra num. 52.
70 Clauſula codicillaris non facit videri repetita legata à venientibus ab inteſtato quando urget cauſa teſtati, & obſtat defectus conditionis, quæ repetita videtur etiam in tacitè relictis.
71 Succedentes ab inteſtato, ueniunt ex tacita uoluntate defuncti.

CONSILIVM CXLIX.

IN Dei Omnipotentis nomine amen. Proponitur quòd quidam habēs filium, filias, vxorem, fratrem & nepotem ex alio fratre, teſtm̄ fecit, de anno 1469. in quo inſtituto filio in legitima, & filiabus in dotibus, vxorem ſibi vniuerſalem fecit hæredem, quo ad vixerit, vitam vidualem & honeſtam caſtè ſeruando, cum poteſtate vendendi de bonis ipſius teſtatoris, prout ſibi neceſſarium

rium forè videbitur, de qua ſummè confidere di
cebát,circà ſalutem animæ ſuæ, & poſt ipſius vxo
ris mortem,vel ſi uitam uidualem,honeſtá,& ca-
ſtam,non ſeruauerit, aliquo ex dictis caſibus ad-
ueniente,inſtituit, & ſubſtituit hæredem vniuer-
ſalem dictum eius filiú,& ſi dictus eius filius præ-
decederet ipſi dominæ inteſtatus, & ſine liberis,
uel poſt mortem ipſius dominæ decederet ſine li
beris, & inteſtatus ut ſupra, altero ex dictis caſi-
bus adueniente,dictus teſtator reliquit iure lega-
ti dicto eius fratri,vel eo illo tpe mortuo,eius fi-
lijs legitimis,& naturalibus maſculis,certam eius
poſſeſsionem,hac tñ lege,& condône,ꝙ extrà do
mum,& familiam exire non poſſet.Item domum
in qua habitabat dictus teſtator. Item dicto caſu
eueniente, reliquit dicto eius nepoti unam aliam
eius poſſeſsionem,cum ea tamen lege, & côditio
ne, ꝙ illam nullo vnquam tempore uendere uel
alienare poſſet, nec alium contractum de ea face-
re,quoniam intêdebat dictam poſſeſsionem,poſt
mortem dicti nepotis in familiam eius deueni-
re,& alios de domo, & familiæ ordine tñ ſucceſ-
ſiuo, & hoc cum clauſula codicillari in fine teſta-
menti. Quo condito teſtamento deceſsit dictus
teſtator,ſuperſtitibus prædictis filio, filiabus,vxo
re, fratre, & nepote. Deinde ſuperſtite dicta vxo-
re,& pro hærede dicti viri ſe gerente, poſtmodú
deceſsit dictus filius adultus abſque filijs,teſtatus
tamen, & condito teſtô per eum, in quo dictam
vxorem, & eius matrem hæredem ſibi vniuerſalē
inſtituit,cum pluribus pijs, & profanis legatis or
dinatè relictis,quæ etiam pro eius hærede ſe geſ-
ſit poſt eius mortem.Poſteà uerò de anno 1491.
deceſsit dicta mulier,condito tamen prius teſta-
mento de anno 1439. in quo inſtituit ſibi hære-
des vniuerſales dictas eius filias, & prædicto fra-
tri teſtatoris ipſius cognato reliquit dictam ean-
dem domum, per dictum eius uirum ſibi relictã,
& vltra etiam certos vſus, & liuellos ſub expreſ-
ſa tamen lege, & conditione, quòd nullo modo
ipſe nec filij ſui, turbarent,inquietarent, aut ali-
qua cauſa moleſtarent in perſona uel bonis di-
ctas eius filias hæredes, uel aliquid aliud vltra pe-
teret de bonis,& hæreditate prædictis ſuis, & di-
cti ſui uiri, aliàs ſi contrafaceret, & conditiones
appoſitas ad vnguem non ſeruaret, reuocauit di-
ctum legatum, & eum ipſo priuatum eſſe uoluit,
& diſpoſuit quòd applicaretur dictis eius filiabus
& hæredibus,prout latiùs in dicto eius teſtamen
to continetur. Qua exiſtente infirma, deindè
mortua, dictus frater legatarius, & eius filij di-
ctum domum,& legata,& omnia alia quæcunquè
bona hæreditaria prædicta,de facto,& propria au
thoritate occuparunt,apprehenderunt,& inuaſe-
runt,in uita dictæ mulieris,& tempore infirmita-
tis antè eius obitum prædictam domum intraue
runt,ut vſque in hodiernum illam cum cæteris a-
lijs vniuerſis hęreditarijs bonis detinuerunt, &
detinent occupatam, inuitis,& contradicentibus
filiabus,& hęredibus prędictis,ſpretis,& contem
ptis denunciationibus dicti teſtamenti,& ſubſecu
tis proteſtationibus eiſdem pro parte dictarum
hęredum immediatè poſt mortem dictę teſtatri-
cis,& aditam hęreditatem factis.

Inſuper tempore mortis,& in extremis conſti-
tuta dicta mulier, ferè per horam, uel circà,antè
ſpiritus emiſsionem inſtigata per filium dicti fra-
tris legatarii,& interrogata ab eo, an ſibi relinque
ret,ſeu eſſet contenta relinquere liberè, id quod
reliquerat eius vir in ſuo teſtamento. Dicendo
nobis,& alijs de domo, ultra id quod relinquitis
uos in teſtamento ueſtro,reſpondit,ſi,ſi, mai ſi,&
iterum interrogante dicto filio,hęc eſt ultima in-
tentio,& uoluntas ueſtra,reſpondit ꝙ ſic & quòd
ita diſpoſuit prout ſuprà. Quibus ſic propoſitis
contingit dubitari de ualiditate,&effectu dictorũ
legatorũ,an ſtantibus prędictis debeãtur, uel peti
poſsint.Pro cuius quęſiti declaratione.Primò ui-
dendũ eſt de uiribus,&effectu dicti primi teſti cô
diti per dictum uirum,& conſequenter dè inſtitu
tione dictę uxoris,& de ſubſtitutione dicti eius fi
lij.Secundò an dicto filio mortuo abſq; filijs in ui
ta matris,condito tñ teſtô,ut ſuprà,dicatur puri-
ficata,& impleta dicta conditio dictorum legato-
rum,ut ſuprà relictorum in caſum,& euentum, ꝙ
dictus filius deceſſerit abſque liberis &inteſtatus.
Tertiò an dicta mulier hęres inſtituta, tã à dicto
eius uiro,quàm à prędicto eius filio potuerit di-
ſponere,& teſtari de hęreditate, & bonis dicti te-
ſtatoris prout fecit. Quartò nunquid ſtantibus di
ctis teſtamentis primò teſtatoris primi, & ſecun-
dò dictę mulieris,& attenta moleſtatione,& occu
patione, & inuaſione facta per dictum legatariũ
de bonis oĩbus hęreditarijs,tã legatis quàm alijs,
& expreſsione dictorũ uerborum ſeu reſponſio-
ne dictę teſtatricis,in articulo mortis,ut ſuprà,de
beantur,uel peti poſsint dicta legata. Quibus ex-
plicitis,reſtabit abſoluta queſtio prędicta.

OMNIPOTENTIS Dei,& glorioſę
Virginis ſuffragio inuocato.

Ad primũ de uiribus,&effectu dicti primi teſtĩ
hoc eſt de inſtitutione facta de vxore prędicta,
quo ad uixerit uitam uidualem caſtè ſeruando,&
poſt eius mortem,uel ſi uitam honeſtam non ſer
uauerit,altero dictorum caſuum eueniente,& de
inſtitutione,& ſubſtitutione facta de dicto eius fi
lio,poſt mortẽ dictę vxoris, aut ſi uitam honeſtã
non ſeruauerit. Primò breuiter dicendũ videtur
ꝙ dicta inſtitutio uxoris non ualeat,quia uidetur
1 data hęreditas ad tempus, † ideſt,quo ad uixerit,
& ſic pro tempore uitę ſuę ſolùm, quod eſt prohi
bitum,&fieri non pôt,niſi per militem ſpeciali pri
uilegio.ut l.miles ita hęredem. §.& quia diximus
2 ff.de milita.teſta.& ratio patet, † quia hęredis in-
ſtitutio eſt actus legitimus, qui poſt aditionem,
conditionem non recipit,ut l.actus legitimi.ff.de
reg.iur.& per Dy.in regula eadem. de reg.iur.li.
6. & ſic non uidetur ualere conditio illi annexa,
dum dixit,quo ad uixerit,vitam honeſtam, & ui-
dualem caſtè ſeruando: † quia gerundium illud
3

ſeruando importat neceſsitatem, ut voluit glo. in
rub. ff. & C. de edend. & probatur per rubricã de
in ius voc. quod clariùs exprimitur infrà per teſta
torem in dicta inſtitutione, dum ſubditur.
4 Et poſt ipſius uxoris mortem, † vel ſi uitã hõ-
neſtam non ſeruauerit, altero ex dictis caſib. eue-
niente, inſtituit, & ſubſtituit hæredem vniuerſalẽ
dictum eius filium &c. quæ conditio importatur,
per dictum, ſi, ibi poſitum. ut l. ſi Titius. & l. ſi decẽ
cùm petiero. ff. de verb. obli. & l. Aemilius. ff. de
minori. l. qui promiſsit. ff. de condi. indebi. & per
gl. in l. 1. C. de condi. quæ ſub modo.
5 Item † ꝙ qui ſemel fuit hæres non põt amplius
deſinere eſſe hęres, ut l. & ſi ſine. §. ſed qđ Papinia
nus. ff. de mino. & l. ei qui ſoluẽdo. ff. de hær. inſti.
6 Et conſequenter videtur non poſſe ſtare nec
virib. ſubſiſtere inſtitutio, & ſubſtitutio facta de
dicto filio poſt mortem dictæ vxoris, cum alicui
poſt aditam hæreditatem, non poſsit fieri ſubſti-
tutio directa, niſi à patre, pupillo, vel adulto, à mi
lite, aliàs non ualet. ut eſt expreſſum. in l. verbis ci
uilibus. l. Centurio. & l. Lucius. ff. de vulga. & pu-
pilla. l. hæreditatem. & l. poſt aditam. C. de imp. &
ali. ſubſti. inſti. de pupilla. ſubſtitu. §. extraneo.
7 Nec poteſt teſtator per ſua uerba facere, ꝙ q.
ſemel fuit hæres, non ſit uel fuerit hæres, ut not.
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
ꝙ inſtitu. de fideicommiſ. hæredi. §. reſtituta.
Item ex alio vitiari videtur, quia dicitur ꝙ in-
8 ſtituit, & ſubſtituit, † quæ verborum multiplica-
tio videtur in ſe continere repugnantiam quan-
9 dã, quia hæc uerba diuerſa ſunt; † aliud enim eſt
inſtitutio, aliud ſubſtitutio, quia inſtitutio adapta
tur in primo gradu hæredum, ſubſtitutio uerò in
ſecundo, & alijs ex ordine ſucceſsiuè ſequentibus
ut habetur in l. 1. in prin. ff. de vulga. & pupil. in l.
2. §. defertur. ff. de bon. poſſeſsio. ſecundum tab.
& not. gl. in rub. inſti. de vulg. ſubſti.
Ex quibus uidetur concludendum ꝙ dicta in
ſtitutio vxoris quo ad uixerit, & vitam honeſtam
& uidualem ſeruauerit, tanquàm temporalis, id
eſt pro tempore viduitatis, & vitæ ſuæ tantùm,
10 non valeat, † cum quælibet inſtitutio debeat eſſe
pura, & perpetua, non ad tempus, uel temporalis,
ut legatum, & fideicõmiſſum, ut l. fin. C. de legat.
Nec ſimiliter ſubſiſtat dicta inſtitutio & ſubſtitu
tio facta dictæ vxori poſt eius mortẽ de filio præ-
dicto, per ſupra dicta.
11 His tamen non obſtantibus, contrarium dicẽ
dum eſt de iure. ꝙ tam dicta † inſtitutio vxoris,
quàm ſubſtitutio facta ſibi de filio, poſt eius mor
tem, valeat, & teneat, quia per dicta uerba intelli-
gitur dicta vxor hæres directo inſtituta, & grauata
iure fideicommiſsi poſt mortem ſuam, ſeu eius
hæres ex perſona illius grauatur de reſtituendo
dicto filio ſubſtituto, & ſic dicta ſubſtitutio quæ
non potuit ualere iure directo, per d. l. uerbis. ciui
libus. & l. poſt aditã. & d. §. extraneo. obliquatur,
ut ualeat in vim fideicommiſsi, ut probatur in l.
ex facto. in princ. ff. ad Trebel. & l. filiusfamilias.
§. vt quis. ff. de leg. 1. Ita etiam uoluit glo. inſti. de
hære. inſti. §. hæres. & ſignanter declarat Bar. in l.
hæreditas ex die. ff. de hære. inſti. quæ fuit origina
lis opinio Marti. Sylima. ut refert Ang. in d. l. hæ-
reditas. & Bal. in d. l. miles ita. & ſequutur Mode.
12 Et ꝙ † huius hæres vxoris potuerit detrahere
quartam trebellianicam de dicto fideicommiſſo,
& reſtitutione fienda, ſic dicit Ang. audiuiſſe con
ſultum in ciuitate Bonon.
13 Licet † quidam alij uoluerint quòd vxor ſit hæ
res directò, & talis ſubſtitutus vtiliter. Sed non
refert ad propoſitum, nec placet D. Io. de Imola
ibi in d. l. hæreditas. licet Angel. dixerit quòd pro
quacunque parte conſultum foret, non eſſet er-
ror. Sed in propoſitis terminis quando vxor eſt
14 inſtituta hæres quo ad vixerit, † & poſt eius mor
tem frater teſtatoris, uel alius agnatus, ꝙ mulier
ſit, & intelligatur hæres in vita, & grauata per fi-
deicõmiſsũ reſtituere ſubſtituto poſt eius mortẽ
firmat Bar. in d. l. hæreditas ex die. quem ſequun-
tur Bar. & Ang. ibi. & Bal. in d. l. miles ita. de mi-
lita. teſtam. & approbat expreſsè Io. de Imo. in d.
l. hæreditas. in 10. col. verſ. item circa prædicta po
teſt dubitari, ubi notanter ſubdit.
15 Quòd † talis ſubſtitutio conuerſa in fideicom
miſſum, dicetur conditionalis, ſeu fideicommiſ-
ſum conditionale, collatum in tempus mortis ip-
ſius vxoris, quoniam licet certum ſit morituram,
tamen quia incertum eſt quando ſit moritura, &
an fideicommiſſarius uel ſubſtitutus præmoria-
tur illi, ita quòd non ſuperſit tempore mortis hæ
redis, erit fideicommiſſum conditionale, ut habe-
tur in l. hæres meus. ff. de condi. & demon. & l.
quibus diebus. §. quidam Titio. eo. tit. & l. ſi cum
hæres. ff. quã. di. leg. ced.
16 Et ſic non tranſmittitur ad hæredem talis ſub
ſtituti, uel fideicommiſſarij, ut dictis iuribus. &
not. in l. extraneum. C. de hæred. inſtitu. & l. poſt
mortem. C. de fideicommiſſ. & eſt expreſſum in l.
vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. toll.
& hanc ſententiam ut ueram tenet & approbat
Calde. in ſuis conſilijs. in tit. de teſta. conſ. 35. in-
cip. teſtator inſtituit.
17 Quod maximè procedit abſque ſcrupulo ſe-
cundùm eum, cùm eſt appoſita in teſtamento
clauſula codicillaris, ſi non ualet &c. ualeat iure co
dicillorum &c. cuius uirtute ſubſtitutio quæ non
poteſt ualere iure directo obliquatur; & ualet in
uim fideicommiſsi, ut l. Scæuola. ff. ad Trebellia.
l. cum quis decedens. §. Sciam. ff. de legatis ter-
tio, l. quærebatur. ff. de milita. teſtam. & d. l. uer-
bis. de vulgari & pupillari. ſecundùm eum, quæ
clauſula eſt in teſtamento prædicto, ut ſuprà. Ex
quo concludit dominus Ioan. de Imol. in d. l. hæ-
18 reditas. in præallegato uerſiculo ad fin. † Quòd
ſi cõtingat talem ſic ſubſtitutum poſt mortem u-
xoris præmori in uita eiuſdem hæredis vxoris,
quòd euaneſcit in totùm ſubſtitutio prædicta,
quia efficitur caduca, & prorſus inanis, & tan-
quàm conditionalis non tranſmittitur ad eius
hęredem

hæredem, per iura ſuprà allegata, & d. §. ſin autem
ſub conditione. & not. Gloſſ. vlt. in l. vnica. C. de
ijs qui antè aper. tabu.

Sed remanet tota hæreditas pœnes vxorem, &
eius hæredem: quod dicit valde notandum, & mē
ti tenēdum, quia ſæpius de facto contingit q̄ te-
ſtatores ita relinquunt. quod bene probatur in d.
l. vnica. C. de cadu. tollend. in §. in nouiſsimo.
& §. ſin autem aliquid ſub conditione. vbi dicitur
iuncto. §. & cum triplici.

Quòd illud quod poſt mortem teſtatoris ali-
19 quo modo deficit, † fortè conditione ſub qua
relictum erat deficiente, remanet pænes gra-
uatum cum onere ſuo, niſi datus ſit ſubſtitutus,
uel coniunctus, ſed onus reperitur extinctum &
exinanitum: cum non ſuperſit perſona cui fidei-
commiſſum ſit reſtituendum: igitur liberè & ple-
no iure dicta hæreditas remanſit pœnes dictam
vxorem, & eius heredem.

20 Quòd † autē fideicommiſſum huiuſmodi re-
lictum filio euanuerit, per obitum ipſius in vita
matris hæredis, determinat ſolenniter Bal. in ſuo
conſi. quod incip. quidam Vaniolus, allegans l.
qui liberis. §. hæc verba. & l. ſed & ſi plures. de vul
ga. & pupil. & d. l. hæres meus. l. quibus dio-
bus. §. quidā Titio. ff. de condi. & demō. Sic intel-
ligitur ſæpius præallegata. l. hæreditas ex die.

21 Quia, † licet hæreditas ex die quo ad prin-
cipium, & ad diem quo ad ipſius finem, dari nō
poſsit, ſed ſubducto uitio temporis remanet in-
ſtitutio, videlicet pura, & perpetua, ſcilicet de die
certa, nō autem de incerta, qualis eſt dies mortis
hæredis, per iura ſuprà allegata, quæ pro condi-
tione habetur. l. dies incertus. ff. de cōdi. & demō.
& tenet talis inſtitutio & ſubſtō, nō iure directo,
ſed iure fideicommiſſi vt ſuprà oſtenſum eſt.

Et licet hæredis inſtitutio non recipiat diē ſci
licet certam, recipit tamen cōditionem. vt inſti.
de hære. inſti. §. hæres. & declarat Glo. in dicta l.
actus legitimi. & patet in titu. ff. de condi. inſtit.
& C. de inſti. & ſubſti. ſub cond. fact. per totum:
22 † & ratio differentiæ inter conditionem ſeu diem
incertam, & diem certam. aſsignatur per Docto.
quia conditio trahitur retrò, & ſuſpendit actum.
& eius effectum & ſubſtantiam, non ſic in die cer-
ta: ut latius in d. l. hæreditas.

23 Non obſtat † quòd qui ſemel hęres &c. quia
poteſt deſinere per fideicommiſſum, licèt non di
recto: ut ſuprà, quia hęres remanet hæres nomi-
ne, fideicommiſſarius re & effectu. l. ſi filius. §. 1.
ff. quod cum eo. l. poſtulante. §. ſanè. cum concor
dan. ff. ad Trebellia.

24 Non obſtat † alia conditio appoſita in dicta
inſtitutione, videlicet quo ad uixerit & uitam vi-
dualem & honeſtam ſeruauerit: quia licet talis
conditio potuerit deficere, vel exiſtere poſt adi-
tam hæreditatem, non tamen propterea tollitur
exiſtentia hæredis, uel inſtitutionis effectus, cum
dicto caſu euenient eſſet locus fideicommiſſo,
ſicut per mortem ipſius. Licet potuiſſet peti cau-
tio interim ab ea de conditione implenda per
ſubſtitutum, uel cohęredem, ſecundum Bal. & Sa
lyc. qui ita tenent & decidunt in terminis quæ-
ſtionis. in l. fin. C. de indic. uidui. toll. & ſic dura-
ret virtus & effectus inſtitutionis, donec duraret
viduitas, prout etiam ſentit Barto. in d. l. ſi. alleg.
l. pater Seuerinam. §. ſi. ff. de condi. & demon. l.
filio. ff. de annu. leg. & auct. quòd locum. C. ſi ſe-
cun. nup. mulie. quę conditio non proponitur,
quòd non fuerit ſeruata per vxorem prędictam,
quin toto tempore vitæ ſuæ vidualiter & ho-
neſtè vixerit.

25 Non obſtat multiplicatio † illorū uerborū, q̄
teſtator inſtituit & ſubſtituit dictū filiū poſt mor
tē dictæ ſuæ vxoris: quia non ſunt dicta verba in-
vicē repugnantia, ſed cōpetētia, & important ple-
nam ſignificationem ſubſtitutionis, perinde ac
ſi dixiſſet vulgariter & per fideicommiſſum, quo
caſu eſſet poſitum in poteſtate ſubſtituti, quam
vellet eligere, directam vel fideicommiſſariam:
ut not. in l. recuſare. §. ſi Titius. ff. ad Trebelli. &
Bal. & Ange. in l. Iulianus. §. 1. per illum tex. ff. de
hæred. inſti. & idem etiam ſignanter voluit Bart.
in l. Centurio. in prin. cer. in uerſi. idem in quęſti.
quam vidi. ff. de vulga. & pupilla. Quod verbum
inſtitutionis benè cadit in filio, qui titulo inſtitu-
tionis debet honorari, ſecundum Imo. per illum
tex. in l. ſi pater filio. ff. de vulga. & pupilla. dicen-
tem illū tex. fortè alibi non reperiri ad hoc propo
ſitum. Et atteſtatur Bal. in ſuo conſi. quod incip.
Quidam A. Ianuenſis. Barto. etiam dicit ſe ipſum
ſic de facto pluries cōſuluiſſe. Et idem firmat in
alio. . . ſciendum eſt quòd verba ſubſtitutionis.
Et quòd tunc hoc verbum geminatum uel repe-
titum poſt uerbum inſtituit, importat fideicom-
miſſariam ſubſtitutionem, ſecundum Barto. in d.
l. Centurio. & ſequitur Ioan. de Imo. in c. Raynu-
tius. de teſtamen. & approbat D. Alex. de Imo. in
d. §. ſi Titius.

Quia verbum (inſtituo) poſitū in ſecūdo gra-
du, ſemper importat ſubſtitutionem. d. l. ſi pater
26 filio. in tex. & Gloſſ. † quia ſubſtitutio nil aliud
eſt, quàm ſecunda inſtitutio. l. in ratione. §. ſi fi-
lio. ff. ad leg. Falcid. ita dicit Calder. in d. ſuo con-
ſil. 36. ſuprà allegato. Ex prædictis reſtat expe-
ditum dictum primum dubium circà validitatem
& efficatiam inſtitutionis & ſubſtitutionis factę
in dicto primo teſtamento.

Circa ſecundum dubium, an dicto filio mor-
tuo in vita dictæ vxoris, ſeu matris, abſque filijs,
condito tamen teſtamento per eum, in quo inſti-
tuit ſibi hæredem præfatam eius matrem, dica-
tur purificata ſeu impleta conditio appoſita in di-
ctis legatis relictis dictis fratri & nepoti, ſi idem
filius deceſſerit inteſtatus, & abſque filijs, ita q̄
debeantur & peti poſsint.

27 Dicendum † videtur quòd ſic: quia dicta con-
ditio (ſi fuerit inteſtatus) intelligitur, & intelligi
debet de actu teſtandi valido & efficaci. & de bo-
nis ipſius teſtatoris, de quibus & in quibus idem
teſtator

teſtator diſponere & legem imponere potuit:vt
probari videtur in l.hæc conditio. cum concor-
dan. ibi allegatis. ff.de condi. & demon. iuncta l.
cohęredi. §.cùm filius. in uerſ.nec fideicommiſ-
ſum.ff.de vulga.& pupil.
28 Sed † viua matre vel ſuperſtite vxore hærede
inſtituta non ceſsit, nec venit dies fideicommiſſi
relicti filio, vt ſuprà, per l.ſi cum hæres. ff. quan.
di.lega. ced.& l. hæres meus. & l.quibus diebus.
§.quidam Titio.de condi.& demõ.& ſic non po-
tuit teſtari de bonis,uel hæreditate paterna non-
dum ſibi delata. l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pu-
pilla.& auth.ingreſſi. C.de ſacroſanct. eccle.& l.
conficiuntur. §.ſi poſt.ff.de luc. codi.& ibi nota.
29 †,quia qui non habet bona non poteſt teſtari:
30 quia verba † cum effectu accipi debent.l.1.§.hæc
autem uerba.ff.quod quiſ.iur.&c.relatum. de te
ſti.non reli.cùm ergo teſtamentum prædictũ nul
lius fuerit valoris, ſaltem quo ad dictam paternã
hęreditatem, vel bona paterna de quibus veriſi-
militer teſtator ſenſiſſe præſumitur. pro nõ facto
haberi debet,& ſic non poteſt dici teſtatus,& cõ
ſequenter dicendum videtur extitiſſe & impleta
fuiſſe conditionem dictorum legatorum,quia di
ctus filius deceſsit ſine filijs & inteſtatus: & de-
beantur legata prædicta.

Sed in contrarium eſt ueritas. Quod oſtendi-
31 tur: quia aduertendum eſt † quòd in dictis lega-
tis appoſita eſt duplex conditio,& quidem copu
latiuè & coniunctiuè. videlicet quia dicitur ſi fi-
lius ſine liberis deceſſerit & inteſtatus, ad quarũ
exiſtentiã & uerificationem, requiritur,ꝙ vtraq;
extiterit, & impleta fuerit. videlicet quòd deceſ-
ſerit ſine liberis & inteſtatus:quia pro vna habẽ-
32 tur,† & vtraque impleri debet:ita quòd non ſuf-
ficit altera extitiſſe, niſi ambæ impletæ fuerint, &
eſt expreſſum in l.ſi hæredi plures.ff.de condi.In
ſtitu. inſtitu. de hęred.inſti.§.pen.l.ſi quis ita ſti-
puletur. ff.de uerbo.obliga.l. ſi is qui ducenta.§.
verum. ff.de reb.dub.& l.cum pupillus.§.j. ff. de
33 condit.& demonſt.† quia conditio debet impleri
in forma ſpecifica. l. qui hæredi.& l.Mæuius. ff.
34 de condi.& demon. quia † vbi duo requiruntur
copulatiuè, non ſufficit alterum:nam tota oratio
copulata redditur falſa ex falſitate vnius partis,
vt d.§.utrum.& notat in c. 1.& in c. inter cæteras.
de reſcri.De qua conditione,ſi teſtamentum fece-
rit,ſeu teſtatus fuerit, loquitur tex.in l.generali-
ter.C.de inſti.& ſub ſub cõdi..fac.Sed vltima cõ-
ditio,ſi inteſtatus deceſſerit, non extitit, nec fuit
impleta,cum idem filius fecerit teſtamentum, &
ſolenniter & ritè fuerit teſtatus, in quo dictã eius
matrem hæredem inſtituit,ex qua conditionis ap-
poſitione animaduerti poteſt prudens conſilium
teſtatoris vt dicit tex. in l.Lucius.ff.de hæred.in-
ſti. ut pręferre voluerit filium legatario, dum di-
ſpoſuit, ꝙ etiam de legatis liberam ſibi teſtandi
facultatem reſeruauerit.

Non obſtat quòd de bonis paternis non po-
tuerit teſtari, cum eius hæreditas nondum fuerit
matre uiuente ſibi delata: quia ſufficit teſtatum
35 fuiſſe de eo,† quod teſtari potuit: ut de legitima
ſua ſibi per patrem in dicto primo teſtamento re
licta, quàm de alijs ſuis aduentitijs, de quibus di-
ſponere poterat,nec requiritur quòd de bonis pa
ternis teſtari potuerit,uel teſtatus fuerit: quia in
teſtamento ſimpliciter cauetur, ſi inteſtatus de-
ceſſerit,non ſi de bonis paternis.l.ſi ſeruum.§.nõ
36 dixit.ff.de acqui. hære.† cum non poſsit dici in-
teſtatus deceſsiſſe, qui teſtatus fuit ritè & ſolen-
niter,& teſtari potuit qui legitimæ ætatis ſit vi-
delicet adultus.l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad Trebel.l.
qua ætate.ff.de teſta.l.Aurelio.§.Caius.ff.de libe.
lega.& inſtitu. quib.permiſſ.eſt fac. teſta. §. præ-
tereà.in quibus cauetur,quòd impubes ſolùm nõ
poteſt teſtari,ſed quilibet maior, ſcilicet adultus.
dictus filius, vt aſſeritur, erat ætatis annorum
viginti,uel circà. & eius hæreditas fuerit per di-
37 ctam matrem adita,† quod apertè probatur in l.
1.in princi. ff. de ſuis & legi.& in l. inteſtatus. ff.
de uerb.ſign.vbi dicitur inteſtatus propriè, qui
cùm poſſet teſtamentum facere teſtatus non ſit.
Et apertius Inſtit.de hære.quæ ab inteſta.in prin
ci.ubi dicitur,inteſtatus decedit,aut omnino qui
teſtamentum non fecit, aut non iure fecit,aut quod
fecit, ruptum, irritumuè factum eſt,aut ex eo, ne
mo hęres inſtitutus eſt. At cum in propoſitis ter
minis teſtamentum dicatur iure factum,& hęre-
ditas ex illo adita fuit per dictam matrem, vt ſu-
prà, non poteſt dici inteſtatus deceſsiſſe.
38 Verum non abſurdè dici poſſet † ꝙ de vniuer
ſo fuerit teſtatus, & de bonis paternis, prout in
eius teſtamento legitur expreſſe, ibi, in omnibus
autem bonis ſuis mobilibus & immobilibus,iuri
bus & actionibus, tam pręſentibus quã futuris
&c.dñam talẽ eius matrẽ, hæredẽ ſuã vniuerſalẽ
inſtituit &c. Ex qua inſtitutione iuncto conſenſu
39 † & voluntate eius matris hæredis,quę pro eius
hærede ſe geſsit, dum vixit, duplex præſumptio
inde orta, ſeu cauſata dici poteſt, vna quòd ea-
dem mulier hæres ſic rogata poſt mortem reſti-
tuere dicto filio ſibi in uita,& antè mortem reſti-
tuerit & tempus reſtitutionis præuenerit, ſicut
facere potuit, vt habetur in d.l. poſt mortem. C.
de fideicom. & in l.patrem. ff.de ijs quæ in frau.
credi.& no. ff.ad Trebellia. l.ſed ſi alio. §.fi. & ſi-
gnanter tradit Bald. in rubr. de reuoca.ijs quæ in
fraud. credi.in fi.vbi ponit in terminis de roga-
to reſtituere poſt mortem communi filio, quod
poteſt reſtitui in uita antè mortem: quia non ui-
detur fideicommiſſum conditionale: ſed ad pla-
40 citum per tex.ſingularem in d.l.patrem.

Alia,quia dicta hęres,quæ ut aſſeritur † fuit prę-
ſens teſtamento prædicto, illi expreſſe conſen-
ſiſſe videtur, & ratum habuiſſe,cum pro eius hæ
rede ſe geſsit multa legata dicti teſtatoris ſoluit,
& tanquàm hæres filij bona diſtraxit & alienauit
pręſertim cum teſtamentum conditum fuerit,
in eius commodum & utilitatem: quia hæres in
ea vniuerſalis inſtituta fuerit.ad hoc.l.ſicut.§.uõ
ditionis

ditionis.& §.non videtur. ff.quib.mod. pign.uel
hypo.ſol.l.cùm qui decedens.in princi.ff.de leg.
3.& l.fi.§.1.ff.de leg. 2.& quod ibi per. Ioan. de
Imol.quòd de futuris quis teſtari poteſt,quę ſunt
poſsibilia futura ſua:vt habetur per Bart. in conſ.
41 ſuo.paterfamiliàs. † etiam de alienis conſentien-
te illo cuius ſunt bona: vt not.Bal.in l.nec fratris.
C.de dõ.cau.mort.& in l.certum. in antepenult.
colum.uerſi.modo pone.C.vnde cogn. Accedit
42 quod dicitur † quòd teſtando quis de hæredi-
tate videtur illam adire.l.ſi auia.C.de iure delibe-
ran.l. cogi.§. ſimiles. ad Trebellianum. Vlterius
43 & tertiò: † quòd dictus filius illam inſtituen-
do hæredem ſuam, videtur ſibi remiſiſſe fidei-
commiſſum ſibi reſtituendum, & illam ab eius
reſti tutionis onere liberaſſe, & illud pro habito
& accepto tuliſſe, prout expreſſè facere poterat:
ut in l.prima.C.de pact.& l.cùm proponas. C.de
eo.& in l.de fideicommiſſo. C.de tranſactio.
Et quibus corroboratur ualiditas teſtamẽti di
44 cti filij,& reſpondetur ad primum obiectum † de
l.hæc conditio. quæ etiam conditio ſufficit im-
pleri de facto, quando aliàs de iure impleri non
poſſet, ut l.Mulier. §.ſi quis hæreditarium. ff. de
condit. inſtitu. & l.Mæuius. ff. de condition. &
demonſtratio.
45 Et ad illud quod dicitur, qui non habet bona
&c.intelligitur qui non habet, nec actu nec habi-
tu habere poteſt, vt monachus, ſeruus, & hmôi in
habiles, ſecundum Angel.in ſuo conſil. 179. Et
verbum teſtatus ſumitur aliquandò uerè, aliquan
do veriùs vt legitur & not. in l. Papinianus.§.ſed
nec impuberis. ff.de inoffi. teſta. & tradit Bal. in
c.1.de ſucceſsio.feudi.
46 Ad tertium dubium, nunquid dicta † mulier
poterit teſtari proùt teſtata fuit de bonis, & hæ-
reditate dicti ſui uiri primi teſtatoris, ſatis abun-
dè & clarè ſatisfactum & reſponſum apparet, per
ſupra deducta in præcedentibus, quòd non ſolùm
de legitima ex perſona filij ſibi debita, & de quar
ta Trebellianica, ex perſona propria, ſed vniuerſa
hęreditate, & de omnibus bonis teſtari & diſpo-
nere potuit, cùm ex prædictis conſtet, ꝙ ex pri-
mo teſtamento & illius virtute dicto ſilio abſque
liberis ſibi præmortuo, totam & ſolidam hæredi-
tatem apud ipſam remanſiſſe, extincto onere fi-
deicommiſsi reſtituendi, cùm per mortem dicti
filij ſublata fuerit de medio perſona, cui reſtitu-
tio fieri debebat. Quod eius etiam per ſecũdũ te
ſtamentum filij confirmatum fuit ſi quid ſibi ob
ſtare potuiſſet, cum etiam in illo reperitur hæres
inſtituta, unde de illis tanquàm de proprijs ſuis
bonis, liberè diſponere potuit.l.prima. in princ.
ff.ad leg.Falcid.
Circà vltimum, nunquid ex dicto ſecundo te-
ſtamento dictæ mulieris debeatur legatum prædi
ctum, attentis dictis verbis in extremis, & in ar-
ticulo mortis ab eadem prolatis, & in obſeruan-
tia dictæ conditionis, videlicet occupatione &
inuaſione dictorum bonorum, per dictum fratrẽ
legatarium facta. Et quidẽ dicendum videtur ꝙ
debeatur, præſertim ſtante dicta vltima repetitio
ne, ſeu confirmatione eiuſdem teſtatricis, dum
interrogata, ſi liberè volebat relinquere, quę prius
47 relinquerat, reſpondit affirmatiuè, quòd ſic: † quia
per illam aſſertionem & reſponſionẽ videtur pur
gatum omne præcedens inſertum ſeu appoſitum
onus, prius per dictum teſtamentum dicto lega-
tario: & ſublata dicta conditio poſita in ſuo teſta
mento, de non inquietando, turbando, vel mole-
ſtando dictas eius filias hæredes, ſub dicta pœna
48 priuationis &c. † cum ambulatoria ſit voluntas
vſque ad mortem: ut l.4.ff. de adim. lega. & l.cũ
hic ſtatus.§.ait oratio.ff.de don.inter uir. præſer-
49 tim propter verbum † liberè, expreſſum in inter
rogatione, ad quam refertur reſponſio.l.ſi defen-
ſor.§.qui interrogatus. ff.de interro.actio.nt l.ut
reſponſum. C.de tranſ.Inſtitu.de inutili. ſtipula.
50 §. prætereà: quia cui aliquid liberè conceditur
intelligitur remiſſa quælibet obligatio ſeruitutis
& oneris, & impedimentum omne ſublatum, & et
non obſtante alicuius contradictione, ut proba-
tur in c.2. de teſtam, libr.6.in c.cum plures. de
offic.delega.cod.lib.& in c.j.de regulari.per Ar-
chidiaco. & Ioann.And. de offi. ordina. c. cum
epiſcopus.l.fideicommiſſa.§.quanquàm.de legat.
3.& glo.in Clemen. dudum.§.verò uerſic.liberè.
de ſepultu.
In contrarium facit, quòd legatum prædictũ
nullatenus debetur, nec peti poſsit, propter non
ſeruatas conditiones prædictas in dicto teſtamen
to expreſſas, & quarum obſeruantia: quia legata
rius non paruit voluntatis & diſpoſitioni dictæ te
ſtatricis, ſed expreſſè contrafecit, & contrauenit,
moleſtando, inquietando, & turbando dictas fi-
lias hęredes in dicta hæreditate & bonis eis reli-
ctis, per dictam inuaſionem & occupationem bo
norum, in uita, & poſt mortem teſtatricis, & in
51 eius uita factam, negari non poteſt, † quin dictus
legatarius inciderit in pœnam priuationis lega-
torum in dicto teſtamento deſcriptam: vt eſt ex-
preſſum in l.vnica.C.de ijs quę pœ. no.& inſti.
de legat. §.fi.in l.paterfamiliàs teſtamento. ff.de
hæred.inſti.quod not. Bar.in l.vxorem.§. hæres.
52 ff.de lega.3. Traditum eſt enim, quòd † qui iudi-
cium defuncti impugnat. indignus eſt omni reli-
cto ab eo ſibi facto.l.Papinianus.§.meminiſſe. ff.
de inoffi. teſtamen.l.poſt legatum. ff.de ijs quib.
ut indig.in l.quæſitum. ff.de acquiren.hæredit. l.
filium. §.omnibus. ff.de legat.pręſtan. & l. is qui
contrà. ff.de vulga. & pupilla. ſubſtitutio. Nec
53 † uerbum, liberè, expreſſum in dicta interrogatio
ne facta defunctę, tollit diſpoſitionem dictę con-
ditionis, de non moleſtando & inquietando, &
turbando &c.tum quia nõ eſt ueriſimile nec cre-
dibile teſtatricem vnico illo verbo teſtamenta-
riam diſpoſitionem ſuam, iamdiu prius excogi-
tatam, maturè deliberatam, & ordinatam tempo-
re bonæ valetudinis & conualeſcentię, mutare
voluiſſe, uel ſubuertere, vt in ſimili dicit tex. no-
tabilis

tabilis de libera teſtamenti factione conceſſa, ut
l.ſi quando.in princ.C.de inoff.teſta.& c.eccleſia
veſtra.2.de elect.

Tum quia eadem teſtatrix in extremis agebat,
& in articulo mortis per horam, antè uel circa cō
54 ſtituta,† vbi humana fragilitas mortis cogitatio-
ne turbata, non ſinit morientem eſſe mentis ſuæ
compotem.l.hac conſultiſsima.§.at cum humana
fragilitas.C.qui teſta.face.poſſ.& l.iubemus. & l.
55 quoniam indignum. C. de teſta. † & quilibet la-
borans in extremis, præſumitur animi conſilium
56 non habere: † quia deficiente corpore deficit in-
tellectus. & ſine corpore intellectus nihil agit ſe-
cundum Ariſtot.vt ſignanter dicit Bald. in l.fi. in
princ.C.de bon. quæ liber. Et alibi:corpus quod
infirmatur aggrauat animam.

Tum ex qualitate verborum: quia talia uerba,
ſi ſi maiſi, non videntur fuiſſe à defuncta ſpontè
prolata, ſed potius ab interrogāte, et propter ſuā
nimiam inſtantiam & importunitatem ab illa ex-
torta. Quæ demonſtratur etiam ex qualitate re-
ſponſionis geminatæ, ſi ſi maiſi, ſic factæ repetitis
vicibus, ſi ſi maiſi, quaſi indignatiuè ita reſponde-
rit, volens potius euitare inſtantem moleſtiam in-
terrogantis, & in pace dimitti, quàm ex animi ſui
deliberatione, aliquid concedere uel diſponere.
quod diligenter conſiderandum videtur.

57 Nam † licèt permiſſum ſit blandis uerbis alli-
cere teſtatorem ad ſibi relinquendum ut l.fi.C.ſi
quis ali.teſta.prohi.& l.vlt. ff.eo. tit.& ſolo nutu
legari poſsit. l.nutu, de leg.3. non tamen licet in-
uitum, & in extremis cōſtitutum per improbam
& inſolentem importunitatem, cogere ad reſpon
dendum ſuæ petitioni de ſi:quia tempus & locus
non patiebatur liberandi conſilium, vt dicit in ſi-
mili text.in l.1.in princ.ff.de exercito.ſcriptum eſt
enim, omnia tempus habent &c. quia huiuſmodi
blanditiæ tolerantur, ſeruatis ſeruandis & con-
gruo loco & tempore.l.mora.ff.de vſur.& l.ſi ſo-
luturus.ff.de ſolutio.ad hoc bonus text.in uerſic.
liber ſit ſtylus.C.de ſacroſanct.eccleſ.in l.1. Quæ
omnia religioni iudicantis ſubijciuntur.l.3. §. tu
magis. ff. de teſti. qui debet eſſe circunſpectus ad
ueritatis indaginem eruendam, an defuncta tunc
fuerit mentis ſuæ compos, uel alienata mente &
vacillans protulerit, ut not.dicit Io.And. in addit.
Specul.in tit.de teſtam.§.1. verſ.quid ſi is qui fe-
cit in ædific. eccleſ. quæ incip, Pileus. quòd tunc
valet huiuſmodi reſponſio infirmi, quando habe-
ret bonam memoriam & intellectum, non aliàs,
& interrogatio facta fuiſſet à tabellione. l. Pam-
philo. §. propoſitum. ibi, etiam teſtatore inter-
rogato an ea dixiſſet, & reſponſo eius tali inſer-
to.&c.de leg.3.aliàs daretur de facili materia fal-
ſum fabricandi, ad ſingula enim infirmus & quaſi
mortuus facile reſponderet quòd ſic: ut l. iube-
mus.C.de teſta. & ita refert tenuiſſe Albert. Pa-
pien. quando intimi teſtatoris, forſitam de eius
voluntate informati, uel meditantes prudenter
quid agendum eſſet, fecerunt ſcribi teſtamētum,
quo ſcripto, notarius legit. petens ſi ſic faceret &c.
dicens iſtum modum teſtandi à iure non eſſe in-
uentum, ſed tanquam ſuperſtitioſum improbum
fore, niſi expreſsè conſtaret de uoluntate teſtato-
ris indiſtinctè &c.ſecundum eum, ad quod l.2. &
3.C.qui teſta.facer.poſſ. quod ex vicinitate tem-
poris mortis præſumitur.l.ſi ueneri.§.fi. ff.de pri-
uileg. cred. reſponſum. vitio incertitudinis cor-
ruunt dicta uerba, cùm ſint incerta, dubia, & ob-
ſcura: quia non exprimunt quid, vel quantum fue-
rit relictum per primum teſtatorem, nec per ean-
dem teſtatricem, nec teſtamentum ad quod fiat
relatio. cum poſsint eſſe plura teſtamenta, ex quo
prætenſa uerba, nullum poſſunt operari effectum
ut l.in tempus.ff.de here.inſti.§.1. l. Titiæ textO-
res.de leg.1.l.duo ſunt Titij.de teſtam.tut. l.hac
58 conſultiſsima.C.qui teſtam. facer. poſſ. † incer-
titudo enim vitiat legatum, Inſtit.de leg.§.incer-
tæ.l.cum poſt.§.gener. ff.de iure dot. Item: quia
59 † relatio haberi debet in omnibus & per omnia
& cum omnibus qualitatibus, clauſulis, & condi-
tionibus & pœnis in termino ad quem refertur
contentus.l.ſi ita ſcripſero.ff.de condi. & demon.
Item quia ex tanti temporis curſu præſumitur
60 obliuio:† quia primum teſtamentum fuit condi-
tum iam annis.22.ſecundum iam annis.12.l.3.§.
duæ cauſæ.in uerſ.eandem.ff.de Carbo.l.ſi id quod
in princip.ff. de acquir.poſſeſſ.l.furtum.§.1.& §.
fundi. ff.de vſucapio. inſtit. de vſucapio. §. alijs
quoque modis.glo.& Cyn.in l.licet.C.de acquir.
poſſeſſ. Vnde ſub inuolucro dictorum uerbo-
rum, vultis relinquere nobis & alijs de domo, id
quod reliquit maritus, vltra id quod relinquitis
uos in ueſtro teſtamento, nulla uideri poteſt facta
legatorum confirmatio, alteratio, vel prouiſio, de-
rogatio, vel mutatio.

61 † Confirmatur dictæ priuationis pœna incur-
ſa per dictam inuaſionem & occupationem bo-
norum omnium hereditariorum per dictum le-
gatarium factam tenere, & de facto, & propria au-
ctoritate, vt præſupponitur in uita teſtatricis, tem
pore infirmitatis & mortis, & ipſorum detenta-
tionem: quia ſi non licet legatario poſt aditam hę
reditatem & apprehenſam poſſeſsionem per he-
redem, rē legatam propria authoritate capere &
occupare, ſed de manu heredis illam accipere de-
bet, aliàs tanquàm cum uitio occupans amittit
legatum, & eo priuatur. ut legitur & not.in l.non
eſt dubium. per gloſſ.Bart.Bald.& Salyc.C.de le-
gat.in l.1.§.1.in verſ.ſine fraude.ff.ad leg.Falcid.
in l.Paulus reſpondit, ſi certa portio. ff. ad Tre-
bell. & gloſſ. Ber.& in cap. cum dilectus. de ſuc-
ceſs.ab in teſta. glo.& Bart.in l.extat.ff.quod met.
cau. Multò minus debet licere occupare non ſo-
lum res legatas, ſed uniuerſa bona hereditaria, &
non ſolum poſt mortem teſtantis, ſed minus in
62 vita: † quia ſi iacente hereditate aliquid occupe-
tur, uel auferatur hereditarium committitur cri-
men expillatę hereditatis, ut ff. & C. de crim. ex-
63 pila.heredit. per tot. quod eſt † crimen grauius
furto

furto,& illo improbius,ut eſt expreſſum in l.ſi te
64 expilaſſe. C.ex quib.ca. irro. inta.† grauior ergo debet cenſeri iniuria facta teſtanti in uita quàm facta hæredi ſeu hæreditati iacenti quæ repræſentat defunctum l.hæreditas.ff.de acq. rer. do.pro hoc l.qui ſepulchra.ff.de ſepu.viol.in ratione ſui, & quod not.Bar.in l.1.de ijs quib.ut indig.& l.j, §.1.verſ.& ſi forte.ff.de iniur.quam iniuriam inuaſionis, ſi ſciſſet uel notiſſet teſtatrix,nulli dubium,quòd quidquid ſibi legaſſet ademiſſet,ut dicit gl.ſingularis in ſimili,in l.fideicommiſſum.C. de fideicom.ad hoc.l.3.§.fi.ff.de adim. leg.& l.ſi inimicitiæ.ff.de ijs quib.ut indign.& gl. notabili. in l.ſororem.C.de ijs quib.ut indig.

65 Nec defendi poteſt † quin ex tali inuaſione, & occupatione,etiam dato φ poſt mortem bona vacaſſent, non inciderit dictus occupans in pœnã cõſtitutam.l.cùm quærebatur.C.unde vi.l.extat. ff.quod met.cauſ. præſertim cum dicatur ſibi intimatum teſtamentum prædictum, & denunciatũ pro parte hæredũ,& ſibi proteſtatũ de pœna &c. ex quo ignorantia excuſari non poteſt,ut in auth. hoc amplius,C.de fideicom. & hoc maximè quia in præfatione interrogationis factæ dicitur,ultrà id quod relinquitis vos in teſtamento ueſtro.

66 Nec † ſimiliter dictam pœnam priuationis euitare poteſt, φ dicat ſibi licuiſſe rem uacantem apprehendere impunè,per l.1.§.redigunt. quorum legato. ex quo fraude præuenit, & præoccupauit antè mortem, nec expectauit ſeu permiſit φ uacaret: quia nullum fuit tempus uacationis poſt mortẽ teſtatoris facto ſuo, qui inuaſit, & fecit ne hæredes poſſeſsionem apprehenderent, vndè nõ poteſt dici quòd uitio & fraude nõ occupauerit, qui bona à defuncta poſſeſſa, ẽt dum illa poſsidebat,& viuebat,& tempore vitæ ſuæ inuaſit,ex quo non uacabant. nec poteſt dici à nemine poſſeſſa, vt habetur in d.l.non eſt dubium:quam Bart. ita ſummat: Si legatarius rem legatam capit cum vitio,perdit legatum.hoc dicit, & benè probatur. in d.l.1.§ i.ff.ad leg. Falcid. in uerſ.fine.

67 fraude:† quia fraus,& dolus nemini debet patrocinari.l.in fundo.ff.de rei vend.& in cap. ſedes.de reſcri.cum concordan.

68 Nec poteſt dici caruiſſe uitio, & fraude † qui ſic præuenit, & præoccupauit,ut nullum daretur vacationis tempus.Et ijs qui, & cõtrà bonos mores,& contra ius gentium ad hæreditatem uiuentis feſtinant hæreditariæ actiones denegantur, & tanquàm indigni ab omni ſucceſsionis cõmodo repelluntur,ut l.quidam in iure.§. fina.ff.de don. l.2.in fi.ff.de ijs quib.ut indig.l.fi. C.de pact.

Nam traditum eſt de hæreditate uiuentis,quẽ ſolicitum eſſe non debere. l. 2. §. interdum.ff.de vulga.& pupil.cum concordant. allegatis in glo.

69 Et qui voluntati defuncti non obediunt, & uoluntates eorum non ſeruant,omni lucro,& commodo,ut indigni priuantur,ut in l. fi. C.de fideicom.ad fi.11.q.1.Sylueſter.& d.c.licet.

70 Nec † clauſula codicillaris poſita in dicto primo teſtõ aliquid operari poteſt, ad validitatem dictorum legatorum, tanquàm per illam uideantur repetita à venientibus ab inteſtato, per iura vulgaria,in l.ex teſtamento.& l. eam quam. C. de fideicommiſ.& l.fin.C.de codi.& ibi per Doct.& l.1.& ibi per Barto. ff.de eod.quia extante teſtamento prædicto uxoris valido , & ſic cauſa teſtati,ceſſat cauſa inteſtati,de qua non eſt tractãdum vigente cauſa teſtati.l.quamdiu.2.ff.de acq.hære. l.quamdiu.ff.de reg.iu.l.antequam.C.communia de ſucceſſio.& quia etiam obſtaret defectus conditionis prædictæ, quæ repetita uidetur in tacitè relictis non expreſsis,ſecundum Iacob.Butrig. & Guliel.de Cuneo in l.lecta.ff.ſi cert.pet. per glo. in l.ſi ita ſcriptum.in fi.magna gl. in d.l.1.& approbat Alex. de Imol. in l. ſi quis à filio.ff.de leg. 1.qui allegat.l.ſi cui ſerui.§.1.eodem titu. ubi eſt
71 optima glo. Qui autem † ſuccedunt ab inteſtato dicuntur uenire ex tacita uoluntate defuncti.l. cõficiuntur.§.1.ff.de iure cõdicillo.& declarat gl.in l.ſi Titio.§.idem Iulianus.ff.de leg.2.Ex quibus liquet reſponſum eſſe ad dubium prædictum,& cõſequenter ad principale quęſitum, quòd legatum prædictum non debeatur.

Ita viſum eſt mihi dicendum de iure, iudicio potiori ſemper ſaluo,Fabiano de Monte, aduocato conſiſtoriali: & in fidem ſubſcripſi, & ſolito meo ſigillo ſubſignaui.Romę.20.Iunij.1492.

Laus Deo omnipotenti.

CONSILIVM D. OCTAVIANI de Martinis Sueſani.I. V.D.

In caſu ſupraſcripto.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita legato,de qua in præcedenti conſilio,habetur pro defecta, quando filius licet ſubſtitutus ex fideicommiſſo conditionali etiam uiuente matre teſtatus fuit, quamuis de facto teſtamentum feciſſet, & de omnibus bonis teſtari non potuiſſet.*

2 *Conditio de qua in caſu conſilij prædicti ſcindi non poteſt ut certo caſu ſuſpendat legatum, alio uerò nõ,quia teſtator ſuſpendens legatum in caſum teſtamenti filij,eo ipſo intelligitur illi in omnem caſum permiſiſſe de legato diſponere.*

3 *Fideicommiſſarius licet pendente cõditione nil iuris habeat in bonis grauato relictis,nihilominus ſi teſtator deprehenditur permiſiſſe ipſum etiam de dicta conditione pendente diſponere,valebit eius diſpoſitio.*

4 *Inter matrem grauatam,& filium fideicommiſſariũ facilis eſt tranſitus,ut acquiſitio iuris pro filio amplietur,& relictum matris reſtringatur.*

5 *Teſtator ſemper cenſetur honorem, & cauſam filij conſeruationi bonorum in familia prætuliſſe.*

6 *Teſtatorem mandantem non moleſtari filias per legatarios ſub pœna priuationis legati ſecuta con-*

tra-

pecu.lega.& ſequitur Bal.conſi.incip. in Dei nomine verba teſtatoris:& ſequuntur Moderni cõſulentes,licet aliquando aliàs Bal. & Imol.

Ad idem;quia forma,& effectus verborum,& diſpoſitionis, quibus in teſtamento relinquitur, extenditur,& ampliatur, vltra proprium ſignificatum, an ex accidentibus adiectionibus. Quàmuis enim mihi legetur vſusfructus aut inſtituar. hæres in illo, quandò nil mihi competit in proprietatè, ab illo diuerſa:nihilominus ſi grauer reſtituere proprietatem rei eiuſdem, hoc ipſo intelligitur & proprietas mihi legata. Ad hoc l.ſpecies.& l. fin. ff.de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſumun. De quo per Bartol.in l. donationes inconcubinam.§.ſpecies.ff.de dona. & l.quarta,ff.de alimen.& ciba.lega.ubi text. ad hoc propoſitum. Ad idem text.& ibi Bald. in l. Proculus.ff.de vſufr.quòd ſi teſtator leget alicui vſumfructum, & illum uetet alienare proprietatem, hoc ipſa intelligitur & proprietatem illi legaſſe, ratio in vtroque: quia nemo dat, aut alienat quod in ſe non eſt, & propterea intelligitur antecedens datum. Ita,& pariter dicamus in caſu noſtro, quòd quàmuis aliàs in fideicommiſſarium uiuente hærede nil iuris transfertur, rerum illius morte reſtituendarum, præter meram ſpem,ut eſt dictum,intelligenda tamen ſunt hæc, niſi ex alijs appareat teſtatorem permiſiſſe fideicommiſſario etiam de bonis ipſis,in uita hæredis diſponere,ut in caſu noſtro.

4 Accedit ad hoc: † quia teſtatoris deſtinatione bona peruentura erãt ad filium, quàmuis in illis uxorem uniuerſalem hæredem inſtituiſſet,ſperauit tamen vxorem non aliter diſpoſituram,quàm à parente in filium conueniſſet.cui parentum bona omni iure debentur. l. cum ratio. ff. de bon. damnato.& quod in l.in ſuis. de liber. & poſthu. nec per alium fidelius, & utilius, quàm per matrem filio conſeruari, cuius amor proprium ſui ſuperat. l. iſti quod. met cau. Quibus conſideratis,non multum diſcrepat à voto parentis,quòd etiam uiuente matre, poſſet filius de dictis bonis diſponere. Et propterea dicta hæredis inſtitutio vxoris, facta uidetur potius ad conſeruationem, & utilitatem filij, ſi ſuperuixiſſet, quàm aliàs, licet illo defuncto illam cæteris prætulerit. Itaque ratione perſonæ matris,& filij,facilior erat in illum tranſitus facultatis diſponendi. Cum in habentibus ſimbolum,& cætera. Sicut uidemus etiam ſapientum interpretatione, quòd etiã aliàs relictum uxori reſtituendum filio, recipit reſtrictionem, contrà proprium ſignificatum uerborum, quo ampliatur acquiſitio iuris filij, in bonis matri relictis, iuxta Gloſſ.& Cyn.in l.j. C.ſi ſecun.nup.Ioan.Andr.in addi.Spec.& cõmuniter ſequimur. Et quia fauore filij fuit adiecta conditio,debet interpretatione ampliari. Ex quibus reſultat ſublatam cõſiderationem fore inconuenientis,quod diceretur ſequi,quòd teſtator uoluerit ſubſiſtentiam legati domus, & prædij pendere ex teſtamento filij, in caſu quo de illis nil diſponere poſſet, & propterea illum caſum non comprehendi, nec quo ad illum dici inteſtatum deceſſiſſe.

5 Et ſi quæratur † rurſus quare ſpecialius uoluit ipſum etiã in caſum quo præmoriretur, poſſe tollere dictum legatum. Cum uotum ipſius ex ſerie diſpoſitorum, erat, quòd bona illa,domus præſertim, conſeruarentur in familia, quia fortè in illa erãt imagines maiorum, qui ut ipſe in illa nati erant,& toties uagiendo reptauerant, iuxta l.lex quæ tutores. cum ſimili. C. de admin.tut. Reſpondetur, ꝙ in hoc proſpicere uoluit dignitati filij: quem diiudicabat à dictis cõiunctis legatarijs,eo magis colendum, & honori habendum, quo magis ab illius beneficentia penderent. Quę cautio, & prouidentia à Iuriſconſulto iuſta diiudicata eſt, ut eſt text. elegans in l. utrum turpem. in fin. ibi, nec poteſt uideri iniuſta cauſa ſtipulationis ſi aliquid adoptiuus pater habere, uoluerit propter quòd à filio poſt emancipationem, magis curaretur. Quem etiam in ſimili allegat Old. conſi.261.quòd qui non habet quod det aut tollat,non ſic æquè in honore habetur. Cum & id ſoleat eſſe uotum parentum teſtantium, quòd illi dumtaxat ab eo beneficium conſequantur qui de filijs benè ſtuduerunt promereri. l. Thais ancilla. §. Lucius. ibi, ſi te promeruerit. ff. de fideicommiſſa.liber.

6 Dubitatur † rurſus de effectu, & ualiditate uerborum prolatorum à teſtatrice ad interrogationem legatarij, an ultrà relicta in teſtamento teſtatricis, relinqueret etiam quæ maritus illis, in ſuo teſtamento legauerat, cui reſpondit, Si ſi, maiſi. Et præſuppoſito quòd ipſa in teſtamento cauerat, ne moleſtarent teſtatricem, maximè in morte, occupando aliquid de bonis ipſius, aliàs caderent de legato &c. Prę̨ſuppoſito rurſus, quòd ipſa in extremis laborante, & deſtituta prę̨ſidio filiarum,quę procul aberant, nec poterant certiores reddi,mortalitatis illi imminentis, ipſi legatarij domus ubi egrotabat ingreſsi domum, & illius aditum in ſuam poteſtatem redegerunt: ita ut pręter eos quibus permitterent, nulli eſſet ingrediendi poteſtas. Quodque dictam interrogationem fecerant quo tempore poſt horam, uita deceſsit, neminem puto tam pronum iudicem, qui alicuius momẽti facturus ſit tale reſponſum, exactum, ac extortum ab ipſa quę tunc in illo cruciabili diuortio vitę à corpore, cum ipſa morte conflictabatur, ac colluctabatur. Quando minus uolebat obſiſtere improbæ inſtantię oppugnantium deficientem:uel quia fortè effuſo ſermone aliarum rerum, dictam quæſtionem addiderunt. Itaque cum in teſtamento magnis cautionibus aſtrinxiſſet eos, ne molirentur aduerſus ipſius ordinamenta, non potuit uideri di-

ctum reponſum, niſi ex expugnata ac victa illorum inſtantia reddidiſſe, quo ſe ab ulteriore vexatione eximeret, vel ut præmittitur circunuenta. Quod etiam facies verborum oſtentat, præſertim: quia locus, & tempus non patiebantur dignoſcere mulierem, quid importarent verba, liberè, in quibus tam maximè aduerſarij ſe fundare videntur, quo magis, & iudici negligendum, in quo, & illud non prætermiſerim: quia cum dictus ingreſſus cum occupatione domus, & hoſtij, eſſet incognitus reſpondenti, quæ credere potuiſſet cauſa viſitandi, & conſolandi illos adeſſeque, ꝗadmodum ꝑtenſo geſtu exhibebant, iam liquet ex mandatis in teſtamento, quo cauerat, quòd maximè in morte cauerent ab occupatione, & moleſtia, ipſos egiſſe rem illi inimicam, ex qua decreuerat illos priuandos.

7 † Conſtat autem per inimicitiam adimi ipſo iure legatum. l. tertia. §. finali. l. ex parte. ff. de adim. legat. Idem autem obtinet etiam ſi legatarius aliquid in teſtantem viuentem etiam ignorantem admiſerit arg. Quòd ſi reſciſſet, ueroſimiliter fuiſſet in iram, & inimicitiam commotus: ita voluit Gloſſ. uno modo intellecta in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſ. clarius ibi Bar. & idem in l. prima. ff. de ijs quibus ut indign. Si igitur fuiſſet id cauſa reuocandi, quod factum fuit, & cauſa impediendi ne quid fieret, quod eſt faciliùs. Cum tunc ab ignorante cauſam inimicitiæ, & ſic ab errante, & conſenſu ceſſante. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Cum naturali ratione in odioſos minimè beneficia conferantur. l. Lucius. §. Lucius Titius damna. ff. de legatis ſecundo. & l. teſtamento Centurio. ibi, de ijs beneficium dando nõ cogitauit, quos pœna coercuit. ff. de manumiſ. teſtamen. qui noſtro propoſito accommodatur. ſed potius ad vindictam, & ad paria referrenda armentur homines, quod naturali ratione monſtrari ſufficit. l. ſcire oportet. §. ſi maximè. ff. de excuſat. tuto. Quòd autem ignorauerit res ipſa demonſtrat, quia ut in amicos contulit: quòd fuerit cauſa inimicandi, edocet probibitio in teſtamento, & factum ipſum: quòd animo occupandi, oſtendit obſeruatio ianuæ potenter facta &c. cæteris prohibitis, & euentus ſecutus, quia filias, & generos teſtatricis reuerſos eiecit, ex quo euentu licuit conſiderare, & perpendere animum ingredientis: argument. l. ſi quæ adulterij, C. de adulterijs. & §. pauonum inſtitut. de rerum diuiſio. Recuſaui quo ad potui laborem, ſuccubui inſtantiæ conſulentis, & quantum per occupationes licuit, breui dilatione data, ac breuiore tempore, quod corradere, & uſurpare potui ab alijs actionibus quibus hoc mẽſe Iunio plenius diſtringor, annotaui quæ occurrerunt. Et de ſubſcriptione requiſitus ſtantibus ueris præmiſsis ex ijs quæ occurrerunt hoc breui diſcurſu, præmiſſa teneo iuris eſſe & tenenda exiſtimo ego Octauianus de Martinis Sueſſanus, Iuris Vtriuſque Doctor, & Sacri Palacij Apoſtolici aduocatus conſiſtorialis, in quorum fidem hæc ſcripſi, & propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigno ſignaui.

LAVS DEO.

CONSILIVM D. IOANNIS BAptiſtæ de Roſellis, Iuris Vtriuſque Doctoris.

In eodem caſu conſilij Dom. Fabiani de Monte, Et Domini Octauiani de Martinis.

SVMMARIVM.

1. *Legatum factum ita ut legatarius teneatur ſeruare conditiones deſcriptas, & non ſeruando reuocatũ: uidetur datum ſub contraria conditione obſeruando uoluntatem defuncti, unde illa defecta non debetur legatum.*
2. *Vltima uoluntas ita demum præualet, & reuocat conditiones appoſitas in priori teſtamento ſi eſt legitima, & debito modo facta, etiam ſi à ſemimortuo, & balbutiente teſtatore fieret, quod intelligitur ſi dictam ultimam uoluntatem præordinauit.*
3. *Intellectus ad gl. in l. iubemus. C. de teſta.*
4. *Vxor inſtituta hæres à marito ſi legata facta fratri teſtatoris cum prohibitione ne alienentur extra ſamiliam, illi in aliquo caſu non debeantur, ſed remaneant apud hæredem, ſi filias ſuas hæredes inſtitueris, non dicitur in extraneas perſonas dicta bona legata alienaſſe.*

CONSILIVM CLI.

IN DEI Nomine. Viſo caſu, & viſo conſilio, & viſis ijs quæ dicta, & conſulta ſunt, per præſtantiſsimum Iuriſconſultum Domin. Fabianum de Monte, aduocatum conſiſtorialẽ, requiſitus de ſubſcriptione, cõfirmando, & approbando eius dicta, dicam, quid ſentiam, maxime quantum ad illud, quod eſt in præſenti cã principale dubium: videlicet, An Magnificus Ludouicus frater Magnifici D. Petri de Turbidinis primi teſtatoris, & filij eiuſdem D. Ludouici, & alij nobiles de Turbidis petere poſſint legata quæ eis facta fuerunt, in teſtamento eiuſdem domini Petri, & poſteà etiam in teſtamento dominæ Antoniæ relictę dictæ. q. D. Petri de Turbidis? & teneo, & puto eſſe uerum, ſicut concluſum eſt per eundem dominum Conſultorem, quòd prædictus dom. Ludouicus, & eius filij non poſsint petere legata prædicta, nec ex

teſtamento eiuſdem D. Petri, quoniam legata fa-
cta fuerunt ſub conditione, ſi D. Antonius filius
dicti teſtatoris deceſſerit ſine liberis, & ſine teſta-
mento, ſiue inteſtatus, & prædictus dom. Anto-
nius teſtatoris filius fecit teſtamentum, in quo hę
redem inſtituit dictam dom. Antoniam, eius ma-
trem, & vxorem dicti D. Petri primi teſtatoris, &
ſic fecit conditionē, ſub qua dicta legata fuerunt
facta, vnde perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſent, vt
in toto tit. C. de condi. inſert. & ff. de conditio. &
demonſtrat. per tot. & in l. pecuniam quam. ff. ſi
certum petat. Nec etiam legata prædicta petere
poſſunt ex teſtamento dictæ dominę Antoniæ
vxoris prædicti teſtatoris, quoniam dicta teſta-
trix ſine dubio prælegata multa reliquit prædicto
Dom. Ludouico, & eius filijs, & etiam alijs nobi-
libus de Turbidis, ea tamen lege & conditione,
& non aliter, quòd ſcilicet ipſe Dom. Ludouicus
1 & filij omnes ipſius, & ſimiliter alij † nobiles de
Turbidis, ad unguem obſeruent & adimpleant,
& obſeruare & adimplere teneantur omnes &
ſingulas conditiones deſcriptas, quòd ſi in ali-
quo contradicant vel contrauenient, reuocauit di-
cta legata, ut in ipſo teſtamento latius contine-
tur, & ideò omnia dicta legata videntur eſſe da-
ta ſub contraria conditione, ſi obſeruauerit volun
tatem dictæ teſtatricis, maximè in non moleſtan-
do eius filias, quas inſtituebat hæredes: vt in l.
poſt mortem. §. fina. ff. de legat. primo. & in l. ali-
quando. ff. de conditio. & demonſtra. & l. ſi lega-
tum purè. ff. de adimen. lega. & ut præſumitur in
caſu, dictus Dominus Ludouicus & eius filij, non
ſeruauerunt voluntatem dictæ teſtatricis, & mo-
leſtauerunt & inquietauerunt eius filias, occupan-
do propria authoritate bona dicti teſtatoris, &
quæ fuerunt dicti Dom. Petri primi teſtatoris, &
ſic legata non debentur, poſtquàm conditio ſub
qua legata facta fuerunt defecit, vt in iuribus ſu-
pra allegatis.

2 Non obſtat, † quòd dicta domina Antonia vl-
timo loco, & poſt factum ſuum teſtamentum, pa-
rum antequàm moreretur, ordinauit & diſpoſuit,
quòd legata facta prædictis domino Ludouico &
eius filijs, & alijs de Turbidis, liberè deberentur
& præſtarentur: quia ſic volebat eis liberè relin-
quere, quæ vltima voluntas præualet, & per eam
videntur reuocatæ conditiones appoſitæ in pri-
mo ſuo teſtamento: vt in l. ſi mihi & tibi. §. in le-
gatis. ff. de lega. primo, & in l. cum quid. ff. de vul-
gar. & pupill. ſubſtitutio. & Inſtit. quib. mo. te-
ſtamen. infirmen. §. poſteriore. & quia uoluntas
eſt ambulatoria uſque ad mortem: & vltimæ uo-
luntati eſt ſtandum: ut in l. 3. §. 1. ff. de adimen. leg.
& in l. cum hic ſtatus. ff. de donatio. inter virum
& vxor. quia prædicta procederent, quando ulti-
ma uoluntas eſt legitima, & debito modo facta,
tunc eſſet ſeruanda, & ei eſſet ſtandum, etiam ſi
dicta mulier fuiſſet in extremis conſtituta, & ſo-
lemniter, & habitu uoluntatem ſuam legiti-
mè expreſsiſſet, ut in l. quoniam indignum. C. de
teſtamen. & in l. Pamphilo. §. propoſitum. de le-
gatis tertio. & in l. ſi pater. §. quædam. ff. de fidei-
commiſſ. libertat. & l. Seia. §. cum pater. ff. de do-
natio. cauſ. mort. & in capit. Raynutius. de teſta-
ment. & tunc dicitur eſſe legitima voluntas de-
functi quando ipſe illam præordinauit: ut in l.
hac conſultiſsima. §. vt cum humana. C. qui teſta-
men. facere poſſunt. & in dicta l. Pamphilo. §. pro-
poſitum. ff. de legat. tertio. ſed ubi ſine præmedi-
tatione ipſius teſtatoris quando laborat in extre-
mis, interrogatur ab alio, ſi talem facit heredem,
uel tale reliquit legatum, uel aliam diſpoſitionem
vult facere, reſpondeat, quòd ſic, uel quòd vult
facere, non eſt talis legitima uoluntas, quoniam
ſi talis modus teſtandi permitteretur, de facili
ſubuerterentur legitima defunctorum iudicia. l.
Diuus. ff. de teſtamen. milita. & hęc eſt determi-
natio communis Doctorum, in Specul. in tit. de
teſta. §. in prim. ut per Ioan. Andr. in addi. quæ
incip. Pileus. & per Paul. de Caſt. & Doct. in d. §.
at cùm humanæ.

3 Nec obſtat † quod not. gloſſ. in l. Iubemus. C.
de teſtamen. quia illa debet intelligi, quando te-
ſtator erat bonę memorię, & intellectus, ſed quã-
do eſt in articulo mortis, ſicut erat dicta teſta-
trix, non præſumitur habere bonam memoriam:
ut in dict. §. at cùm humana fragilitas. Et ideò
ego concurro in opinionem ipſius Domini Con-
ſultoris, quòd ultima diſpoſitio prædictæ teſta-
tricis, quãdo ad interrogata reſpondit, ſic ſic. & quod
volebat facere ſicut ſcriptum erat, non fuit legi-
tima uoluntas, & maximè quia dicta teſtatrix in
bona ualetudine, ordinauerat teſtamentum ſuũ,
& non eſt ueroſimile, quòd illud uoluerit re-
mouere, maximè in ea parte, in qua diſpoſue-
rat, quòd filiæ ſuæ non moleſtarentur, uel in-
quietarentur.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd quamuis defecerit
conditio appoſita ſuper dictis legatis in primo te-
ſtamento domini Petri prædicti, & per hoc defe-
cerunt legata facta prędictis nobilibus de Turbi-
dis, tamen remanebant dicta legata apud heredẽ
à quo facta erant, cum ſuo tamen onere, quod
erat, quòd bona legata non deberent alienari, ſed
remanere apud nobiles de Turbidis, & in familia
prędicta: & ideò dictus Dominus Ludouicus &
eius filij, tanquàm de familia de Turbidis, uiden-
tur petere poſſe dicta legata, quia dicitur quòd ea
4 † petere non poſſunt niſi in caſu, quo alienaren-
tur extra familiam, quod eſſet quando dicta do-
mina Antonia alienaſſet dicta bona in extraneas
perſonas: vt not. Bart. in l. Pater filium. §. penul. uel
final. ff. de legat. tertio. Sed ipſa non alienauit di-
cta bona in extraneas perſonas, at inſtituit filias
ſuas hæredes, quę ei ſuccedere debebant ab in-
teſtato, & ad talem inſtitutionem non extenditur
prohibitio de non alienando, extra familiam, ut in
l. codicillis. §. mater. de legat. ſecundo. & not. Bar.
in l. peto. §. fratre. de legat. ſecundo. & in l. ſi ita
quis. in ſi ea lege. ff. de uerbor. obliga. & per Sal. ſc.

 in l. ea

in l.ea lege.ff.de conditioni. ob cauſ. & facit qđ
not.Bart.in l.pater.§.fundum.ff.de lega.3.& ma-
ximè debet repelli prædictus Do. Ludouicus, &
eius filij à petitione legatorum: quoniam in uita
teſtatricis, videlicet Dominæ Antoniæ,inuaſerũt
bona legata. Vnde meritò eis denegantur actio-
nes;ut d.l.non dubium.C.de leg.ut ſapienter fuit
dictum,per prędictum Dominum Conſultorem.
Vnde ſimul cum eo concludo, quòd prædictus
Dominus Ludouicus, & eius filij non poſſunt,
neque debent habere dicta bona legata, ſed eſſe
debent apud filias,& hæredes dictæ dominæ An-
toniæ.

Laus Deo.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt, dico,& cõſulo ego
Ioannes Baptiſta de Roſellis Iuris Vtriuſque Do
ctor, ac iura ciuilia de mane ordinariè legens, in
fœlici ſtudio Patauino,& ideò manu propria ſub
ſcripſi,& ſigno meo couſueto ſignaui.Laus Deo.

CONSILIVM D. ANDREAE DE Biſignana. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris fit filio non extraneis, nec ue nientibus ab inteſtato.*
2 *Subſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio.*
3 *Succedentes pupillo ab inteſtato tacitè uidentur uocari.*
4 *Fideicommiſſum per quæ uerba factum conſiderari debeat, ut dignoſci poſsit an onus illius cenſeatur iniunctum filio, & non uenientibus ab inteſtato.*
5 *Verba ad executionem prolata non alterant vim primariæ diſpoſitionis, ſed in ſuo intellectu confirmant.*
6 *Trebellianica an prohiberi poſsit per teſtatorem in perſona filij in primo gradu, ſeu ſaltem quòd computet fructus in Trebellianicam. & numero octauo, & 10.*
7 *Lex noua generaliter corrigens, non intelligitur corrigere leges ponentes caſus ſpeciales.*
9 *Lex apponens fauorem ſpecialem certarum perſonarum, licet poſtea fiat lex reuocatoria, generaliter tamen non corrigit ſpecialem fauorem inchoatum illis certis perſonis.*
10 *Teſtator in liberis primi gradus an poſsit facere quòd fructus computentur in Trebellianicam, & illud quomodo procedat.*
11 *Legis uerba ubi non conueniunt nec diſpoſitio.*
12 *Intellectus ad l.iubemus.C.ad Trebe & nu.13.14.*

CONSILIVM CLII.

DOCTE & ſubtiliter tetigit ne-
ceſſaria ad caſum,& dubia pro-
poſita excellentiſsimus Do-
ctor Dominus Iaſon Maynus
pater, & dominus meus hono-
randus in ſuo conſilio, unde
ego ſolus procedam addendo pauca. In primis
igitur circa primum dubium per prædictum Do
minum primum Conſulentem tactum, non pu-
to eſſe hic neceſſarium tangere, an in dubio quã-
do fideicommiſſum reperitur iniunctum ſimpli-
citer poſt filij inſtitutio cẽſeatur in dubio iſto in
iunctũ ipſi filio,uel uenientib.ab inteſtato.In quo
puncto forſam eſſem alterius opinionis pro-
pter multa quæ iudicio meo multum ſtringunt,
quia hic non ſumus in caſu tam dubio in quo
loquuntur Doctores, ſed in caſu in quo ex ver-
bis teſtatoris colligitur fideicõmiſſum fuiſſe in-
iunctum ipſi filio, & non uenientibus ab inte-
ſtato, & quòd ex illis uerbis, quòd ſi contingat
dictum Millanum filium ſuum decedere in pu-
pillari ætate ſeu aliter quandocunque, tunc & eo
caſu ſubſtituit vulgariter, & pupillariter, & per
fideicommiſſum Domin. Iſnardum de Petra, &
eius filios,& cætera.Colligitur quòd cenſeatur fi-
deicommiſſum iniunctum ipſi filio, & non ue-
nientibus ab inteſtato ex vi uerborum,probo vl-
tra ſubtiliter ponderata,& deducta per D. primò
Conſulentem, qui bene ponderauit quòd teſta-
tor copulatiuè ſubſtituit vulgariter, & pupilla-
riter, & per fideicommiſſum, per quam copula-
tionem ſubſtitutionum neceſſariò dicendum eſt,
quòd ſubſtituit filio non venientibus ab inteſta-
1 to, cum † pupillaris ſubſtitutio fiat filio non ex-
traneis, nec uenientibus ab inteſtato, ut tradi-
tur per omnes in l. ſecunda. in princip.ff.de vul-
ga. & pupilla. Nam conſidero quòd teſtator in
caſu noſtro non fuit vſus uerbis dubijs, puta
bona perueniant ad talem, uel hæreditas re-
ſtituatur tali, quo caſu uerba poſſunt ſatis di-
ci dubia. Sed vſus fuit uerbo,ſubſtituit, quo
2 caſu, cum † ſubſtitutio dicatur ſecunda inſti-
tutio ut nota.per omnes in rubrica. ff. de vulga.
& pupillari. iſtud uerbum magis uidetur de ſe
importare relationem ad primum inſtitutum,
quàm ad hæredem eius qui ſuccedit ſibi ab in-
teſtato, & non expreſſo iudicio teſtatoris:
quia ſecunda inſtitutio teſtatoris non poteſt di-
ci, niſi reſpectu primæ, & ideò magis uidentur
referri uerba ad uocatum expreſſè quàm ad uo-
3 catum tacitè, prout † cenſentur uocati illi qui
ſuccedunt pupillo ab inteſtato ſecundum gloſſ.
in lege, ſi fundum per fideicommiſſum. §. finali
ff. de legat. primo. qui non poſſunt dici inſtitu-
ti vllo modo, etiam ſi uocarentur ab inteſtato ex
verbis expreſsis teſtatoris. l. ſi quis hæres inſti-
tuatur. ff. de hæredi. inſtituen. Et iſtam di-
4 ſtinctionem in hac materia † an fideicommiſ-
ſum iniunctum ſit factum per verbum ſubſtituit,
& tunc non dicamus eſſe in illa uarietate Do-
ctorum, an in dubio onus fideicommiſsi cen-
ſeatur iniunctum filio non venientibus ab inteſta
to,an per alia verba,& tunc procedat uarietas Do
ctorum,facit dom.Fran.de Aret. in l.1.§.fin.ff.de
vulg.& pup.& in d.conſ.155. allegato per primũ
dom.Conſulentem,& ſemper mihi placuit per ra

tionem

tionem ſuam, quam à nemine reprobatam inue-
nio. & in hoc caſu ſcilicet quando fideicommiſ-
ſum eſt iniunctum per verbum ſubſtituo. ſaluo il
lud quod conſulendo dixit Do. Bartho. Socin. in
conſili. 118. incip. conſideratis teſtamento Mar-
ci. in 2. col. ubi dicit quòd in hoc Doctores viden
tur concordare, quòd vbi fideicommiſſum eſt
iniunctum perſonaliter quòd ab inſtituto vide-
tur relictum fideicommiſſum, quis ibi loquitur
prædictus D. Conſulens quãdo fideicommiſſum
fuit iniunctum, per verbum, ſubſtituit. Punctus
eſt nunc reſpondere ad illam clauſulam, volens,
grauans & mandans omnes & ſingulos ad quos
quomodocunque & qualitercunque ipſa bona
ſeu hæreditas peruenerint ſeu peruenerit, illa ſeu
illam omninò ꝙ in totum plenè & integrè reſti-
tueret ſupraſcriptis ſubſtitutis, modo & forma,
vt ſupra & infra. & ſine aliqua detractione tam
legitimæ debitæ à iure naturę, & bonorum ſubſi-
dij, quàm falcidiæ & Trebellianicæ: quia reſpon-
deo ꝙ verum eſt ꝙ teſtator in iſtis verbis graua-
uit venientes ab inteſtato facere reſtitutionem
huiuſmodi fideicommiſſi, non tanquàm eis in-
iuncti, ſcilicet tanquam iniuncti filio qui non po-
tuit grauari in legitima, iuribus vulgaribus, & ſic
fateor quòd ex iſtis verbis clarè apparet. quòd te-
ſtator grauauit ipſos venientes ab inteſtato reſti-
tuere fideicommiſſum, nõ tanquàm eos, ſeu tales
qbus fuiſſet ipſum fideicommiſſum iunctum, ſed
tanquã futuros poſſeſſores bonorum cõprehẽſo-
rum in fideicommiſſo iniuncto filio per quorum
manus executio reſtitutionis ipſius fideicommiſ-
ſi non poſſet fieri niſi poſt mortẽ filij, ideò man
dauit tunc executionem illis ad quos bona perue
nerunt. Et ad iſta verba eſt multum aduertendũ
quia tollunt omnẽ difficultatẽ. Et quòd teſtator
cenſeatur voluiſſe eos grauare tanquã executo-
res fideicommiſſi iniuncti filio, & non eis in-
iuncti patet ex illis verbis, reſtituere ſupraſcri-
ptis ſubſtitutis modo et forma vt ſupra, ex qbus
uerbis patet clarè iudicio meo, ꝙ teſtator voluit
in iſto uerſi. reſtitutionem fideicommiſ. per ue-
nientes ab inteſtato pro executione fideicõmiſ-
ſi iniuncti filio in ſuperioribus verbis, & non pro
executione alicuius fideicõmiſſi eis iniuncti, vn-
de ſuccedit concluſio quam facit dominus pri-
5 mus conſulens quòd verba † ad executionem pro
lata non alterant vim primariæ diſpoſitionis, ſed
in ſuo intellectu confirmant, vt probatur in vul-
gata Clemen. 1. de præben. in fi.

6 Circa ſecundum dubium † an teſtator in perſo
na filij qui eſt in primo gradu liberorum potue-
rit prohibire Trebellianicam? credo concluſionẽ
quæ ſit quòd non potuerit eſſe ueram per d. l. iu-
bemus. C. ad Treb. vbi inducitur fauore filiorum
primi gradus ꝙ teſtator nõ potuit iubere ꝙ cõ-
putent fructus in Trebellianicam, & ſic extenuare
Trebellianicã: ergo multo minus ĩ totũ, ꝓhibere.
Nec ob. communis opinio quæ vult ꝙ hodie te-
ſtator poſſit prohibere Trebellianicã: quia ſub-
intelligitur præterquàm in liberis primi gradus,
per d. l. iubemus. quæ in hoc non reperitur corre
7 cta per iura noua, & ſic † lex noua generaliter cor-
rigens non intelligitur corrigere leges ponentes
caſus ſpeciales iuxta Gl. in l. ſciendum. in princi.
vbi Bar. & Doct. ff. qui ſatiſd. cog. cum multis cõ
cordanti. quæ ad hæc ſolent allegari.

8 Et pro iſta opinione † ꝙ etiam hodie teſtator
nõ poſſit prohibere Trebellianicã in liberis pri-
mi gradus per d. l. iubemus. non obſtantibus cõi
opinione & iuribus nouis probãtibus quòd teſta
tor hodie põt prohibere Trebellianicã, quia non
intelliguntur de liberis primi gradus, quorũ fauo
re fuit hoc ſpecialiter ſtatutũ in d. l. iubemus. ad
duco vnam nouam rationem ſeu conſideratio-
nem quæ fuit Andreæ Sicu. in loco infra allegan-
9 do. † Nam quotieſcunque lex apponit fauorem
ſpecialem certarum perſonarum, licet poſtcà fiat
lex reuocatoria generaliter, nihilominus non cor
rigit, nec tollit illum ſpecialem fauorem inductũ
illis certis perſonis: ita probatur in tex. iuncta
Gloſ. in l. de decurionibus. C. de ſilentiar. lib. 12.
& ibi hoc tenet Bart. & Ange. & de illa Gloſſ. cũ
tex. exclamat Ludoui. Roma. in l. hac conſultiſſi-
ma. C. qui teſta. fac. poſſ. & in l. ſi verò. §. de viro.
in fal. de publica vtilitate. ff. ſol. mat. Bal. in l. pla-
cet. C. de ſacroſan. eccle. & in l. 1. C. de no. C. cõ-
po. & in l. dotalem. ff. de teſta. mili. & in l. ſi mihi.
ff. de dolo. & in auc. habitã. C. ne fil. pro pat. & in
c. 1. §. ſancimus. in tit. quo tempo. miles inueſtitu.
pet. debe. Cum ergo d. l. iubemus. fauorẽ hũc ſpe
cialẽ dederit liberis primi gradus vt teſtator non
poſſit extenuare, & per conſequens multo minus
tollere Trebellianicam, iſta ſpecialitas fauoris
non ueniet in generali diſpoſitione introducente
ſimpliciter ꝙ teſtator poſſit prohibere Trebel-
lianicam, & iſta fuit inuentio noua Andreæ Sic.
in c. Raynutius. in pen. car. de teſtam.

Punctus eſt nunc aduertere ad duo. Primò ad
illam opin. Pau. de Caſt. in l. mulier. in §. cum pro
poneretur. ff. ad Trebell. cum ſuis concor. ubi at-
tentauit quòd illud quod dicitur in d. l. iubemus.
10 ꝙ † teſtator in liberis primi gradus nõ põt facere
ꝙ fructus computentur in Trebellianicam, pro-
cedit qñ filij detrahunt tantum unam quartam,
prout erat in illo text. ubi tex. dicit quòd reten-
ta quarta dodrans reſtituitur, quæ quarta Tre-
bellianica imputatur in legitima, & magis con-
templatione legitimæ fuit ibi hoc introductum
q̃ Trebellianicæ, ſed quando detraherentur duæ
quartæ prout faciunt hodiè, tunc ſufficit quòd
ipſi filij habeant hoc priuilegium quo ad legiti-
mã, ſed quantũ ad Trebellianicam, ꝙ non habeat
11 locũ diſpoſitio d. l. iubemus. quia vbi † non con-
ueniunt verba legis non conuenit diſpoſitio: ar-
gu. l. ita autem. in princ. ff. de admi. tuto. & l. 4. §.
prætor. uerſi. toties. ff. de dam. infe. cum in ſimi.
ſed uerba. d. l. iubemus. . . vbi dodrans reſtitui-
tur. vbi ergo nõ habent reſtituere drodãtem cùm
deficiũt verba legis debet deficere diſpoſitio, ma-

ximè ſtante fine dict. l.iubemus. prohibentis illã legem trahi ad illos caſus: quia reſpondetur quòd illa opinio Paul. de Caſt. non eſt vera, & ultra deducta & allegata per Magnificum Dominũ meũ Dom. Iaſon. inuenio ꝙ Petr. Philipp. Corneus in conſ. 180. 4. uol. incip. multitudo quæſitorum. in 8. & 9. col. Adducit etiam cõtra illam opinio. 12 Paul. de Caſt. quia ille text. † in princip. dicit duo, primò quòd non computat fructus in Trebellianicam, aliud quòd reſtituat dodrantem, non propterea cenſetur immutatum aliud quod expreſſè diſpoſuerat, quòd fructus non computentur in Trebellianica. ponamus enim quòd iura municipalia diſponerent, ꝙ vna quarta detraheretur, & augerent Trebellianicam ad quatuor vncias, abſonum eſſet dicere, quòd per hoc corrigeretur dicta l. iubemus. licet enim corrigatur in vno, nõ propterea debet corrigi in alio. Item id quod dicitur quòd reſtituatur dodrans de rebus hæreditarijs, non poteſt ſimpliciter intelligi vt iacet ſecundum eum: quia ſupra loquitur etiam in filio ex parte inſtituto, qui non habet reſtituere dodrantem, maximè: quia fortè non eſſet inſtitutus in dodrante. ita ꝙ ille text. indiget ſuppletione, ſcilicet quòd reſtituat dodrantem eius quod reſtitueret, circumſcripta Trebellianica, & text. de plano procedit, & text. præcedens ſimpliciter intelligitur, ſcilicet ꝙ fructus non computentur in Trebellianicam prout etiam ſuppletur, aliàs reſtituatur dodrans eius quod habet reſtituere, ita poteſt ſuppleri ꝙ reſtituatur dodrans eius quod habet reſtituere detracta legitima, prout dicebat Paul. de Caſt. vel dodrans eius quod ceſſante Trebellianica eſſet reſtituendũ, ex eo: quod enim tũc non poteſt intelligi ſine ſuppletione. Dicens ẽt, ꝙ ſi talis ſuppletio fiat, ꝙ nõ violetur generalitas præcedentis dicti, ita ꝙ ſecundum eum etiam de rigore procedit opin. Bart. contra Paul. de Caſtr.

13 Secundò aduertendum eſt ad aliud: † quia in caſu noſtro filius erat grauatus reſtituere non alteri ex liberis teſtatoris, ſed extraneis, quo caſu multi tenuerunt ꝙ tunc nõ habet locũ diſpoſitio d. l. iubemus. per illum text. in fi. qui vult ꝙ illa lex nõ debet extendi extra perſonas & caſus ibi poſitos, ſed d. l. iubemus. loquitur quãdo filius eſt grauatus reſtituere alij deſcẽdenti teſtatoris, ergo nõ ẽt extendit ad caſum quando ipſe filius eſt grauatus reſtituere extraneo, & ita tenent Cyn. Raph. Fulg. & aliqui in d. l. iubemus. ponderantes uelle unam gl. ibi quæ incip. non dic. & aliam glo. ibi, nihilominus, contrariam opin. puto ueriorẽ quã videtur ſentire glo. & Bart. in l. quod de bonis. in §. quod auus. ff. ad leg. Falc. indiſtinctè loquitur, & ibi idem tenent Rayn. & Franc. de Rampo. prout ibi refert Imol. & ſentit vna gl. in d. l. iubemus. in quantum indiſtinctè loquitur, quam ad hoc ibi ponderat Salyc. & idem Salyc. in d. l. iubemus. Primò per illum tex. in princ. dum loquitur de filio vnico grauato reſtituere. Secundò quia illa lex fuit facta fauore filiorum, ſed maior eſt ratio ꝙ fructus non computentur in Trebellianicam, quando grauatus eſt reſtituere extraneo, quàm quando alij deſcendenti, & idẽ tenet Paul. de Caſt. ibi. & idem tenent ibi Moder. temporis prout ibi refert Cyn. & iſtam opin. dicit eſſe rationabiliorem Io. de Imol. in l. quod de bonis. in §. quod auus, & iſtam eandem opin. tenet ibi D. Alex. tanquam benigniorem & æquiorem.

14 Non obſt. text. † in d. l. iubemus. in quantum ibi dicitur ꝙ illa lex non debet extendi extra perſonas & caſus ibi poſitos: quia reſpõderunt Imol. & alij ꝙ debet intelligi reſpectu perſonarum grauatarum, ſcilicet vt procedat ſolùm quando grauantur liberi primi gradus, non autem reſpectu perſonarum quibus debet fieri reſtitutio: quia reſpectu illarum maior ratio eſt, ut ſupra dictũ fuit, ꝙ fructus non computentur in Trebellianicam quando filius grauatur reſtituere extraneo, quàm quando grauatur reſtituere alteri deſcendenti. In quantum etiam ibi dicitur, quòd illa lex non debet extendi extra caſus ibi poſitos, intelligitur reſpectu præſtandæ cautionis de quo ibi, uel reſpectu fructuum computandorum in quartam quando alius quàm filius eſſet grauatus reſtituere: quia tunc fructus extenuant trebellianicã maxime ſi teſtator velit. LAVS DEO.

Andræas de Baſignana. V. I. D.

CONSILIVM D. IOANNIS ANtõnij de Marchionibus Inciſæ & Rochetæ I. V. D.

In caſu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, omnes & ſinguli, ſunt vniuerſales deſtributiuæ.*

2 *Verbum volo, in ultima voluntate, inducit diſpoſitionem.*

3 *Inſtituto filio ſimpliciter facta ſubſtit. per uerbum ſubſtituo, intelligenda quòd ſit facta filio.*

4 *Subſtitutionis verba ſi tendunt poſt mortẽ filij, cenſeri debet facta ſubſtitutio ab ipſo filio.*

5 *Dictio item, cuius efficacie.*

6 *Participij natura eſt, vt rem perfectam ſignificet.*

7 *Relatio ad præcedentia intelligenda cum omnibus ſuis qualitatibus.*

8 *Verba executiua, ſe referentia ad iam diſpoſitiuum, nunquam ueniunt augmentatiuè, etiam quòd ipſa videantur ſonare in augmentum. & nu. 11.*

9 *Inductum ad vnum effectum, alium non operatur.*

10 *Participia de ſui natura & propria ſignificatu denotant diſpoſitionem uel actum cui adijciuntur eſſe perfectum.*

12 *Intellectus ad l. iubemus. C. ad Trebell.*

13 *Subſtitutio fideicommiſſaria an trahatur ad bona que inſtitutus conſecutus fuit à teſtatore, & ad ea in quibus ſucceſſit poſt mortem patris.*

CONSILIVM CLIII.

IN CONTROVERSIA orta ex codicillis aliàs confectis per D. Bartholomæum de Petra ſolenniter & elegātiſsimè ſuper duobus articulis eleuatis, cōcluſum fuit per magnificum & præclariſsimum iureconſultum D. Iaſonem Maynum præceptorem & vti patrem mihi honorandum, ſed quia in themate ſuæ conſultationis non ad plenum recitata fuerūt uerba ipſorum codicillorum, & præſertim plura quæ ad diſcuſsionem articulorum eleuatorum plurimum conferunt, ideò recitanda cenſui verba formalia capitulorū in dictis codicillis, quæ ad præſens negocium pertinent. Item ipſe dominus codicillans voluit, iuſsit, diſpoſuit, ordinauit, ac vult, iubet, diſponit & ordinat, ꝙ ſi contingeret ex uentre d. D. Blanchæ & ex ipſo codicillante naſci aliquem filium maſculum, ſeu aliquos filios maſculos, & ipſum filium ſeu filios, & ſimiliter Millanum etiam eius filium ſeu alium eorum in pupillari ætate, ſeu aliter decedere ſine filijs ſeu filiabus, tunc & eo caſu ipſi taliter decedenti ut ſupra, inſtituit & ſubſtituit alium ſeu alios ſuperſtitem ſeu ſuperſtites, & ſuper, iuentem ſeu ſuperuiuentes, & hoc vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ac breuilocè & compendioſè, & abſque detractione alicuius legitimæ, Trebellianicæ & Falcidiæ. Item voluit, iuſsit & ordinauit, ac vult, iubet & ordinat, quòd ſi contingat ex ipſo domino teſtatore & ex ventre dictæ dominæ Blancæ naſci filiam, & ipſum Millanum, ſeu alios naſcituros vt ſupra ab hoc ſeculo decedere ſine filijs, vt ſupra, tunc & eo caſu, vult, iubet, diſponit & ordinat, quòd ipſa talis fœmina naſcitura vt ſupra habeat & habere debeat in eius bonis & hæreditate, ultra ducatos mille quinque centum, in quibus eſt inſtituta hæres particularis in dicto teſtamento alios ducatos qiunque centum à libris quatuor imperialium pro ducato. Item voluit, iuſsit & ordinauit, ac vult, iubet, diſponit & ordinat, quòd ſi contingat dictum Millanum filium ſuum natum, & ſeu alios filios maſculos naſcituros vt ſupra ab hoc ſeculo decedere ſine filijs ſeu filiabus legitimis & naturalibus in pupillari ætate ſeu aliter quandocunque, tunc & eo caſu ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ac omni alio iure, uia, modo, cauſa & forma, quibus melius & ualidius potuit & poteſt D. Iſnardum de Petra filium quondam D. Muſij, & ſeu eius filios & filias pro duabus partibus, & D. Mauritium de Petra filium quondam D. Muſij ſeu eius filios maſculos tantum naſcituros pro alia tertia parte, uolens, grauans, & mandans omnes & ſingulos ad quos quomodocunq; & qualitercunque ipſa bona ſeu hæreditas peruenerint, ſeu peruenerit, illa ſeu illam omninò in totum plenè & integrè reſtituere ſupraſcriptis ſubſtitutis modo & forma vt ſupra, & infra, & ſine aliqua detractione tam legitimè debitæ à iure naturæ & bonorum ſubſidij, quàm Falcidiæ, & Trebellianicæ. Stante modo tenore dictorum codicillorum vt præmittitur recitatorum tria reſultant dubia, quorum duo prima eleuata fuere à præfacto Magnifico D. Iaſone, & ultimum ad requiſitionem conſilium petentis à me ſuperadditum fuit.

Et primò, an ſuccedentes ab inteſtato Millano filio dicti D. Bartholomæi codicillantis mortuo ante annos pubertatis, poſsint detrahere legitimam debitam iure naturæ ipſi Millano.

Secundò an iidem ſuccedētes ab inteſtato poſſint pariter ex perſona dicti Millani detrahere Trebellianicam.

Tertiò & ultimò, an prædicti ſuccedentes ab inteſtato dicto Millano poſsint ex eius perſona detrahere ducatos mille & quinque centum dotis ſororis dicti Millani prædefunctæ, ac etiam legitimam debitam iure naturæ dicto Millano in bonis eius matris, pariter prædefunctæ ante ipſum Millanum.

Circa primum articulum, etſi fuerit adeò ſolenniter & accutiſsimè enucleatus per præfatum magnificum D. Iaſonem, vt nullus addendi locus relictus videatur, tamen prima conſideratione cōſultatio præfati dom. præceptoris mei mihi fuit dubia, quia in illis uerbis dictorum codicillorum, ibi, uolens, grauando & mandans, & c. videntur grauati quicunque etiam uenientes ab inteſtato. cum dicat, omnes & ſingulos ad quos quomodocunque & qualitercunque ipſa bona ſeu hæreditas peruenerint ſeu peruenerit, ſunt enim dictio-
1 nes uniuerſales diſtributiuæ. ut nota. Archid. & Io. Andr. in c. indemnitatibus. §. ſi qua uerò. per illum tex. de elect. lib. 6. Et ideò talia uerba vniuerſalia appoſita à teſtatore qui potuit grauare ſuccedentes ab inteſtato filio ſuo, ſecundum communes concluſiones recitatas per præfatum excellum dominum conſulentem, non debent recipere reſtrictionem: ut tradit Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. lega. & ſequitur Alex. 1. uol. conſ. 117. col. 2. & vol. 2. & 5. vol. conſ. 118. col. 2. nec videtur obſtare reſponſio data per dignitatem ſuam, dum dicit quòd dicta uerba, uolens, grauans & mandans &c. ſunt executiua, ideò non debent operari ultra contenta in præcedenti diſpoſitione. clem. 1. in fi. de præben. cum alijs concordan. ad hoc allegat. quia imò dicta uerba videntur
2 diſpoſitiua, attento quòd uerbum (uolo) in ultima uolūtate inducit diſpoſitionem, ut tradit Bar. in l. ſerui electione. in princ. in ult. col. ff. de leg. 1. Item quia poſito etiam quòd dici poſſent uerba executiua, tamen quando ſuper eis fundatur intentio, diſpoſitionem operantur, ut poſt Laud. & Paul. uoluit D. Cardi. Floren. in d. clem. 1. in §. ad hæc. in 3. oppoſ.

Præmiſsis tamen non obſtantibus, ueriſsimam puto concluſionem præfati Domini Conſulen-

tis

tis, quòd Imò tota illa ſubſtitutio facta in dictis
codicillis ſit,& cenſeri debeat facta ipſi Millano
filio,& non ſuccedenti ab inteſtato ipſi filio, quã
concluſionem ultra allegata per præfatum Do-
minum Conſulentem confirmo in primis aucto-
ritate do.Bart. conſ.13.incip.ex facto propoſito.
3 in pen. colum.ubi ad terminos noſtros dixit † q
ſi inſtituto filio teſtator dixit ſimpliciter ſubſti-
tuo &c. intelligitur ſubſtituiſſe filio, quia cenſe-
tur rogatus,& grauatus ille ad quem relatus fuit
ſermo, & ſic filius: & per conſequens ſecundum
eum ſuccedit,quòd fideicommiſſum factum filio
in legitima ſit nullum.

Secundò eandem concluſionẽ confirmo: quia
4 † ex quo omnia uerba ſubſtitutionis factæ in di-
ctis codicillis tendunt poſt mortem filij, ſuccedit
quòd ſiue ſit facta per uerbum ſubſtituo,ſiue per
aliud verbum commune vel obliquum,quòd ſem
per cenſeri debet facta ſubſtitutio ab ipſo filio, &
non ab eius hærede: ut notabiliter traddit domi.
Franc.Aretin.in l.1.§.fin.in vlt.colum.circa fin.ff.
de vulga.& pupilla. & idem Aretin. in conſil. ſuo
155.in quibus locis ad hoc ſubtiliter põderat tex.
in l. codicill. in vltim. reſpon. ff.de uſufructu. &
adducit bonas rationes quæ ibi per eum uideri
poſſunt.

Tertiò eandem concluſionem confirmo, quia
prædictus dom.Bartholomæus codicillans in pri
ma ſubſtitutione ſupra per me relata expreſsè di-
xit,q ſi contingeret ipſum Millanum, uel alium
filium ipſius codicillantis decedere pupillari æta-
te ſeu aliter, quòd tunc, & eo caſu ipſi tali dece-
denti ſubſtituit alium ſeu alios ſuperſtites, vulga-
riter,& pupillariter,& per fideicommiſſum, & ſic
expreſsit quòd ſubſtituebat ipſi filio:poſtea uerò
in alia ſubſtitutione facta cum dictione repetiti-
ua, Item,dixit quòd ſi contingat dictum Milla-
num filium ſuum natum ſeu alios filios maſculos
naſcituros ab hoc ſeculo decedere ſine filijs in pu
pillari ætate,ſeu aliter quandocunque, quòd tunc
& eo caſu ſuſtituit pupillariter, & vulgariter per
fideicommiſſum. Vnde etiam quòd non clarè
expreſſerit codicillator cui ſubſtituit, tamen uir-
tute dictæ dictionis,item,debet intelligi quòd ſub
5 ſtituit ipſi filio uel filijs decedentibus, quia † ubi
in primo capitulo fuerunt omnia expreſſa, & in
ſecundo capitulo appoſito cũ dictione,item & nõ
fuit facta omnimoda expreſsio perſonæ cui ſub-
ſtituatur,debet ſuppleri ſecunda clauſula per clau
ſulam præcedentem ut intelligatur eodem modo
ſubſtitutio facta filio,ſicut expreſſum fuit in præ-
cedenti capitulo.

Nec ob.doctrina Bar.in l.1.circa fin.princ. ff.
de public.& eiuſdem Bar.in l. in repetendis.circa
ſecundam uel 3.col.in verſic.tertio caſu.ff.de leg.
tertio,& ſequitur Bal.2.volum.conſil. 58: incipi.
reſtitutio dotis.colum.tertia, ſecundum impreſ-
ſionem Mediolan.& D.Alex.volum.j.conſil.517.
colum.4.

Quartò moueor: quia dicta clauſula in contra
rium ponderata pro parte aduerſa,ibi uolens,gra
uans, & mandans &c. eſt concepta per dicta par-
6 ticipia, † de quorum natura eſt,ut rem perfectam
ſignificent: ut tradidit Alberi.de Roſa. in ſuo di-
ction.iuris ciuilis in verſi.participium.circa prin.
& idem uoluit,& per plura iura probat D.Signo-
rol.de Homodei conſil.ſuo 37.incipien. quædam
mulier.col.5.& not.Bart. in l. tutor qui reperto-
rium.in verſi.nihil itaque.per illum text. ff.de ad-
mini.tuto.ergo codicillans prędictus poſt ſubſti-
tutiones factas per eum utendo dictis partici-
pijs,uolens, grauans, & mandans, & cętera:vi-
detur loqui de diſpoſitione ſua pręcedente iam
perfecta, licet cenſeatur nouam diſpoſitionem
feciſſe.

Quintò, & ultimò confirmatur dicta conclu-
ſio ex uerbis quę poſteà ſubijcit idem codicilla-
tor in eadem clauſula dum dicit, reſtituere ſupra-
7 ſcrip.ſubſtitu.modo,& forma ut ſupra, & ſic † ſe
referendo ad pręcedentia, intelligitur ad ea ſe re-
ferre cum omnibus ſuis qualitatibus: ut traddit
Bar.in l.ſi quis ſeruum.§.fi.ff. de leg. 2. & Franc.
Aretin.in pręallegat.conſil.155.colum.10.& con
ſil.ſubſequenti.col.1.circa fi.& alibi ſæpè Docto-
8 res, quo caſu † uerba executiua ſe referentia ad
iam diſpoſitum nunquam ueniunt augumentati-
uè, etiam quòd ipſa uerba uiderentur ſonare aug-
mentum: ut not. tradit dom. Symon de Bruſya-
no Cardinalis Mediolanenſis in d. cle. 1.de pręb.
colum. 2. in 6.not.cuius uerba ſubijcio,quia eius
lectura forte à paucis habetur. Sextò nota quòd
clauſula quę eſt executiua non operatur act. ſeu
gratię augumentum: nam ſi in fauorabilib. quod
eſt ad unum effectum,illum,& non alium opera-
tur,ff.de condi.& demon.l.cum tale.§.fin. & ff.de
adimen. legat.l. legata inutiliter, minus in ambi-
tioſis,eo.tit.quamuis.lib.6. Et facit eod.titu.non
poteſt. in fi. & uerba quę pręſupponunt aliud nil
diſponunt ſuper eo quod pręſupponunt.ff.de hę
red.inſti.l.ex facto. la 1.& hoc optimè probatur
hic. Item cum executio pręſupponat aliquem a-
ctum diſpoſitiuum ſeu aliquam intentionem prin
cipalem pręcedentem. de re. iudi. l. ſi cum nulla.
C.de execu. rei iudi.l. prima. quę ſunt ad execu-
tionem gratię appoſita, ſolum ad illa reſtringun-
tur, non enim iſta clauſula quę eſt acceſſorium
augmentat principale ſed illud ſequitur. de regu.
iur.acceſſorium.lib.ſexto,& acceſſorium non ue-
ſtit principale.infra.eod..Clemen.per liter.& no-
ta.C.de pact.l.petens.& ff.ſi cert.pet.l.lecta. & ſic
patet hic de clauſula moneri, & exequen. quòd
augmentum non operatur. Idem de moderante.
de verb.ſign.tuę. Idem de minuente.ff.de condi.
& demon.l. cum tale.§.fi.Idem indifferente. l. le-
gata inutiliter,ff.de leg.1.& l. legata inutiliter. ff.
de adimen. leg. & ratio prædictorũ apparet, quia
9 † quod eſt ad unũ effectum nõ operatur aliud. ca.
maiores.de baptiſmo.ita formaliter.D.Card.Me
diolanenſ. ubi ſupra. Et hanc eandem rationem
ad d.Clemen.j.aſsignant Domini de Rota.deciſi.

ſua

ſua prima ſub rub. de procurat. in antiquioribus,
& deciſio. 23. eo. tit. in antiquis, quos refert, &
ſequitur Fely. in c. ſedes. col. antep. uerſi. intelli-
ge tripliciter. de reſcript. uolentes quòd verba
quæ præſupponũtur aliud nihil diſponunt in præ
ſuppoſito, etiam quòd uerba plus ſonare videren
tur, & ſic ex quo dictus codicillator in d. clauſula
volens, grauans &c. ſe refert ad præcedentia per
eum diſpoſita, non cenſentur per verba appoſita
in ipſa clauſula auxiſſe diſpoſitionem, etiam quòd
uerba plus ſonare viderentur ſecundum D. Car-
di. & Rotam & Felyn. in locis præallegatis.

Reſtat ut tollamus ſupra deducta in contra-
rium: & ad primum dum dicebatur de illis ver-
bis vniuerſalibus quomodocunque & qualitercũ
q;, patet reſponſio ex proximè dictis in quinto &
vltimo fundamento, ſcilicet quòd cum talia uer-
ba appoſita ſint in uerbis executiuis & relatiuis ad
præcedentia diſpoſita per ipſum teſtatorẽ quòd
non poſſet operari augmentum, etiam quòd
verba ipſa augmentum ſonare viderentur, vt in
dicto quinto fundamento plenè probatum & de-
ductum fuit.

Ad aliud verò dum dicebatur quòd uerbum
volo, inducit diſpoſitionem, reſponderetur quòd di-
cta clauſula non eſt concepta per verbum volo.
10 Sed per participia, † quę de ſui natura & proprio
ſignificatu denotant diſpoſitionem vel actum,
cui adijciuntur eſſe perfectum, vt deduxi ſupra
in 3. fundamento, maximè cum in eadem clauſula
habeatur relatio ad præcedentia, quo caſu nihil
cenſetur actum vltra iam diſpoſitum, vt deductũ
fuit in dicto quinto & vltimo fundamento.

Ad illud verò quod vltimo loco obijciebatur
11 pro parte contraria, quòd verba † etiã executiua
augeant vbi ſuper eis fundatur intentio ſecundũ
D. Cardi. Floren. in d. Cle. 1. §. hæc. in 3. oppo. de
præben. patet reſponſio ex prædictis, quia non eſt
verum quòd intentio codicillantis fundata ſit in illis
verbis cum adijciat, modo quibus ſupra & infra.
ergo non agit facere nouam diſpoſitionem ex il-
lis uerbis, ſed tantum inſiſtere circa per eum ordi
nata. vt probaui in dicto quinto & vltimo funda-
mento, & hoc modo non obſtat dictum D. Card.
Floren. vbi ſupra, qui loquitur vbi conſtat inten-
tio diſponentis fundari ſuper illis verbis. & ideò
diſponunt: vt probat. tex. per eũ allegatus in Cle.
1. de prob. & ſic ſtat firma concluſio quòd omnes
illæ ſubſtitutiones cẽſentur factæ ab ipſo filio ſeu
filijs, qui cum non potuerit grauari in legitima per
fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ, ſequitur quòd
legitima competens prædicto Millano in bonis
paternis detrahi poterit per ſuccedentes ab inte-
ſtato prædicto Millano defuncto, & hæc ſufficiãt
pro confirmatione primi articuli, eleuati per præ-
fatum clariſſimum Dominum præceptorem
meum.

Circa verò ſecundum principalem articulum
eleuatum per præfatum D. præceptorem meũ,
an ſcilicet ſuccedentes ab inteſtato prædicto Mil-
lano poſſint detrahere trebellianicam ex perſo-
na dicti Millani, non obſtante quòd dictus teſta-
tor prohibuerit detractionem ipſius trebelliani-
cæ: quamuis articulus prædictus fuerit ſolenni-
ter diſcuſſus per dignitatem ſuam attingentem
an teſtator poſſit prohibere detractionem trebel
lianicæ filijs primi gradus, & ſic ad intellectũ. l. iu
bemus. C. ad trebellian. & an diſpoſitio d. l. iube-
mus habeat locum, ſiue vbi poſſunt detrahi duę
quartæ, ſiue vna tantum. circa quæ tam copioſè
& ſubtiliter per dignitatem ſuam tactum fuit, vt
parum aut potius nihil boni addi poſſit. Vna ta-
men & non leuis difficultas videtur reſtare ſcili-
12 cet † an diſpoſitio dictæ l. iubemus. habeat locũ
quando eſt ſubſtituta extranea perſona prout in
caſu noſtro, in quo puncto Cyn. & Raph. Fulgo.
& Philip. Corneus in d. l. iubemus. col. fi. tenent
quòd non, ponderando ita velle gloſſ. ibi. Con-
trarium verò tenent Rayn. de Forliuio Franc. de
Camponi. & Salyc. vt etiam refert Philipp. vbi ſu
pra. Et quamuis dictæ opiniones non careant ra-
tionibus & auctoritatibus: tamen pro nunc non
arbitror neceſſarium attingere quæ dictarũ opi-
nionum ſit uerior, ex eo quòd prohibitio detra-
ctionis trebellianicæ in caſu noſtro facta fuit in
codicillis & non in teſtamento, quo caſu etiam
quòd magis communis opinio ſit quòd teſtator
poſſit prohibere detractionem trebellianicæ, vt
plenè recitat præfatus Dominus meus in diſcuſ-
ſione huius ſecũdi quęſiti, tñ illa opinio procedit,
ubi huiuſmodi prohibitio detractionis trebellia-
nicæ facta eſt in teſtamento, ſed vbi facta fuit in
codicillis prout in caſu noſtro, non valet nec te-
net talis prohibitio, vt notabili. decidit Bald. 2.
uol. conſi. 374. incip. ad euidentiam præmitten-
dum eſt. circa fin. ſecundum impreſſionem Me-
diolani. vbi pro hoc adducit, quia cum ſit varie-
tas inter Doctores, an teneat talis prohibitio fa-
cta in teſtamento, non debet fieri extenſio ad pro
hibitionem factam in codicillis, ne ſecundum eũ
in totum eximatur, ut euacuetur inſtitutio he-
redis facta in teſtamento per codicillos nullo effe
ctu remanente penes heredem in teſtamento in-
ſtitutum. & ad hoc allegat Gloſſ. in l. 2. C. de co-
dicil. pro quo etiam bene faciunt ea quæ tradit
Salyc. in d. l. 2. & ex hoc fundamento arbitror ve-
riſſimam eſſe concluſionem, quòd ſuccedentes
ab inteſtato prędicto Millano poſſint detrahere
trebellianicam non obſtante prohibitione facta
in dictis codicillis, & per hęc ſit expeditus ſecun-
dus articulus.

Circa verò tertium & vltimum articulum per
me eleuatum, ſcilicet, an ſuccedentes ab inteſtato
dicto Millano poſſint detrahere dotem ſororis
dicti Millani, & legitimam dotis maternæ eiuſdẽ
Millani, in quibus ipſe Millanus ſucceſſit, non ar-
bitror eſſe multis uerbis inſiſtendum, cum indu-
13 bitatum ſit † quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria
non trahitur niſi ad bona quę dictus Millanus cõ
ſecutus fuit ab ipſo patre teſtatore & codicillan-
te,

eſ non autem ad ea bona in quibus ipſe Millanus poſteà ſucceſsit poſt mortem dicti patris. tex. eſt in l. cohæredi. §. cum filiæ. in verſic. nec fideicommiſſum. & ibi not. Bart. & alij. ff. de vulg. & pupil. & not. Bal. 4. volum. conſil. 8. & conſil. 95. ſecundum impreſsionem Mediolan. in proprijs terminis. Ang. conſi. ſuo. 101. ſecundum ordinem Bononien. incip. conſiderandam eſt. verſus fin. & D. Card. Flo. in conſ. ſuo. 39. incipiente, quidam Petrus. & Pau. de Caſt. conſi. 64. incip. viſa facti narratione, circa 3. colum. & alibi ſæpè Doctores, ex quibus in prædictis omnibus articulis concludo iuſtitiam militare pro dictis venientibus ab inteſtato dicto Millano. Laus Deo, & glorioſæ Virgini.

Ita iuris eſſe dico, & conſulo ego Ioannes Antonius ex Marchionibus Inciſæ, & Rochetæ Iur. Vtriuſque Doctor, in quius rei fidem manu propria ſubſcripſi, & ſoliti mei ſigni impreſsione muniri iuſsi.

CONSILIVM D. HIERONYMI Butigellæ Equitis & I. V. D.

In cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum eſt onus, quod legitimæ imponi non poteſt.*
Legitima iure naturæ debetur loco alimentorum.
2 *Pater non præſumitur plus diligere extraneum, quàm proprium filium.*
3 *Argumentum an ualidum de prima ſubſtitutione reciproca facta inter liberos ad ſecundam ſubſtitutionem factam filio ultimo decedenti.*
4 *Mens potius quàm verbum in qualibet diſpoſitione attendenda præcipuè in ultimis uoluntatibus.*
5 *Pars una teſtamenti præcedens declarat ſequentem.*
6 *Minimum in dubio ſemper interpretandum.*
7 *Voluntas alicuius non refert quibus argumentis oſtendatur.*
8 *Cauillatio in omnibus reprehenſibilis, in materia ultimæ uoluntatis deteſtabilis.*
9 *Conditionalis omnis diſpoſitio in euentum contrariæ conditionis reſoluitur in contrarium.*
10 *Subſtitui non poteſt ei, cui nihil relinquitur.*
11 *Cognitio unius contrariorum alterius inducit cognitionem.*
12 *Subſtitutio pupillaris nihil aliud eſt quàm teſtamentum pupilli.*
13 *Actus etiam inutiles demonſtrant uoluntatem.*
14 *Teſtatoris uoluntas ſequenda.*
15 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſimpliciter facta uidetur filio ad quem dirigitur ſermo.*
16 *Diſpoſitio omnis intelligi debet relata ad eum ad quem uel de quo loquimur.*
17 *Libellus per uerbum imperſonale conceptus tenet, & procedit.*
18 *Fideicommiſſum in dubio cenſetur in intellectum venientibus ab inteſtato, & id quomodo procedat, & quæ ſit ratio fundamentalis. nu 19.*
20 *Semel factum tranſmiſſibile durat tranſmiſſibile.*
21 *Clauſula in teſtamentis, omni meliori modo quid operetur & nu. 23.*
22 *Iuramentum habet uim clauſulæ, omni meliori modo, & procedit quoad ea de quibus diſpoſitum eſt, & non ad alia.*
24 *Bartol. in l. 1. in 16. q. ff. de iure codic. defenditur ab impugnationibus.*
25 *Intellectus ad l. Scæuola. ff. ad Trebel.*
26 *Clauſulæ acceſſoriæ regulantur ſecundum naturam principalis.*
27 *Teſtator poteſt falcidiam prohibere, item, & trebellianicam.*
28 *Fructus an computentur in ſortem in filiis primi gradus. & nu. 33. & 40.*
29 *Statutum generale ſuperueniens non immutat ſtatutum ſpeciale præcedens.*
30 *Statutum indulgens bannitos non includit bannitos pro crimine falſi.*
31 *Clauſula, non obſtante, in lege noua, non prohibet quò minus ipſa lex diſtinguatur per legem antiquam.*
32 *Interpretatio ea eſt capienda quæ minus quòd fieri poſſit corrigatur lex.*
34 *Hæres non conficiens inuentarium perdit falcidiam non tamen trebellianicam.*
35 *Argumentum de falcidia ad trebellianicam an ualidum.*
36 *Falcidia, & trebellianica æquiparantur.*
37 *Intellectus ad l. iubemus. C. ad trebel. & nu. 41.*
38 *Intellectus ad auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcidi. & nu. 41. 42. & 43.*
39 *Iura limitatiua extenduntur ad caſus ſimiles ex identitate rationis.*
40 *Doctores ſatis uidentur glo. approbare, ſi dum ſcribunt ſuper lege illa ſimpliciter tranſeunt.*
41 *Gloſſarum opinio in iudicando ſequenda.*

CONSILIVM CLIIII.

IN CHRISTI nomine amen. Copiosè, & ſubtiliter adducta per tres excellentiſsimos conſultores patres, & Dominos meos honorandos: In fauorem nobilis Dominæ Philippinæ de Petra, & filiarum, licet vix ſcribendi locum reliquerint, non tamen omninò comprobandi facultatem ſuſtulerunt: paucis ergo quid ſentiam ſubijciendo: quantum attinet ad primum dubium, adeſt an dicta Domina Philippina, & filiæ poſsint legitimam detrahere in præiudicium Domini Iſnardi de Petra ſubſtituti Iſnardo de Petra filio teſtatoris, & codicillantis, probo concluſionem dictorum Doctorum conſultorum, ſcilicet quòd poſsint detrahere, & quòd in hoc articulo omnis difficultas in eo reſidet, an ſubſtitutio fideicommiſſaria facta dicto Millano, ſit facta ipſi Millano impuberi, ita ut cenſeatur ipſe poſt eius mortem

gra-

grauatus, an autem cenſeatur facta ſuccedenti-
bus ab inteſtato dicto Millano poſt mortem eiuſ
dem Millani? nam ſi ſit facta Millano proculdu-
1 bio legitima poteſt detrahi: quia † fideicommiſ-
ſum eſt onus.l.ex tribus.cum Glo.C.de inoffi.te
ſta.l.cohæredi. §.cum filiæ. ff.de vulg. & pupilla.
quod onus legitimæ imponi non poteſt.l.quo-
niam in prioribus. C.de inoffi. teſta. & d. §. cum
filiæ. & ratio eſt in promptu, quia vt dicit text.in
in l.ſi arrogator. ff.de adoptio. fideicommiſſum
non poteſt imponi in ijs quæ ex principis ſeu le-
gis diſpoſitione debētur, qualis eſt legitima, quæ
iure naturæ debetur loco alimentorum, vt dicit
Bar.in l. Titio centum. §.Titio genero.col.fin.in
prin.ff.de condi. & demon. ſiue iure ciuili ſuper
naturali ratione fundato.vt dicit Alex.conſi.65.
incip.viſis.col. 3.in fin.libr.1.Si uerò ſit facta ue-
nientibus ab inteſtato, nō poteſt detrahi, quia in
eis ceſſat ratio de qua ſupra, nec enim debetur le
gitima ſuccedentibus ab inteſtato, impuberi, ſi-
cut ipſi debetur, ergo a ceſſante ratione poſſunt
grauari. non enim hæreditatem habent quaſi de-
bitam ſen ex neceſsitate ſed ex teſtatoris volunta
te, qui pupillariter quemuis extraneum ſubſti-
tuendo potuit eos excludere, nt dicit Bart.in l. 1.
§.1.ff.de vulga. & pupilla. per l.ſi fundum per fi-
deicommiſſum. §.fi.ff.de leg.1.& ita dicit conſul
uiſſe Dyn.

Quòd dicta ſubſtitutio ſit facta Millano & cō-
ſequenter poſsit legitima detrahi, dico vltra ad-
ducta per dictos Dominos conſultores bene pro
bari, ex eo, quod dicitur in codicillis in illa pri-
ma ſubſtitutione, quæ reciprocè fit inter filios co
dicillantis, ꝙ ſi contigat alterum filium decedere
ſine liberis, tūc & eo caſu ipſi taliter decedēti ſub
ſtituit ſuperſtitē vulgariter pupillariter &c. per
quæ uerba ſubtiliter arguo quòd ſi in ſubſtitutio
ne reciproca, quam fecit pater inter filios expreſ-
ſè ipſis filijs ſubſtituit, ita quòd nullo pacto po-
teſt in dubium refricari an facta ſit ſubſtitutio
ipſis impuberibus, an autem uenientibus ab inte-
ſtato, poſtquam verba clarè dicunt ipſi taliter de-
cedenti. Ergo quanto magis credendum eſt ſub
ſtitutionem de dicto Domino Iſnardo factam
eſſe ipſi impuberi, quia interpretatio, quòd ſub-
ſtitutio ſit facta impuberi potius quàm uenienti-
bus ab inteſtato operatur vnum magis impuberi
ſcilicet ꝙ legitima non eſt grauata. Alterum ex
parte ſubſtituti minus vtile, ſcilicet quòd non ha-
bet commodum legitimæ: ergo ſi hos duos effe-
ctus voluit codicillans procedere quando filij in
vicem ſubſtituuntur, quanto magis dicendum eſt
voluiſſe eum procedere quando ſubſtituit extra
neum. Alioqui ſi ſecus dicamus, ſcilicet quòd
uno filio moriente altro ſuperſtite nullum onus
ſit impoſitum legitimæ, ſaltem efficaciter. licet ſi
alter filius ſit ſubſtitutus ſit autem impoſitum,
quando extraneus eſt ſubſtitutus nihil aliud erit
2 quàm dicere † quòd pater plus dilexit extraneum
quàm proprium filium ſubſtitutum. Item quòd
minus onerare voluit filium quando alterum fi-
lium ſubſtituit, quàm ubi ſubſtituit extraneum:
quod eſt abſurdiſsimum, & ab omni ratione alie-
num: arg.in l.cum acutiſsimi. C.de fideicom. in
l.cum auus.ff.de condi.& demon.in l.iſti quidem
.ff.quod met.cau.

3 Non ob. † ſi dicatur quòd non eſt bonum ar-
gumentū de prima ſubſtitutione reciproca facta
inter liberos ad ſecundam ſubſtitutionem factā
ultimo filio decedenti, quia prima verba ſunt cla-
ra, ſcilicet ꝙ ſubſtitutio eſt facta ipſis filijs, non
autem ſunt clara in ſecunda ſubſtitutione, & ꝙ
ſi codicillans voluiſſet ſubſtituere ipſi impube-
ri, ita ſciuiſſet facere, & ita feciſſet ſicut fecit in
prima ſubſtitutione.l. vnica.§.ſin autem ad deſi-
cientis. C.de cadu. tollen. quia reſpondeo quòd
4 † cum in omni diſpoſitione mentē potius quàm
uerba attendamus l.ſed Celſus.§.j.ff.de contrah.
emptio. c.intelligentia. c.præterea. extra de uer.
ſign. vnde dicit eleganter tex.in c. ſedulo 38. di-
ſtinct. quòd ita ſunt præponenda ſententię ſicut
anima corpori, & hoc maximè ſeruandum ſit in
vltimis voluntatibus.l.in conditionibus primum
locum. in princ.ff.de condi. & demonſt. l.penul.
in princ. C.de neceſ.ſer.hære.inſti.ibi. quia ſem-
per ueſtigia ſequuntur voluntates teſtatorum.&
in terminis de fideicommiſſo eſt text.in l.cum ꝓ-
poneretur, in fi. ff. de leg.2.ibi, & enim in cauſa
fideicomniſsi vbicunque precaria voluntas quæ-
reretur, potuit coniectura admitti: & dicit tex.in
l.pen.ff.de leg. 1.ſola voluntas in fideicommiſsis
ſeruatur. Non ſatis honeſtè neque ſatis iuridicè
dici poteſt in ſecunda ſubſtitutione codicillaris ꝙ
expreſſè non dicit, ſubſtituit ipſi Millano, ergo nō
intendit ei ſubſtituere unà, poſtquam illa eſt ur-
gentiſsima coniectura quam ſupra adduxi, ſcili-
cet quòd non eſt credendum plus uoluiſſe patrē
proſpicere in fauorem extranei, quàm in fauorē
proprij filij. vt euitemus hoc abſurdum proin-
de cenſeri debet ac ſi expreſsè dictum eſſet, ſub-
ſtituit ipſi Millano.

5 Confirmatur prædicta ponderatio, quia † vna
pars teſtamenti præcedens declarat ſequentem
& e contra.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de legat. 1.
& eſt bonus text.in l.nummis. ff.de leg.3.vbi di-
citur quòd legatis nummis debentur exiguio-
res, niſi ex contextu teſtamenti aliud appareat, id
eſt niſi ex pręcedentibus uel ſequentibus. & bo-
nus tex. in l.hæredes palam. §. ſed & ſi notam.ff.
de teſta. ibi, placet coniecturam fieri ex vicinis
ſcripturis &c. Ergo ſi prima ſubſtitutione aper-
tè conſtat ſubſtitutionem fieri ipſis filijs, quare
ex hac vicina ſcriptura argui non poteſt quòd &
ſecunda ſubſtitutio ſit facta ipſi filio. cum vna
pars dubia teſtamenti declaretur per aliam clarā,
& tanto probabilior videri debet hæc pondera-
tio, quia uideo quòd aduocati partis aduerſæ fa-
tentur, quòd dubium eſt an ſecunda ſubſtitutio
ſit facta impuberi, an uenientibus ab inteſtato, cō
ſequenter procedere communem concluſionem,
quæ

quæ eſt quòd in dubio cenſetur facta uenienti-
bus ab inteſtato, nam dico quòd licet dicta ſub-
ſtitutio ſimpliciter loquendo & per ſe conſidera
ta tantū ſit dubia: accedentibus tamen coniectu-
ris contrarijs ex alijs partibus codicillorum red-
ditur clara, ita quòd ſumus extra caſum commu-
nis concluſionis. Quod in dubio ſubſtitutio cen-
ſetur facta venientibus ab inteſtato, ſicut in caſu
d.l.nummis.cum concor. legatis numinis veniūt
6 minores: quia † in dubio ſemp quod minimū eſt
interpretamur, l.ſemper in obſcuris. ff.de reg.iu.
& tamen propter vicinas ſcripturas,& alias con-
iecturas ſecus eſt. ecce quòd illud quod de ſe &
ſimpliciter loquendo eſt ambiguum accedētibus
coniecturis redditur certum, non ſecus ac ſi ver-
7 bis ipſis exprimeretur: quia † non refert quibus
argumentis alicuius voluntas oſtendatur, arg.in
l.de quibus. ff.de legi. in l. certum. ff. ſi cert. pet.
in l.recuſari. ff.de acqui. hære.in l.ſi nominatim.
ff.de condi.& demon.

Confirmatur prædicta ponderatio, quia in ſe-
cunda ſubſtitutione dum dicitur quòd ſi moria-
tur Millanus ſeu alij naſcituri ſubſtituit D. Iſnar-
dum,neceſſario debet intelligi.ſ.ſi moriatur Mil-
lanus nullo fratre ſuperſtite,& è contra,ſi morian
tur alij filij Millano nō ſuperſtite,aliquid codicil-
lans,ſeipſum corrigeret, contra l.nam ad ea.ff.de
condi.& demon. Item præferret extraneos pro-
priꝗ ſoboli contra d.l.cum accutiſsimi, & ſic vna
eſt repetita & ſubintellecta ſubſtitutio. Qnod
ſi Millanus decedat relicto fratre frater ſuccedat,
& è contra. Item alia expreſſa, quòd ſi decedant
filij nullis fratribus & nullis filijs derelictis ſucce-
dat D.Iſnardus.ſed quantum ad illam tacitā ſub-
ſtitutionem ſine dubio ſubſtitutio eſt facta ipſis
filijs, vt patet per primam ſubſtitutionem, ergo
idem dicendum eſt in ſecunda ſubſtitutione poſt
quam hę duæ ſubſtitutiones ſaltem ex uera & ne
ceſſaria interpretatione ſunt ſimul in eadem ora-
tione coniunctæ, & ſic vniformiter intelligendæ
l.nam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. & bene ad
uertatur,quia niſi fallor pulcherrimè concludit.

Secundo principaliter moueor, ſi dicamus ꝙ
caſus noſter eſt dubius, an ſcilicet ſubſtitutio ſit
facta filio an uenientibus ab inteſtato,non ex alio
hoc dicemus niſi quia in ſubſtitutione quæ fit de
D. Iſnardo non exprimitur cui ſubſtituatur, ſed
ſolum dicitur tunc & eo caſu ſubſtituit, nec di-
citur cui, ſed cum bona venia aduerſantium hæc
8 eſt nimia cauillatio,quæ † cum ſit in omnibus re-
prehenſibilis.l.pen.ff.ad exhib. in materia vltimę
voluntatis habetur deteſtabilis. argum. in l.non
aliter.ff.de leg. 3.vbi,cum plerunque abuſiuè lo-
quantur, nec ſemper proprijs nominibus vtan-
tur, facit text. in l.plenum.§.ſed neq;. ff. de vſu &
habi.& in l.fin.C.de lib.præteri.ibi,teſtatoris vo-
luntas frequentiſsimis legibus adiuuatur, nam
licet expreſsè non dicatur ſubſtituit ipſi Millano,
tameu neceſſario ſic habet intelligi. ita quòd pe-
rinde eſſe debet ac ſi expreſſum eſſet.

Quòd autem ſic debeat intelligi multiplici-
9 ter probo.Primò † quod omnis diſpoſitio condi
tionalis in euentum contrariæ conditionis reſol-
uitur in contrarium.l.ſi legatum. ff. de adimen.
legat.l.ſi poſt mortem.§.ſi purè. ff.de leg. 1.ergo
conditionalis ſubſtitutio quæ fit ſi Millanus de-
cedat ſine liberis, in contrarium euentum con-
ditionis,ſcilicet ſi decedat cum liberis reſoluitur
in contrariam diſpoſitionem,ſcilicet quod ſi de-
cedat cum liberis non ſubſtituit Do. Iſnardum,
& hoc eſt veriſsimum & indubitatum. Sed quan
tum ad conditionem illam ſcilicet,ꝙ ſi Millanus
decedat cum liberis non ſubſtituit D.Iſnardum,
neceſſario debet intelligi, non ſubſtituit ſcilicet
Millano: quia intelligere non ſubſtituit ſcilicet
uènientibus ab inteſtato eſſet ridiculum. Cui
10 † enim dubium quod eis non ſubſtituit, quibus
ſubſtituere non poteſt cum nihil eis relinquat.l.
eb eo.C.de fideicom. ergo ét pariformiter & ſub
ſtitutio in alterum caſum, ſcilicet ſi decedat ſine
11 liberis,debet intelligi facta ipſi Millano,quia † co
gnitio vnius contrariorum alterius inducit cogni
tionem. l.1.in princ. ff.de ijs qui ſunt ſui uel alie.
iur.l.qui accuſare.ff.de accuſa. §.ſed manifeſtum
inſtit.de obli. quæ ex qua. delic.ꝙ uidetur mihi
vrgens ponderatio.

Secundò & benè & ſolidè conſiderauit magni
ficus & excellentiſsimus D.Iaſon quidquid dicāt
partis aduerſæ aduocati, nimis fortaſsis clientu-
lo fauentes,multum fragile ſibi uideri fundamen
tum hoc,nonne verba illa vulgariter & pupillari
ter neceſſariò referenda ſunt ad ipſum Millanum
12 quia † ſubſtitutio pupillaris nihil aliud eſt quàm
teſtamentum pupilli. l.2.in princ. l.patris & filij.
ff. de vulga.& pupilla. §.igitur. inſtit. de pupill.
ſubſtit. ergo pariformiter ad eundem Millanum
debet referri verbum per fideicommiſſum. d.l.
nam hoc iure. cum ſimilib. Confirmatur quia
13 vulgo dicitur † quòd actus etiam inutiles demon
ſtrant uoluntatem. l. & transferatur. ff. de adi-
ment.leg.l. 3.in fin.ff. de fund. inſtru. ergo ſicut
quantum ad ſubſtitutionem neceſſario debet in
telligi,ſubſtituit,ſcilicet ipſi Millano:nam uenien-
tibus ab inteſtato taliter ſubſtitui non poteſt, ex
eo maximè quia non ſunt de liberis neque in po-
teſtate. inſti. de pupil. ſubſti.in prin. ita & quan-
tum ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam de-
bet intelligi, ſubſtituit ſcilicet ipſi Millano, licet
pupillaris ſit inutilis tanquam facta in codicillis
leg. Scæuola. ff.ad Trebell. l. hæreditatem. C.de
codicil.§.hæreditas.inſtit.cod.Ad hoc facit text.
ibi quem multum commendant Aret.in 3.nota,
dicens perpetuo menti tenendum in Luerbis ci-
14 uilibus.ff.de vulg.& pup.quòd † non eſt receden
dum à teſtatoris voluntate, etiam ſi actus inuti-
lis reddatur. Faciunt multa quæ dicit Aretin.in
l. ſeruum filij.§.ſi idem.col.2.ad ſi.& cum ſequē.
ff. de leg.1. Ad illud quòd alienatio etiam inuti-
lis extinguit legatum quia per eam ita de animo
adimendi conſtat, ſicut per validam alienationē

&

& confirmationem hanc, eo libentius adduxi.
quia per eam tollit vnum fundamentum aduo-
catorum partis aduerſæ dicentium, quòd non eſt
curandum de ſubſtitutione pupillari, quia poſt-
quam in codicillis fieri non poteſt haberi debet
pro non facta. Nam per prædicta dico, ve
rum eſt quòd habetur pro non facta quo ad hoc
vt virtute pupillaris ſuccedi poſsit, non au-
tem quo ad demonſtrandum voluntatem codi-
cillantis per ſubſtitutionem, tam pupillarem
quàm fideicommiſſariam quam facere voluerit
ipſi impuberi.

Secundo pōdero nouiter & uidetur mihi quā
maximè vrgere, quòd prædicta ſubſtitutio fidei-
commiſſaria nō ſolū fit in tempus ætatis pupilla-
ris, ſed in omni tempore: ita enim expreſſè dici-
tur quòd ſi decedat Millanus in pupillari ætate,
ſeu aliter & quandocunq;, tunc & eo caſu ſubſti-
tuit &cęt. ſed certum eſt, quòd quo ad tempus
poſt pubertatem fideicommiſſum non potuit fie
ri ipſi filio, cum prohibitione detractionis legi-
timæ. dicta l. quoniam in prioribus. Item nō po
tuit fieri cum dicta prohibitione uenientibus ab
inteſtato, nam ſecundum Bartol. & communiter
Doctor. in dicta l. prima, §. 1. ff. de vulga. & pupil-
la. licet ibi Aretin. colum. 3. adducat aliam ra-
tionem, quàm etiam ſequendo, idem erit in pro-
poſito noſtro. Ratio quare legitima poteſt pro
hiberi detrahi uenientibus ab inteſtato eſt, quia
teſtator potuit pupillariter ſubſtituendo eos pri-
uare legitima, & ſic ſi non priuat ſubſtituendō
pupillariter, videtur eis ſponte relinquere, conſe-
quenter poteſt eos grauare. hæc autem ratio in-
dubitanter ceſſat poſt pubertatem, quo tempo-
re non poteſt filio pupillariter ſubſtitui, conſe-
quenter non poteſt auferri legitima venienti-
bus ab inteſtato, & conſequenter non poteſt gra
uari. Et ideo dicit Bald. in dicta. l. prima, colum.
ſecunda, in princi. de vulga. & pupilla. quòd iſto
caſus eſt ſpecialis in quo ſubſtitutio fideicom-
miſſaria expirat adueniente pubertate, ergo ve-
nientibus ab inteſtato non poteſt poſt puberta-
tem fieri ſubſtitutio fideicommiſſaria cum pro-
hibitione detractionis legitimę, & hoc eſt veriſ-
ſimum & indubitatum. Tunc ratio com-
munis cōcluſionis quartę ꝙ in dubio fideicōmiſ
ſum uideatur relictum à uenientibus ab inteſta-
to, eſt, ut actus ualeat potius quàm pereat, vt te-
nent omnes: & dicam infra. hæc autem ratio ſi-
ne dubio ceſſat in caſu noſtro, quia etiam ſi poſt
tempora pubertatis intelligamus ſubſtitutionem
factam uenientibus ab inteſtato cum prohibitio
ne detractionis legitimæ: prohibitio tamen non
ualebit. ergo ceſſante ratione quare fideicom-
miſſum uidetur relictum à uenientibus ab inte-
ſtato neceſſario dicendum eſt, quòd uidetur
relictum ab ipſo filio, & hoc eſt veriſsimum quo
ad tempus pubertatis. Modò ſicut poſt tempo-
ra puberatis fideicommiſſum neceſſario intelli-
gendum eſt factum eſſe ipſi filio, ita & intra æta-
tem pupillarem debet intelligi ipſi factum eſſe.
ne una & eadem ſubſtitutio fideicommiſſaria di
verſimodè facta videatur, contra l. cum qui æ-
des. in fin. ff. de vſucapio. Et hæc ponderatio ui-
detur mihi magis ſtringere, quàm alia proximè
adducta de pupillari. tamen quia pupillaris eſt
inualida, fideicommiſſaria uerò valida quo ad
uim ipſius ſubſtitutionis, licet non quo ad pro-
hibitionem legitimę, & ſit contra fideicommiſ-
ſariam, nullo pacto poteſt adduci fundamen-
tum aduerſariorum de quo ſupra: tamen quia
minus abſurdum eſſet interpretari quod ſubſti-
tutio pupillaris ſit facta ipſi pupillo, fideicom-
miſſario uero uenientibus ab inteſtato, poſtquā
duæ ſunt ſeparatæ & diſtinctæ ſubſtitutiones,
quę diuiſionem commodiorem recipere poſſunt
quàm interpretari, quòd una & eadem ſubſtitu-
tio fideicommiſſario pro parte temporis ſit facta
vni, pro parte uero temporis alijs.

Poſſem quędam alia quæ occurrunt pondo-
rare, ſed certè fruſtra mihi videor in re adeo (ni-
ſi fallor) clara membranas occupare, cum præ-
ſertim, & bene fuit allegatum per duos conſul-
tores: ſed deciſio in terminis Bart. quæ & eorum
conſilijs non uiſis mihi occurreret ꝓferā, con-
ſil. 13. incipit. ex facto. colum. penult. nbi inter-
15 minis dicit † quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria
ſimpliciter facta uidetur filio ad quem dirigi-
16 tur ſermo, pro quo addo † quòd omnis diſpoſi-
tio debet intelligi relata ad eum ad quem uel de
quo loquimur. l. prima, ff. de hæred. inſtit. & ibi
Bartol. infert, quòd ſi notarius dicat, rogatus tra-
didi, intelligitur rogatus à partibus, poſtquam
hoc ad partes pertinet. Item quod dicit Bartol.
in l. competit. §. fin. ff. quod ui aut clam. quòd
17 † procedit libellus per uerbum imperſonale, pu-
ta, peto, quòd opus reſtituatur, quia ſubintelligi-
tur ſcilicet ab aduerſario, uel eius impenſa poſt-
quam ad eum verba diriguntur, & de eo ſermo
habetur, & in terminis Aretin. in cap. at ſi cleri-
ci. §. de adulterijs. colum. ſecunda, extra de iudic.
generaliter dicit ꝙ ad eum ſunt referrēda uerba
imperſonalia ad quem res, ꝑtinet. & in ſpecie ꝙ
ubi dubitatur cui uideatur adiectum onus in te-
ſtamento, eſt text. quòd uidetur iniunctum hæ-
redi inſtituto. l. ſi ſeruus. §. penult. ff. de legat. pri-
mo, quem dicunt Moder. ſingularem in l. fin. §.
primo. ff. ſi cert. peta. ſequitur Alexand. in con-
ſil. 172. incip. circa primum ad princip. lib.
ſecūdo, & per illum text. dicit Sozin. conſi. 218.
incip. conſideratis. colum. ſecunda, in fin. quòd
vbi imperſonaliter ſubſtituitur hæredi ipſe
uidetur grauatus. in hoc dicit Doctor. concor-
dare.

Nec obſtat ſi diceretur quòd hoc eſt contra
18 communem concluſionem quæ eſt quòd † in
dubio fideicommiſſum cenſetur iniunctum ue-
nientibus ab inteſtato, quia reſpondetur quòd
immò non eſt contra, quia communis conclu-
ſio procedit quando aliqua ratione dubitari po-

te, cui voluerit teſtator ſubſtituere, puta:quia
fortè facta erat aliqua mentio uenientium ab in-
teſtato, ita probabiliter dubitari poterat an ip-
ſi eſſent granati potius quàm filius, vel vt exem-
plificat alter in dicta l. prima. §.primo. ff. de uul-
ga. & pupillar. quando teſtator dicit poſt mor-
tem filij mei bona reſtituantur tali, vel vt exem-
plificat Gloſſ. & Bartol. in leg.qui duos.in fin.ff.
de vulga. & pupilla. Quando dicitur ſi filius
meus in pupillari ætate moriatur relinquo ta-
li, & cæ. uel aliqua alia ratione dubium erat,
nec curo qualiter: quia illud uobis ſufficit: quod
oſtendimus non eſſe in caſu claro, nec refert vn-
de ueniat claritas hæc, an ex legis interpreta-
tione an ex contextu verborum ipſius teſtamen-
ti. Ad hæc pondero quæ dicit Alexand. poſt
Imol. in dicta l. prima, §. primo, quòd in l. co-
hæredi. §. cum filiæ. eod. titul. verba erant rela-
ta ad filium, quod intelligo ſiue ſint relata ex-
preſſè granando ipſum filium. ſiue tacitè ex qua-
uis interpretatione, dicendum ſit uerba ad eum
eſſe relata, poſtquam generaliter & indiſtinctè
loquuntur, & ita dictat ratio l. cum quid. ff. ſi cer-
tum pet. Pro quo pondero Bartol. in dicto con-
ſil. dum dicit quòd ubi ſermo refertur ſimplici-
ter ad filium, ipſe cenſetur grauatus, intelligo e-
nim quando ita refertur ad filium ſermo, vt ta-
citè arguatur ipſum grauari, non autem quòd ex-
preſſè dicitur filium grauo, ſeu filio per fidei-
commiſſum ſubſtituto, quia ſi ſic diceretur Bar-
tol. non dixiſſet, quia ſubſtitutio eſt ſimplici-
ter facta. Item non eſſet locutus per uerbum
dubitatiuum, ſcilicet quod videatur facta fi-
lio, ſed apertè & expreſſè per verbum aſſerti-
uum loquens dixiſſet quòd eſt facta filio &
quòd filius eſt grauatus, & ſecundum hoc be-
ne poteſt ſaluari contrarietas Bartol. cuius om-
nes faciunt mentionem in dicta l. prima, §. pri-
mo. nam dum dicit Bartol. in dicta l. cohæredi.
§. cum filiæ. quòd in dubio ſubſtitutio fidei-
commiſſaria intelligitur facta fillo, intelligo
de dubietate ex parte verborum, non autem
de dubietate omnimoda, id eſt, quòd licet ex-
preſſè non ſit dictum, filio ſubſtituo, tamen ex
aliquibus coniecturis apparet quòd uoluit filio
pater ſubſtituere. Dum uerò Bartol. in dicta
l. cui duos. aliter dicere videtur. ſcilicet quòd
in dubio fideicommiſſum cenſetur relictum à
uenientibus ab inteſtato, intelligo quando res
eſt omnino dubia, ita quòd nec ex ui verbo-
rum, nec ex alijs coniecturis extrinſecis appare-
cui potius fideicommiſſum ſit iniunctum; & ad-
uertatur diligenter quòd ſi fortè hę considera-
tiones extra caſum noſtrum dubitabiles uideri
poſsint, in terminis tamen noſtris proculdubio
dubitabiles non uidentur, quia fundamentum
† communis concluſionis, ſcilicet quòd in du-
16 bio fideicommiſſum cenſetur relictum a uenien-
tibus ab inteſtato & ut dicit Alexand. in dicta l.
prima, §.primo, ad princip. & conſil. 12. incip. ue-
tentis uerbis colum. fin. libr. tertio, vt actus po-
tius valeat quàm pereat. l. quoties. cum ſimili-
bus. ff. de reb. dub. Sed in caſu noſtro non vide-
tur multum curandum de hoc fundamento: quia
vt ſupra dixi in prima ſubſtitutione reciproca
quam fecit codicillans inter liberos, conſtat ex-
preſſè quòd fideicommiſſum iniungitur ipſis li-
beris cum expreſſa prohibitione legitimæ, tre
bellianicæ & cæt. quæ prohibitio, cum certum ſit
quòd eſt nulla, dicta l. quoniam in prioribus,
quid mirum ſi erit nulla in caſu noſtro. Nec di-
catur ſi eſt nulla in vno caſu, non tamen debet
eſſe nulla in alio: quia patet id quod dici poſ-
ſet, imò ex quo ſemel conſtat codicillantem fe-
ciſſe prohibitionem inutilem, non eſt nouum
quòd etiam in alio capitulo ſit inutilis: argumen.
in l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. & eius quod
per illum text. dixit Alexand. poſt Cyn. in conſil.
43. incip. conſideratis. col. prima, uerſi. circa ſe-
cundum. lib. 3. quòd † ſemel factum tranſmiſsi-
20 bile durat tranſmiſsibile. & facit argumentum re
gulæ. l. ratas. C. de reſcin. uen. Reſpondeo quòd
ſic, vbi agetur de fauore filiorum ſubſtitutorum
prout agitur in prima ſubſtitutione, conſtat ta-
men prohibitionem legitimæ inutilem eſſe, ut
ſupra demonſtraui, quanto ergo tollerabilius
erit quòd ſit inutilis vbi agitur de fauore extranei
ſubſtituti.

Prædicta etiam optimè comprobantur per ea
quæ dicit Aretin. ut bene eſt adductum per alios
Dominos Conſulentes in dicta l. prima, §. pri-
mo, colum. penult. in fin. ff. de vulga. & pupilla. &
in conſi. 155. incip. periculoſum. colum. 2. ubi in
terminis dicit quòd ubi fideicommiſſum eſt reli-
ctum per verbum (ſubſtituo) cēſetur relictum ab
ipſo impubere: mouetur: quia ſubſtitutio eſt ſe-
cunda inſtitutio & cæt. ut ibi per eum. Item per
alia de quibus abundè per eoſdem Dominos
Conſulentes.

Non obſtat illud fundamentum aduocatorum
partis aduerſæ, quia ex quo in codicillis adeſt
clauſula, omni meliori modo, & cæt. perinde eſſe
debet ac ſi nominatim facta eſſet ſubſtitutio ve-
21 nientibus ab inteſtato. Quia reſpondeo † quòd
illa clauſula operatur quòd per omnem modum
cenſetur ſubſtitutus D. Iſnardus, qui dicit & ex-
cogitari poſsit, ut ſonant uerba illius clauſulæ,
ſed quòd propter hoc ſubſtitutio quę eſt facta
filio, ut plenè ſupra eſt probatum cenſeatur alij
facta, hoc mihi non poſſum perſuadere, poſt-
quam uerba clauſulæ ad hoc non accōmodan-
tur. & ideo contrarium. ut patet ex ijs quæ dicit
Alexand. conſil. 28. incip. uiſis. columen. penult.
ad fin. libr. 1. poſt Salyc. in l. prima, C. comod.
quòd regula. l. cum pater. §. ſi filius matrem. ff. de
22 legat. 2. ſcilicet † quòd iuramentum tamen ha-
bet uim clauſulæ omni meliori modo &c. pro-
cedit quo ad ea de quibus eſt diſpoſitum, non au-
tem quo ad alia. facit quod dixit Aretin. in l. qui
ſuperſtitis. columan. quinta, in fin. ff. de acquir. hæ-
re.

red. quòd male dixit Bal. in d. l. 1. C. como. quòd iuramentum habet vim expreſsi. & contrarium dicit tenere Cyn. in d. l. prima, & ipſum Bald. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. Ad d. §. filius matrem, reſpondet Aretin. quòd iuramētum habet uim clauſulæ omni meliori modo &c. ergo ad ea quæ expreſſa ſunt non quo ad alia. ergo in propoſito dicamus quòd clauſula omni meliori modo, non refertur ad uenientes ab inteſtato de quibus nihil eſt diſpoſitum.

Nec obſtant auctoritates in cōtrariū allegatæ
23 † quæ videntur probare quòd talis clauſula trahitur tantum ad ea quæ non ſunt ſpecificata: quia reſpondeo quòd hoc eſt verum quo ad modos non ſpecificatos, puta quòd diſpoſitio non facta titulo inſtitutionis propter illam clauſulam cenſeatur facta titulo inſtitutionis, & ita procedunt multa quæ dicit Alex. de hac clauſula conſil. 106. incip. poſt redditum lib. 3. non autem eſt uerū quo ad perſonas quibus non diſponitur, & certè poſſum credere quòd clauſula, omni meliori modo, quæ ut clarè ipſa uerba demonſtrant, nihil aliud ſignificat niſi quòd diſponens vult diſpoſitionem ſuam valere per omnē modum quo poteſt. Ita ſi non poteſt valere hoc modo, ualeat illo; ſi non illo valeat alio: operatur etiam ꝙ illud quod eſt de vna perſona diſpoſitum trahatur ad aliam; quia ſecundum hæc ſequeretur quòd ſi quis inſtituto filio hærede grauet aliquem prorſus extraneum cui nihil reliquit, puta Regem Romanorum, & ſubijciat, grauo Regem Romanorū omni meliori modo &cæ. vt hæreditatem meam Titio reſtituat, quòd filius tenebitur eam reſtituere propter clauſulam, omni meliori modo &cæ. quod uidetur mihi ridiculum. Habet prætereà regula dictæ clauſulæ nonnullas inſtantias de quibus per Felyn. in c. cum ſuper. ad fin. extra de offic. delega. quæ non ineptè poſſent ad caſum noſtrum adaptari, ſed non refero, quia res eſt clara ſatis.

Ad illud quòd non eſt credendum quòd codicillans voluerit facere actum eluſorium, ſatis patet reſponſum ex prædictis, ſcilicet quòd argumentum procedit in dubijs, ſed nos ſumus in caſu claro, ſcilicet quòd ſubſtitutio eſt facta impuberi. Item quòd imò non eſt inconueniens dicere, quòd uoluerit facere actum eluſorium poſtquam apertè patet quod in prima ſubſtitutione reciproca hoc facit, vt ſupra probaui.

24 Ad defenſionem † Bartol. in l. prima, in 26. quæſtio. ff. de iure codic. reſpondeo plenißimè quòd Bartol. & text. per eum allegat. in l. Scæuola. ff. ad Trebellia. ſolum dicunt quòd ſubſtitutio pupillaris in codicillis facta obliquatur ex benignitate ita quòd ſuccedentes ab inteſtato tenentur hæreditatem reſtituere ſubſtituto, quod cum reuerentia non facit in propoſito, nam & nos fatemur quòd uenientes ab inteſtato tenentur bona reſtituere, ſed difficultas eſt cui uideatur facta ſubſtitutio. Nec ad hoc
25 quicquam facit † text. in dicta l. Scæuola, qui nō negat poſſe uenientes ab inteſtato legitimam retinere, nec puto quòd quiſpiam bene ſentiens ſit dicturus quòd ibi uenientes ab inteſtato non poſsint legitimam retinere propter ſubſtitutionem fideicommiſſariam fundatam ſuper iuris benignitate, & contra regulas iuris, quia ſecundum hoc plus operaretur talis ſubſtitutio facta ſecundum ius commune, contra l. eius militis. §. ſi militia miſſus. ff. de teſtamen. milit. Cum ergo expreſſa ſubſtitutio fideicommiſſaria facta pupillo non impediat legitimam detrahi. dicta l. cohæredi. §. cum filiæ. multo minus impediret illa quæ ſit per interpretationem de iure ſpeciali. & miror non aduertiſſe Dominos aduocatos partis aduerſæ, quòd ſi procederet eorum argumentum ſequeretur quòd omnis ſubſtitutio fideicommiſſaria expreſſè facta impuberi cenſeretur tamen facta venientibus ab inteſtato, contra d. §. cum filiæ, & contra omnia iura, & omnes rationes.

Poſſem & alias ſolutiones ad hoc & ad alia accomodare, ſed hæc ſatis, ſuperq; quo ad primum dubium mihi uidentur. nec multum me mouet clauſula illa, volens, grauans, &cæ. ſuper qua video factam eſſe tantam controuerſiam nam vt bene eſt reſponſum per alios Domi. Conſulentes, eſt clauſula poſita circa executionem, & ad maius robur ſubſtitutionis, vnde non debet eius naturam alterare, vt patet ex adductis per eos; quibus addo quæ dicit Aretin. in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. 13. in
26 fin. ff. de uerbor. obligatio. ſcilicet † quòd clauſulæ acceſſoriæ regulantur ſecundum naturam principalis, quòd dicit Alexand. in l. more. colum. quarta, in princip. ff. de iuriſ. omni. iudic. & multa quæ more ſuo accumulat Felyn. in capit. licet in corrigendis. colum. tertia, uerſic. tertiā declaratio. extra de offic. ordin. & tanto planius hoc proceſſit in caſu noſtro: quia in fine illius clauſulæ dicitur, quòd reſtituantur bona ſuprascriptis ſubſtitutis modo & forma, ut ſupra. Ecce quòd non intendit codicillans immutare formam ſubſtitutionis, imò eam confirmat, & ideò non tam reprehendus uidetur aduocatus ille qui (ut audio) à bonæ fidei notario minus ueram clauſulam addi procurauit quàm irridens quòd non ſic addi curauit ut oportebat, &cæ.

Circa ſecundum dubium in quo quęritur, an in preiudicium dicti Domi. Ilnardi ſubſtituti poſsint prædictę Domi. Philippina & filiæ retinere quartam trebellianicam non obſtante prohibitione teſtatoris in codicillis facta, breuius concludendo, nec enim tantam articulus iſte difficultatem habere uidetur, deſcendo in ſententiam prædictorum dominorum conſulentium, ſcilicet quòd poſsit detrahi, & omiſſa illa trita & ſæpius agitata, an ſicut iure auctenticorum

27 expreſſè cautum eſt, † quòd poſsit teſtator fal
cidiam prohibere, auctent. ſed cum teſtator. C.
ad l. falcid. ita uerum ſit quòd poſsit trebelliani-
cam prohibere, retentaque cõmuni concluſione
quòd poſsit: quam tenet Bar. in l. Marcellus, ad
fin. in princ. colum. quinta, uerſi. alia, poſt alios
quos ipſe allegat. Item dicit eam communem
& approbatam & veriſsimam, nec ab ea in iudi-
cando recedendum. Aretin. conſil. 37. incipien.
ſequendo ordinem. column. fin. uerſic. ad ſecun-
dum. dico fortè contraria opinio ſit de iure ue-
rior. ut dicit Alexand. in dicta l. Marcellus, poſt
Imol. dico quòd in caſu noſtro quarta trebellia-
nica poſsit prohiberi: fallit in caſu noſtro. Ad
hoc pondero Bartol. in d. l. iubemus. §. fin. in fin.
C. ad Trebellia. vbi dicit, nota & perpetuò teno-
28 menti, quia faciet tibi magnum honorem † q
fructus non computantur in ſortem ſolum fa-
uore liberorum primi gradus, non etiam alio-
rum. certo quòd in materia detrahendæ ſeu di-
minuendæ trebellianicæ plus iuris & maiorem
prærogatiuam habent liberi primi gradus quàm
alij, ergo generalis permiſsio quòd poſsit teſta-
tor trebellianicam prohibere non debet trahi
ad filios primi gradus, argumen. in l. item apud
Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. in capitu.
ſedes in princip. extra de reſcript. ibi, maiores
& digniores ſub generali clauſula non intelligũ-
29 tur. facit quod nota. Bartol. in l. ſed & poſterio-
res. ff. de legi. quòd † ſtatutum generale ſuper-
ueniens, non immutat ſtatutum ſpeciale præ-
cedens. Melius facit quòd eleganter dixit Bar-
to. per illum text. in l. Lucius. in fin. ff. ad Tre-
bellia. quod dictum multum commendat Ale-
30 xand. in l. talis ſcriptura. ad fin. ff. de legat. pri-
mo, quòd ſi generaliter † ſtatuatur de bannitis
rebanniendis, non comprehenduntur banniti
pro crimine falſi, quia poſtquam ſunt digni ſpe-
ciali odio, non conuenit eos comprehendi ſub
uerborum generalitate, ergo ſi in caſu odioſo ſe-
quimur illam regulam quòd generalis diſpoſi-
tio non comprehendit eos qui maiori odio di-
gni ſunt, quanto magis in caſu fauorabili, qualis
eſt diſpoſitio d. l. iubemus, dicendum eſt quòd
fauore filij permiſsio de prohibenda trebelliani-
ca non comprehendit liberos primi gradus. l. cũ
quidam. ff. de liber. & poſthum. cap. odia. de reg.
iur. lib. 6. facit quòd in fortioribus terminis di-
cit Bart. in extrauagan. ad reprimen. in Gloſſ. in
31 uer. non obſtantibus, quòd † licet in l. noua ad-
ſit clauſula, non obſtante aliqua lege in contra-
rium faciente, non tamen per hanc clauſulam
prohiberi quominus lex noua diſtinguatur per
legem antiquam, quæ deciſio multo magis pro-
cedit in caſu noſtro, nam ſi vbi eſt clauſula, non
obſtante, tamen fit reſtrictio legis nouæ, per
legem antiquam, quanto magis concluſio com-
munis, quòd hodiè trebellianica poteſt detra-
hi, reſtringetur vt non habebat locum in liberis
primi gradus.

Confirmatur, quia ſi dicamus quartam trebel-
lianicam poſſe prohiberi in præiudicium libe-
rorum primi gradus, non erit ex alio, niſi, quia
concluſio communis quòd quarta poteſt detra-
hi eſt generalis & indiſtincta, & ideò genera-
liter & indiſtinctè debet intelligi. Sed hæc ra-
tio eſt euidenter falſa, quia lex noua diſtingui-
tur per ueterem. d. l. ſed & poſteriores, & ideò
cum lex antiqua loquens de computandis fru-
ctibus in quartam, diſtinguat inter liberos pri-
mi gradus & cæteros, qua ratione poterimus di
cere, quòd lex noua nullam uoluerit differen-
tiam conſtituere inter liberos primi gradus &
cæteros, ſed potius uoluerit differentiam iure
antiquo conſtitutam tollere, cum vulgo dicatur
32 faciendam eſſe omnem interpretationem † ut
minus corrigatur lex quàm fieri poteſt. l. præci-
pimus. C. de appella. l. quod verò contra. ff. de le-
gi. c. cum expediat. de electio. lib. 6.

Præterea alia eſt ratio in liberis primi gra-
dus, alia in alijs, patet per text. in d. l. iubemus,
in qua magis fauetur liberis primi gradus, ergo
quid mirum ſi dicamus, generalis & indiſtincta
diſpoſitio, non comprehendit liberos primi gra-
dus, poſtquam expreſſum reperimus quòd gene-
ralis ratio quæ in alijs, non habent locum in
ijs qui primum gradum tenent.

33 Accedit † quod ſi hæc fortaſsis minus uera
uidentur, quæ tamen ueriſsima puto: quando ex-
preſſè cautum reperiretur quòd quarta trebel-
lianica poſsit prohiberi, in præſenti tamen du-
bitatione non uideo qualiter poſsit iuſtus & gra-
uis quiſpiam iudex conſiderationes has non ad
mittere, cum negari non poſsit, quin dubium
ſit an dicta quarta poſsit prohiberi, & forte o-
pinio contra communem ſit uerior, & ideò eli-
genda uidetur illa uia tanquam æquiſsima & tu-
tiſsima, ut neque diſcedamus à communi, quæ
eſt quòd quarta poſsit prohiberi, neque etiam
ius antiquum contemnamus, quod in quarta præ-
rogatiuam quandam conceſsit liberis primi gra-
dus, hoc enim pacto, neque iniuria fiet commu-
ni opinioni limitando eam per caſum legis ex-
preſſum, neque damnum priuilegij filius conſe-
quetur, intrepidè uidetur via hæc amplectenda,
arg. ff. ſi quis cautio. l. j. ibi, hæc dinumeratio neu
tri legitimorum oneroſa eſt.

Confirmantur prædicta per ea quæ dicit Bar-
tol. in d. l. Marcellus. in fin. in princip. & in. con-
34 ſil. ſecundo, in fin. ubi concludit quòd licet † hæ-
res non conficiens inuentarium perdat falcidiã,
non tamen perdit trebellianicam per regulam. d.
l. Marcellus. quæ dicit ibi ceſſare trebellianicam
ubi ceſſat falcidia, procedit quando ceſſat falcidia
ex natura & poteſtate teſtamenti, ſecus quando
ceſſat ex delicto perſonæ. Ex quo videtur mi-
hi bene inferri, quòd ſimiliter in caſu noſtro non
ualet conſequentia, poteſt teſtator trebelliani-
cam prohibere, ergo poteſt etiam prohibere
in præiudicium liberorum primi gradus,
quia

quia quod dicimus non poſſe prohiberi quar-
tam eſt fundatum in mero fauore liberorum
primi gradus, & ideo ſicut interuenit ſpeciale o-
dium delicti perſonæ, non valet argumentum
35 de falcidia ad trebellianicam, quia ut dicit Bar-
to.ſolum ualet argumentum quo ad ea quæ ſunt
de natura,& poteſtate teſtamenti, ita non debet
valere argumentum ubi agitur de fauore alicu-
ius, quia debet ſufficere quòd quo ad naturam
& poteſtatem teſtamenti quis poſsit quartam
trebellianicam prohibere, ſicut poteſt prohibe-
re falcidiam, & videtur mihi probabilis ponde-
ratio . .

Poſtremò omiſsis multis quæ dici poſſent pro
concluſione de qua ſupra, moueor illomet fun-
damento quo mouentur Bartol. & communiter
Doctor. ad tenendum quòd ſicut hodiè poteſt
prohiberi falcidia, ita poteſt prohiberi trebel-
36 lianica, dicunt enim hoc ideò eſſe, quia † à
iure antiquo parificantur falcidia, & trebelliani-
ca, ita quòd ubi ceſſat falcidia ceſſat trebellia-
nica arguo ſic, ius nouum diſponens quòd fal-
cidia poſsit prohiberi non habet locum in libe-
ris primi gradus, ergo à ceſſante ratione non po-
terit etiam prohiberi trebellianica, quia qualis
eſt poteſtas prohibendi falcidiam, talis eſt po-
teſtas prohibendi trebellianicam: hoc autem ſci-
licet quòd falcidia non poſsit hodie prohiberi
in liberis primi gradus pleniſsimè erit iudicio
meo probatum, ſi probauero quòd de iure C.
37 † per d. l. iubemus. inducitur quòd falcidia non
poſsit minui in liberis primi gradus, tunc enim
38 erit dicendum conſequenter,† quòd authen. ſed
cum teſtator, generaliter permittēs prohibitio-
nem falcidiæ, non extenditur ad liberos primi
gradus,per rationes de quib. ſupra, ſcilicet quòd
generalis diſpoſitio non trahitur ad caſus ſpecia-
les. quòd ſi dicatur ad quid ire per mēdicata ſuf-
fragia,cum recta via dici ſufficiat, quòd genera-
lis concluſio quòd quarta trebellianica poteſt
prohiberi,non debet trahi ad caſus ſpeciales, re-
ſpondeo quòd ideo arguo de falcidia, ne fortè
dicatur quòd ſicut authen. ſed cum teſtator. eſt
generalis etiam quo ad liberos primi gradus ſic
oſtenditur in materia correctoria, authen. ſed
cum teſtator. loquens de falcidia extenditur ad
trebellianicam ſecundum communem, ergo mul-
to magis lex exorbitans qualis eſt d. l. iubemus. in-
ducens fauore filiorum non poſſe minui quar-
tam trebellianicam debet extendi ut idē ſit in fal
cidia, pro quo facit primo quòd dixit Alexan. in
d. l. Marcellus. in princip. colum. quarta, dum di-
39 cit † quòd iura limitatiua extenduntur ad caſus
ſimiles ex identitate rationis, præſertim ubi ob
aliquam regulam fauorabilem ſunt inducta. Præ-
tereà de hoc eſt Gloſſ. in terminis in l. quod de
bonis. in §. fructus. in verſ. accepto. ff. ad l. fal-
ci. dum dicit quòd fructus computantur in quar-
tam debitam iure inſtitutionis,& quartam trebel-
lianicam, deinde ſubijcit, niſi in liberis primi gra-
dus. nec dicatur quòd hæc exceptio ſolum refer-
ratur ad trebellianicam,quia contrarium expreſ-
ſe innuit Gloſſ. dum ſubijcit ſecus eſſe in quar-
ta debita iure naturæ, & ſic conſtituit differen-
tiam inter quartam debitam iure naturæ ex vna
parte, & quartam trebellianicam, & falcidia ex
alia. Cum illa Gloſſ. tranſeunt ibi omnes, & e-
tiam Paul. de Caſtr. licet idem Paul. in d. l. iube-
mus. prope fin. uideatur eam reprobare, tamen
expreſsè non reprobat, ſed ſolum dicit quòd tex.
ibi innuit contrarium eſt uerum quòd Ang. in
d. l. iubemus. dicit quòd per illam legem non im-
mutatur ius antiquum circa falcidiam, ſed pa-
rum uidetur de eius opinione curandum, tum
quia ad hoc probandum allegat Gloſſ in dicta l.
quod de bonis. §. fructus. quæ ut dixi expreſsè
contrarium dicit, tum quia idemmet Angel. ſi-
bi contrarius in d. §. fructus, expreſsè dicit ſe-
quendo Gloſſ. ibi, quòd fructus non computan-
tur in quartam falcidiam,& trebellianicam in li-
beris primi gradus: & certè ab hac opinione,
præſertim quia æquior eſt, & fauorabilior filijs,
non uidetur mihi recedendum. In primis enim
40 habemus auctoritatem Gloſſ. † quam Docto-
res ſatis videntur approbare ex quo ſimpliciter
tranſeunt; Prætereà auctoritatem Angel. eam
expreſsè ſequentis, licet in dicta. l. iubemus. ali-
ter dicat: Prætereà facit ratio Cyn. in dicta l. iu
bemus, in princip. dum dicit quòd ideò fructus
non computantur in quartam, quia hæreditas
eſt quaſi debita filijs, quæ ratio limitat etiam in
falcidia. Et expreſsè dicit Philipp. Corn. in di-
cta l. iubemus. colum. ſecunda, in princip. quòd
ſicut per illum text. limitantur iura antiqua di-
ſponentia quòd fructus computentur in quar-
tam, ita limitatur authen. ſed cum teſtator. &
poſito quòd aliqui contrarium teneant, quos ta-
men non reperio aliter tenere præter Angel. in
d. l. iubemus. uidetur mihi ſequendum conſilium
Bal. in l. cum hæreditas. C. depoſi. in auth. ceſſan-
41 te. col. 2. in fi. C. de legit. hære. ſcilicet † q in con-
ſulendo non recedamus ab opi. Gloſſarū,& dicit
Bal. in l. qui procuratorem. ff. de proc. in fin. non
eſſe tutum recedere à Glo. in conſulendo,& hoc
maximè: quia fundamentū Ang. in d. l. iubemus,
parum vrget: quia bene fateor q d. l. iubemus.
non debet extendi ad alias perſonas, nec ad alios
caſus quam ad eos de quibus ibi, ut expreſsè dicit
tex. ibi. §. fin. ſed non proptereà ſequitur, ergo q
ibi dicitur de trebellianica non poteſt extendi
ad falcidiam: quia dummodo extenſio non fiat
ad alios caſus neque ad alias perſonas, eſt ſatisfa-
ctum illi legi, ita q intrepidè dici poteſt, q illud
quod dicitur in l. iubemus. de trebellianica, habet
locum in falcidia, quo ad eoſdem caſus, & quoad
eaſdem perſonas, ita patiuntur optimè uerba il-
lius legis

Et re aſſumendo fundamentum hoc, longiori
bus fortè uerbis adductum, dico q d. l. iubemus.
loquens de trebellianica habet locum in falcidia,

ex quo ſequitur quòd auth. ſed cum teſtator pro mittens prohibitionem falcidiæ, nō habet locum in liberis primi gradus, ex quo tandem ſequitur quòd in eis non habet locum prohibitio trebellianicæ, ut puto eſſe u eriſsimum.

Non obſtat illa ſingularis opinio Pau. de Caſ. in l.mulier.§.cum proponeretur.col.fi. ff.ad Tre
42 bel.ſcilicet quòd † d.l.iubemus.non habet locum quando filius detrahit duas quartas, quia ut eſt bene reſponſum ſupra per alios D. Conſulentes, opinio illa non eſt uera,nec bene fundata. Nam quod dicit tex.in d.l.iubemus.de reſtituendo dodrante,debet intelligi de dodrante eius quod ſupereſt deducta legitima,vt bene eſt reſponſum ſupra. Addo pro dicta ſolutione benefacere quod tenet Bart. in §. 2.ad fi.auth.de hæred.& Falcid. dum dicit quòd poſito quòd duę quartæ poſſunt detrahi, una detrahitur de uniuerſo ſcilicet legitima, trebellianica verò de reſiduo.facit quod te. apertè loquitur de quarta quæ debetur auctoritate ſenatuſconſulti Trebelliani, & mentio dodrantis quæ ſubijcitur neceſſariò refertur ad illā quartā, & ideò uerum eſt ſemper dicere, ꝙ in quartā trebellianicam non computantur fructus: nam quod percipiatur legitima,nihil facit ad rem,quia alio iure percipitur.

43 Quantum etiam ad illud an ſcilicet † d.l.iubemus.locum habeat ubi filius eſt grauatus reſtituere extraneo, placet mihi concluſio ſupraſcriptorum dom.Cōſultorum, ſcilicet quod ſic,tum per uerbum(filio) poſitum in ſingulari,tum quia ſi in præiudicium filij cui eſt reſtituenda hæreditas fructus non computantur in quartam, quanto magis non computabuntur in præiudicium extranei. d. l. cum acutiſsimi. C.de fideicommiſſ. Laus Deo.

Et ita ut ſupra dico,& conſulo ego Hieronymus Butigella eques,& Iuris Vtriuſque Doctor ordinariè Iuris ciuilis Paduæ profeſſor,in cuius fidē manu propria ſubſcripſi, ſolitoq́; ſigillo ſignaui, rectius ſentientis iudicio ſemper ſaluo.

CONSILIVM D. DANIELIS Landulphi. I. V. D.

Super eodem caſu.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa facta pupillo in codicillis in quantum continet quod fideicommiſſaria cenſeatur facta in dubio uenientibus ab inteſtato, & non pupillo.*

2 *Determinabile unum reſpiciens plura determinabilia debet omnia pariter determinare.*

3 *Clauſula omni iure,&c.cuius uirtutis.*

4 *Valēs uenire ad hæreditatē ex multiplici ſubſtitutione pōt eligere ex quo capite uelit uenire. & nu.6.*

5 *Teſtator non creditur uoluiſſe facere ſuam. diſpoſitionem eluſoriam.*

6 *Subſtitutio pupillaris fieri non poteſt in codicillis.*

7 *vtile per inutile in ſeparabilibus non uitiatur.*

8 *Clauſula vulgariter,& pupillariter per fideicommiſſum, quandoque ſolet apponi ex ignorantia notariorum.*

9 *Intellectus ad l.cohæredi §.cum filia.ff. de uulg. & pupilla.*

10 *Subſtitutio pupillaris non ualens iure directo trahitur ad fideicommiſſariam.*

11 *Pupillaris ſubſtitutio directa facta in codicillis,trahitur ad fideicommiſſum.*

12 *Donato fundo, uel legato ad uſum ſiue ad alimenta cenſetur & proprietas donata ſeu legata.*

13 *Cauſa fauorē legatarij reſpiciēs legatū nō reſtringit.*

14 *Intellectus ad l.ſi habitatio.§.1. ff.de uſu & hab.& num. 18.*

15 *Teſtatoris uerba non poſita per modum cauſæ ſed ad executionem reſtringunt.*

16 *Clauſula ad utendum,& fruendum in eo quod conceditur pleno iure non minuit conceſsionem niſi adijciatur tempus.*

17 *Intellectus ad l.libertis la.1.ff. de alim. & cib. lega.*

18 *Bartolus lumen iuris noſtri.*

19 *Paulus de caſtro habuit uerum intellectum iuris.*

CONSILIVM CLV.

IN cauſa uertente inter do.Iſnardum de Petra,& D.Philippinam,pręſupponitur eſſe cōmunem concluſionem † ꝙ
1 ſubſtitutio cōpendioſa facta pupillo in codicillis in quātū cōtinet quod fideicōmiſſaria cenſeatur facta in dubio uenientibus ab inteſtato,non aūt ipſi pupillo,ut teſtatur D.Iaſ.legendo in l.cohæredi.§.cum filiæ.in penul.& ult.colu.ff. de vulg.& pup.& in l.ex tribus.C.de inoffi.teſta. & in l. ſi arrogatur, in 4. car.ff. de adop.in l.precibus.in pen. car. C.de impube. & ita etiam credo ꝙ fateatur in conſ.ſuo. Tota igitur difficultas reſultat ut uideamus an ſimus in caſu dubio, an uerò in caſu claro, ſi enim ſumus in caſu dubio, ſuccedet prædicta communis concluſio, quòd erunt grauati uenientes ab inteſtato, & per conſequens ſtabit alia firma concluſio quòd poterūt grauari, & in legitima,& in trebellianica,l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.final. cum l.ſequent. ff.de legatis primo. Totum igitur fundamentum aduerſantium videtur eſſe quòd non ſumus in caſu dubio, ſed potius in caſu claro, quòd iſta ſubſtitutio dicatur facta ipſi pupillo per illa uerba codicillorum, & tunc, & eo caſu ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum dom Iſnardum de Petra,quæ uerba dum loquuntur de pupillari, non poſſunt referri niſi ad ipſum pupillum: & ideo ſuccedit vulgata regula quòd talia uerba copulatiua, cum non poſsint referri ad uenientes ab inteſtato, debeant omni-
2 no referri ad ipſum pupillum: quia † una de-

terminatio

terminatio reſpiciens plura determinabilia debet
æqualiter determinare, vulgata.l.iam hoc iure.ff.
de vulg. & pupill. Ad idem ponderantur verba
ſubſtitutionis, tunc & eo caſu, quæ expreſsè ſe re-
ferunt poſt mortem filij impuberis: ergo vide-
tur grauatus ipſe impubes per l.cohæredi.§ cum
filiæ.verſi. quòd ſi hæredem. ff.de vulgari & pu-
pilla.

Iſtud fundamentum ſemper reputaui fragile
multum, & nullo pacto militare in propoſito, pro
cuius fundamento præmittendum eſt, quòd de-
ueniendo ad primum codicillum caſus noſter re
ducitur ad tertiam ſubſtitutioné, quæ incipit ibi,
& ſi contingat tempore dicti deceſſus dictũ Mau-
ritium non ſuperuiuere, & non relinquere alios
filios maſculos vt ſupra ſuperuiuentes, tunc & eo
caſu dicta bona ſeu hęreditas in totum perue-
niant & perueniat, & peruenire debeát, & debeat
in ſupraſcriptum Do. Inardum, ſeu eius filios,
ſeu eius filias tunc ſuperuiuentes, & hoc in totũ
& ſine dicta detractione vt ſupra, quem ſeu quos
eo in caſu ſubſtituit vulgariter, pupillariter & p
fideicommiſſum, ac omni iure vt ſupra: quorum
verborum ſubſtantia repetitur etiá in vltimo co-
dicillo, ubi clarius repetitur illa clauſula, & aliàs
omni iure, via, modo, cauſa, & forma. quibus me-
lius & validius potuit & poteſt, & ibi in vltimo co
dicillo poſt illa verba, vulgariter pupillariter &
per fideicommiſſum, ſubduntur alia verba ſingu-
la ſingulis referrendo, hæc omnia verba ſi recto
oculo inſpiciantur, non ſolum concludunt quod
ſumus in caſu dubio, ſed etiam manifeſtè conclu-
dunt, quod fideicommiſſum clàrè eſt iniunctum
uenienti ab inteſtato. Iſtud enim in primis vr-
3 genter probatur ex illa clauſula, † & aliàs omni
iure &c. cuius clauſulæ virtus eſt, ut quando di-
ſpoſitio teſtatoris non poſſet ualere ſecundũ ver
ba expreſſa, ualeat ſecundum quæcunque alia uer
ba quæ exprimi potuiſſent, vt ſignanter declarat
Bal. in l.quoties. in uerſi. quæro ſi pater dicit. C.
de hæred. inſtit. vbi pater dicat, relinquo rem ta-
lem filio meo, licet illa verba non importent ſub-
ſtitutionem, tamen quando eſt adiecta illa clau-
ſula important inſtitutionem, ſequitur Pau. de
Caſt. in conſi. 347. incip. ſuper primo puncto in
fi.col. eſt in terminis deciſio Barto. in auct. ex cau
ſa.col.fin.C.de libe.præter. Idem expreſſè tenet
Raph. Fulgo. in conſi. 144. incip. in primo propo-
ſitæ conſultationis articulo. vbi dicit quòd tan-
ta eſt uirtus illius clauſulæ, ꝙ habetur perinde
ac ſi ſpecialiter illud quod erat exprimendum eſ-
ſet expreſſum. allegat pulchram theoricam Bart.
in l.Centurio. in 4.q. principa. ff. de vulga. & pu-
pil. Bal. in d.l.quoties. ergo in propoſito operabi-
tur iſta clauſula perinde ac ſi expreſſè grauaſſet
venientes ab inteſtato, & ſic dato quòd Dom.
Inardus non poſſet venire uirtute illorum uer-
borum vulgariter, pupillariter & per fideicom-
miſſum, potuit tamen uenire uirtute illius clau-
ſulæ poſteà ſubiectę, & aliàs omni meliori modo

4 &cæ. ubi enim † aliquis pot eſt uenire ex multi-
plici ſubſtitutione eſt in facultate ſua eligere ex
quo capite vult uenire l.recuſare. §.ſi Titius. ubi
Bar. & omnes. ff. ad Trebel.

Confirmatur hæc opinio, quia in codicillis
per verba repetita prohibetur detractio legitimæ
& Trebellianicæ, quando eueniret caſus quòd
poſt mortẽ teſtatoris Millanus moreretur, ergo
clarè conſtat ꝙ teſtator uoluit grauare uenientes
ab inteſtato, quia eos grauando poteſt prohibere
talem detractionem, quam quidem prohibitionẽ
facere non poſſet grauando ipſum pupillum, &
5 ſic non eſt præſumendum † ꝙ teſtator voluerit
facere diſpoſitionem ſuam cluſoriam, vulgata l.
miles qui deſtinauerat. ff. de teſta. mili. de hoc eſt
in ſimili text. expreſſus in l. Proculus. cum Gloſſ.
communiter approbata. ff. de vſufru. ubi ſi teſta-
tor legat alicui vſumfructum domus, & prohi-
betur ne aliius tollatur, per iſtam prohibitionẽ
intelligitur legaſſe plenam proprietatem, licet
in legato fecerit ſolum mentionem de vſufru-
ctu. & ſic illa prohibitio eſt potens, vt legando
vſumfructũ intelligatur legata ꝓprietas. ſi ergo.

proprietatem verborum, quæ clara ſunt, ad
hoc ut prohibitio habeat effectum, multo for-
tius declarabit uerba ambigua, vt taliter intelligan-
tur quòd prohibitio poſsit habere effectum, &
adhoc videatur in terminis Barto. in l. Centurio.
ff. de vul. & pupil. ſub. in 16. colum. in uerſic. quæ-
ro ulterius quid ſi teſtator dixerit, ſi filius meus
deceſſerit ſine liberis.

Nec obſt. prædictis illud verbum, pupillari-
6 ter. quia clarum eſt, † quòd in codicillis non po-
teſt fieri pupillaris ſubſtitutio. l. Scæuola. ff. ad
Trebellia. & ideò illa pupillaris cum fieri nõ poſ-
ſit, perinde habetur hæc ſi non eſſet, & ideò ſolũ
tractandum eſt de fideicommiſſaria, non autem
pupillari, nam vt dixi ſupra, quando apponitur il
la clauſula, vulgariter, & pupillariter, & per fidei-
commiſſum. eſt in facultate ſubſtituti ex quo ca-
pite uelit ſuccedere. d.l. recuſare. §. ſi Titius. &
ideò iudicantur tanquam diſtinctæ ſubſtitutio-
nes, & maximè ſtantibus illis uerbis ſingula ſin-
gulis referendo. Et ideò ſuccedit alia regula, ꝙ
7 † in ijs quę ſunt ſeparabilia vtile per inutile non
uitiatur. l. ſancimus. C. de donatio. Debemus er-
go potius attendere ſubſtitutionem fideicõmiſ-
ſariam validam, quàm ſubſtitutionem pupillarẽ
quæ eſt nulla, & maximè ſtante illa clauſula, &
aliàs omni meliori modo, &c. & ſtante prohibi-
tione legitimæ & Trebellianicæ, quę non poteſt
valere niſi dicamus fideicommiſſariam eſſe iniun
ctam uenientibus ab inteſtato. Poſſumus etiam
dicere ut in pluribus locis dicũt Doctores, quòd
8 illa clauſula † vulgariter, pupillariter, & per fidei-
commiſſum ſolet apponi multoties per errorem
notariorum, etiam in caſibus in quibus non con-
uenit, & ideò quãdo aliquod ex dictis uerbis nõ
põt uerificari in materia de qua agitur, non debet
cõſiderari ad impediẽdũ virtute aliorũ uerborũ,

Nec

Nec † ob.text.in l.cohęredes.§.cum filiæ:quia
vt fatentur communiter omnes ſcribentes ibi,il-
le text.loquitur in caſu claro quando expreſſè fi-
lius eſt grauatus.

Sed quid fortius quando in codicillis eſſet fa-
10 cta ſolum † ſubſtitutio pupillaris quæ non po-
teſt valere iure directo, & per conſequens trahi-
tur ad fideicommiſſariam.l.Scæuola.ff.ad Trebel
lian. quod tunc non obſtante quòd ſit pupillaris
quæ trahitur ad fideicommiſſum,quòd tunc cen-
ſeantur grauati venientes ab inteſtato eſt deciſio
in terminis Barto. in l.1. in 16.col. ff.de iure co-
dicil. ubi Barto.allegat ad hoc text.optimum in l.
11 Scæuola. ff.ad Trebel.† ibi cum ſecundum com
munem intellectum erat pupillaris directa facta
in codicillis quæ trahitur ad fideicommiſſum, &
tamen dicit text.quòd frater qui ab inteſtato ſuc
ceſſit pupillo eſt ille qui fideicommiſſo obliga-
tur, & ſic clarè probat quòd fideicommiſſum cen
ſetur factum à ſuccedentibus ab inteſtato, & ita
intelligit Bartol. illum text. ergo clarè conſtat ꝙ
ſuper illo verbo,pupillariter, non poteſt fieri fun
damentum ad dicendum quòd non dicantur gra
uati uenientes ab inteſtato. Nam ſi bene conſi-
derentur ea quę in contrarium poſſunt adduci lo
quuntur quãdo pupillaris eſt facta in tali diſpoſi-
tione in qua poteſt valere iure directo,ſed quan-
do eſt facta in codicillis, cum non poſsit ualere
iure directo trahitur ad fideicommiſſum, per-
inde eſt ac ſi à principio fuiſſet fideicommiſſaria.

Multa alia fundamenta poſſent adduci, ſed
quia ex prędictis res clariſsima redditur non pu-
to oportere vlterius inſiſtere. & ſic conſtat rem
hãc eſſe clariſsimam etiam circunſcriptis illis ver-
bus de quibus inter partes contenditur,grauans,
mandans &c. in quibus expreſſè grauantur ue-
nientes ab inteſtato, de quibus alijs loco & tem-
pore dicemus ſi oportebit.

Conſideranti mihi in ſupraſcripta conſulta-
tione videtur ꝙ tota difficultas conſiſtat in duo-
bus. Primo an illa verba iubens & mandãs &c.
reſtringant prælegatum taliter quòd intelliga-
tur tantum prælegatus uſusfructus, non au-
tem proprietas. Secũdò poſito quòd legatum
non reſtringant ut dictum eſt, an ſaltem reſtrin-
gant ipſum in hoc ne poſsit dici perpetuum, ſed
uidelicet pro uita legatarij duraturu. & ad iſtos
duos paſſus perſtringi uidentur omnia allegata
per ſupraſcriptos integerrimos Doctores,quorũ
ſententia mihi videtur veriſsima & iuſtiſsima,ac
optimo iure procedere. Nam primus paſſus mo
dicam recipit dubitationem, attento ꝙ infini-
tis iuribus & auctoritatibus ita veritas compro-
12 batur,ꝙ ubi † donatur uel legatur fundus ad uſũ
ſiue ad alimenta, quòd per talia verba iam non
reſtringitur diſpoſitio taliter quòd tantum vſus
intelligitur relictus, ſed imò intelligitur de pro-
prietate, ſiue loquamur in contractibus, ſiue in
ultimis voluntatibus, ut probat tex.in l.donatio-
nes.§.ſpecies. ff.de dona.& in l.ſpecies. ff.de aur.
& arg.lega.& in l.fi.ff.de vſufru.ea. rer. quæ vſu
conſum. & in l. cum 2.§.ſi uim.cum ibi no.in Gl.
ff.de tranſact.& in l.4.in princip. ff. de alimen. &
cib.lega.& in l.Titia.§.qui in uita.ff.de lega.2.&c.
& vbique Barto. not.iſtud,pręſertim in d. §.ſpe-
cies. & in d.l.4. ubi pro hoc allegat iura concor-
13 dantia,nam † cauſa quæ fauorem legatarij reſpi-
cit legatum non reſtringit d.l.4.in princip. & d.
l.cum ij.§.ſi uim.& l.ſi mulier.C.de iure dotium.
cum multis concor.quas allegat Ludou. Roma.
idem confirmans in conſil.404.4.colum.& idem
conſil.206. Præmiſſa etiam confirmat Federic.
de Senis in conſil.45.& Angel. conſil. 247.incip.
ſer Symon. & Paul.de Caſtr.conſil.244. incip.in
Chriſti. &c. quod dicta ſubſtitutio. Et Ma-
theſ.in nota.incip. lego vxori meæ domum ad go
dimentum &c. & Cæpol. in tracta. de ſeruitu. in
princip. in 20.col.& in hoc ego reſideo,licet Bal.
in l.2.in vlti.col.in uerſi.ex hoc habes.C.de inoſ-
fic. donat. uideatur conſtituiſſe differentiam an
pater det filio in alimenta, uel in vſum ſuũ: quo
caſu dicit quod per talia verba non intelligitur
data proprietas, ſecus autem dicit eſſe in extra-
neo taliter dante, ſed vt patet longe differunt
termini in quibus loquitur ibi Bal.à terminis ſu-
ſupraſcriptis.

14 Non ob.† l.ſi habitatio.§.1. ff.de uſu & habit.
ubi ſi legatur uſusfructus cauſa habitationis,ſo-
la habitatio dicitur eſſe in legato, non autẽ vſuſ-
fructus plenus: quia illi legi & nonnullis alijs ſi-
milibus reſpondet Barto.in d. l.4.in prin. com-
probando,quod in d.l.ſi habitatio.per illam adie-
ctionem legatum non reſtringitur,ſed imò auge-
tur: quia adiectio bene operatur in fauorem lega
tarij vt ampliat legatum & non in odium: vt re-
ſtringat, & ita ibi concludit Bartol. plenius tan-
gens quàm alius Doctor qui videri poteſt.

Accedit ẽt ſol. & concordia quam fecit Ange.
in d.conſil. incip. ſer Symon.in vltimis diſtin-
guẽdo,ꝙ aut legata eſt proprietas ad alimẽta,&
in hoc caſu procedunt prędicta, aut verò legatus
eſt vſusfructus ad alimenta, quo in caſu proce-
dit & loquitur.d.l.ſi habitatio.ſubijcientes ratio
nem diuerſitatis: quia primo caſu ex verbo-
rum figura appares quod voluit in legatarium
rem transferri, & ideò per cauſam reſpicientem
ſolum fauorem legatarij nõ reſtringitur. cum au
tem vſusfructus eſt legatus, conſtat,quòd teſta-
tor uoluit ſolum legatarium frui,proprietatem
autem hæredis manere,vnde non mirum ſi utẽ-
di & fruendi potentia ſecundum cauſam quæ fi-
nalis præſumitur, in eo caſu legatũ reſtringitur
pro quo dicit etiam facere.l.ſi duo prædia.ff. de
ſerui.ruſti.prædio. ita ibi Angel. Vnde ſequen-
do etiam concordiam & diſtinctionem D. Ang.
apparet concludendũ in caſu præmiſſo, ꝙ atten-
to quòd prælegatum fuit de proprietate,ꝙ adie-
ctio cauſæ non operatur nec inducit reſtrictio-
nem talis prælegati, & quòd d.l.ſi habitatio. §.1.
15 non facit in propoſito,& tãto minus quia huiuſ-
modi

modi verbo ex quibus reſultat difficultas,& pro
pter, quæ deuentum ſunt ad præſentem conſulta-
tionem,non ſunt poſita ſeu addita à teſtatore per
modum cauſæ,ſeu rationis præcedentis prælega-
ti de quo agitur,nec per modũ limitationis præ-
cedentis legati, ſed apposita apparent ad execu-
tionem,& in fauorem executionis, quam inten-
debat teſtator velle habere dictum prælegatum,
& ideò non ſunt in conſideratione ad arguen-
dum,reſtringendum,ſeu ampliandum ipſam præ
cedentem diſpoſitionem,ut eſt tex.not.in Clem.
1.de preben.& hon.tex.in l.cum fundo. ff.de ſer
ui.ruſti.prædio. ubi ſtipulatio pœnalis perſona-
liter concepta, & addita præcedenti conuentioni
reali eam non reſtringit,nec facit cenſeri eſſe per
ſonalem, quam h notabi Bal.in propoſito, & de
his hactenus circa primum paſſum in quo ut di-
xi parum eſt dubitationis. Sed pluſculum dubi-
tationis habere uidetur ſecundus paſſus per not.
per Bald.in l. iiij.1.col.C.de fruct.& lit.expenſ.
16 dicentem † quòd quando aliquid conceditur ple
no iure,clauſula,ad utendum, & fruendum non
minuit conceſsionem per d. §. ſpecies. niſi tem-
pus adijciatur,puta ad vtendum,& fruendum in
uita ſua,& ſic uidetur Bal.limitare omnia præal-
legata iura,& auctoritates dicẽtes,quòd eiuſmodi
verba,ad utendum,& ſimilia,nõ reſtringunt præ
cedentem diſpoſitionem ut procedant niſi etiam
tempus adijciatur,puta ad utendum,& fruẽdum
in uita, de qua limitatione etiam meminit Ange.
in d.conſil.247.incip.ſer Symon de Regio.ad fi.
in illis uerbis,ubi,ſed Iacob.de Aret.dixit legatum
perpetuum,&. uerum eſt ſi ad diem uitæ legata-
17 rij relictum non eſt,& ſic debes intelligi. † l. li-
bertis.la.1.de alimen.& ciba.leg. dum ibi dicitur
illud legatum ad hæredem legatarij tranſmitti ;
quia ibi dicit Barto.procedere in dubio alio non
apparente;quia potius cauſa legati quàm condi-
tio uidetur aſcripta, & quòd præſumitur impul-
ſiua,niſi aliud ex coniecturis appareat; ita ibi An
ge.& ſic tenendo prædictam limitationem Bald.
conſtituentis expreſsè differentiam an conceſ-
ſio ſit facta de fundo ad utendum,& fruendum ſi-
ne temporis præfinitione, ut tunc per talia uer-
ba non minuantur,nec reſtringitur ipſa talis cõ-
ceſsio, ſecus ſi tempus fuerit adiectum , puta ad
vtendum,& fruendum in uita,quia tunc per eiuſ-
modi uerba limitatur,& minuitur legatum. Cer-
tè uideretur concluſio ſupraſcriptorum Domi-
norum in iſto ſecundo paſſu non poſſe procede-
re,ſed tamen in iudicando, ego non curarem de
tali dicto Bal.ex pluribus.Primò negari non po-
teſt quin ſit contra nota.per Bartol.in d.l.quarta,
18 in prin.† vbi Bart.lumen iuris noſtri adeò magi
ſtraliter,& plenius quàm cæteri Doctores iſtum
paſſum tetigit,concludendo quòd de tali caſu,
ubi aliter non conſtat de mente teſtatoris, tunc
in dubio cauſa adiecta legato reſpiciens fauorem
legatarij non dicitur finalis,nec in aliquo reſtrin-
git legatum ſed bene ampliat ſi poteſt, ut eſt ca-
ſus in d.l.ſi habitatio, declarando ut declarat ip-
ſe Bartol.nec ſanum putarem iudicem in iudican
do recedentem ſeu deuiantem à prædicta theo-
rica Barto.cum præſertim comprobetur uerisſi-
ma ex pluribus per ipſum allegatis, ut ſupra par-
tim commemoratis,quæ probant eiuſmodi uer-
ba ad vtendum,non reſtringere legatum proprie
tatis cui adijciuntur,ex qua ratione non reſtrin-
gunt legatum in ſubſtantia ipſius legati, ſcilicet
quia fauore legatarij ſunt poſita,eadem etiam ra-
tione non debent dici reſtringere in tempore,&
ſic reſpectu perpetuitatis legati. Item quia dictũ
Bald.non probatur iure,ut ſupra adducit Domi-
nus ſecundò Conſulens in ordine. Item quia
Bal. loquitur in caſu ubi tempus erat poſitum in
eadem oratione,& diſpoſitione continente lega-
tum,& ſic non poteſt diuidi legatum,ſed in pro-
poſito uidentur duæ diſpoſitiones, & illa verba
iubens &c.continent diſpoſitionem diuerſam li-
cet ſuffragantem præcedenti legato,& appoſitam
ad eidem ſuffragandum,& ad eius executionem,
& fauorem. Quare nefas eſt,& abſurdiſsimum di-
cere quod operaretur diminutionem,contra re-
gulam.l.quod fauore.C.de legi.cum ſimilibus.
Item quia Ange.in d.conſi.incip.ſer Symon.poſt
quam fecit mentionem de eadem limitatione
poſteà tamen concludit diſtinguendum, quòd
aut fuerit relicta proprietas ad alimẽta,aut vſuſ-
fructus ad alimenta, & ponit rationem differen-
19 tiæ de qua ſupra.Itẽ quia dicit † Paul.de Caſt.qui
habuit uerum intellectum iurium, in præfato
conſil. 244. incipien. in Chriſti &c. quòd dicta
ſubſtitutio &c. in ult. colu.luce clarius procedit
contra prædictam limitationem Bal.dicens bre-
uiter ſi teſtator dixiſſet, relinquo bona mea ma-
tri meæ, uel ipſam in eius uita inſtituo in bonis
meis,tunc per uerba prædicta quæ poſteà adijce-
ret,videlicet,ut poſsit uti eis,& frui,& ſe ipſis ſub
ſtentare quouſque uiueret &c. non reſtringere-
tur relictum præcedens, quominus ipſa proprie-
tas uideretur relicta,nõ autem ſolus fructus &c.
Vnde ex præmiſsis confirmo concluſionem ſu-
prà factam per ſupraſcriptos clariſsimos domi-
nos,quam puto de iure uerisſimam, & conſenta-
neam menti teſtatoris alio non apparente.

Et ita dico,& conſulo Ego Daniel Landulfus.
I. V. D. de collegio dominorum iudicum Papiæ
qui in fidẽ propria manu ſubſcripſi ac proprio
& ſolito ſigillo ſigillaui.

CONSILIVM D. IOANNIS CAMpegij Bononienſis, I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula derogatoria poteſtatis,in teſtamentis quo-modo procedat.*

2 *Clauſula derogatoria ſolennitatis in teſtamentis cuius effectus ſit.*

Clauſula

3 *Clauſula derogatoria uoluntatis in teſtamentis cuius virtutis.*
4 *Teſtamentum primum in quo adeſt clauſula derogatoria, ut tollatur per ſecundum, neceſſe eſt ut ſpecialiter exprimatur qualitas illius primæ uoluntatis in ſecundo, de quo nu. ſeq.*
5 *Intellectus ad l ſi quis in principio ff. de legat. 3.*
6 *Intellectus ad §. & ſi quidem. in authen. de teſtam. imperf. collatione 8.*
7 *Speciale illud dicitur quod eſt à generalitate extractum.*
8 *Doctoris dictū intelligendū ſecūdū legē quā allegat.*
9 *Teſtamētum primum cum clauſula derogatoria tunc dicetur reuocari, quando in ſecundo de eo, & uerbis derogatorijs fit mentio, & nu. 16. quid ſi plura præcedent teſtamenta nu. 10.*
11 *Teſtamentū conſideratur reſpectu formæ, & contextualitatis ſtū & reſpectu plurium cōtentorum in eo.*
12 *Teſtamentum dicitur teſtatio mentis.*
Teſtamentum tanquam genus prædicatur de diſpoſitionibus contentis in eo, & legatum de indiuiduis.
13 *Intellectus ad l. 1 §. inter filium ff de falſ. & nu. 16.*
Intellectus ad l. diuus § plane ff de falſ.
15 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.*
17 *Verborum derogatoriorū quædam explicita, quædam implicita.*
18 *Decennium dicitur tempus ſufficiens ad inducendam obliuionem.*
19 *Teſtamentum ſecundum ſuſpicione non caret ſi præcedit aliud cum clauſula derogatoria ad ſecundum.*
20 *Teſtamentum primum conditum cum clauſula derogatoria, & iuramento, ſi in ſecundo fiat mentio de clauſula derogatoria, & non de teſtamento, adhuc primum non tollitur.*
21 *Clauſula, non obſtante quocunque teſtamento, appoſita in ſecundo, an tollatur primum cum clauſula derogatoria.*
22 *Legata pia multas habent prærogatiuas.*
23 *Teſtatoris affectio erga legatarium operatur in coniecturanda uoluntate circa reuocationem uel ne.*
24 *Inſtitutus ualde à teſtatore dilectus operatur vim rogationis ad clauſulā derogatoriā præcedentem.*
25 *Geminatio magis operatur.*
26 *Interlocutoria geminata non poteſt reuocari.*
27 *Clauſula, uolens teſtamentum eſſe præciſum, habet vim clauſulæ derogatoriæ.*
28 *Teſtatoris intentio, & uoluntas probatur ex his, quæ dixit extra illud.*
29 *Probatio ſufficit quæ haberi pōt in his quæ ſunt difficilis probationis.*
30 *Teſtator. quod non ordinauit, noluiſſe cenſetur.*

CONSILIVM CLVI.

IN CHRISTI nomine Amen. Viſo themate tranſmiſſo cum teſtamētis, & alijs ſcripturis, de quibus in eo fit mentio, attentiſque præſuppoſitis, id de quo quæritur incidit in illam difficultatem tritam & vulgatam, uariam tamen: uidelicet, An ad tollendum primum teſtamentum in quo adſit clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta requiratur, quod in ſequenti teſtamento fiat ſpecialis uel indiuidua mentio dictæ clauſulæ derogatoriæ, uel ſufficiat generalis clauſula, & qualis, & quo ad terminos contingentiæ noſtræ, an primum teſtamentum quod habet clauſulam derogatoriam ad ſecundum conceptam, ut in eo intelligatur reuocatum per ſecundum teſtamentum in quo adeſt clauſula talis tenoris, caſſans, reuocans, & irritās omne aliud teſtamentum quod per prius cōdidiſſet, & maximè quidam teſtamentum ſcriptum per ſer Iacobum Doctum notarium, & ſic an hæc reuocatio intelligatur ſufficiens tanquàm ſi non ſit hæc clauſula indiuidua, non ſit tamen generalis ſed ſpecialis, ut videatur ſufficere ſecundum Doct. in locis infra allegandis.

Super quo dubio, cum multa, & uaria reperiantur ſcripta per Doct. tam in lecturis quàm in conſilijs, quæ paſſim ac planè uideri poſſunt, in locis infra adducendis, ſuperuacuum exiſtimaui per argumenta procedere, cum ſatis apertè comprehendi poterit ipſa ueritas, perſtringendo conſultationem ipſam ad ſuos terminos. Vnde quia in hac materia clauſulæ derogatoriæ quo ad teſtamenta tripliciter conſideratur ipſa clauſula dero-
1 gatoria. Prima † eſt clauſula derogatoria poteſtatis: cuius exemplum eſt, quando teſtator condens teſtamentum dicit, ſe nolle poſſe facere aliud teſtamentum, uel non poſſe mutare tale teſtamentum, vel nolle ſe poſſe pœnitere talis teſtamenti, & hic non eſt caſus noſter. Sed quid tunc operatur talis clauſula, & qualiter tale teſtamentum poſſit reuocari, habetur in locis proximè allegan-
2 dis. Altera, & ſic ſecunda † ex clauſula derogatoria ſolennitatis. Exemplum, quando teſtator diceret, uolo quòd teſtamentum meum non poſſit reuocari per aliam diſpoſitionem niſi in ea adſit talis ſolennitas: quæ ſolennitas non eſſet de iure publico introducta, & hic non eſt caſus noſter, & quid etiam operatur talis clauſula habetur per
3 Doctor. ut infra proximè. Tertia † eſt clauſula derogatoria uoluntatis, & hæc eſt quæ facit ad propoſitum caſus noſtri, & cuius contingentia, ut dicunt Doctor. ſæpiſſimè occurrit, & eius exemplum eſt, quando teſtator poſt conditum ſuum teſtamētum dicat ſecundū Bar. in l. ſi quis in principio teſtamenti de leg. 3. col 3. ꝙ ſi fecerit aliud teſtamentum non vult illud valere. Vel etiam alıter, quando ultra progrederetur ſubiungendo, ꝙ nollet illud ualere niſi in ſecundo teſtamento, uel diſpōne eſſet deſcripta talis oratio uel q̄d ſimile, prout eſt in terminis noſtris: quia dixit, ꝙ ſi poſt dictum teſtamentum reperiatur aliquod aliud teſtamentum per dictum teſtatorem factum, & ordinatum, in quo non eſſent hæc verba deſcripta, videlicet, Deus propitius eſto mihi peccatori illud tale teſtamentum dictus teſtator ex nunc irritat

ritat, caſſat, & anihilat: & pro caſſato, annihilato, ir
ritato penitus habeatur, hæc enim ſunt uerba
clauſulæ derogatoriæ contingentiæ noſtræ, per
quæ clarè apparet quòd hic teſtator non diſpo-
nit circa poſsibilitatem teſtandi: nec etiam circa
ſolennitatem: quæ non ſit de iure publico intro-
ducta, ſed diſponit circa voluntatem, per quam
talem clauſulam aſſerit de eſſe in futuro, niſi ob-
ſeruetur id, quod ordinauit apponi, & obſeruari
ſi contigerit conditurum aliud teſtamentum uel
aliam diſpoſitionem. Vnde cum ſimus extra di-
cta s das clauſulas, ceſſant multa quæ circa opera
tionem ipſarum, & qualiter tollantur, ſolent ad-
duci. Sed illis omiſsis cum non faciant ad caſum
noſtrum, ideo uidendum tantum eſt, an in hoc ſe
cundo teſtamento condito de anno. 1472. nam
primum fuit de anno. 1467. fuit obſeruatum
id, quod uidetur ipſe teſtator uoluiſſe obſeruari,
ad hoc ut ualeret ipſum ſecundum, & ſic tolleret
primum, cum ſolum fuerit uſus verbis reuoca-
torijs, de quibus ſupra in dubio formato. Et quia
in hâc materia (ut dixi) Doctores uidentur nō me
diocriter uariare, quæ tamē uariatio ut plurimum
cauſari videtur ſecundum uarias circunſtantias fa
ctorum, hinc eſt quòd dicunt ex uarijs circun-
ſtantijs poſſe inclinari modò in unam modò in al
teram partem. Ideò in hac præſenti contingen-
tia attentis circunſtantijs, quæ colliguntur tam
ex ſcripturis quàm ex qualitate perſonarum, & ex
natura relictorum in primo teſtamento, & quàm
etiam ex alijs, quæ ſecuta ſunt, & quæ in facto
præſupponuntur, inclino in hanc partem quòd
primum teſtamentum non poſsit intelligi reuo-
catum.

Et mouet me primo authoritas Doctorum te
4 nentium † quòd ad hoc ut primum teſtamentum
quo adeſt clauſula derogatoria, ut ſupra, tollatur
per ſecundum, requiri ut ſpecialiter exprimatur
qualitas illius primæ uoluntatis in ſecunda, & hoc
primò uoluit gloſ. in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis.
uerſ. interdum. de lega. 1. & gloſ. etiam in l. ſi quis
in principio teſtamenti in prin. ff. de lega. 3. & ita
uidetur eſſe de mente Iuriſconſulti, ibi. Sed hoc
ita locum habebit ſi ſpecialiter dixerit prioris uo-
luntatis ſibi pœnituiſſe. Ecce quomodo Iuriſ-
conſultus requirit quòd ſpecialiter pœniteat, &
non contentus ipſe Iuriſconſultus dixiſſe quòd
requiratur quòd ſpecialiter pœniteat, ſubiungit
declarando quomodo ipſe intelligat iſtam ſpecia
lem pœnitentiam, ſcilicet quòd dixerit ſe uelle, vt
legatarius plurá legata accipiat. Vnde inducendo
5 tex. iſtum ad propoſitum noſtrum, dico quòd
ſicut Iuriſconſultus vult quòd ad hoc ut teſtator
uideatur ſpecialiter pœnituiſſe illorum uerborū,
cui bis legauero ſemel deberi uolo, requiri ut di-
cat ſe uelle ut legatarius plura legata accipiat, quia
per talia uerba ſpecialiter apparet ſe pœnituiſſe il
lius uoluntatis quòd legatarius cui bis legaſſet ſe-
mel tantum acciperet. Et ſic uidetur uelle quòd
ad hoc ut dicatur teſtator ſpecialiter pœnituiſſet,
quòd exprimat præciſè uerba contraria uerbis il-
lis contrarijs: & hoc eſt etiam quod dicit Barto.
in d. l. ſi quis in princip. colum. 3. dum dicit quòd
ſi bene pōderetur tex. ille, uidetur requirere duo:
primo ꝙ ſpecialiter pœniteat prioris uoluntatis,
ſecundo quòd contrarium aſſerat eius, quod pri-
mo dixerat. Et hoc eſt quod etiam clarius dicit
Saly. in l. ſancimus. colum. 4. C. de teſta. dum dicit
ſe ponderare duo in tex. in d. l. ſi quis in princip.
Ex quibus infert ſibi uideri quòd ſit data forma, à
qua recedere non liceat, ut ibi latius per eum, dū
ponderat ꝙ tex. in d. l. ſi quis in principio uide-
tur uelle duo copulatiuè debere interuenire ad
hoc ut ſecundum teſtamentum tollat primum ha
bens clauſulam derogatoriam. Ita ergo ut di-
catur quo ad propoſitum noſtrum ſpecialiter pœ
nituiſſe prioris ſuæ uoluntatis, in qua adſunt uer-
ba derogatoria qualitatis ut ſupra, quòd expreſsè
dicat primò, prioris teſtamenti, & uoluntatis pœ-
nitere, & hoc ſecundum uelle ualere. Secundò
quòd inſerat uerba in ipſo ſecundo, quæ in primo
dixit uelle inſeri ad hoc ut ipſum ſecundum ualo-
ret. Ita enim fuiſſe uidetur intentionis ipſius Iu
riſconſulti, licet aliquis Doctores non uideantur
requirere tam ſpecialem ſiue indiuiduam expreſ-
ſionem ut infra dicam. Et iſtam inductionem co-
6 adiuuat etiam † tex. in authen. de teſtamen. imper
fe. colla. 8. in §. & ſi quidem. dum uidetur uelle
Imperator ad hoc ut prima uoluntas reuocetur,
quòd in ſecunda declaret teſtator perfectam eius
ſententiam, ꝙ expreſsit hoc ſignificantem. Si
ergo hoc vult fieri in ſecunda, quando prima non
eſt derogatoria ſecundæ, fornaus hoc debet re-
quiri in caſu, quando prima eſt derogatoria, ut
in terminis noſtris, cum requiritur hoc ſpeciali-
7 ter fieri, & illud † intelligatur eſſe ſpeciale quod eſt
à generalitate abſtractum. l. ſeruis urbanis. §. fin.
de leg. 3. & l. legata. de ſupel. lega. & l. ſed ſi quis,
§. quæſitum. ff. ſi quis cautioni. cum ſimil. Et licet
Bartol. dicat in d. l. ſi quis in principio. ꝙ uerba
Dyn. in regula, quod fomcl. de regul. iur. in 6. ui-
deantur ſonare quòd ſufficiat fieri mentionem de
primo teſtamento tantum, & ſic ꝙ non requiri-
tur illa ſpecialis mentio de qua ſuprà: tamen ui-
detur mihi ꝙ intentio Dyn. fuerit quòd ſpecialis
fieret reuocatio, dum dicit quòd requiritur reuo
catio ſpecialis teſtamenti primi derogatorij ſe-
quentis, pondera uerba d. l. ſi quis in principio te
ſtamenti. ibi, ſpeciliter dixerit: Vnde intelligen-
do dictum ipſius ſecundum legem allegatam, &
8 ponderatā, † iuxta notata per Bar. in l. non ſolum.
§. ſi liberis. de liber. lega. debet intelligi quòd uo-
luerit fieri ſpecialem reuocationem primi teſta-
menti derogatorij ſequentis, iuxta dicta ſuprà in
docendo verba Iuriſconſulti in d. l. ſi quis in prin
cipio. Quod etiam clarius uidetur uoluiſſe idem
Dyn. in ſuo conſi. 7. incipien. quæſtio talis eſt. Ti-
tius habens &c. circa fin. dum facit mentionem
de d. §. ſi quidem. in authen. de teſtam. imperfe.
Et referrendo etiam ipſum ad id quod paruum an

te

te dixit, ponderandò illud uerbum ſpecialiter, ſcilicet quòd ſi lex requirit quòd ſpecialiter ſe pœnitere dicat, uidetur requirere quod deſcendat ad ſpecialitatem verborum, & à generalitate recedat, ſed in terminis noſtris per uerba illa reuocatoria non poteſt dici teſtatorem à generalitate receſsiſſe, & ad ſpecialitatem deſcendiſſe, cum verba illa ſint etiam minoris importantiæ quàm uerba de quib. in d. §. & ſi quidem. in quo tamen Legislator uult ꝙ perfecta declaretur ſententia, & hoc expreſsim ſignificat. Sed per uerba noſtræ clauſulæ reuocatoriæ licet poſſet dici, quòd perfectam ſententiam declaret, & expreſsim ſignificant ſe recedere à priori uoluntate, quando prior uoluntas nõ habeat clauſulam derogatoriam ad ſequentem: ſecus tamen quando haberet: quia ſi de ea non fiat mentio ſpecialis non poſſet dici declaraſſe teſtatorem perfectam ſententiam, & expreſsim ſignificaſſe, & ꝙ iſta fuerit mens Dyn. expreſsè dicit Saly. in d. l. Sancimus. Qui fortius uelle uidetur ꝙ neceſſe ſit ꝙ talis clauſula reuocatoria contrarietur clauſulæ derogatoriæ. Item hãc fuiſſe mentem Dyn. ac etiam aliorum quamplurium refert conſulendo Alexan. in loco infra allegando. Et Pau. de Caſt. ultra allegata per Alex. dicit hanc fuiſſe opinio. Dy. licet dura ſit in conſilio infra allegando. Idem dicit Angel. in conſil. cccxiij. inci. in Dei, etc. uiſo dicto teſtamento &c. & Card. in conſi. iij. incip. ſuper facto teſtamenti. in primo dubio. ſubiungens iſtam opinionem eſſe ueram: & maximè probari ex eo, quia aliàs parum operabuntur aut nihil dictæ clauſulæ derogatoriæ poſitæ in primo teſtamento, cum in multis locis de per ſe tabelliones ſoleant apponere illa uerba, reuocans omnem aliam ultimam diſpoſitionem ſub quacunque uerborum forma, etiam ſi haberet clauſulas derogatorias. Addit tamen ꝙ præſuppoſito ꝙ iſta opinio non eſſet ita vera, ꝙ tamen uera eſt opinio, de qua infra proximè: ideo eius auctoritas ad ipſam confirmandam per allegata habeatur. Vnde cum clarum ſit tam exquiſitam & indiuiduam, ſeu ſpecialem intelligendo ut ſupra reuocationem non interueniſſe in caſu iſto, non poteſt dici primum teſtamentum reuocatum.

Secundo me mouet, eſto ꝙ non requireretur in reuocatione teſtamenti continentis clauſulam derogatoriam qualitatis ut in caſu noſtro tam exquiſita indiuidua, & ſubſtantialis reuocatio, ut ſupra, opinio Doctorum tenentium quod omnino requiritur quædam ſpecialis reuocatio & mentio dictæ clauſulæ derogatoriæ. Quæ reuocatio ita ſpecialis non interuenit in terminis noſtris. Nam
9 ipſi uolunt † ꝙ non ſufficiat fieri mentionem de primo teſtamento, ſed etiam requiritur quod ſpecialis fiat mentio de clauſula & uerbis derogatorijs appoſitis in primo, & ſic quod dicat ſe caſſare & irritare primum teſtamentum, & uerba derogatoria ibi poſita, uel ſi diceret, uolo ſecundum teſtamentum ualere, non obſtantibus uerbis derogatorijs in eo appoſitis, & quod non ſufficiat dicere in genere, caſſans & irritans omne & quodcunque teſtamentum, aut quamcunque ultimam diſpoſitionem & uolnutatem per me conditam, uel dicere uolo hoc teſtamentum valere non obſtante quocunque alio teſtamento à me condito &c. hæc enim eſt intentio Cy. in d. l. ſancimus. & in quadam ſua diſputatione incip. quæſtio talis eſt, proceſsit diſpoſitio ſequentibus derogatoria. & Arch. xiij. q. j. c. ultima uoluntas. circa fin. & Specul. in titul. de inſtrumento. editio. §. compendioſe. in uer. quid ſi teſtator. cum ſeq. hoc quoque clarè uult Barto. in l. omnes populi. in ij. q. principali. uerſ. Circa ſecundum, quando præcedens ſtatutum eſt derogatorium &c. & loquitur tam in ſtatuto habente clauſulam derogatoriam ad ſequentia, quàm in teſtamento continente talem clauſulam. allegat Dyn. & Cyn. hoc tenentes Idem clarè tenet Ray. & Bartol. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. & allegatur idem tenuiſſe in quodam conſilio ſuo incip. quidam fecit teſtamentum, cuius numerus uariatur, & non reperitur Et idem eſt de mente Federic. de Senis conſi. xlvij. in cap. habita ſuper caſu prædicto &c. ubi dicit per generalem clauſulam non tolli primum teſtamentum, & hoc ipſe intelligere uidetur quando per talem generalem clauſulam non conſtat de intentione teſtantis. Secus ſi dicetur ſic. caſſans, & rumpens omnem aliam ultimam volũtatem iſtius ultimæ derogatoriam, non obſtantibus quibuſcunque uerbis derogatorijs in ea appoſitis, & ſi de ipſis derogatorijs de uerbo ad uerbum ipſius teſtamenti primi toto tenore in ſecundo ſit facienda mentio ſpecialis. & ſic ſentit clauſulam iſtã debere eſſe magis prægnantem, quàm ſentiant alij Doctor. ſupra allegati. Hanc eandem partem tenent quamplures, quos allegat Alexan. idem ſequens in conſi. ſuo cccexcj. aliàs vij. quartæ par. princi. Franciſcus de anno. aliàs. in Chriſti &c. uideretur prima fronte. quod eſt replicatum in ea parte conſi. xliij. ubi plenè attingit hunc articulum, ſubiungens hanc eſſe cõẽm opinionem, quod reuocatio teſtamenti habentis clauſulã derogatoriam ut ſupra ſaltem fieri poſsit per uerba de quibus ſupra: quia tunc ſatis ſpecialiter cenſetur facta mentio dictæ clauſulę, licet qualitas ipſius non ſit per uerba ſpecifica expreſſa. Quæ opinio fundata eſt per ea quæ dicit Bartol. & ſequuntur alij in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. & in alijs locis de quibus ſupra. dum uult ꝙ aliquid poteſt exprimi tribus modis, quandoque generaliter, quandoque ſingulariter, uel ſpecialiter, quandoque particulariter ſiue indiuiſibiliter. ſicut eſt dare genus, ſpecies, & indiuiduum, unde dicit quòd cum ultima uoluntas ſeu teſtamentũ ſit teſtatio mẽtis, eſt nomen generis: ideo infert ꝙ dicendo, caſſans & irritans omne aliud teſtamẽtum conditum &c. non ſufficeret cum teſtamentorum quædam haberent uerba derogatoria, & quædam non. & iſta conſtituunt ſpecies diuerſas, &

ſes, & per conſequens non ſufficit dicere non ob
ſtante alio teſtamento : quia uteretur nomine
generis tantum, ſed debet uti nomine ſpeciei, per
ſupradicta, & infra dicenda, ergo &cæ. Et licet
10 † ſubiungat niſi quãdo unum tãtum præceſsiſſet
hoc communiter eſt reprobatum: ideò ſuper hoc
non inſiſto, cum in iuribus ſupra allegatis, & in-
fra allegandis non poſsit hoc apertè comprehen-
di. Sed ſi poſteà per teſtatorem ſubijciatur, etiã
ſi eſſent uerba derogatoria in eo, tunc uidetur ex
primi ſpecialiter per ea, quæ ibi latius deducun-
tur, quod non puto neceſſarium replicare. hoc ta
men non omiſſo: quia ipſe expreſſè ſentit & dicit
quòd non intelligeretur ſpecialiter iuxta modũ
proximè ditum, etiam ſi diceret ſe caſſare & irri-
tare teſtamentum factum manu cuiuſdam nota-
rij, talis, uel alterius cuiuſcunque. Ecce ergo quo
modo expreſſè & in terminis decidit caſum no-
ſtrum: quòd non intelligatur primum noſtrum
teſtamentum reuocatum, licet in ſecundo fiat
mentio de notario qui fecit illum primum te-
ſtamentum: quia per hoc dicitur ſpecialiter re-
uocatum primum habens clauſulam derogato-
riam. Et ad hoc facit ratio: quia per proteſta-
tionem factam per teſtatorem in primo teſtamen
to per uerba dictæ clauſulæ derogatoriæ, ipſe
teſtator declarat animum & uoluntatem ſuam
deeſſe in ſecundo teſtamento, in quo nõ adeſſent
uerba de quibus in dicta clauſula, uel in quo ſpe-
cialiter non derogaret uerbis dicti primi teſtamẽ
ti, per not. in l. & ſi quis. §. & plerique. ff. de reli. &
ſumpt. fune. & in l. q in aliena. §. fi. de acq. hære. &
latè in c. cũ M. Ferrarienſis. de conſti. Vñ cũ ſpe-
cialiter nõ fecerit mẽtionẽ dictæ clauſulæ, iuxta
ſaltem opinionem de qua ſupra, non poteſt dici
in hoc ſecundo adſuiſſe animum & uoluntatem
teſtandi, ſtante proteſtatione de qua in primo
teſtamento. Et confirmatur hoc eleganti ra-
tione, quam referunt nouiſsimi fuiſſe Aretin. in
dicta l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. quia dicunt
11 † teſtamentum poſſe dupliciter conſiderari.
Primo reſpectu formæ & contextualitatis, quo
reſpectu dicitur unum. l. ſi is qui. ff. teſtament.
& l. cum antiquitas. C. eodem. Secundò reſpectu
plurium contentorum in teſtamento, & tunc
quot fuerunt diſpoſita in eo, tot poſſunt dici te-
12 ſtamenta. cum † teſtamentum dicatur eſſe te-
ſtatio mentis, ut inſtitu. de teſtamen. in princip.
& probatur hoc ex nota. per Bartol. ſingulariter
in l. ſcire debemus. ff. de uerbo. obligatio. ma-
ximè dum tractat intellectum l. ſi is qui duos. ff.
13 de contrahen. emptio. Ex his † modo infertur
quòd teſtamentum tanquam genus prædicatur
de diſpoſitionibus contentis in eo: ſcilicet inſti-
tutione hæredis, legatis, clauſula derogatoria, &
alijs contentis, tanquam de ſuis ſpeciebus, & quæ
libet diſpoſitio, puta legatum prædicatur de ſuis
indiuiduis. ex quo datur manifeſtè intelligi, ꝙ
clauſula non obſtante quocunq; teſtõ, ẽt ſi adda-
tur manu talis tabellionis, dicitͬ eſſe generalis, ſeu
facere generalem mentionem de clauſula deroga
toria, de qua in eo. quod non ſufficit per textum
dict. l. ſi quis, in principio. cum alijs ſupra con-
ſideratis.

Præterea quòd non ſufficiat eſſe factam men-
tionem notarij, ad hoc ut dicatur factam eſſe ſpe
cialem mentionem, ut requiritur iuxta unamquã
que opinionem, de qua ſupra, comprobo hoc per
tex. cum ibi not. qui hanc contingentiam decide-
re uidetur in l. 1. §. inter filiũ. & in l. Diuus. §. pla-
14 nè. ff. ad leg. Corneli. de falſ. † dum ibi colligi-
tur quòd ſi teſtator approbauit omnia conten-
ta in teſtamento manu talis confecto, reſpectu di
ſpoſitionis contentę in teſtamento dicitur appro
batio generalis & non ſpetialis, ad euitandũ uel
non euitandum pœnam, de quo in dicto titulo &
in tex. vnde qua ratione dicitur generalis appro-
batio, pari ratione dici debet generalis derogatio,
15 & reprobatio, ꝙ † contrariorum eadem ſit regu
la & cognitio: ut l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff.
de uerbo. obligatio. cum ſimilibus. Nec poteſt di
ci quòd ibi ſit aliqua ſpecialitas propter timorẽ
falſitatis, tum quia ut reſpõdent Moder. in d. §. in
legatis. ſatis eſt in propoſito quòd dicatur gene-
ralis derogatio: tum quia Bar. in d. l. Diuus. §. Item
ſenatus. illum tex. ad alias diſpoſitiones extendit
& in materia ſubſtitutionum illum text. allegat
16 Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. Inducitur † quẽ
d. §. inter filium. alio modo ad propoſitum noſtrũ
ex mente Bar. ibi. dum vult quòd ad illum tex. nõ
diceretur ſufficienter perſona ſimpliciter quę no
minata, ſi teſtator generaliter dixiſſet, quæ in te-
ſtamento dictaui approbo & confirmo, cum illa
ſit generalis ſubſcriptio, & ſic non uideretur ſpe-
cialiter approbatũ quòd illa perſona ſibi adſcri-
pſiſſet. Vnde cum non dicatur ſpecialis mẽtio li
cet exprimat, & approbet illudmet teſtamentũ.
ita etiam in caſu noſtro non poteſt dici quòd ſit
facta ſpecialis mentio illius clauſulæ derogatoriæ
iuxta utranque etiam opinionem, de qua ſupra, p
nominationem notarij, qui fecit teſtamentũ, niſi
ſpecificè nominetur ipſa clauſula derogatoria, &
17 illi in ſpecie derogetur, iuxta dicta ſupra. † Plus vi
detur dici poſſe quod non ſufficeret pro reuoca-
tione licet dictum eſſet, rumpens & caſſans omne
aliud teſtamentum manu cuiuſdam notarij con-
ditum ſub cuiuſcunque uerbis, & ſub quacunque
forma uerborum conceptum. ſeu ſi dicat non ob
ſtante quocunque teſtamento manu cuiuſdã no-
tarij, ſub cuiuſcunque uerbis, & ſub quacunque
uerborum forma concepto, niſi addatur, etiam ſi
in eo adeſſet clauſula derogatoria, uel uerba de-
rogatoria, uel ſub quibuſcunque uerbis deroga-
torijs concepta. Ita fuit de mente Franci. de Al-
bergot. poſt Barto. in d. l. ſi qs in principio teſta-
mẽti. Imò dicit Paul. de Caſt. elegãter in cõſ. 303.
incip. quædã domina &c. ſeu in Chriſti &c. in ca-
ſu præſenti. hoc etiã eſſe de mẽte Bar in d. l. ſi qs
in prĩcipio teſtamẽti. col. 3. uer. quæro qd ſi te-
ſtator dixerit &c. ubi expreſsè ſẽtit ꝙ fiat mẽtio

de uerbis derogatoriis, ergo nõ ſufficiunt uerba
illa ſub quacunque forma,niſi addantur etiã pri-
ma uerba,ſcilicet,etiam ſi eſſent uerba derogato
ria.& reddit Pau.rationem:quia forma & conce-
ptio teſtamenti põt eſſe diuerſimoda abſq; tamẽ
uerbis derogatoriis, ut põt cuilibet parere,ergo
per dicta uerba non poteſt conferri facta mentio
ne de uerbis derogatoriis. Plus etiam ſubiungit
17 ipſe Pau. † quod cum uerborum derogatoriorũ
quædam ſint explicita,quædam implicita: ut illa
quæ includuntur in iuramẽto,quod etiam de hac
...... derogatoriorum fienda eſt mentio dicẽ
do,non obſtante alio teſtamento &c. etiam ſi ibi
contineatur iuramentum &c. & hoc probat ex
pluribus, ut ibi latè per eum, qui uideri poteſt,
quem etiam referunt & ſequuntur Moder. in d.
l.ſancimus.& in d.l.ſi quis mihi & tibi.§. in lega-
tis.quo ad illud ꝙ ſit fienda mentio de uerbis de
rogatoriis,ſi ergo non ſufficit tam lata & ampla
derogatio, ex eo:quia in ipſa nõ eſt facta mentio
ſpecialis de uerbis derogatoriis; qũo poſſumus
dicere in caſu noſtro ſufficere,ex eo quòd ſit fa-
cta mentio notarii,cum ipſe notarius potuiſſet fa
cere teſtamentum cum clauſula derogatoria &ſi
ne,iuxta dicta ſupra.Coadiuuatur etiam iſta pars
in terminis noſtris:quia non poteſt allegari obli-
uio.cum inter primum & ſecundum teſtamen-
18 tum non eſſet lapſum decennium, quod † tem-
pus ſecundum Bald.in d.l.ſancimus uidetur eſſe
ſufficiens ad inducendam obliuionem quoad ter
minos caſus noſtri.Cuius dictũ aliqui ſequũtur,
& aliqui ẽt illi contrariantur.ſed quidquid ſit,ſa-
tis eſt quòd in caſu noſtro non elapſum ſit tan-
tum temp us,ſed ſolum quatuor anni, quod tem
pus ſecundum Pau.in prꝶalle.conſi. cccxiii. non
dicitur tempus aptũ ad inducendum obliuionẽ,
& ſic ceſſat in caſu noſtro iſta oppoſitio de obli-
uione:quæ ſolet in materia iſta conſiderari. Imo
plus dico ꝙ in caſu noſtro ex mentione notarii
apparet ꝙ non aderat obliuio:quia ſicut retinuit
memoriæ nomen notarij,ita etiam ueriſimile eſt
ꝙ retinebat memoriæ ꝙ in teſtamento condito
per illum notarium aderat clauſula derogatoria
ad ſequens teſtamentum. Vnde cum de ipſa non
fecerit mentionem noluiſſe uidetur reuocare pri
mum teſtamentum.cum tamen illi facile fuiſſet:
arg.not.in l.j.§.ſi autem ad deficientis.C.de ca-
duc.tollendis. Et hæc uoluntas debet præſumi
cauſata, quia intentionis ſuæ non erat reuocare
primum teſtamentum,licet uel tedio affectus,uel
ut uideretur aliqua ex parte,complacere inſtigan-
tibus, ſeu anhelantibus ad ſecundum teſtamen-
tum,illud condiderit. Et ad hoc facit ratio con-
ſiderata per doctor. qua talis clauſula deroga
toria apponatur in teſtamentis,quia ut dicunt eſt
illa:quia ipſi teſtatores ſuſpicantur decipi à con-
iunctis aut conſanguineis, ſeu ab aliis aſtantibus,
eueniente caſu mortis,ne faciant conficere aliud
teſtamentum contra ſuam intentionem, & ideò
apponunt tales clauſulas ad alias ſuas diſpoſitio
nes,ad hoc ut ſi in ſequenti teſtamento non ap-
ponatur ſpecialis reuocatio,non intelligantur re-
ceſſiſſe à primo. Ita hæc ratio colligitur ex men
te Barto.in extrauagan.ad reprimen. in uer. non
obſtantibus.& Bald.in l.humanum. colum. fin.
C.de legib. Et ideo dicunt Doctor.quòd quan-
19 do † præcedit teſtamentum cum clauſula dero-
gatoria,ſequentia teſtamenta non carent ſuſpi-
cione, quæ ſuſpicio magis & magis augmen-
tatur in terminis noſtris,per ea, quæ infra conſi-
derabo. Et prædictam rationem, quòd ea de cau-
ſa ſit inducta prędicta clauſula derogatoria,ſentit
Ang.in conſi.cccxiii.ſupra allegato, qui etiam cõ
cludit ꝙ ad reuocationem teſtamenti continen-
tis talem clauſulam derogatoriam eſt opus ſpecia
li reuocatione dictæ clauſulæ.

Vltèrius ad illud de mentione notarij qui fe-
cit teſtamentum, ꝙ non ſufficiat niſi exprimatur
ipſa clauſula derogatoria, accõmodatur pulchra
& fortis deciſ.Fulg.conſ.xxxix.inci.ad primũ ui-
20 detur. ubi primo concludit, † ꝙ ſi primũ teſtm̃
ſit conditũ cum clauſula derogatoria. Itẽ cũ iura
mento,ꝙ licet ſecundum teſtamentũ fiat cũ ſpe-
ciali derogatione,& mẽtione dictæ clauſulæ,imò
cũ conſenſu illius in cuius fauorem erat factũ pri
mũ teſtamentũ.Itẽ & fortius dato ꝙ tempore ſe
cundi teſtamenti prius teſtamentum ibi pręſens
foret,diceretq; ſecundus tabellio per ſe uiſum &
lectum,tñ hæc non ſufficerent ad reuocandũ pri
mum teſtm̃.Sed eſſet opus ẽt ut fieret mentio de
iuramẽto.Si ergo tot & tanta,& maximè præſen
tam primi teſtamenti cum lectura ipſius notarij
non uult ipſe Fulg.ſufficere,quanto fortius dice-
re debemus non debere ſufficere ſimplicem mẽ-
tionem notarij,qui in caſu noſtro condidit teſtm̃.
Cũ ſpecialis mentio dictæ clauſulæ derogatoriæ
nõ fuerit facta,prout requiritur, per ſupra dicta,
prout ipſe Fulg.& alij ſentiunt de iuramento pręꝶ
cipuè.tum quia tale iuramentum in teſtõ parũ ui-
detur operari,iuxta tacta per Doc.in locis ad ma
teriam,tum,quia dato ꝙ operaretur ipſum iura-
mentum dicitur derogatio implicita,& non expli
cita:ſicut clauſula ipſa derogatoria, ut ſupra dictũ
eſt:ergo plus debet officere omiſsio derogatio-
nis explicitæ quàm implicitæ, iuxta conſulta per
Pau.de Caſt.d.conſi.cccxliij.

Secundò ſubiungit ipſe Fulgo.in d. ſuo conſi.
in fi.pulchra uerba ad propoſitum,ꝙ cum in di-
cto ſecũdo teſtamento de quo ipſe loquitur, om
nia eſſent expreſſa,de quibus in primo teſtamen-
to, præter iuramẽtum, exiſtimandum eſſe diuinã
prouidentiam,cui omne ſecretum, & cor patens
eſt,& nihil protinus latet,oculos excęcaſſe,& om
nium ibi pręſentium iudicium abumbraſſe ne ui-
derent uel aduerterent, quod in priori teſtamen
to adeſſet iuramentum,& ne in poſteriori ipſius
iuramenti ulla ſpecialiter mentio poneretur, ut
quod malè agebatur iuſtè deficeret, & qđ primo
iuſtius,& cõuenientius factũ fuerat permaneret.
Sic ergo & in caſu noſtro ipſa prouidẽtia diuina

protectrix

protectrix ſuæ eccleſiæ, & religioſorum ſuorum,
ac uolens pia relicta ſecundum diſpoſitionem bo
norũ defunctorum debere erogari mentes exce-
cauit & oculos inſtigantiũ fieri ſecundum teſtm̃,
ut licet recordarentur de notario qui fecit primũ
teſtamentum, tamen non recordarentur de clau-
ſula derogatoria in eo inſerta.

Vlterius pro hac parte poſſent adduci multa
de quibus per Alex. in d. conſil. 491. & in conſil.
391. aliàs 25. tertiæ part. incip. dicendum &c.
viſo teſtamento. col. 2. & etiam in conſil. 134. pri-
mæ part. incip. in Chriſti &c. præuiſo thema-
te. per tot. in quo conſilio licet uideatur contra-
riari in aliquibus his quæ dixit in præcedentibus
conſilijs, tamen quo ad propoſitum noſtrum in
nihilo contrariatur, quin uelit ad reuocandum
primum teſtamentum habens clauſulam deroga-
toriam ad ſequentia opus eſſe, quod in ſecũdo te
ſtamento fiat mentio dictæ clauſulæ derogato-
riæ eo modo quo dictum eſt ſupra per me. & qa
hoc interuenerat in caſu ſuo, ſcilicet in dicto con-
ſil. 134. ideò conſuluit reuocationem intelligi fa-
ctam. Vnde cum non interuenerit in caſu no-
ſtro nõ debet intelligi reuocatum, prout cõſuluit
Alexandr. in dicto conſil. 491. & 390. ex eo: quia
ſufficiens mentio dictæ clauſulæ derogatoriæ in
reuocatione non erat facta. Et quia ex dictis
conſilijs colligitur reſponſio quaſi ad omnia, quæ
in contrarium adduci ſolent, ideò pro reſponſio-
ne ipſorum contrariorum remitto me ad dicta
conſilia quæ uideri poſſunt, maximè pro reſpon-
ſione. §. licet. in l. diuus. ff. de iure codic.

Item eſt pro reſponſione illius opinio Bartol.
dum uidetur uelle ſupra dicta nõ procedere, quã
do unũ tãtũ teſtamentũ præceſsiſſet: quia dicta
ſua opinio, ut dixi etiam ſupra, eſt communiter
reprobata & damnata: ut per Alexand. in dictis
conſilijs 390. & 391. & per Modern. in dicta l.
ſancimus. & in d. §. in legatis. licet Alexand. addu
cat ipſam pro ſe in d. conſil. 134. & ob hoc dicunt
ſe non mediocriter mirari Moderni in dicta l. ſan
cimus. ſubiungendo talem opinionem eſſe fal-
ſam, & communiter damnatam: quia nunquàm
poteſt dici, quòd præcedat niſi unicum teſtamen-
tum, cum alia ſemper ipſo iure per ſubſequens, re-
uocentur. Et quod fortius eſt dicunt hanc ſuã
opinionem eſſe contra tex. apertum dictæ l. ſi quis
in principio teſtamenti. & ibi latius proſequun-
tur, ideò uideantur in caſu quo pars aduerſa in ta
li opinione reprobata faceret fundamentum. Et
per prædicta, licet Alexand. de hoc non faciat mõ-
tionem tollitur fundamentum quod ſolet fieri ꝓ
altera parte in dicto, & opinione Bal. in d. l. huma-
num. C. de legi. colum. fina. dum uidetur uelle,
21 † quòd ſufficiat dicere, non obſtante quocunque
teſtamento, etiam ſi non dicat, non obſtante ta-
li teſtamento manu talis notarij, ea ratione: quia
ſi illorum uerborum, de quibus in clauſula dero-
gatoria, non recordaretur, non poſſet teſtamen-
tũ mutare. Et ſic inferre videtur ꝙ per indirectũ
tolleretur facultas teſtãdi. quæ opi. fuit etiam Iaco.
de Belui. in ſua diſputatione quam ponit in auct.
de teſt a. imper. Nã per ſupradicta apparet hanc
ſuam opinionem non eſſe veram, & præciſè con-
tra dctum & opinionem Bartol. in l. ſi quis in prin
cipio teſtamenti. ſupra relatam. Item, & quia cõ-
muniter tenetur quòd non ſufficit tantùm gene-
ralis reuocatio: ſed opus eſt quòd fiat men tio de
ipſa clauſula derogatoria per unum ſaltem ex mo
dis: de quibus ſupra: ut patet per auctoritates &
rationes de quibus ſupra. Et facit in ſpecie ratio
ad propoſitum noſtrum: quia hæc obliuio nõ po
teſt allegari in caſu noſtro, cum ſaltem non præ-
ſumatur niſi uſque ad decennium, ut dictum eſt
ſupra. Item facit alia ratio: quia dato quòd nõ
recordaretur de illis uerbis præciſe, ſatis eſt ſi
vult ualere ſuum ſecundum teſtamentum, quod
deroget cuicunque teſtamento, cum quacunque
clauſula derogatoria: quia tunc tolleretur pri-
mũ non obſtante quacunque obliuo ne ſecundũ
opinionem magis communem ſuper ſecundo re-
latam. & ita contra Bal. tenent communiter Mod.
in locis ſupra allegatis.

Vltimò, licet præallegata ſufficere poſſint pro-
tuenda hac parte, tamen & in ſpecie caſus noſtri
non mediocriter me mouent aliqua, quæ ex ſcri-
pturis exhibitis comprehenduntur, & in facto ẽt
præſupponuntur. cum etiam ut ſupra dixi, circũ-
ſtantiæ occurrentes in contingentia facti multum
operentur in hac materia. Et primò cõſidero qua
litatem relictorum, & perſonarum quibus relin-
quebatur in primo teſtamẽto: quia ut plurimum
ſunt relicta pia facta eccleſijs & ſeruitoribus ip-
ſius teſtatoris, & ſic uidentur facta pro anima ſua
& ſeruitijs illi factis, & ſic pro remiſsione ſuorum
peccatorum, & ideò non ita de facili debent præ-
ſumi reuocata, & maximè illud de poſſeſ. de qua
cõtenditur, cum pro tali legato teſtator iniunxiſ-
ſet ipſi monaſterio ꝙ ſingulo die in perpetuum
deberet unam miſſam celebrare pro anima ipſius
22 teſtatoris, & ſuorum mortuorum, quæ † pia lega-
ta multas habent prærogatiuas, ut per Doct. in l.
1. C. de ſacroſan. eccl. & per Romanũ late in re
peti. auct. ſi mulier. C. ad leg. Falci.

Secundò conſidero affectionẽ, quã colligitur
habuiſſe dictum teſtatorem ad illud monaſteriũ
per quatuor legata illi facta, cũ quia ut plurimum
23 ibi conuerſabatur, affectio † enim teſtatoris in hu
iuſmodi multũ operatur, per no. in l. ſi fuerit. ver.
ſed ſi legatum. ff. de reb. dub. & in l. ſi quis. §. inter
duos. iũcta apoſtilla Iacob. de Are. uerſ. ſuper arti
culo amici. de leg. j. Et facit ad propoſitum: quia
24 ſicut dicitur per aliquos, † ꝙ perſona inſtituta
ualde dilecta à teſtatore operatur uim derogatio-
nis clauſulæ derogatoriæ præcedentis teſtamen-
ti, prout eleganter conſulendo dicit Roman. in
conſi. clxxix. incip. uidetur prima fronte. col. fi. in
prin. per iura per eum ibi allegata, quæ breuitatis
cauſa non replicò, cum & ipſum referant, Moder.
in d. l. ſancimus, & in d. §. in legatis. Multo ma-

gis debet operari ꝙ ita de facili clauſulæ ipſi de-
rogatoriæ præcedentis teſtamenti in quo eſt be-
neficiata perſona dilecta, non intelligatur deroga
tum, ita ſimpliciter cõcurrente uirtute ipſius clau
ſulæ derogatoriæ, iuxta dicta ſupra, & affectione
perſonæ ipſius dilectæ & beneficiatæ. nam hæc
duo debent magis operari. Itẽ & cũ cõtrariorum
eadem ſit diſciplina, ut etiam ſupra dictum eſt.

Tertiò conſidero, ꝙ licet dictus teſtator fuerit
inductus renocare primum teſtamentum, eo mo-
do quo reuocauit, tamẽ perſeuerauit in opinione
de relinquendo poſſeſsionem de qua agitur præ-
dicto monaſterio, ex qua geminatione relicti cõ-
prehenditur firma & deliberata ac præciſa inten-
tio, mens & uoluntas præfati domini teſtatoris,
ꝙ dicta poſſeſsio perueniat in præfatam mona-
25 ſterium, cum † diſpoſitio pluries geminata plus
operetur, quàm ſimplex demonſtrat, & dẽt in-
telligi præciſam intentionem diſponentis quòd
ſortiatur effectum, iuxta not. in l. cũ ſcimus. C. de
agric. & cenſit. lib. 11. & dicitur fieri motu ꝓprio
& ex ſcientia certa, per Bal. ſingulariter in l. nec
damnoſa. C. de preci. Impe. offer. per tex. in auct.
ut nulli iudi. §. hoc uerò iubemus. iuncta l. j. C. de
peti. bõ. ſublat. lib. 10. & ꝑ Io. And. in c. porrecta.
26 de confir. util, uel inutil. Hinc eſt ꝙ dicitur † ge-
minata interlocutoria non põt reuocari: ut Glo.
no. in Cle. cum à repulſione. de app. & l. 1. & l. qđ
iuſsit. de re iudic. & c. . . . de appel. & ibi
Bal. de hoc ponit. & facit text. in c. ſi compromiſ-
ſarius. de electio. in 6. ex quo cumulatò dici po-
teſt, poſito & non conceſſo ꝙ per ſecundũ teſta-
mentum dici poſsit primum ſublatum, tamen cũ
geminatum ſit, hoc relictum in ſecundo non de-
bet intelligi tam de facili reuocatum per ſimpli-
ces codicillos, præcipuè cum ex hoc ſequeretur
quòd non magis diceretur primum reuocatum
per ſecundum, quàm per ipſos codicillos, cum in
illis nulla ſit reuocatio. Ad hoc etiam facit: quia
ut dixi, talis geminatio demonſtrat & ſignificat
præciſam intentionem ipſius diſponentis: ſed mo
do in hac materia conſideratur quòd teſtator, ſi
27 in ſecundo ſuo teſtamento quid uolebat † illud
eſſe præciſum quòd illa uerba habeant uim clau-
ſulæ derogatoriæ, ſecundum Iacob. de Aret in l.
omnes populi. ff. de iuſti. & iure. quem refert,
& ſequitur Abb. in c. ſecundo. de reſcrip. & idem
tenet Bald. in l. clari. C. de fideicommiſſ. & facit
quod vult Ioan. And. in c. 1. ad fin. de exceſsi. præ
lato. in 6. ut referũt Moder. ad propoſitum mate
riæ noſtræ in d. l. ſancimus. cum hoc relictum de-
beat iudicari præciſum per geminationem ipſius,
& ſic operatur uim clauſulæ derogatoriæ, ita ſim-
pliciter non debet intelligi reuocatum, maximè
coniuncta expreſſa clauſula derogatoria de qua
in primo teſtamento.

Quartò etiam conſidero prout præſupponi-
tur hanc ſuam præciſam intentionem teſtatoris:
pluries ipſe uiuens dicitur dixiſſe & declaraſſe,
ſcilicet quòd uolebat plura legata, & bonam par-
tem bonorum ſuorum relinquere dicto mona-
28 ſterio, nunc † ex hijs quæ teſtator dixit extra te-
ſtamentum probatur eius mens & uoluntas, ut
pulchrè per Bartol. in l. ſecunda. ff. de vulgar. &
pupilla. in 5. quæſtio. principali. uerſiculo quæ-
ro ex quibus præſumatur uoluntas &c. ubi dixit
quòd ex quatuor, ut ibi latè per ipſum, inter cæ-
tera ponit de his quæ dixi extra teſtamentum,
& ipſum ſequitur, & refert Alexand. in conſilio
480. aliàs 95. quartæ partis. & incip. uiſa parte
teſtamenti. colum. 3. in fine. cum princip. ſequent.
Cum ergo hæc ſua firma intentio demonſtretur
ex pluribus, non debet præſumi ita de facili re-
uocata.

Quintò conſidero id quod præſupponitur in
facto, et colligitur etiam aliqualiter ex ipſis ſcri-
pturis, ſcilicet ꝙ cũ cõmiſſarij relicti in codicil
lis prætendebant commodum & intereſſe, tracta-
rentquè de utilitate particulari &c. poſſe conſe-
qui adminiſtrationem bonorum & hereditatis
ipſius teſtatoris, propter debita particularia, &
propter alia quę prſupponuntur in facto, quę
puto ſummè conſideranda à quocunque integer-
rimo iudice, & maximè quòd moram fecerunt
in exequendo uoluntatem defuncti. Item etiam
quòd non fuerit facta erogatio & executio iuxta
intentionem teſtatoris diſponentis: quia ex ijs
ſubſecutis, quando aliud non adeſſet, prout ta-
men plura adſunt, ſatis daretur intelligi, quę
fuerit mens ipſorum commiſſariorum in ſolici-
tando & inducendo ipſum teſtatorem ut recede
ret à priori uoluntate, & quod fortius ag-
grauaret.

Eſt ſextum quod cõſidero, ſi etiam per aliquas
urgentes coniecturas, ut pręſupponitur, probare-
tur ꝙ domini cõmiſſarij induxerint ipſum teſta-
torem ęgrotantem ad conficiendum dictos codi-
cillos, & in hoc probando debent ſufficere conie
29 cturę: quia † in hijs quę occultè & ſecretè aguntur
ſufficere debet ẽt probatio quæ haberi poteſt ꝓ
pter difficultatem probationum, iuxta ea quæ ha-
bentur per Bart. & alios in l. ſi quis ex argentarijs.
§. penultimo. ff. de eden. & l. non omnis. §. à Bar-
baris. ff. de re militari. & in l. ſancimus. C. de
nuptijs.

Septimò & ultimo pro nunc conſidero. Nam
cętera relinquo integerrimo Domini habenti iu-
dicare, cum & ipſe debeat cuncta rimare &c. ꝙ
etiam dato ꝙ diſpoſitio facta in aſſertis codicil-
lis eſſet ualida, tamen non eſt ſecutus effectus ip-
ſius iuxta mentem teſtatoris, nam uidetur ipſum
uoluiſſe quòd maritarentur pauperes domicellę
&c. & tñ commiſſarius ipſe fecit & procurauit
ꝙ talis poſſeſsio quam etiam per prius ſuo arbi-
trio abſq; cõſcientia abutebatur ſibi neſcio quo
modo aſsignaretur pro filiabus ſuis maritandis,
cum tamen ſit nobilis Doctor & diues.

Nec obſtat ſi diceretur quòd tempore talis di-
ſpenſationis erat pauper, quia dato hoc pro uero,
tamen hęc diſpenſatio fuit contra mentẽ diſpo-
nentis,

nentis: qui ſi cognouiſſet ipſum commiſſarium eſſe pauperem,& indigere,ſcuiſſet,ſi voluiſſet talem poſſeſsionem ei relinquere pro dotibus filiabus ſuis maritandis,maximè cum ab ipſo cõmiſſario illam emiſſet,& de ea ſibi ſolueret penſionẽ quãdam,quam etiam procurauit ſibi non augeri
30 &c. Vnde † cum hoc ipſe teſtator ſeu diſponens non ordinauerit,noluiſſe videtur, iuxta tex.in d. l.1.§.ſin autem ad deficientis.C.de caduc. tol. & contra hanc ſuam uoluntatem non debet ita de facili diſpenſari. Cum etiam iuxta prouiſiones Ducales nulla erat ipſi Vicario iuriſdictio cõceſſa,de dicta poſſeſsione:quia commiſſarij non erãt in mora,ex eo venditor non poterat cogi ad retroemendum. Vnde ex prædictis omnibus & alijs quæ poſſunt conſiderari,coniunctis his quæ dixi in terminis proprijs ipſius materiæ, ſentio præfatum monaſterium iuſtitiam fouere.

Et ita conſultum fuit per Do.Ioan. Campezo ordinariè legentem Paduæ, & ſubſcriptum per Do.Antonium Franciſcum de Doctoribus.

CONSILIVM D. IOANNIS CAMpegij Bononienſis, I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Filius teſtatoris grauatus reſtituere hæreditatem poſt mortem, an poſſit detrahere legitimam Trebellianicam ex perſona ſua, & fratrum ſuorum præmortuorum.*

2 *Filius non conficiens inuentarium non perdit legitimam,neq; trebellianicam. & nu.3.*

4 *Sorores filij à teſtatore inſtituti,per ſtatutum à ſucceſsione excluſæ,quibus à patre fuerint relictæ dotes in teſtamento, an augeant legitimam fratris, ita vt attento numero filiorum,connumeratis fœminis legitima eius ſit ſemis, & quomodo veniant detrahendæ illæ dotes.*

CONSILIVM CLVII.

IN Chriſti nomine Amen. In cauſa illorum de Raynaldinis cum eſſem Paduę à me de infraſcriptis dubijs quæſitum
1 fuit. Et primò † Vtrum Ioannes de Raynaldinis filius quõdam D. Guidonis teſtatoris grauatus reſtituere hæreditatem poſt mortem poſsit detrahere legitimam & Trebellianicam ex perſona ſua & fratrũ ſuorum præmortuorum? in quo articulo communis ſententia eſt, ꝙ filij grauati onere fideicommiſsi poſſunt detrahere duas quartas,ex quo veniunt diuerſo tempore detrahendæ,caſus eſt & ibi Glo.in c.Raynutius.de teſta.Gloſſ.& Bar.in l.quanquàm.C.ad leg. Falc. Ange.dicens ita practicari,& Imo.in l.in ratione §.quod vulgo.ff.ad leg.Falc.Pau.de Caſt. in l. filium quem habentem.C.famil.erciſcund.dicens ꝙ hæc opinio vbique ſeruatur.Idem Oldrã.conſi.157.Pet.de Anch.conſi.25. non ſeruato ordine.Alex.in conſ.26.plura allegans. Et quia iſtud de iure eſt clarum, non puto inſiſtendum aliter. Sed dico illud etiam procedere, quando legitima filiorum grauatorum aſcẽderet ad dimidiam hæreditatis propter numerum filiorum, iuxta auth.nouiſsima.C.de inofficio.teſtamen. quia nihilominus poſſunt etiam detrahere Trebellianicam:vt voluit Bartol.in ſuo conſi. 22.inci. homo Acurſuli.col.3.in ver.venio ad ſucceſsionem.iunctis hijs quæ dicit in præcedenti col. in verſ. ijs præmiſsis.

2 Secundò † an per non confectionem inuentarij filius ſit priuatus facultate detrahendi legitimam,vel trebellianicam? De primo,videlicet de legitima, licet articulus ſit dubius: tamen communis opinio videtur eſſe, quòd non perdat legitimam debitam iure naturæ.Ita D.Alex.in conſi. 551.inci.viſis,& ponderatis ijs.in princ. ubi dicit quòd in practica non eſſet recedendum ab iſta opinione, & quòd indubitanter credit quòd ſi quis contrarium iudicaret, poneret ſe in periculo:vt ibi per eum. & hanc opinionem ſequitur Fulg. in conſ.96.incip.pro deciſione.& D. And. plenè in cap.Raynaldus.de teſtamen.in col.364. & 371.dicit hanc eſſe communem.

3 De ſecundo verò articulo,ſcilicet † de Trebellianica,an perdatur per non confectionem inuentarij,eſt maximum dubium,& multi magnæ auctoritatis conſuluerunt pro affirmatiua, tamen negatiua eſt benignior,& mihi plus placet,vt per Alex.in d.conſ.551.vbi plura allegat,& inter cætera Io. de Imol. dicentem ita eſſe communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum. Et hanc partem tenet Iacob.de Beluiſ. in ſua diſputa.quam ponit in auth. de here. & falcid. §. hinc nobis.in 3.tit.Idem tenet Oldra.quem refert Io. And.in additio. Spec. in tracta. de inſtrumento. editio.in fin.in addi. incip. de Trebellianica. aſsignans rationem quòd hæres diuidit hęreditatem inter ſe & fideicommiſſarium vniuerſalẽ. Vnde ſicut hæres non tenetur facere inuentarium cohæredi,ita nec etiam fideicommiſſario uniuerſali. Nam Imperator in dicto. §. ſi uerò non fecerit. voluit prouidere legatarijs & fideicommiſſarijs ſingularibus:vt in dicta l.fina. C.de iure deliber. Eandem opinionem ſequitur Bald. in l. filium quem habentem.C.famil.erciſcun. Old. in conſ. 131.ut refert Roma. in authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam.Idem voluit Bartol. in l. Marcellus.§.quod autem.ff.ad Trebell. & in d.auth. ſed cum teſtator.& in cõſi.incip.D Ioanni.Ang. in d.§.ſi verò expreſsim.& in d.auth.ſed cum teſtator.& ibi reſpõdet ad rationem Iacob.de Are. quia non ſequitur,tenetur fideicommiſſario vniuerſali reddere rationẽ:ergo ſi non reddit priuatur Trebellianica:vt ibi per eum. Et maximè iſta pars eſt amplectanda in caſu noſtro, in quo præſupponitur conſtare nihil fuiſſe ſubtractum, ut

conſtat ex inuentarijs defuncti, & ſic ceſſant potiſsima fundamenta Doctorum tenentium contrariam partem.

4 Tertiò † vtrum ſorores dicti Ioannis excluſæ à ſucceſsione ex forma ſtatuti, quibus tamen à patre fuit relicta dos in teſtamento, augeant legitimam Ioannis fratris, ita vt attento numero filiorum connumeratis fœminis legitima eius ſit ſemis. Et quomodo veniant computandæ, vel detrahendæ illæ dotes: in quo verior communiter videtur ſententia, quantum ad taxandam legitimam filiorum maſculorum fœminę excluſæ nõ computantur in numero: ſed eius dotes tanquam ęs alienum debent deduci: & de reſiduo debet taxari legitima ipſis maſculis, quæ erit triens ipſius reſidui, iuxta opinionem Bal. & Ang. & aliorum plurimorum in l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inofficio. teſtamen. & in authen. nouiſsima. C. eod. tit. Secundum quam opinionem reperio plures conſultare, & maximè Collegium Paduanum in conſ. incip. factum ſuper quo conſilium petitur. & potiſsima ratio eſt: quia legitima eſt tertia pars illius partis quam quis habiturus eſſet ab inteſtato. Sed certè dictus maſculus d. Ioannes ex quo omnes dictæ ſorores ſuæ erant dotatæ & maritatæ, exceptis dotibus earum fuiſſet ab inteſtato habiturus totum reſiduum: ergo in caſu iſto debet habere pro legitima trientem, id eſt, tertiam partem illius reſidui. Et iſtam opinionem ſequitur etiam Alexan. in ſuo conſil. 515. incip. viſo teſtamento, colum. vlt. quam opinionem comprobarem ex pluribus, ſed non puto expedire: quia de hoc non videtur dubitari, ſed magis quęritur, an legitima dicti D. Ioãnis ſit ſemis: qđ minimè ſentio in terminis noſtris, & ideò aliter me non extendo.

Ioannes Campegius Bononien. V.I. Doctor. propria manu ſubſcripſi.

CONSILIVM D. ANTONII FRANciſci de Doctoribus Patauini. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Filij inſtituti in legitima nil amplius petere poſſunt, & ſi minus legitima iure inſtitutionis relinquatur, ſupplementum petere poſſunt nu. 2.*

3 *Teſtamentum in quo inſtituitur vxor quo ad vixerit, & ei poſt mortem ſubſtituit filium, an ualeat. & nu. 5. & quid ſi non ſubſtituit nu. 6.*

4 *Nemo decedere poteſt pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, niſi miles ex priuilegio.*

7 *Teſtatoris mens ante omnia conſideranda. & numero 33.*

8 *Legitima filijs debetur ſine aliquo grauamine. & numero 15.*

9 *Quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter.*

10 *Legata relicta in caſu in quo filius decedat inteſtatus & ſine liberis, an debeantur illo decedente teſtato ſine liberis & nu. 12. & 13.*

11 *Teſtatus ille dicitur qui fecit teſtamentum ualidum & efficax.*

12 *Paria ſunt non facere uel minus legitimè facere.*

14 *Copulatiua, &, requirit concurſum vtriuſque conditionis, & non ſufficit alterius interuentum.*

16. *Teſtator diſponens in ſuo teſtamento de ſuis & de alienis bonis non propterea annullatur teſtamentum.*

17 *Conditiones ſpecificè ſunt adimplendæ.*

18 *Filijs hæreditas ad matrem peruenit.*

19 *Mater grauata reſtituere hæreditatem filio, poteſt retinere quartam.*

20 *Teſtari quilibet de ſuo patrimonio poteſt.*

21 *A verbis non recedendum.*

22 *Verba intentioni deſeruiunt.*

23 *Verbis ſemper inhærendum.*

24 *Verba ſunt notæ earum quas gerimus in mente paſſionum.*

25 *Voluntas vltima attendenda.*

26 *Verbum liberè, quid importet.*

27 *Reſponſio intelligenda ſecundum præcedentem interrogationem.*

28 *Reſponſio talis præſumitur qualis interrogatio.*

29 *Verba geminata inducunt deliberatum conſenſum.*

30 *Legatarius contraueniens uoluntati teſtatoris priuatur commodo legati conditionaliter relicto.*

31 *Legatarius teſtatoris iudicium impugnans indignus eſt omni legato ſibi facto.*

32 *Teſtator in legato quod facit poteſt conditionem apponere, quòd ſi legatarius moleſtet hæredem, priuetur omni relicto.*

34 *Mater præſumitur magis diligere filiam quàm ſeipſam.*

35 *Teſtamentum factum magna ſolennitate, eadem magna reuocandum, & an hoc procedat quo ad legata nu. 36.*

37 *Moriens, non deliberatè, ſed mortis cogitatione turbata præſumitur loqui.*

38 *Corpus infirmatum præcipuè ſi eſt in extremis, aggrauat animum & intellectum.*

39 *Conſtitutus in mortis articulo non eſt in teſtē examinandus, cum non præſumatur habere perfectam memoriam.*

40 *Quis induci poteſt blandis uerbis ad relinquendum aliquid, ſecus impertinentibus & inſolentibus.*

41 *Infirmus cùm credatur multa uerba proferre non poſſe, facile reſpondet, ſic uel non.*

42 *Legatarij debent capere legatum de manu hæredis & ſi ſecus à legato cadunt.*

43 *Occupans alterius hęreditatem, uidetur illam expilare.*

44 *Teſtatrix ſi credidiſſet legatarium ſibi iniuriam facere creditur legatum ademiſſe.*

45 *Veriſimilitudo attendenda.*

46 *Clauſula codicillaris in cauſa teſtati non habet aliquem effectum.*

47 *Conſenſus excluditur ex contradictione iudiciali.*

CON-

CONSILIVM CLVIII.

SVMMI DEI ac eius glorioſiſsimæ matris nominibus inuocatis; Viſo puncto mihi exhibito, & formalibus uerbis teſtamenti, de quo in dicto puncto fit mentio, & alijs de quibus in puncto, omnibuſque maturè libratis, ac penſatis, ante omnia uidendum cenſeo de uiribus teſtamenti Domini Petri teſtatoris, qui in ſuo teſtamento filium unicum legitimum & naturalem quem habebat in legitima tantùm, ſibi hæredem inſtituit; filiabus uero ſuis quas habebat, dotes reliquit, iubens illis eas eſſe tacitas & contentas: & denique Dominam Antoniam eius vxorem, ſibi uniuerſalem hæredem inſtituit, quo ad uixerit, uitamque uidualem, & honeſtam ſeruauerit, & poſt eius vxoris mortem, uel ſi uitam uidualem, & honeſtam non ſeruauerit, aliquo ex dictis caſibus adueniente, prædictus teſtator ſibi hæredem uniuerſalem inſtituit, ſubſtituit & eſſe uoluit, prædictum eius filium legitimum & naturalem. Et antè omnia conſidero, quòd quàmuis filius ſit inſtitutus in legitima tantùm, & filiæ in dotibus, ex hóc teſtamentum non minus ualet, quia ſatis eſt, quòd filij habeant legitimam, aut eius partem iure inſtitutionis, prout habuerunt in caſu noſtro, & filius maſculus qui fuit inſtitutus in legitima, & filiæ fœminæ, quibus fuit hæc dos relicta, cum hoc quòd ulterius nihil peterent, ſed eſſent dote contentæ, tales
1 enim filij ſic inſtituti debent eſſe contenti, neq; poſſunt uenire contra teſtamentum paternum: ut in auct. ut cum de appell. cognoſ. §. aliud quoque capitulum. & in auct. ex cauſa. C. de lib. præterit. & in auct. nouiſsima. & in auct. undè ſi parens. C. de inoffi. teſta. l. Papinianus. in §. quarta.
2 ff. eo tit. ſolum † enim ſi ipſis eſſet relicta minus legitima, poſſent petere ſibi ſuppleri, uſque ad legitimam, quatenus eis deeſſet, ex reliquo hæreditatis, non tamen propter hoc irritaretur, uel annullaretur teſtamentum. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſta. Quo fit ut teſtamentum Domini Petri quo quæritur, non poſsit dici ex hoc capite eſſe inualidum, aut irritari poſſe, ut in iuribus præallegatis: ut in c. Raynutius, de teſt. & in c. ſi pater. de teſta. libr. 6. licet forſam ſi dos filiarum eſſet minus legitima, poſſent petere ſupplementum, ſi aliter ſtatuta loci non diſponerent, iuxta ea quæ habentur in l. maximum uitium. C. de lib. præteri. ſed in hoc aliter non inſiſto, quia de eo à me non quæritur, ſed ſolùm circa ualiditatem huius teſtamenti Domini Petri. Vnum ui-
3 detur facere dubium, uidelicet, † quia ipſe inſtituit uxorem ſibi hæredem uniuerſalem, quoad uixerit, uel ſi uitã uidualẽ, caſtã & honeſtã ſeruauerit, & altero ex dictis caſibus cõtrario aduenĩte, ipſum eius filiũ inſtituit, ſubſtituit & hæredem eſſe uoluit, nam uidetur quòd ex hoc uxorem nõ ſimpliciter & purè ſibi hæredem inſtituit, ſed quo ad uixerit, uel donec uitam uidualem & honeſtam ſeruauerit, quòd talis inſtitutio non ualuerit, tãquàm facta, uſque ad certum tempus, & uſque ad euentum certæ conditionis: quaſi poſt tempus, & poſt euentum conditionis ipſe teſtator, nihil de ſua hæreditate, uidetur diſpoſuiſſe;
4 & per conſequens deceſſerit † pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra regulam. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. & maximè cùm ipſe teſtator fuerit paganus, & non miles, qui ex ſpeciali militari priuilegio, poſſet decedere pro parte teſtatus, & pro parte non. l. miles ita. ff. de teſtamen. milit. paganus autem, & qui non eſt miles, hoc facere non poteſt, neque hæreditatem vſque ad certum tempus dare, relinquendo poſt tempus, uel poſt conditionis euentum, bona ſua indiſpoſita, prout uideretur feciſſe iſte Dominus Petrus teſtator. l. extraneum. ff. de hæred. inſtitu. Inſtit. de hæred. inſtit. in §. cum hęres, cum alijs multis quæ ad propoſitum poſſent allegari, quæ breuitatis cauſa omitto.

5 Sed tamen pręd ictis non obſtantibus, † dico indubitanter, quòd nec ex hoc teſtũ Domini Petri, fuit minus ualidum, quia quotieſcũque teſtator inſtituit ſibi uxorem uniuerſalem hæredem in uita ſua, uel donec uixerit, & poſt eius mortẽ inſtituit alium, prout in caſu noſtro contingit, quia Dominus Petrus inſtituit vxorem ſibi uniuerſalem hęredẽ donec uixerit, & poſt eius mortem ſubſtituit filium, uidetur teſtator uoluiſſe ꝙ vxor ſua ſimpliciter ſit hęres in ſolidum, remoto uitio illius uerbi, in uita, de medio, & poſt eius mortem, uel poſtquam uitam uidualẽ non ſeruaret: & c. quòd ipſa teneretur reſtituere hęreditatem filio per fideicommiſſum, ità in terminis determinat Bal. in l. miles ita. pręallegata. & de teſta. mili. & in l. hęreditas ex die. ff. de hęre. inſti. & in l. ſi ſeruus. in §. fi. ff. de uulga. & pupilla. & idem ſentit ipſemet Bal. in l. id quod pauperibus. in xiiij. q. C. de epiſcop. & cleric. & idem Bald. et Saly. in d. l. extraneum. de hęred. inſtit. et Io. And. in additio. Spec. in tit. de pigno. in §. j. in uerſi. porrò. Bar. in l. fi. ff. de uſuf. lega. Ioan. de Imol. latè poſt Ang. in l. filius à patre. ff. de lib. &
6 poſth. Quinimò dico, † etiam ſi teſtator nullam diſpoſitionem feciſset de bonis ſuis poſt mortẽ uxoris, uel eo caſu quo ipſa non ſeruaſſet uitam uidualem & caſtam, ſed ſimpliciter dixiſſet, quòd eam ſibi uniuerſalem hęredem inſtituebat, donec uiueret, uel in uita ſua omnino ipſa remaneret hęres purè, ſine aliquo grauamine reſtituendi, cùm non eſſet cui deberet fieri reſtitutio, ſed abiecto tempore uitę ipſa uxor, purè & ſimpliciter illam hęreditatem haberet, ut dixit Ioan. de Imol. latè examinans iſtam materiam in l. hęreditas ex die. de hęred. inſtituen. in uerſi. quid ſi teſtator dixit, inſtituo uxorem meam in uita ſua tantum, & ita etiam determinauit Areti. in d. §. hęres. Inſti. de hęre. inſti. & tanto magis id dicere

debemus

debemus In caſu noſtro in quo nullo tempore teſtator repentur inteſtatus, quod oſtenditur aperta ratione, nam donec vxor uiuit in uiduitate & caſtè ac honeſtè, prout ſemper fecit, ut mihi præſupponitur, clarum eſt, quòd ipſe teſtator eſt teſtatus; quia uoluit iſtis caſibns ſuam hæreditatē eſſe penes vxorem, poſt mortem uerò vxoris, aut ipſa non ſeruante uitam uidualem & caſtam, uoluit hæreditatem peruenire ad filium: ergo hoc tempore, uel iſtis temporibus, non reperitur inteſtatus, & ſi diceretur, quòd ſi eueniret caſus q̄ filius præmoriretur uxori. prout euenit, & per cō ſequens ipſa . xor amplius non potuit reſtituere hæreditatem ipſi filio ſubſtituto, & ſic non potuit eſſe locus ſubſtitutioni fideicōmiſſariæ, non poteſt negari quin ſaltem iſto caſu uideatur deceſsiſſe inteſtatus, cum non ſit aliquis cui ex diſpoſitione teſtatoris, ueniat hæreditas reſtituenda, cum filius ſit ſublatus de medio: quia dico, q̄ ex iuris diſpoſitione, & tacita mente teſtatoris hæc hæreditas, remoto tempore uitæ uxoris, purè remanet apud uxorem, de qua ipſa pro ſui libito potuit teſtari prout infrà dicetur, per ea quæ habentur iñ d.l. hæreditas ex die. & in d. §. hæres, de hære, inſtit. Et tantò magis id dicere debemus in caſu noſtro, in quo expreſſè uidetur apparere de mente teſtatoris, qui etiam iſtum caſum conſiderauit, quòd filius inſtitutus in legitima, paríterque & ſubſtitutus uxori, poſſet ipſi uxori pręmori, nā ulterius diſponendo dixit, quòd ſi dictus filius pędecederet & ipſi Dominę Antonię matri inteſtatus & ſine liberis: quòd tunc relinquebat Domino Ludouico fratri ipſius teſtatoris certam poſſeſsionem &c. ergo iſtum caſum teſtator pręuidit, & uoluit hęreditatem purè remanere penes eius uxorem, heredē inſtitutam, quam aliter non potuiſſet in iſtū caſum grauare ad ſoluendū legata facta fratri & nepotibus de quibus in ipſo teſtamento. l. ab eo. C. de fideicommiſ.

Et ex prędictis infero, quòd uxor teſtatoris, uidelicet Domina Antonia duas partes omnium bonorum ipſius Domini Petrj, ipſa habuit & habebat ex teſtamento Domini Petri, tanquam eius hæres, purè inſtituta, reiecto omni tempore appoſito in ipſa inſtitutione, quę quàmuis eſſet grauata: ſiuè uideretur grauata, de reſtituendo iſtam hęreditatem, Antonio filio, poſt mortem ſuam, uel ſi uidualem & caſtam uitam non ſeruaret, tamen ex quo Antonius ſubſtitutus pędeceſsit ipſi matri, cui erat datus ſubſtitutus, ipſa hęreditas pro dictis duabus partibus purè & ſimpliciter remanſit penes eam, & fateor, quòd ipſe Antonius de hæreditate, quę nondum ad eum peruenerat, quia adhuc mater uiuebat, non potuit ipſe teſtari prout nec teſtatus eſt, de ea hęreditate, ſed illa remanſit penès Dominam Antoniam, tam ex iuris diſpoſitione quam ex mente teſtantis, qui conſiderauit, quòd filius poterat pręmori matri, & propterea dixit, quòd ſi pędecederet inteſtatus & ſine liberis, uolebat quòd eius frater & nepotes haberent certas poſſeſsiones, iure legati: ergo uoluit iſto caſu ipſam matrem purè & ſimpliciter eſſe hęredem, neque uoluit hęreditatem peruenire ad fratrem & nepotes, quibus tantùm certa legata fecit, & iſta fuit mens teſtantis, quę
7 ex prędictis colligitur, † & quę ante omnia eſt attendenda & conſideranda. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon. Alteram uerò tertiam partem hęreditatis ipſius Domini Petri, & ſic legitimam, in qua ipſe filius fuit inſti-
8 tutus à patre, ſine aliquo grauamine, quod † etiā apponere non potuiſſet ſi uoluiſſet. l. quoniam nouella. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. habuit ipſa Domina Antonia mater ex teſtamento ipſius filij, qui ut in caſu pręſupponitur deceſsit ſine filijs, & ſuo conditio teſtamento matrem ſibi uniuerſalem hęredem inſtituit factis certis legatis, quod facere potuit: quia quiſque habilis, prout iſte erat, poteſt teſtari de bonis ſuis, ſeruata iuris ſolennitate, prout pręſupponitur ſeruatam eſſe. l. 1. & l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. face. poſſ. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. in re
9 † enim ſua, quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & ſi teſtatus eſt, prout præſupponitur, non poteſt negari eius uoluntatem debere ſeruari. in auct. de nuptijs. in §. diſponat. habuit ergo Domina Antonia iſtam tertiā partem, & ſic legitimam in qua filius fuit inſtitutus ex teſtamento patris ſui, uirtute teſtamenti ipſius filij, alias uerò duas partes habito reſpectu ad totam hæreditatem Domini Petri, habuit tanquam hæres Domini Petri, ex teſtamento, purè & ſimpliciter inſtituta, reiecto omni tempore, per ea quæ ſuprà dicta ſunt, & ſic omnis hæreditas ipſius Domini Petri, tandem peruenit ad eius uxorem, cum ex teſtamento Domini Petri, tum ex teſtamento filij, qui etiam matrem ſibi hæredem inſtituit, & iſta eſt pura & mera ueritas, in hac primo paſſu.

10 Verùm † quia ipſe Dominus Petrus teſtator, ipſo filio prædecedente matri inteſtato, & ſine liberis prout euenit caſus: quia deceſsit ſine liberis Domino Ludouico fratri ſuo, & certis alijs nepotibus ſuis, fecit certa legata, & reliquit certas poſſeſsiones, cum quibuſdam conditionibus, ut in ipſo teſtamento apparet. de quibus tamen conditionibus, nihil in propoſito. Sed ſolùm contingit dubitari, utrū ipſe Dominus Ludouicus frater, & alij nepotes ipſius Domini Petri teſtatoris debeant habere legata, ab ipſo Domino Petro eis relicta, & quamuis forſan primo reſpectu uideretur dicendum quòd ipſa legata eis deberētur ex teſtameto Domini Petri, quaſi ipſe Antonius filius Domini Petri deceſſerit inteſtatus & ſine liberis, & per conſequens utraque conditio euenerit, merito uidentur legata deberi. l. 1. ff. quan. dies lega. ced. l. cedere diem. ff. de uer. ſign. l. 1. & eo. tit. de condi. & demon. & de condi. inſertis. & de condi. inſti. & ſubſti. ſub condi. fact. cum ſimili. nam claram eſt, quod ipſe filius Do-

mini Petri deceſsit ſine filijs,& iſtud inficiari nõ
poteſt, clarum eſt etiam quòd uidetur deceſsiſſe
inteſtatus,quia quamuis dicatur feciſſe teſtamen
tum, tamen illud non fuit de iure ualidum, quo-
niam non potuit ipſe teſtari de hæreditate Do-
mini Petri, quæ erat penès matrem hæredem in-
ſtitutam, cui ipſe præmortuus eſt, quia nondum
ceſſerat,neq; euenerat dies fideicommiſsi. Nam
11 † ille dicitur teſtatus,qui fecit teſtamentum uali-
dum & efficax de bonis ſuis, ſiue de quibus ipſe
habet poteſtatem diſponendi. l.cohæredi.§. cum
filius.ff. de vulga. & pupilla.l. hæc conditio. ff.de
condi. & demon.cum multis concordantibus ibi
allegatis in gloſſ. uiua autem matre cui iſte filius
poſt mortem, uel ſi uitam vidualem & caſtá non
ſeruaret, erat ſubſtitutus, non poterat ipſe teſta-
ri, quia nondum ceſſerat dies fideicommiſsi, vt
dictum eſt.l.hæres meus.l.quibus diebus. §. qui-
dam Titio. ff.de condi.& demon. l. lex Cornelia.
ff.de vulgar. & pupilla. l.ſi cum hæres.ff. quando
12 dies lega. ced. Accedit etiam, † quia paria ſunt
aliquid non facere., vel minus legitimè facere. l.
quoties.ff. qui ſatiſda.coga. cum ſimilibus. Cum
ergo Antonius filius Petri inteſtatus, & ſine li-
beris deceſſerit, frater teſtatoris & nepotes de-
bent habere legatum.

Tamen prædictis nõ obſtantibus, contrarium
eſt de iure veriſsimum,nam aduertendum eſt,ꝙ
ipſe Antonius filius Petri teſtatus eſt,non de bo-
nis & hæreditate Petri teſtatus, quę adhuc erant
apud matrem viuentem,ſed de bonis ſuis, videli-
cet de legitima ſua, in qua ipſe fuerat inſtitutus
à patre, prout in priori dubitatione dictum eſt,
de qua legitima clarum eſt, cum potuiſſe teſta-
ri,quia ſua erat,& effecta ſuum patrimonium, &
ideò potuit teſtari. inſtit. de teſta. in prin. & ma-
ximè cùm contra perſonam ipſius Antonij teſtan
tis, nihil objiciatur, aut obijci poſsit, vt in l. hac
conſultiſsima.qui teſta. face. poſſ. Nec etiam al-
legetur defectus ſolennitatis ipſius teſtamenti,
iuxta ea quæ habentur in l. 1.& in l.hac conſultiſ-
ſima.C.de teſtam.dixit enim, ꝙ in omnibus ſuis
bonis, iuribus & actionibus ipſe hæredem inſti-
tuebat matrem &c. Cum ergo iure fecerit teſta-
mentum,non poteſt dici inteſtatus deceſsiſſe, me
13 ritò quamuis deceſſerit ſine liberis,tamen † cum
teſtator requiſiuerit & appoſuerit duplicem con
ditionem ad ipſa legata relicta fratri & nepotibus
ſcilicet ſi Antonius filius ſuus deceſſerit inteſta-
tus & ſine liberis, & illas conditiones appoſuit
copulatiuè,non ſufficit quòd vna impleatur. imò
utraque debet impleri, ſiue exiſtere, neque ſuffi-
cit,quòd una exiſtat. l. ſi quis ita ſtipuletur. ff. de
verb. oblig.l. ſi is qui ducenta. in §. verum. ff. de
reb. dubijs.l.cum pupillus. in §. 1.ff. de condi. &
demon.l.ſi hæredi plures.ff.de condi. inſti.inſtit.
14 de hære.inſtit.in §.fi. nam † ad ueritatem copu-
latiuæ,debet utrunque interuenire, & non ſuf-
ficit alterius interuentus, uel exiſtentia: imò re-
quiritur ueritas omnium partium & rerum copu
latarum.l. ea tamen adiectio,ubi plenè per Bar.ff.
de lega.3,& per Bar.in l.1.ff.de ijs qui nota. infa.
& per Bart.& Bald.in l.1.ff.de iuſti. & iure.& per
Bart.in l.ſępe.de uerbor.ſigni.& per Bald.in rub.
ff.de iur. & fac. ignoran. & ideò dicimus, quòd ſi
apponitur pœna, ſi offendatur Petrus & Titius,
non committitur pœna, ſi alter tantùm offenda-
tur,ut not. Petr.de Ancha. in c. 1. de ſchiſma. lib.
6. & not. gloſſ. in c. ex parte. de reſcript.& gloſſ.
in c.is qui.de electio. in 6. cum multis ſimilibus,
quæ adhoc poſſent allegari, quę cauſa breuita-
tis omitto.

Nec obſtant in contrarium adducta. Videli
cet quòd non fuerit iure teſtatus, & per conſe-
quens, quòd cenſeatur inteſtatus, cum fuerit te-
ſtatus de eo, quod adhuc ad ipſum non peruene-
rat, quia mater ſuperuiuebat uidua & caſta,iuxta
formam teſtamenti: quia reſpondetur,quamuis
etiam ex prædictis poſsit etiam colligi reſponſio,
quòd imò ipſe iure teſtatus eſt, nam quàmuis de
illis bonis non potuerit teſtari, quæ nondum ad
eum peruenerat, prout nec etiam teſtatus eſt,
tamen de ſuis bonis, hoc eſt de ſua legitima † in
15 qua fuit hæres inſtitutus a patre,& quam habitu-
rus erat, ſine aliquo onere,ut in l.quoniam nouel
la. & in l.quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt.
& de reliquis bonis ſuis,ſi quæ habebat,potuit ip
ſe teſtari,nec pot dici inteſtatus deceſsiſſe,qui iu-
re fecit teſtamentum. l. cùm antiquioribus. ubi
per gloſſ. C. de iu. deliberan.l.2.C.de teſta.milit.
Quinimò † ſi quis etiam in teſtamento diſpone
16 ret de ſuis bonis, & etiã de alienis,de quibus ip-
ſe non poſſet teſtari, licet quantùm ad aliena bo-
na teſtamentum non ualeret,tamen quantùm ad
ſua ualeret, neque diceretur inteſtatus deceſsiſ-
ſe, ut declarat Bar.in l.Centurio.ff. de vulg.& pu-
pilla.& in l.1. ff. de ſuis & legiti.& Bal.in l.gene-
raliter.in prin.ff.de inſtitutio. & ſubſti. ſub con-
di. faci. & in auct. præterea. C.unde uir & uxo.&
in c.1.de ſucceſsio.feu.& in l.ut liberis.C.de col-
lat.& per Ange.in conſi.ſuo 25.in conſi. 215. &
per Doct. Anton.de But.in ſuo conſil.28. ex qui-
bus concluditur. Quòd cum legatum factum Do
mino Ludouico fratri teſtatoris & nepotibus,
fuerit eis factum ſub duplici conditione copula-
tiuè, ſcilicet ſi Antonius inteſtatus & ſine liberis
prædecederet, Dominæ Antoniæ matri ſuæ,non
poteſt dici, quòd ipſi Domino Lodouico & ne-
potibus legata debeantur,quia licet extiterit con-
ditio de liberis, ſcilicet,quòd deceſſerit ſine libe-
ris; non tamen extitit alia conditio, ſcilicet, quòd
deceſſerit inteſtatus. nam teſtator quando filius
decederet cum liberis, uoluit præferre filios filij
fratri,& nepotibus ex altero fratre,& ideò hoc ca
ſu non uoluit deberi legatum, & quando etiam
decederet abſque teſtõ, nõ uoluit ſimiliter debe-
ri legatum, quaſi uoluerit præferre filium & libe
ros eius fratri & nepotibus ex fratre, iuxta ea quæ
in ſimili habentur in l. cum auus. ff. de condit. &
demon.& in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. &

in d.l.generaliter.C. de inſtitu.& ſubſtitu.ſub cõ
di.fact.& in l.Lucius.ff.de hære. inſtit. & eo ma-
17 gis, † quia conditiones debent ſpecificè impleri.
l.qui hæredi.& l. Mæuius.ff.de cond. & demon.
quod in caſu noſtro non poſſet dici eſſe factum,
quia licet ſit impleta conditio, pro parte libero-
rum non exiſtentium ex ipſo Antonio, non ta-
men eſt impleta pro altera parte, ſcilicet quòd de
ceſſerit inteſtatus, quia ut dictum eſt, deceſsit te-
ſtamento iure & legitimè facto, & ideò cum non
eſt impleta ſpecificè & præcisè, merito non po-
teſt dici, quòd legatum debeatur ipſi Domino
Ludouico & nepotibus, & iſtud ſimiliter credo
nullam penitus habere dubitationem.

Minus etiam videtur poſſe dubitari vtrum ip-
ſa Domina Antonia vxor Domini Petri potue-
rit teſtari moriens, prout teſtata eſt, de bonis &
hæreditate quondam Domini Petri, quia omnis
hæreditas Domini Petri fuit diuiſa in tres partes
quarum vna fuit Antonij filij ſui pro ſua legiti-
ma, in qua fuit ipſe inſtitutus à patre, ut in auth.
nouiſsima.C.de inoffic. teſta. de qua ipſe potuit
teſtari, prout teſtatus eſt inſtituendo matrem,
18 vnde † iſta tertia ex luctuoſa filij hæreditate per
uenit ad matrem, iuxtà l. 1. ad Orficia. ſed peruo-
nit ad eam ex teſtamento filij, aliæ verò duę par-
tes, in quibus ipſa mater fuit inſtituta per teſta-
torem maritum ſuum, remanſerunt penes ipſam,
purè & ſimpliciter. Cui ipſe filius qui erat datus
ſubſtitutus fuit præmortuus, & per conſequens,
vt ex ijs quæ dicta ſunt ſuprà in primo dubio, di
ctæ duæ partes liberæ & ſine aliquo onere remã
ſerunt penes ipſam matrem, quæ etiam dato ꝙ
habuiſſet illas reſtituere filio, ſi ſuperuixiſſet, om-
19 nino † potuiſſet retinere quartam ex Trebellia
no Senatuſconſulto, vt in tit. ff. & C. ad Trebel.
& maximè cum detractio talis quartæ, non videa
tur prohibita per teſtatorem, per ea quæ haben-
tur in auth. ſed cùm teſtator. C. ad l. falci. iunctis
ijs quæ traduntur in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad
Treb. ſed hoc non venit in conſultatione iam,
quia iſte caſus reſtitutionis non euenit nec eueni
re poteſt, quia præmortuus eſt ipſe filius ſubſti-
tutus, matri inſtitutæ, & ideò non poteſt tractari
de reſtitutione ei facienda, ſed de neceſsitate con
cludendum eſt, ꝙ dictæ duæ partes hęreditatis, ex
teſtamento Domini Petri, ſine aliquo onere re-
ſtitutionis remanſerunt penes ipſam matrem, &
altera tertia, ſcilicet legitima filij, remanſit ipſi
matri, ex teſtamento filij, qui eam hæredem inſti-
20 tuit, merito non poteſt negari, † ꝙ ipſa de om-
ni hæreditate, tanquàm de proprio patrimonio
non potuerit teſtari. iuxtà. §. 1. inſtit. de teſta.
& l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & l. 1. C. de teſta. cum
ſimilib. Et iſtud credo non habere dubitationem
apud aliquem iuriſperitum.

Sed ſolùm poteſt eſſe dubitatio, nunquid con
ditiones appoſitæ in teſtamento ipſius Dominæ
Antoniæ, circà legata facta ipſi Domino Ludo-
uico & nepotibus, ſint reuocatæ, ex vltimis uer-
bis, quæ præſupponuntur fuiſſe prolata ab ipſa
Domina Antonia iam in extremis conſtituta, ad
alterius interrogationem, quaſi ipſis conditioni-
bus ademptis & remotis, legata purè & ſimplici
ter debeantur ipſis Domino Ludouico & nepoti
bus, an uerò ex quo ipſi non adimpleuerunt quæ
eis iniungebantur per teſtatricem, ut præſuppo-
nitur, imò ex toto fecerunt contrarium, videantur
& ſint priuati legatis eis factis per ipſam Domi-
nam Antoniam teſtatricem. Et videtur primo
aſpectu dicendum, ꝙ ipſa legata omnino ſint de
bita ipſis legatarijs. nam præſupponitur, quòd
quàmuis Domina Antonia in ſuo teſtamento ta
lia legata reliquerit, cum hoc quòd ipſi legatarij
in aliquo non deberent moleſtare hęredes ip-
ſius teſtatricis, prout in ipſo teſtamento apparet,
tamen ipſa teſtatrix paulo antè mortem interro-
gata per filium ipſius Domini Ludouici, an eſſet
contenta relinquere debere id quod eius vir in
ſuo teſtamento relinquerat illis de domo ſua, vl-
trà id quod ipſa relinquebat, ipſa teſtatrix reſpon
dit ꝙ ſic: ergo videtur ex ipſis uerbis receſsiſſe à
priori uoluntate, per quam eis relinquebat ſub
conditionibus, vel ſub modo, & in euentum con-
trarium adimebat. nam per uerba ipſius teſtatri-
21 cis apparet de eius mente: nam † à uerbis non
recedimus niſi appareret de mente contraria. ca.
humanæ aures. 22. q. 5. c. intelligentia. de uerb.
22 ſign. l. non aliter. ff. de leg. 3. † Et ideò dicimus,
quòd uerba intentioni deſeruiunt. l. Labeo. ff. de
ſupplecti. lega. c. Marchion. 7. q. 1. quinimò dixit
tex. in l. uerba C. de teſta. quòd uerba teſtatoris
23 debent ſeruari, adeò † quòd eis ſemper eſt in-
hęrendum. l. ſi mihi & Titio. l. ſi quis ſtipulatus
ſit Stichum. ff. de uerb. obli. & ideò dixit Bald.
24 in d. l. verba, quòd verba † ſunt notæ earum quas
gerimus in mente paſsionum. cum ergo ipſa te-
ſtatrix vltimo loco, poſt teſtamentum factum di-
xerit, quòd liberè relinquebat, videtur amouiſſe
omne onus appoſitum in ipſo teſtamento, & hęc
25 † vltima voluntas eſt attendenda. l. ſancimus. C.
de teſt. ca. cum Marthę. de celebra. miſſa. & ma-
ximè cum teſtatrix dicat quòd liberè relinque-
26 bat, quod † uerbum importat remiſsionem cu-
iuſlibet obligationis, cuiuſlibet impedimenti &
oneris, & cuiuſcunque contradictionis. c. 2. de
teſta. lib. 6. c. cum plures. de offi. de lega. eo. libr.
cap. 1. de regula. l. fideicommiſſa. §. quàmquàm.
ff. de lega. 3. no. Gloſſ. in verſ. liberè. in Cle. du-
dum. de ſepul. & Glo. in uer. liberum. in l. ſi pro
fundo. C. de tranſ. not. in c. de multa. de pręben.
& in c. licet epiſcopus. de prębend. in 6. & nota.
Glo. in Cle. fin. in uer. liberè. de æta. & qualita. &
not. in c. irrefragabili. in princ. de offi. ordi. & no-
ta. Gloſſ. in c. ordinarij. de offi. ordi. lib. 6. Acce-
dit etiam quia licet ipſa teſtatrix non dixerit ex-
plicitè, quòd liberè relinquebat, tamen fuit inter-
rogata, an liberè relinqueret, & ipſa reſpondit af-
27 firmatiuè, ſi, ſi, quę † reſponſio debet intelligi
ſecundum interrogationem pręcedentem, ſcili-

cet

cet quòd liberè relinquebat.l. de ætate.§.qui in-
terrogatus.ff.de interroga.actio.l. ut reſponſum.
C.de de tranſ.inſtit.de inutili ſtipu.in §.præterea.
Et ideò dixit Bal. poſt Gloſſ. in l.2.C. ſi ut ſe ab
hære.abſti. quod ſi quis fuerit interrogatus ꝙ
reſpondeat diſpoſitionibus tanquam hæres, & ip
ſe ſimpliciter reſpondeat, uidetur reſpondere ut
28 hæres, † quia talis præſumitur reſponſio qualis
interrogatio præceſsit, quod etiam not. Doctor.
in c.de muliere.de ſpõſalib. & in l. 1.§.ſi ſtipulan.
ff. de uerbo.obliga. Corroborantur prædicta,
quia ipſa mulier, non ſolùm ſemel, ſed bis fuit in
terrogata, an uellet ita liberè relinquere, & ipſa
vtraque uice & geminatè reſpondit affirmatiuè
29 quòd ſic.† quæ uerba geminatè prolata inducunt
deliberatum conſenſum.l.3.§.eum qui.ff.de eo ꝙ
certo loco.l.cum pater.cum ibi not.C. de pact.do
tali.faciunt ea quæ habentur de confeſsione ge-
minata in l.Publia.ff.depoſiti.

Sed tamen prædictis non obſtantibus, puto
ſtantibus ijs quæ in caſu præſupponuntur, tale le
gatum non deberi, & antè omnia prȩſuppono ꝙ
ipſa Domina teſtatrix legauit Domino Ludoui-
co & eius filijs ac nepotibus quæ in teſtamento
quondam mariti ſui erant ſibi legata, cum hoc &
hac adiecta conditione & lege, quòd ipſe & eius
filij ad vnguem obſeruent & impleant omnes cõ
ditiones appoſitas per teſtatricem in teſtamen-
to, & omnia per eam ordinata & diſpoſita, & ꝙ
ipſe aut aliquis ex eius filijs non contradicat, aut
contraueniat per ſe uel alium, aliqua ratione uel
cauſa, & alias etiam fortiores conditiones appo-
ſuit, ut in ipſo teſtamento legitur. adijciendo ꝙ
ſi omnibus prædictis conditionibus, aut earum
alicui, erit contrauentum, uel contrafactum, &
alia non eſſent obſeruata, per ipſum Dominum
Ludouicum, uel eius filios, ex nunc prout ex tũc,
uel è contra, annullabat & reuocabat omnia le-
gata eis facta, quæ iure directo nolebat perueni-
re ad ſuas hæredes. Videlicet filias inſtitutas. Cũ
ergo præſupponatur, quòd ipſe Dominus Ludo-
uicus & eius filij, teſtatrice exiſtente infirma, &
deinde ea mortua propria authoritate de facto
occupauerint, non ſolùm quandam domum, ſed
omnia quȩ uidebantur eſſe ſibi legata, & omnia
alia bona hæreditaria, & ea omnia detineant in-
uitis & contradicentibus hæredibus, non poteſt
negari, quòd ipſi non turbent ipſas hæredes in ip
ſa hæreditate, & non contraueniant voluntati de
30 functæ, merito † debent incurriſſe pœnam pri-
uationis legatorum appoſitam in ipſo teſtamen-
to, l.unica.C.de ijs quæ pœnæ nomine.not. Bart.
in l.vxorem.in §.hæredes.ff.de leg.3.l.paterfami.
teſtamenso.ff. de hære.inſtit.& eſt bonus text.in
ſtit. de legat. in §.fi.& plenè per Bald.in l.1.C.de
ijs quæ pœnæ not.in uer.quinto quæro.& in uer
ſi.item quæro quid ſi teſtator.& per Io.de Imol.
in l.1.ff.de condi.inſti. & in l.ſi mihi, in §.ſi quis
31 ſeruos.ff.de leg. 1.† Qui enim iudicium teſtato
ris impugnat, indignus eſt omni legato ſibi facto
l. Papinianus.in §. meminiſſe.ff.de inoffi.teſtam.
l.quæſitum. ff.de acqui. hære. l. is qui contrà. ff
de uulga. & pup.l.poſt legatum.de ijs quib.ut in
dig. fuit enim in facultate ipſius mulieris teſtan-
tis apponere talem conditionem, tale onus, talẽ
pœnam ipſis legatarijs, ut haberent cauſam ob-
ſeruandi uoluntatem ipſius teſtatricis, quæ ſecun
dùm iura eſt pro lege ſeruanda, ut in auct.de nu-
ptijs.in §.diſponat.& in l.1.C.de ſacroſan.eccl.ab
indigno enim aufertur legatum. l. ex facto.in §.
Iulianus Longinus. ff.de vulga. & pupilla. potuit
32 enim teſtator † hanc conditionem, uel de non
moleſtando, uel de obſeruando ipſam uolun-
tatem defuncti adijcere, & in contrarium euen-
tum, legatum uel hæreditatem adimere, prout
fecit ipſa teſtatrix, ut pulchrè declarat Bald. in
auctten. cui relictum. C. de indi. uidui. & Bartol.
in præall.l. vxorem. in §.hȩres.ff.de leg.3. Nec
negari poteſt, quin ipſi legatarij moleſtiam infe-
rãt hæredibus, quia & extraiudicialiter inferunt,
tenendo & occupando omnia bona hæreditaria,
& etiam iudicialiter, cum ipſis hæredibus in iu-
dicio contendendo. iuxtà not. in l. die Sabbato.
C.de iudæ.& in l.1.C.de nundinis.& in l.1.C.de
theſauris.lib.10.& in l.prouidendum.C.de decu-
rio. Nec poſſunt ſe tueri ipſi legatarij, ex eo ꝙ
forſan dicãt ex legatis amotum eſſe omne onus
amotam eſſe oẽm pœnã, proptérea, quia teſtatrix
morti proxima, dixit quòd liberè relinquebat ip-
ſa legata, prout ex deductis pro parte contraria
ſatis probatũ eſt: quia ad iſtud reſpondẽdo dici-
mus, quòd cum ſumus in caſu dubio, utrum teſta
trix per illa uerba noluerit reuocare omnem pœ-
nam adiectam, an uero tantùm uoluerit reuoca-
re onera, quæ ipſe Dominus Petrus primus teſta
tor legando ipſi Domino Ludouico ac nepoti-
bus appoſuit in ſuo teſtamento, habemus recurre
33 re ad coniecturas & ueroſimilitudines, quia † in
teſtamentis antè omnia eſt mens coniecturanda.
l.in conditionibus primum locum.ff.de condi.&
demonſt. & maximè cum ſimus in caſu dubio.l.
ille aut ille.ff.de leg. 3.l.continuus. in §. cum ita.
ff.de uerbor.obl. Ex multis enim coniecturis de-
clarantibus mentẽ ipſius teſtatricis poſſumus cõ-
prehendere quòd ipſa non uoluerit tales condi-
tiones amouere, & oſtenditur primò: quia teſta-
trix in teſtamento ſibi heredes inſtituit filias,
34 quas unicè diligebat. † & magis præſumitur dile
xiſſe quàm ſe ipſam.l.iſti quidem. in fin. ff.quod
met.cau.l.1.C.de fal.mone.meritò an tales condi
tiones & pȩnas adiecerit, ad finem & effectum ut
filiæ haredes inſtitutæ ab ea pacificè & ſine alicu-
ius contradictione moleſtia & turbatione eſſent
habituræ ipſam hȩreditatem, non eſt dico ueroſi
mile quòd unico uerbo noluiſſet illas reuocare,
& maximè cum ipſum teſtamentum in quo tales
pœnȩ erant appoſitȩ, fuerit factum magna ma-
turitate, & magna deliberatione, & conſilio, præ-
habitis, prout ex eius inſpectione apparet, iuxta
text.in l.ſi quando.in prin.C.de inoffi.teſta.& in

c. eccle-

35 c. eccleſia ueſtra.el.2. de elect. Et † ideo ſtatuit
lex, ꝙ ſi teſtamentum ſolenne eſt reuocandú, de
bet reuocari eadem ſolennitaté intercedente, qua
dicitur eſſe factum, aut alia magna ſolennita-
te, ut in l. ſancimus. C. de teſtam.& in l.fina. vbi
per Bar.C.de poſth.hære.inſti.& per Bar.in l.ali
menta.in. §.j. de alimen. leg. & in l. poteſt. ff. de
hære.inſti. Quinimò dico quòd ſi poſt teſtamen
tum iure factum teſtator ſimpliciter deceret co-
ram ſeptem teſtibus quòd reuocaret ipſum teſta
mentum, propter hoc non intelligerẽt teſtamen-
tum reuocatum, ut eſt doctrina Bar. in l. ſi iure.
ff.de leg. 3. à qua non diſcrepat Bal.in d.l.ſanci-
mus. & Bar.& Moder.in §.ex eo.inſtit.quib.mo.
teſta.infir. Imò idem uidetur uoluiſſe Gl.magna
in l.hæredes. in §. ſi quis poſt.ff.de teſta.licet de
hoc uideatur Imo. dubitaſſe in l.ſi ita.in §.regu-
36 la.ff. de libe.& poſthu. Et † ſi quiſpiam diceret
ꝙ hoc procedit quantum ad hæredis inſtitutio
nem, & non autem quantum ad legata, quia illa
ope exceptionis tolluntur quomodocumque ap-
pareat de contraria uoluntate, ut not.Bar.in d.l.
ſi iure.& not. in l.fideicommiſſum, C.de fideicõ.
reſpondetur quòd hic non agitur ſimpliciter dè
reuocandò. legatum, ſed de conſeruãdo hæredis
inſtitutionem, & hæredem inſtitutum ſine ali-
qua moleſtia, & per conſequens ſumus in prima
doctrina Bar.in d.l.ſi iure.cum alijs ſuperius al-
legatis. & maximè cum extent etiam aliæ conie-
cturæ, ex quibus non eſt ueroſimile quòd ipſa te
ſtratrix etiam liberè legando uoluiſſet permitte-
re quod ſuæ hæredes moleſtarentur. Et ideò ſuc
cedit ſecunda coniectura. quia ut præſupponi-
tur ipſa teſtatrix quando fecit illam reſponſio-
nem affirmatiuam, erat conſtituta iuxtà mortem
37 quia parum poſt deceſsit.& † ideo præſumitur
non deliberatè, ſed mortis cogitatione turbata,
id feciſſe, iuxtà text. in l.hac. § at cùm humana
fragilitas, C.qui teſta. face.poſſ. & in l.iubemus.
& in l. quoniam indignum. C.de teſta. Corpus
38 † enim quod infirmatur, maximè quando quis
eſt in extremis aggrauat animum & intellectum.
ut not. Bal.in l.fi.C.de bo. quę liber. Vndè dice-
bat Bal.Paul.de Caſt.& Roma. in d.l.hac conſul-
39 tiſsima. quod † ille qui eſt in articulo mortis nõ
debet examinari tanquam teſtis, quia non præ-
ſumitur habere perfectam memoriam, quæ in te
ſte requiritur. l. quidam tabularum. in fi. ff. de
furt. Accedit & tertia coniectara, quia ipſa teſta
trix ad interrogationem filij Domini Ludouici
interrogantis an uellet eis relinquere liberè, non
reſpondit ipſa explicitè, ſed per illa uerba ſi, ſi,
madeſi. quæ potius ſunt uerba denotantia indi-
40 gnationem, ſiue faſtidiũ, nam † licèt poſsit quis
blandis verbis inducere ad relinquendum l.fi.C.
ſi quis aliquem teſtat.prohi.l.ſi.ff.eo.ti.tamen nõ
licet alicui teſtatorem per impertinentem & inſo
lentem petitionem, ſiue interrogationem ad re-
ſpondendum inducere, prout uidetur feciſſe ipſe
filius Domini Ludouici, quod coniecturatur ex
ipſis uerbis reſponſiuis ipſius mulieris, quoniam
41 † infirmus facile reſpondet affirmatiuè ſic, uel
non. quaſi multa verba proferre non poſsint ipſa
infirmitate grauati, prout dixit text. in d.l. iube-
mus. C. de teſtament. Accedit etiam alia conie-
ctura facti, quoniam ipſi legatarij, iam uiuente te-
ſtatrice domum teſtatricis intrarunt, & poſt mor
tem etiam euſdem teſtatricis propria authorita-
te, non ſolùm legata quòd etiam eis non licebat,
42 quia † debebant capere de manu hæredum, & ſi
ſecùs facerent, debent legato priuari, ut per Glo.
Bar.Bal.& Salyc.in l.non eſt dubiũ. & ibi uidetur
caſus C. de legat. quod etiam uoluit Iac.de Are.
ut refert, & ſequitur Ioan.And.in addi.Spec.in ti
tu. de inſtru. edi. in §.nunc uero aliqua. in addi.
quæ incip. ſupple. & not.Bar.in l.j.§.j.ff. ad l.falc.
& in l. Paulus reſpondit.ff.ad Trebel.& not.Glo.
in c. cũ dilectus, de ſucceſſ. ab in teſt.& Bar.poſt
Glo. in l.extra.ff.quod met.cau. Sed ipſi legatarij
non ſolùm res quas dicunt legatas propria autho
ritate occuparunt, ſed etiam omnia bona hæredi
43 taria.quo caſu uidentur † tales legatarij hæredi-
tatem expilaſſe. ut in tit. de cri. expilla. hæred. &
in l. ſi te expillaſſe. C. ex quib. cau.infa.irro. quæ
quidem iniuria expilatę hæreditatis uidetur ſta-
44 cta ipſi defunctę † quam ſi ipſa ſciuiſſet, aut uero
ſimiliter ſciri potuiſſet; ſine dubio ipſum legatũ
expreſſe ademiſſet, ut dixit Glo. in l.fideicõmiſ-
ſum.C.de fideicommiſ.& no. Glo. in l. ſororem.
C.de ijs quib. ut indig.& in l.ſi inimicitiæ. eo.tit.
& not. in l.3.§. fin.§. de alimen. legat. Imò plus
quia in caſu noſtro, ut in facto præſupponitur, ip-
ſi legatarij adhuc viuente teſtatrice intrarunt ip-
ſam domum non permittentes vel hæredes, uel
alios, in eius poſſeſsione perſiſtere, ita quòd ſine
dubio uidentur inuaſiſſe & incurriſſe pęnam l.cũ
quęrebatur. C. undè ui. ideo tale legatũ qñ illud
ſibi deberetur, deberet ab eis adimi.per prędicta.
ſed ſatis poteſt dici eſſe ademptum expreſſè ex
ipſo teſtamento, ipſius teſtatricis, quæ à legata-
rijs moleſtãtibus & turbantibus hæredes, legatũ
ademit. Nec poſſunt legatarijs ſuffragari, ipſa ver
ba teſtatricis, quæ quaſi in ultimo vitę ſpiritu fue
runt prolata, quia ut ex prędictis apparet, fuerũt
potius ex importunitate petẽtiũ, q̃ ex libera uolũ
tate teſtãtis & eius maturo cõſilio, ꝓlata: quo ca-
ſu loquerentur in contrariũ allegata. Nec ueroſi
mile eſt teſtaricem uoluiſſe apperire uiam lega-
tarijs moleſtandi & turbandi eius filias, hæredes
45 inſtitutas, quam † uero ſimilitudinem attendere
debemus. l.cum de ętate.ff.de peculio.l.ob carmẽ
in §.fi.ff.de teſti. regula, in obſcuris.ff.de reg.iur.
& lib. 6.c.quia neroſimile.de præſumpt.Cle.cau-
ſam.in §.verùm. de electio. Et ex ijs remanet diſ-
cuſſa omnis difficultas quę in pręſenti cõſultatio
ne uidetur poſſe accidere, omiſſa difficultate de
46 effectibus clauſulæ codicillaris † quæ cum ſimus
in cauſa teſtati, nõ uidetur habere aliquẽ effectũ
iuxtà ea quæ habentur in l.fi.C.de iure codicillo.
et in l.j.eo.tit.& in auct.ex cauſa.C.de liber.præ-
terit.

terit.quia cum ſimus in cauſa teſtati,nihil ad rem de cauſa inteſtati.l.quamdiu.ff. de acqui. hæred. ideo concludo ipſam Dominam Antoniam,potuiſſe diſponere,prout ipſa diſpoſuit,de omni hę reditate,quondam Domini Petri mariti ſui, quæ ad eam peruenit pro duabus partibus ex teſtamento mariti, & pro tertia ex teſtamento filii, & quòd legatarii de quibus quæritur, nulla debent habere legata,tum quia contrauenerunt & contra fecerunt uoluntati defunctæ, tùm quia nõ ſolùm bona ſibi legata propria authoritate inuaſerunt & occuparunt, ſed etiam omnia bona hæreditaria contra uoluntatem ipſius teſtatricis defunctæ,& ipſarum hæredum, quæ ſepius eis de hoc fuerunt proteſtatæ:quę proteſtatio declaratoria mentis hęredum excludit omnem tacitum conſenſum,qui forſam poſſet induci circa talem occupationem ex patientia ipſarum hæredum, iuxta not.per Bar.in l. non ſolum. in §. morte. in materia proteſtationis mentis declaratorię.ff. de oper.nou.nuncia.& per Cano.in cap.cum M.de
47 conſtitu. qui † conſenſus etiam excluditur ex contradictione iudiciali. quę quidem contradictio,ſine dubio excludit conſenſum,cum ſint cõtraria.l.ij.C.de legi.c.quod ad conſultationem, de re iudi.cum ſimil. Laus Deo ſemper.

Et ita ut ſupra ſcriptum eſt dico & conſulo iuris eſſe Ego Antonius Franciſcus de Doctoribus de Padua Iuris Vtriuſque Doctor.& iura pontificia ordinariè de mane legens in florentiſsimo ſtudio Paduano, & in fidem prĕmiſſorum propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo conſueto ſigillaui,ſaluo ſemper ſaniori & cuiuslibet rectius ſentientis iudicio.

Laus Deo Clementisſimo.

CONSILIVM D. IACOBI DE Guidonibus de Acumulo ciuis Aſculani, V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Tutor dari non poteſt ei qui tutorem habet,niſi mater foret tutrix & tutelam renuntiauerit,cum adhuc de tutore non propoſito ipſa tutrix remaneat. nu.2.ſed contra nu.28.*

3 *Mater concupiſcendo ſecundas nuptias efficitur ſuſpecta.*

4 *Variatio toleratur,licetque pœnitere vbi tertij prę iudicium non uerſatur.quid in tutela.nu.25.*

5 *Filius emancipatus ſi cauere recuſauit de conferendis bonis,& propterea excludebatur à patris hæreditate,ſi pœniteat admittitur.*

6 *Tutela eſt onus graue,& certæ perſonæ ad illam capiendam cogi poſſunt.& nu.42.*

7 *Mater per ſecunda ſponſalia non perdit tutelam filij,ſed contra nu.32.*

8 *Mulier & minor æquiperantur ſed contra.nu.38.*

9 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio nu.35.*

10 *Amor nullus vincit paternum.*

11 *Filius eſt pars viſcerum matris.*

12 *Mater quare in tutela filiorum cæteris præferatur, & quod uolens præferatur nu.13.23.*

14 *Quilibet poteſt ſuo iuri renuntiare.*

15 *Mater non data tutrix pupillo ſi ſciat illi per iudicem dari tutorem & taceat,ſibi præiudicat.*

16 *Pœnitentia non admittitur ut quis redeat ad id cui renuntiauit.*

17 *Mater poſtquàm ad ſecunda uota tranſiuit,ſi morte uiri matrimonium ſoluatur,ad tutelam filij non redit re non integra.*

18 *Ius deperditum non reiteratur.*

19 *Ius alteri quæſitum auferri non poteſt ſine illius uoluntate.*

20 *Extinctum ſemel reſuſcitari non poteſt.*

21 *Mater ſi uadit ad iudicem & dicit,nolo eſſe tutrix tutela defertur ad legitimum.*

22 *Tutela alia legitima ſuperueniens primam legitimã non facit ceſſare,cum ſint paris potentiæ.*

24 *Fœmina de iure communi remouetur ab officijs publicis.*

26 *Difficilius perditur iam habitum quàm habendum impediatur.*

27 *Glo.in §.interdum.inſtit. de curat. & in l. propter latè.C.in quib.caſ.tut.reprobatur.*

29 *Intellectus l. nonnunquam.ff.de collat.bonor.*

30 *Speciali fauore inductum ad conſequentiam non trahendum.*

31 *Mutare non licet uoluntatem,ſi de alterius tractatur iniuria.*

33 *Matrem ad ſecunda uota cogitantium tranſire, & operam dantium, ſuſpicio quòd habeant expilare bona pupilli.*

34 *Sponſalibus renuntiari poteſt.*

46 *Reſtitutus non recuperat locum quem inuenit plenum.*

37 *Mulieres in his quæ de rigore inducta ſunt, non reſtituuntur.*

39 *Intellectus ad l.1.C.de reſt.in integr.*

40 *Minor ipſo iure reſtituitur.*

41 *Reſtitutio non concedenda ubi non adeſt læſio.*

43 *Tutelæ officium uirile munus eſt, & ultra ſexum fœmineæ infirmitatis.*

44 *Pupillus educandus apud matrem ſi vitricum non ſuperinduxit, ſed non indiſtinctè, numero 53.*

45 *Tutelę munus ſi eſt inter coniunctos controuerſia, arbitrio iudicis alteri datur.*

46 *Dubitare ubi habemus textum apertum & Gloſſ. illum declarantem temerarium eſt.*

47 *Gloſſ.in l.pri.C.ubi pup.educ.debeat.reprobatur.& nume.55.*

48 *Intellectus l.primæ C.ubi pupil.educ.debeat.*

49 *Pupilli vitæ ſecuritas attendenda principaliter in demandanda educatione. Item & diſciplina.nume.50.*

51 *Mater pupilli maioris triennio vel fœmine,ſi eſſet meretrix, leno, ebrioſa, malè morigerata, inimica memoria uiri defuncti non præferenda*

aliis in educatione filii.

52 *Matris odium in maritum defunctum conſiderabile quando tractatur, an apud eam ſit pupillus educandus.*

53 *Pupillum triennio minorem indiſtinctè apud matrē educandum.*

54 *Poſito uno remouetur alterum.*

55 *Affirmãs de uno de alio negare uidetur.*

56 *Iudex quæ conſiderare habeat in decernenda pupilli educatione. & nu. 67.*

57 *Impenſa conſideranda inter alia in decernēdo apud quem pupillus ſit educandus.*

58 *Pupillus honorificentius educatur in proprijs ædibus quàm in domo aliena.*

59 *Pupillus ubi educari debeat ſi eſt in controuerſia, conſiderandũ quid pater prædefunctus ordinaret.*

60 *Lex uiua ſubintrat in locum patris demortui in prouidendo pupillis.*

61 *Pupillus ſi ubi educari debeat reuocatur in dubium attendenda uoluntas propinquorum non ſuſpectorum.*

62 *Tutela eſt poteſtas in capite libero ad tuendum eũ qui propter ætatem ſe tueri nequit.*

63 *Fœmina fragilis eſt ſexus, & non ſani iudicij.*

64 *Experientia rerum magiſtra.*

65 *Prouerbium uerum Allieuo de donna mai fu buono*

66 *Mater ob præſumptam affectionem non creditur ob bona inſidiari uitæ pupilli, quod quomodo procedat declaratur.*

67 *Suſpicio eorum qui gradu proximo ad ſucceſſionem uiduarum uocantur ne propterea impediant nuptias, extenditur nedum ad mortem uiduæ uerum et filiorum.*

68 *Iudex ex officio ſupplere poteſt ad fauorem miſerabilis pupilli.*

69 *Pupillus diues, ſi non actu, miſerabilis tamen eſt potentia*

CONSILIVM CLVII.

DOMINA Clara mater maior xxv. annor. mortuo filio, ad iudicem acceſſit, dixitque ſe nolle eſſe tutricem Vincentij filij pupilli, petiitque, ei in tutorem dari ſeu declarari Horatium pupilli patruum. Iudex cum aliquali cauſæ cognitione Horatium patruũ tutorem declarauit eidemq; adminiſtrationem decreuit, qui tutelæ officium legitimè, & diligenter per quatuor menſes. exercuit, penes ſe pupillum annorum ſeptem educando, & bonis moribus, & condecenti diſciplina inſtruendo, matre adhuc ſtante in domo mariti cũ ſuo filio, demum ſine aliqua iuſta cauſa ad domũ fratris diuertit, penitensque filii tutelæ renuntiaſſe, & à ſe opulentæ hæreditatis adminiſtrationē abdicaſſe, petit in iudicio ex capite reſtitutionis, uel alio quocunque ſibi competenti admitti ad ipſam tutelam, patruumq; remoueri, filiumq; pupillum ſibi tradi educandum. Quæritur quid iuris.

CHRISTI nomine inuocato. capio primũ
dubium, in quo pro D. Clara matre uidetur poſ-
ſe concludi pluribus.
Primò, per notata per Gloſſ. in §. interdum. in-
ſtitu. de curator. & per Gloſſ. finalem in fine in l.
propter latè. C. in quibus cauſ. tuto. cum qua ſim
pliciter ibi tranſit Cynus, & Specu. in titu. de tu-
tor. §. generaliter. uerſiculo, item quòd habenti.
ubi ponunt fallentiam ad regulam, de qua in di-
1 cto. §. interdum. quæ eſt, † quòd habenti tutorem
2 tutor dari non poteſt, non procedere † in matre
tutrice eunte ad iudicem, & dicente ſe uelle tran
ſire ad ſecundas nuptias, cum illa adhuc exiſten-
te tutrice & tutelam gerente alius detur tutor, &
ſic quòd per actum prædictum non ſtatim deſi-
nat eſſe tutrix, & ab adminiſtratione remouen-
da, & hoc ratione de qua inferius, ſcilicet: quia
pęnitere poſſet, & ſi pœniteret tutrix remane-
ret. Si ergo quæ declarauit ſe uelle ad ſecun-
da uota tranſire, & tutelę officio renuntiauit, ſta-
tim non deſinit eſſe tutrix, & pœnitere poteſt, li-
3 cet † multum ſit effecta ſuſpecta ob concupiſcen
tiam ſecundarum nuptiarum. ut innuit textus.
in auctent. ut ſip. prohib. mat. §. quia uerò. uer-
ſiculo, mox tamen, ibi, ſecundas concupiſcen-
tias. Quanto fortius uidetur dicendum, quòd
in caſu noſtro pœnitere poſſit dicta D. Clara ma
ter, quæ non fecit ſe ſuſpectam ſecunda uota con
cupiſcendo.
4 Secundò, uidemus † uariationem in ſimili nõ
reiici, uariantemque admitti, & licere pœnitere,
ubi tertii præiudicium non uerſatur. text. eſt in
l. nonnumquam. ff. de collat. bonorum. & ibi Gl.
5 ubi † filius emãcipatus ꝙ fratribus cauere noluit
de bonis conferendis, & propterea à patris hære
ditate excludebatur. Auditus tamen, ſi poſteà
mutato conſilio cauere uoluerit. Sapientis enim.
ut ibi in Glo. dicitur, eſt mutare conſilium in me
lius. & quòd in caſu noſtro tertij præiudicium
6 non uerſetur, patet, cum † tutela ſit onus graue, &
ualde periculoſum, & propterea iura uoluerunt,
quod certę perſonę cogantur tutelæ officium aſ-
ſumere, niſi aliquam iuſtam cauſam à iure appro-
batam deduxerint: ut toto titulo. C. ff. & inſtitut.
de excuſat. tut. unde non præiudicari in hoc Ho-
ratio patruo manifeſtè apparet, imo graue onus
adimi.
Tertio, pro hoc faciunt notata per Salyce. in
auctẽn. ſacramentum. C. quand. mul. tut. offi. ubi
7 tenet † matrem contractis ſponſalibus non per-
dere tutelam ſui filij, quia cum ab illis poſſit rece-
dere, & ſic pœnitere, tutelam non perdit, quouſ-
que non ſit perfectũ matrimonium, taliter quod
ab eo non liceat reſilire, quē ſequi videtur Mat-
thæus ab Afflicto deciſione cclvii. in cauſa ap-
pellationis.
Quarto id licere matri ex capite reſtitutio-
8 nis, mulier † enim & minor æquiperantur. l. pri-
ma. §. finali. ff. de edend. minorem fuiſſe reſti-
tuendam indubitati iuris eſt l. interdum. cum ſua
materia

materia.ff.de condi.indeb.& toto titulo.ff.de mi
9 noribus. Sed cum † reſtitutio ſit in priſtinum
ſtatum repoſitio:vt l.quod ſi minor.§.reſtitutio.
ff.de minor.Gloſſ.in capitu.quia.de electio.& ſic
beneficium reſtitutionis operetur, ut res redeat
ad pridem,quod eſſe non poſſet, ſi patruus à tu-
tela non remoueretur, & ipſa mater admittere-
tur,& iſta opinio eo magis uidetur amplectenda,
10 cum † nullus amor vincat paternum.l.humani-
11 tatis.C de impub.& alijs ſubſtitu. filius † enim
eſt pars uiſcerum matris.l.priua,§.ex hoc reſcri-
12 pto.ff.de vent.inſpic.& ideò † uerіſimilius eſt, ut
melius cuſtodiat & tueatur,quàm quiſquã alius.
Et hinc eſt,quòd mater à lege præſumpta magis
fida ſemper præfertur in tutela filiorum alijs legi
timis,ut eſt tex.in d.auth.matri & auiæ.C.quand.
mul.tut.offic.

His tamen non obſtantibus, contrarium ue-
rius videtur de iure,ſcilicet matrem quæ ſemel tu
telæ officio renuntiauit (re non integra) pœni-
tentem uon fore audiendam & pluribus.

13 Primò, † quia licet mater ut legitima præfo-
ratur in tutela ſui filij omnibus alijs præterquàm
teſtamentariis: vt in dicta authen. matri & auiæ.
tamen volens adipſam admittitur,vt ibi dicit tex-
tus,& ibidem Gloſſ.Odofred.Cyn.& Bartol. Di
cit enim ibi Imperator, permittimus, & non di-
cit, præcipimus, uel mandamus. Idem Bartol.
in l.ſi quis ſub conditione. ff. de teſtament. tu-
tel. Nam & ſi mater legitima ſit tutrix, tamen
non eſt neceſſaria, ſed voluntaria, ſi ergo illi re-
14 nuntiat, validè agit, † cum quilibet poſsit iuri
ſuo renuntiare. l. penultima.C. de pact.l. ſi quis
in conſcribendo.C.de epiſcop.& clericis.notatur
in l.ſi mulier.ff.ad Vellcian.& quòd talis renun-
tiatio teneat firmat Bald. in l. precibus. in quinta
columna.verſicu.ſed quid,ſi mater.C.de impub.
& ali.ſubſt.

Secundò, hoc dubium videtur deciſum, per
ea quæ dicit Ioannes And. in additionibus Spe-
cul,in titulo,de tutore .§. nunc dicendum. uerſi-
culo,item obijcias,in verbo, Vbertus de Bobio.
vbi ex mente d.Vberti,Accurſii, Dyni, Oldradi,
Iacobi Balduini,Cyni,Guilielmi de Suza,qui om
nes quo ad propoſitum noſtrum concordant, &
communem opinionem eſſe demonſtrant, quòd
15 †.ſi mater non data tutrix in teſtamento ſciuerit
alium dari tutorem. ſuo filio per iudicem ſcien-
tem pupillum habere matrem, & mater fuerit in
mora,& taceat, quòd ex taciturnitate huiuſmo-
di inducitur renuntiatio,cum ipſa inuita non de-
tur,ſed volens legitima ſit,ut ſuperius dictum eſt,
16 & propterea † poſtmodum pœnitere non poſ-
ſit, vt redeat ad id cui renuntiauit. C. de iureiu-
ran.l.ſi quis, vbi dicitur, Satis enim abſurdum
eſt redire ad hoc,cui renuntiandum putauit. pa-
tientia enim ſibi nocet.C.ad Vellcian. l.ſi fine.&
l.prima.C. de iure do.imp. Quanto ergo for-
tius idem dicendum in caſu noſtro, in quo res
non eſt integra, & optimè prouiſum ſit pupil
li vtilitati,& ipſa mater per taciturnitatem non ſe
à dicta tutela excluſit, ſed per expreſſam abrenun
tiationem.

Tertiò accedit authoritas ipſius Speculat. &
eodem. §. nunc dicendum. verſiculo quid ſi ma-
ter, vbi diſcuſſo ad partes articulo firmat, quòd
17 † ſi mater ſuſcepit tutelam, & poſtea ad ſecun-
das conuolauerit nuptias, quòd ſoluto matrimo-
nio morte mariti ſi vellet redire ad tutelam fi-
lii, quòd non poſſet (re non integra) ideſt ſi
alius legitimus interim fuerit tutor, vel alium le-
gitimum habere poſſet,argumento.l. fina. C. de
repu.hæred.

18 Quorum omnium ratio eſt, quia † iura per-
dita, præcipuè facto ipſius matris, reiterari non
19 debent,l.finali.ff. de euictio. Ius † enim ex facto
ſuo quæſitum alteri auferre non poteſt. d. mater
ſine voluntate illius, qui non matris nomine ad
tutelam acceſsit,ſed vti legitimus & iure ſuo ad-
miſſus eſt. l. ſtipulatio. ff. de iure dot. Ius quę
20 † ſemel extinctum reſuſcitari non poteſt, nec
reintegrari ſinè voluntate partis. de conſecr. di-
ſtinct.quarta,capitu.quæris,verſiculo non poteſt
autem.& vii.quæſtio.prima,capit.quàm periculo
ſum.l.deducta. ff. ad Trebellia. cum ſimilibus. &
iſtud eſt quod uoluit Barto.in dicta l. ſi quis ſub
conditione. uerſiculo. ſed contra.& in d. authen.
ſacramentum.verſiculo,contra hoc faciendo tres
21 caſus,primum † quando mater nunquàm tute-
lam aſſumpſit,& vadit ad iudicem, & dicit nolo
eſſe tutrix, & peto dari filiò meo pupillo tuto-
rem,cum tunc ſine dubio tutela deferatur ad le-
gitimum,vel.ſecunda.qui pet.tuto. & hic eſt ca-
ſus noſter. Vnde cum prouiſum ſit de legitimo
tutore, cui iudex adminiſtrandi authoritatem
conceſsit, ſuperueniens alia legitima tutela, il-
22 lum non facit ceſſare:cum † ſint paris potentię
& virtutis ſecundum Petrum Philippum Cor-
neum in conſilio cclxxiiij.verſiculo tamen.in iiij.
volumine. incipien. in præſenti conſultatione.
quanto magis cùm in caſu de quo nec amplius d.
Dom.Clara mater dici poſsit legitima, ex quo be
neficium à lege conceſſum ſibi volenti renuit, &
23 † lex illud non det matribus niſi volentibus,
imò ſe offerentibus, ſecundum Gloſſ. per il-
lum textum in dicta authent. matri & auiæ. in
verbo permittimus. à cuius beneficio & iure ſpe
ciali excluſa facto ſuo remanet ſub iure com-
24 muni & regulari,quò † fœminæ remouentur ab
officiis publicis,vt eſt tutela.§. 1. inſtit. de excu-
ſat.tut.

25 Non obſtant contraria.nam † quæ primo lo-
cò dicta ſunt procedunt re integra, ideſt, antea-
quàm de alio legitimo tutore ſit prouiſum pupil
lo,tunc enim admittenda mater,ſi alius legitimus
non extaret,quem in tutorem habeat,vel habere
poſſet,vt dicit ipſe Specul.in d.§.nunc dicendum
& in d.verſic.quid ſi mater. Præterea illa proce
dunt in matre, quæ iam erat tutrix, & per tranſi-
tum ad ſecunda vota cũ uideretur renuntiaſſe tu

telæ,& deſijſſe eſſe filij tutricem,ea ratione ſecundum eum ex mente Vberti de Bobio in eodem.
26 §.& verſi. Quid ſi tutelam. quia † difficilius perditur habita, quàm habenda impediatur. vt ff. de poſtul.l.1.§.caſum.& ff.de adulter.l.2. Sed in caſu noſtro, mater nunquam fuit tutrix, vnde facilius eam perdit,& difficilius deperditam recupe-
27 rat. Vlterius dicimus d. † Glo. in d.§. interdum, & in d.l. propter latè, non eſſe veram nec tenendam, cum eius opinio repugnet regulæ, quæ eſt, q tutorem habenti tutor dari non poteſt, d.§. interdum.& C. in quib. cauſ. toll. oblig. per totum. Nec hic caſus reperitur exceptus à regula, licet d. Glo.& Speculat. excipiant.& male, quia ſecun-
28 dum regulam non † poteſt prouideri de tutore habenti tutorem. vt.§. ſin autem tutelam. in auth. de nupt.& in l. omnem. ff. ad Tertyll. vbi apparet quod ante ordinatur tutor pupillo, quàm mater tranſeat ad ſecundas nuptias.& contra d. Glo. ex alia ratione tenet Bartol. in d.l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tut.& in d. auth. matri & auiæ. ubi idem dicit Contes d. Sacci de Peruſio in ſuis reportatis, quę manuſcripta penes me ſunt, cum impreſſa non viderim.

Non obſtat ſecundum motiuum pro prima
29 parte † d. l. nonnunquam. ff. de collat. bonor. quia vt ibi dicit Glo. illud eſt ſpecialiter inductũ,
30 merito †.& ſi fauorabile ſit, ad conſequentiam nõ trahendum l. quod cõtra rationem. ff. de reg. iur. l. quæ à iure communis. eod. tit. lib. 6. Præterea caſus ille uerſatur non de irroganda alteri iniuria, ſed de adimenda ſpe lucri captandi. ſed in caſu noſtro tractatur de odio & pœna tertij qui inuitus ſẽtatur à tutela remouerit. Quod cõmuniter accidentibus,& attenta regionis conſuetudine vt probatum eſt, ualde reputatur igno-
31 minioſum. Nec † verum eſt conſilij mutationem admitti ſi de alterius tractetur iniuria, uerba ſunt Papiniani in regula, nemo. ff. de reg. iur. Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum, concordat regula. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, eodem titulo.

Tertium, nec iſtud obſtat, quia contra Saly. & ſequaces habemus authoritatem Vberti de Bobio quem refert & ſequitur ipſe Speculator in d. §. nunc dicendum. quod ſi nondum.& Bart. in d. §. ſin autem tutelam. in auth. de nup.& in fortioribus terminis contrarium tenet Bartol. in d.l. ſi quis ſub conditione,& in d. auth. matri. vbi D. Contes de Peruſio, dicit, † matrem deſinere eſ-
32 ſe tutricem, nedum per noua ſponſalia, uerum per ſolam verbi declarationem, quod ſecundas concupiſcit nuptias.& iſta opinio, ſemper mihi placuit, & in iudicando & conſulendo ſequutus ſum, attenta † auiditate & auaritia mulierũ, quę
33 cum incipiunt cogitare,& operam dare ſecundis nuptijs, vt honeſtiori nubant, nihil principalius ducunt, quàm expilare bona pupilli, ut diuites tranſeant ad concupitas ſecundas nuptias oblitę maternæ affectionis,& hæc quò ad bona, quò ad reliqua ut maiori & digniori nubere poſsint, paciſcuntur ſponſalia impuberum filiorum diuitũ, & alia fiunt, vnde tot inconuenientia & ſcandala omnibus nota.& huiuſmodi ſponſalibus impeditur libera nubendi poteſtas ſaltem tacitè & indirectè, nam contractis ſponſalibus dantur per matrẽ pupillæ in poſſe ſponſi ſeu eius patris, recipiuntur ſponſæ ſtatim in domo pupilli, ad hoc vt mutua conuerſatione firmetur ſpes futuri matri-
34 monij, quod ſi non perficiatur tum † ſponſalib. renuntiare poſsint. ca. requiſiuit. de ſponſ. c. quẽadmodum. de iureiur. hinc illæ graues inimicitię & inteſtinæ ciuium diſſenſiones. debet enim his obuiare iudex pro poſſe, vti plenius inferius dicemus. Sed conceſſo q crebrior ſit illorum opinio qui cum Salyc. tenent, illud procedit, vt ſuperius dictum eſt, in matre iam exiſtente tutrice, & ſic quando tractatur de adimenda ſibi tutela, nos autem ſumus in caſu in quo mater non fuit unquã tutrix, & ſic non de perdenda aſſumpta tutela, ſed de recuſata reaſſumenda, non igitur fienda illatio. l. ſi. ff. de calumniat.

Nec reſtitutio & ſi concederetur operaretur
35 hunc effectum, nam licet † ipſa ſit in priſtinum ſtinum ſtatum repoſitio. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor.& l. 1. C. de ſenten. paſſ. tamen
36 † reſtitutus non recuperat locum quem inuenit plenum. ff. ad munic. l. ordine.& notatur in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam.& in l. falſi. §. ordine. ff. de falſ. Bar. in l. Gallus. §.& quid ſi tantum. ff. de lib.& poſth.& hoc ſi locum occupans perſonam reſtituti non repræſentat, cum ergo ut ſuperius dictum eſt, Horatius patruus legitimus ſit & tutoris locum occupet iure ſuo, effectum prædictum non poteſt dicta reſtitutio operari, quam operaretur, ſi alius legitimus non extaret.

Præterea dicimus Domi. Claram minimè re-
37 ſtituendam, cum mulieres † in his quæ de rigore inducta ſunt non reſtituantur, ut eſt communis Doctorum ſententia, per textum in l. ne paſſim. C. de iur.& fact. ignor. ubi Bal.& Bart. in l. ſi. §. nuntiatio. ff. de nou. oper. nunt.& ibi Alex. idẽ Bald. Paul. de Caſt.& Alex. in l. iuris ignorantia.
38 C. qui admitti. Nam † mulier non ſimpliciter minori æquiperatur, ſed ſecundum quid, & ſic non in omnibus, ut uidemus in delictis, in quibus minor reſtituitur, non autem mulier. l. auxilium. ff. de minor.

Minus eſt enim priuilegiata mulier. l. finali. ff. ad Vellcian.& tantummodo reſtituitur in mutuo.& fideiuſsione, ut eſt textus in l. ſi mulier. ff. eodem titulo. & quod de uno ad aliam non recte arguatur, tenet Petrus Philippus Corneus conſilio 35. ſemper mihi. verſic. nec dictum. uolumine 3.

Vlterius, reſtitutio datur, quando apparet de
39 læſione. Quinimò de hoc videtur † caſus in l. 3. C. de reſtit. in integ.& ibi Glo. in uerbo renuntiatum.& ibidem Sal. in ſuo ſummario. iſte intel-

lectus probatur apertè ex inſcriptione ibi facta
Plotiani fœminæ. Probatur & alia ratione. Nam
ſi caſus ponatur in minore, vt ibi tenet alia Gloſ,
in verbo tuam. & Glo. ſeq. quam ibi in tertia ſo-
lutione ſequuntur Bartol, Bald. Alex. & alii magis
communiter, neceſſe eſt fateri ipſam. l. corrigi
per l. ij. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ.
40 ubi † apertè deciditur minorem ipſo iure reſti-
tui abſque iudicis miniſterio: vt ergo correptio
iurium euitetur, magis placet primus intellectus.
quidquid tamen ſit verius, ſat eſt, quòd ex vtro-
que intellectu, colligitur, ibi, mulierem maiorem
non reſtituendam. & primus ſenſus planus eſt,
ex ſecundo ;. quæſitum fuit ab Imperatore per
minorem, an ipſe veniat reſtituendus: & referat,
an expreſſe vel tacitè renuntiauerit querelæ in of
ficioſi, reſpondet Imperator in ipſius minoris
perſona non cadere hanc conſiderationem, cum
ipſe minor ætatis beneficio in tacita ſicut in ex-
preſſa ueniat reſtituendus, & ſic inferri, ſecus in
maiori.

Vlterius, reſtitutio datur, quando apparet de
41 læſione † quæ ſine ea non reperitur iure cautum
concedi, c. cum veniſſent. §. nos igitur. & c. finali
de reſtitut. in integr. Speculat. in eodem titulo §.
42 1. verſiculo, illud quoque. Sed † cum tutela ſit
onus, vt ſuperius dictum eſt, & eſt textus in §.
tria onera. inſti. de excuſ. tut. & maximè periculo
ſum, vt dicit Gloſſ. in verbo permittimus, in d.
authen. matri & auiæ. nedum propterea. d. D. Cla
ra mater non fuit læſa, ſed prudenter ſibi pro-
ſpexit, ac etiam pupilli vtilitati, nominando pa-
truũ in tutorem probum & ſagacem virum qui
aliàs erat legitimus & futurus tutor. Ad tutelę
enim officium magis idoneus cenſetur maſcu-
lus quàm fœmina, cum fragiles ſint fœminæ nec
ſanum habeant iudicium vt maſculi: & propter-
ea iura antiqua non permittebant tutelam fœmi-
nis. l. iure noſtro. C. de teſtamen. tutel. & l. fœmi-
na. ff. de legit. tut. tutelam † adminiſtrare virile
43 munus eſt, & vltra ſexum fœmineæ infirmitatis ta
le officium eſt, verba ſunt textus in d. l. 1. C. quá-
do mul. tut. offi. fung. poſ. ex quibus concludo de
iure non eſſe audiendam. d. D. Claram.

Venio ad ſecundum quæſitum in ordine in
quo videtur prima fronte etiam poſſe concludi
44 ad fauorem d. D. Claræ matris, ſcilicet † dictũ pu
pillum apud ipſam fore educandum, de hoc ha-
bemus textum in terminis in d. l. 1. C. vbi pupil.
educ. deb. vbi dicitur, pupilli educationem nulli
magis quàm matri committendam eſſe, & hoc in
diſtinctè ſi vitricum non ſuperinduxit, ſecun-
dum Gloſſ. ibi in verbo. quando. cum qua Gloſ.
ſimpliciter Doctores tranſire videntur, ſecun-
45 dum quam tunc † id iudicis arbitrio relinquit,
quando aut mater ad ſecundas conuolauit nup-
tias, aut inter alios ſuper educatione eſt con-
46 trouerſia, cum † igitur habeamus textum aper-
tum, & eius Gloſſ. apertius declarantem, teme-
rarium videtur hoc idem in dubium reuocare.

Sed cum audio cauſam agitari coram peritiſ-
ſimo viro, qui non tantum authoritatibus, quàm
rationibus adhæreat, non verebor nedum hoc in
dubiũ reuocare: verum rõnibus & authoritatib.
47 demonſtrare. d. † Gloſſ. non eſſe veram: nec tenẽ
48 dam indiſtinctè, vt ipſa loquitur. cum † & ſi d. l. in
ſui principio, penes matrẽ pupillũ educandum di
cat, tamen verſiculo, quãdo autem, caſum nec the
ma diuerſificando, ſubdit, quòd ſi ſuper hoc oria
tur dubitatio, præſes inſpecta perſonarum quali-
tate & coniunctione perpendet apud quem edu-
cari debeat. vnde melius dixiſſet Gloſſ. quãndo vi
tricum non ſuperinduxit, vt modum loquendi
ipſius legiſlatoris ſequeretur, & non peruertere
illum, ſeu diuerſificare caſum, dicendo, quando
ſecundo nupſit, ex formula ſeu modo loquendi
ex quo in textu manifeſtè colligitur. d. verſicu-
lum in verbo, quando, loqui in eodem caſu &
eodem retento themate, ſcilicet quando mater
vitricum non ſuperinduxit, nam & tunc orta di-
ſcordia ad iudicis recurrendum arbitrium. Nec
allegatus textus per Gloſſ. in authen. de nup. pro
bat eius opinionem, dicit enim ibi textus. Mater
fide dignior ad filiorum educationem videbatur.
dat hoc ei lex, niſi ad ſecundas acceſſerit nuptias,
& ſic idem quod in dicta. l. prima. in ſui princi-
pio. Nec quia cum in d. authen. vlterius non pro-
cedatur, quando oriretur diſcordia, dicendum
propterea eſſet alium induci ſenſum. dicta l. pri-
ma. & ſequentem eius verſiculum, in verbo. quan
do in facto diuerſum à primo themate, & quòd
non indiſtinctè data diſcordia pupillus ſit penes
49 matrem educandus, apparet † dum per leges
quàm maximè conſideratur, ne dum ſecuritas
vitæ ipſius pupilli, verum vt nec pudicitiæ illius
inſidietur, ut eſt textus in l. ſi diſceptetur. & in l.
prima. & ibi Gloſſ. in verbo & ex perſona. ff. eod.
50 titulo. Imo † bona & honeſta diſciplina educa-
tioque, ut in diſcurſu. l. qui filium. ff. eodem titu-
51 lo ſatis aperte colligitur. Quo ſtante. quid † ſi
mater pupilli maioris trium annorum vel fœmi-
næ, cum idem in vno quod & in alia, ſecundum
Gloſſ. finalem in d. l. ſi diſceptetur, ſit dicendum,
eſset meretrix, leno, ebrioſa, male morigerata, ini-
mica memoriæ viri defuncti, dicendum ne eſſet
apud huiuſmodi matrem pupillum ſeu pupillam
educandam? minime certe, ſatis hoc eſſet abſur-
dum, & contra mentem & verba dictarum legũ.
52 Quòd odium † matris in maritum defunctum
debeat eſse in conſideratione, demonſtratur ex
deciſione ſacri concilij Regni Neapolitani de qua
per Matthæum ab Afflicto deciſio clxxiij. quis
debeat. vbi auus paternus ſuſpectus habitus fuit
in ſuſceptione tutelæ nepotis ex filio primogeni-
to ob odium quo primogenitum pupilli patrem
dum in humanis agebat proſequebatur. Vnde
53 patet † quòd ſi verum ſit penes matrem pupil-
lum educandum vt dicitur in d. l. j. in ſui princi-
pio. C. vbi pup. educ. deb. Non tamen hoc indi-
ſtinctè eſt ſemper verum, vt d. Gloſs. tenet. ſed ſi

ſuper hoc oriatur diſcordia, iudicis arbitrio re-
linquetur, qui ex perſona, ex conditione, ex tem-
pore ſtatuet ubi potius alendum ſit, ut dicit tex-
tus in d.l.j.ff.eodem titul. Secus ſi pupillus trien-
nio minor eſſet, tunc enim, ſi de uitæ periculo nō
ſuſpicaretur, de mala educatione vix poſſet ſuſpi-
cari, cum ætas illa non appræhendat mila paren-
tum, & iſtud eſt quod nult Gloſſ. in d.l.j. in ner-
bo, & ex tempore, & Gloſſ. in uerbo conſtituere
53 tur. in l. finali. ff. eodem titulo. dum dicunt † pu
pillum minorem triēnio penes matrem alēdum,
& ſic non indiſtinctè maiorem triennio, quod
& clarius uoluit Rayner. de Forliuio, & Barto. in
d.l.j. in uerbo, in pueris, dum dicunt, id eſt maio-
ribus triennio, & ſic de minoribus indiſtinctè re-
linquitur educatio matribus, ſecus de maioribus,
54 † ad poſitionem enim unius ſequitur remotio
55 alterius. l. ſi inter. ff. de except. rei iud. & † qui de
uno affirmat, alterum negare videtur, & econtra
cap. non ne bene. de præſump. l. ait prætor. §. ſed
quod Papinianus. ff. de minor. Iſtud tenet Gloſſ.
in nerbo: adir. in d.l.j.ff. eodem titulo. dum tex-
tus ibi dicit, ſolet prætor adiri. Gloſſ. ſubdit a ma
tre uel agnatis, & ſic etiam quando cum matre ſu-
per educatione pupilli eſt controuerſia. nec di-
cendum poſſe intelligi d. Gloſſ. quòd mater eo
caſu iudicem adeat, non vt ſibi alendus pupillus
conſignetur, ſed ut alii educatio committatur, ut
d. reprobata Gloſſ. in uerbo, quando, in ſecundo
intellectu, dicit, quia eſſet reſtringere textum in
d.l.j. contra dictas conſideratas rationes, & quòd
iſta opinio contra d. Gloſſ. ſit uera, eam rectè in-
tuenti tenet Bartol. in d. eadem. l.j. C. ubi pup. di-
cit enim ibi Bartol. pupillus educandus eſt apud
matrē ad ſecunda uota non tranſeuntem; & quā
do de hoc eſt contentio, iudicis determinatur ar
bitrio, dicit, & quando de hoc, & ſic præſuppo-
nit eundem caſum & idem thema, & non diuer-
ſum, ut ſentit Gloſſ. & malè, & ſic apparet quòd
iſta opinio contra d. Glo. fulcita eſt optimis ratio
nibus & authoritatibus.

Qua firmata concluſione, concedo quòd in du
bio, uel cæteris paribus mater in pupilli educa-
56 tione alijs præferatur, ſed circunſpectus † Iudex
in caſu noſtro habet plura conſiderare, & inter
alia principaliter, ipſius pupilli uitæ ſecuritatem,
item ubi melius bonos poſſit apprehendere mo-
res, item quid pupillo honorificentius, quid uti-
lius quò ad maiores uel minores impenſas, & cir
ca eadem conſiderare, quid pater illius ageret.
Item quid de boc ſentiant pupilli magis coniun-
cti honeſtę conditionis & non ſuſpecti, & hęc
omnia ut dicit d.l.j. ex perſona, & conditione, ex
tempore, & ut ſine ulla maligna ſuſpicione alatur
& ut dicit d.l. ſi diſceptetur. uitandi qui pudicitię
impuberis poſſent inſidiari, & ut dicit d. l.j. C.
ubi pup. ex perſonarum qualitate & coniunctio-
ne, & ut dicit. d.l fina. C. eod. titu. ex ſingulorum
affectione, & qui magis ad ſuſpicionem ex ſpe ſuc
ceſsionis proprior ſit.

Diſcutiamus de ſingulis iuxta proceſſum no-
57 bis tranſmiſſum. nulli dubium quòd † ad euitan
dam maiorem impenſam vtilius eſſet pupillo e-
ducari in propria domo penes patruum tutorem
cum quo bona ſunt communia: quàm penes ma-
trem in domo aliena habitantem cum fratre ſuo;
de ſe patet, probant coniuncti, paruin aut nihil ob
pupillum in familia impenſas augeri, & propter-
ea in tutoris rationibus minorem impenſam ta-
xandam, quàm ſi in domo aliena alatur.
58 Addatur † puerum nobilem (quàm minus ho
norificum) relictis ędibus paternis, ubi maiorū
imagines, ubi paterna ſupplex & bona ubi amico
rum, clientum frequentes ſalutationes, traduci in
domum alienam, in quam uix eorum aliquis au-
deret introire.
59 Conſideretur † quid teſtatus fuiſſet pater, ſi
improuiſa morte non deceſſiſſet, & cui dubium?
quod uetuiſſet dulciſſimum eius filium penes
alium non educandum, quàm penes ſibi cha-
rum fratrem & pupilli patruum, probum uirum,
morigeratum, beneuolum, ad quem mors pupil
li nihil utilitatis, ſed plurimum doloris & mœſti-
tię, luctus & ſqualloris afferret. vnde ſi iudex fa-
cit de pupillo illud quod faceret pater utique re-
ctè decernet. l. penultima. C. de curato. furioſ. &
hac ratione tutores teſtamentarij à lege omni-
bus aliis legitimis & ipſis matribus præferuntur
60 d. auctēn. matri & auiæ. Lex † enim uita ſub-
intrare debet in locum patris demortui: & ſecun
dum illius pręſumptam uoluntatem decernere
niſi iuſta cauſa aliud ſuadeat. d.l. 1. ff. eodem titu-
lo, quæ minimè apparet, nec in caſu noſtro ſuſpi-
cari poteſt.
61 Præterea † iudex in huiuſmodi cauſę cognitio
ne principaliter propinquorum honeſtæ condi-
tionis & non ſuſpectorum uoluntatem attēdere
debet. d.l. 1. ff. circa finem, qui palam deteſtantur
hanc D. Claræ matris petitionem uti iniuſtam,
pupillo non utilem nec honorificam.

Vlterius caſus noſter uidetur decidi ex eſſentia
62 ipſius tutelæ, eſt enim † tutela poteſtas in capi-
te libero ad tuendum eum qui propter ætatem ſe
tueri nequit. l. 1. ff. de tutel. inſtit. eodem titulo. §.
eſt autem tutela. ſed tutor melius tuebitur pupil-
li perſonam ſi apud ipſum ille alatur, quā ſi alibi,
igitur apud eum alendus.

Præterea licet. d. D. Clara mater ſit honeſtæ
63 & laudabilis uitæ, tamen † mulier eſt, fragilis ſe
xus, & non ſani iudicii. l. finali. in principio. ff. qui
pet. tuto. Gloſſ. in d.l. 1. C. de confirmat. tut. &
utrobique not. de quo ſatis ſuperius dictum eſt,
64 & uti experientia docet. † Quæ eſt rerum magi-
ſtra. ca. quàm ſit. in principio, de electio. libro vj.
& cap. ſtatutum. eodem titulo. ratione ſexus mi-
nus ſolet mater à pueris timeri, unde apud eas la-
xiores habenæ, & ſic ætas illa ad malum procliua
ſe regere non valēs, cum ab alio non regatur, ma
los imbibit mores, uerificaturque prouerbium
65 illud uulgare. † Allieno di dona mai fu buono,

non omnes enim mulieres ſunt Cornelia Grac-
corum mater, quæ conſideratio ceſſat in Hora-
tio patruo prudenti & ſagaci uiro. Accedat præ-
dictus conſideratio imminentis periculi vitę ip-
ſius pupilli, qui ſi decederet, eius hæres foret ſo-
66 la mater, & licet † ob maternam affectionem à
lege huiuſmodi ſuſpicio in ea reijciatur. d. l. 1. C.
vbi pup. & ibi Gloſ. tamen id procedit quò ad
ſe, & quando mater ſeorſum ab alijs ſuſpectis
habitaret, ſed cum ipſa permaneat in domo fra-
tris, & iuuenis, & pulchra, & propterea indecens
eſſet poſtquam à domo viri receſsit, vt ſeorſum
ſolam habitaret, ceſſat ratio. l. reſpuens ſuſpicio-
nem, ſubintratque diſpoſitio. l. viduę. C. de nupt.
67 vbi † lex ſuſpicionem probabilem facit eorum
qui gradu proximo ad viduarum ſucceſsionem
vocantur, ne propterea honeſtas impediant nu-
ptias. ubi Bal. extendit hanc ſuſpicionem & ſuc-
ceſsionis ſpem, ac auiditatem, ne dum ob mor-
tem viduę, verum & ipſius filij. notam habet iu-
dex auunculi iſtius pupilli numeroſa familia gra-
uati auaritiam ac auiditatem, & ſi caſus eueniret,
& ſoror non conuolaſſet ad ſecundas nuptias; ip-
ſum & ſuos filios eſſe illi ſucceſſuros, & ſi ad ſe-
cunda uellet tranſire vota cum opulenta hæredi-
tate, prudens vir conſideret, ſi d. frater de quo-
ta paciſci uellet, ſciunt omnes abuſum regionis,
qui habet aures audiendi audiat, & propterea in
huiuſmodi caſu educationem ſuſpectam dicimus
penes matrem, nomine, in effectu penes auuncu-
lum, rationeq; de qua in d. l. 2. C. vbi pup. debere
attendi. de qua etiam in d. l. viduæ. in fine, & ſic in
educatione præferri patruum, ad quē etiam ſi fa-
talis ſors interceſſerit, tamen hęreditatis commo-
dum peruenire non poſſet, & his obuiare debet
iudex circunſpectus, ne dum ad petitionem Ho-
68 ratij patrui & tutoris, uerum † ex ſui ipſius offi-
cio, ex quo de facto ad fauorem miſerabilis pu-
pilli circa actum miſerabilem ſupplere poteſt &
debet. c. cũ ueniſſent. de inſtit. l. 4. §. hoc autem.
vbi de hoc. ff. de dam. infect. Bened. Capra in ſuis
regulis quas ad D. Ioannem auum meum excel-
lentiſsimum iuriſconſultum miſit, quæ penes me
ſunt manuſcriptæ, in regula, quando iudex ex of-
69 ficio ſupplere poſsit. Pupillus † enim licet di-
ues ſit, non actu tamen habitu dicitur miſerabilis
perſona ut per Canoniſtas. in c. ſignificantibus.
de offic. deleg. Dominus dirigat animum iudicis
in uiam ueritatis, & ut ſuperius concluſum eſt
uidetur mihi Iacobo de Guidonibus de Acumu
lo ciui Aſculano inter V.I.D. minimo de iure di-
cendum, ſalua ſemper meliori ſententia, in quo-
rum fidem propria manu me ſubſcripſi, & ſigil-
lo quo in his utor ſigillaui. Laus Deo.

SVBSCRIPTIO.

Adeò plenè, ſubtiliter & doctè per excellentiſſimum D. Iacobum Guidonem olim meum auditorem diſcuſſa eſt hæc præſens quæſtio, ut nihil ulterius adijci, nec poſſe dicendum ſit. ideò de ſola ſubſcriptione requiſitus libenter ego Vicentius de Herculis Peruſinus V.I.D. primam in iure ciuili cathedram de mane regens in hoc patrio Gymnaſio huic conſultationi accedo, meq; propria manu ſubſcripſi, ſolitoque ſigillo ad maiorem fidem ſigillaui.

Secundum hanc conſultationem fuit iudicatum pro Horatio patruo tutore.

CONSILIVM D. MARCI MODESTI de Callio. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris uoluntas pro lege ſeruanda.*

2 *Hæres tenetur ſeruare uoluntatem diſponentis.*

3 *Legatum factum ſub conditione uiduitatis uel cælibatus remanet purum, de quo nu 24*

4 *Conditio de nõ nubendo apposita uiduæ nõ reijcitur.*

5 *Verbum (dummodo) importat conditionẽ ſucceſsiuã & non inſtantaneum.*

6 *Legatarius non ſeruans conditionem appoſitam in legato dicitur prædo & malæfidei poſſeſſor.*

7 *Mariti defuncti anima triſtatur ob tranſitũ ſuæ vxoris ad ſecunda uota.*

8 *Cõditio impoſsibilis & quæ impleri non poteſt niſi in ultimo uitæ ſpiritu, adimpletur cautione Mutiana.*

9 *Cautionem Mutianam nõ præſtans in caſu quo tenetur non facit fructus ſuos. de quo nu. 26. & 27.*

10 *Vſufructuarius quilibet tenetur ad ſatiſdandum, nec remitti poteſt à teſtatore. nu. 11.*

12 *Satiſdare debens debet ſe ultro offerre.*

13 *Generalis liberatio ad omnia ſe extendit de quo numero 31.*

14 *Inſtrumentum ſemper præſumitur quòd ſit uerum.*

15 *Inſtrumentum publicum facit rem notoriam.*

16 *Inſtitutio in omnibus & uniuerſis bonis pleno iure, intelligitur etiam quo ad proprietatem.*

17 *Patrimonium defuncti unitur cum patrimonio hæreditatem adeuntis, & dicitur patrimonium hęredis non amplius defuncti.*

18 *Inſtitutio in diem certum non ſolet ualere, ſecus ſi ad diem & tempus incertum.*

19 *Hæres ſemel effectus non poteſt deſinere eſſe hæres.*

20 *Inſtitutio uxoris donec caſtè & uidualiter uixerit pro primo anno reputatur pura, pro ſequentibus annua.*

21 *Dictiones, quò ad, quam diu, quòuſque & ſimiles ſunt temporis limitatiuæ, de quibus. nu. 25.*

22 *Aduerbiũ (dũmodo) ſignificat donec. de quo. n. 25.*

23 *Grãmaticorum expoſitiones in iure non reſpuendæ.*

28 *Donatarius non cogit donatorem ad ſatiſdandum.*

29 *Vidua nubens de licentia uiri non amittit legatum neque fructus.*

30 *Vbi neceſſario non requiritur factum nec oblatio.*

CON-

CONSILIVM CLX.

Diuino implorato præſidio.

DILIGENTER pro uiribus
ingenioli mei conſideratis his
quæ in themate narrantur, pri-
ma facie ut dicebat Iuriſcon.
in l. hæredes mei. §. cum ita. ff.
ad Trebel. uidetur dicendum
Blaſinā non tecilſe fructus ſuos. Nam Primo,
cum fuerit inſtituta ab eius uiro, ſub conditio-
ne uiduitatis, uidetur ea non ſeruata, uoluiſſe om
nino, illam priuari hæreditate, prælegato, & fru-
1 ctibus; & uoluntas † teſtatoris eſt lex, & pro
lege debet ſeruari. §. diſponat. in auc. de nupt. iun
cta l. 1. C. de ſacroſan. eccle. ibi, eius iudicia non
ſint; caſſa, &c. ergo cum non ſeruauerit legem te-
ſtatoris uenit priuáda, omni eo & toto quod per-
2 cepit, iudicio eiuſdem; ex quo † hæres tenetur
ſeruare uoluntatem diſponentis, aliàs priuatur;
auct. hoc amplius, & ibi Pet. Cyn. Bart. & Doc. C.
de fideicom. §. ſi quis uerò non implens. de hære.
& falci.
Et ſi diceretur legatum factum ſub conditio-
3 ne † uiduitatis, uel cælibatus, conditione reie-
cta, remanet purum: quia huiuſmodi conditio-
nes tamquam de iure turpes abijciuntur, & quia
contra publicam utilitatem, tam de iure digeſto-
rum, ut l. cum tale, §. Mæuia, & l. ſi. Titiæ. §. ſi non
nupſerit, ff. de condi. & demon. & l. mulieri. & Ti-
tio. ff. eodem. quàm de iure Codicis. ut l. ambi-
guitates, C. de indic. uidui. tollend. ibi, licere mu-
lieribus & maritorum ſuorum interminatione
ſpreta, quæ uiduitatem; &c. & in l. legē Iuliā mi-
ſcellam. C. eodem titulo. Non refert quia licet
propter publicam utilitatem, & propter anceps
periurium, hæres, uel legatarius cogebatur ſu-
bire legē Iuliā Miſcellam: eſt tamen hoc ſubla-
tum in uirgine: in uidua autem remanet penitus
4 incorrecta. quia † conditio de non nubendo, ap-
poſita mulieri uiduæ, nō reijcitur de iure nouiſ-
ſimo, ut eſt text. in auct. cui relictum, & in corpo-
re unde ſumitur. C. de indic. uidui. tollen. & ibi
Pet. Cyn. Bar. Bal. Saly. Iaſ. & doctores. Et in legi-
bus abrogatis non oportet inſiſtere.
Secundo quia inſtitutio fuit facta per aduer-
5 bium, dummodo † honeſtas ſeruetur & uiduitas,
quę licet conditionem importet, l. ſi quis ita le-
gauerit. ff. de condi. & demon. & ibi Bar. Ang. &
Imol. quòd idem ſignificāt omnia aduerbia tem
poris, l. 1. ff. de condi. & demon. tamen uidetur di
cta dictio importare conditionem, non inſtanta
neam ſed ſucceſsiuam, quæ requirit perſeuerantiā
arg. l. uicina. ff. de mann. teſta. & l. ſeruos ad cu-
ſtodiam. ff. de alimen. & ciba. lega. Itaque cum
non perſeuerauerit in uiduitate, uidetur effecta
indigna ex quo contra fecit, in tantum ut uſque
retro poſsit declarari priuata l. 1. C. de his qui-
bus ut indig. ideo notāter dicebat Bal. in d. auct.
6 col. tertia. quòd † non ſeruans conditionem ap-
poſitam in legato uel alia diſpoſitione teſtato-
ris fingitur uſque retro fuiſſe prædo & malęfidei
poſſeſſor: propterea tenetur ad fructus perceptos
& qui percipi potuerunt, quod reputat plurimū
eſſe notandum, Iaſ. in d. auct. in tertio nota. & in
d. l. 1. C. de his quibus ut indig. confirmans pul
chro ſimili. Et ratio dictæ concluſionis eſt eui-
7 dens, quia † per huiuſmodi tranſitum infertur in
iuria primo uiro, & eius memoria negligitur,
& caritas filiorū, nec nō anima defuncti uiri con-
triſtatur, ut in auct. de nupti. & ſin autē tutelam,
uerſiculo. not autē & §. quæ uerò, & ibi defuncti
animam contriſtari. per quem text. dicebat Bal. in
d. aucten. cui relictum. col. pen. quòd maritus legā
do uxori, in caſu caſtitatis, non intelligitur ſen-
tire de ſecundis nuptijs, quia uiri animam. i. con-
ſiderationem contriſtant, de quo latè per Ang.
Imo. & doct. in l. mulier. §. cum proponeretur.
ff. ad Trebel.
8 Tertiò, quia † quemadmodum legatarius, uel
hæres, quibus fuit relictum, ſub conditione nega-
tiua poteſtatiua, quæ conſiſtit in non faciendo,
uel quę pſeuerantiā requirat, quorum implemen-
tum reputatur difficile, quia non uidentur imple-
re poſſe, niſi in ultimo uitæ ſpiritu, quare ne fru-
ſtatoria, & rediculoſa fiat diſpoſitio, Quintus
Mutius iureſconſultus, ſequendo mentē teſtato-
ris ſpreta ui uerborū, introduxit ut huiuſmodi
conditio impleatur, per cautionem quæ Mucia-
na appellatur. l. Mutianæ. ff. de condi. & demon.
& ibi optimè declarat Sozin. circa tertium incon-
9 ueniens: Et cum † dicta mulier dictam cautio-
nem non præſtiterit, nec ſaltem ſeſe obtulerit
cauere paratā; non fuit ſuperlucrata fructus, quos
percepit dū nō paruit cōditioni, tex. eſt in d. aut.
cui relictum, & in l. vxor la prima. ff. de uſufruct.
lega. l. ſi cuius. §. primo. ff. de uſufruc. immo ven-
dicantur, l. ſi uſuſfructus nomine. ff. uſufr. & quē
ad. cauea. & l. cum filius. §. qui Mutianā. ff. de leg.
tertio. ubi notāt Bal. & Imo. quòd cautio Mutia-
na includit plenam reſtitutionem rei, & fructuū
medij temporis in caſu cōtrafactionis: quod not.
Cyn. Bar. Bal. Salyc. Cuma. Iaſ. & Mod. in d. auct.
cui relictum.
10 Et prædicta cōcluſio non eſt à iure aliena, quia
uidemus quemlibet uſufructuarium, teneri regu
lariter ad ſatiſdandū. l. 1. & ferè per totū. ff. de uſu
fruc. & quemad. cauea. l. uſufructu conſtituto. C.
de uſufruc. l. cuius. in prin. ubi. text. loquitur per
dictionē uniuerſalem, omnes &c. ff. eo ti. Et uſq;
11 adeo dicta † cautio uidetur eſſe de ſubſtantia
uſuſfructus, ut etiam à teſtatore remitti non poſ-
ſit l. 1. C. de uſufruc. & ibi Bart. uerſ. quinto dici
tur, & l. ſcire. C. ut in poſſe legato. & conſulendo
tenebat Alexand. conſil. 58. habita col 3. uerſic.
non obſtat quòd teſtator. lib. 3. & Philip. Deci.
conſi. 17. uiſa num. 16. lib. 2. & ratio eſt in prom
ptu. quia fuit inductum fauore hæredis, d. l. 1. ff.
de uſufruc. aliàs daretur materia delinquendo ut
ibi

ibi habet, & in cap.fin.de pigno. & ibi D.Anto.
Panor. & Imol. Et intantum prædicta uera ui-
dentur, ut etiam requiruntur in his quæ uſu cõſumũtur,
poteſt latè deduci præfatus. D. Alex.reproba
ta opinione Cyn.in allegato conſil.ſubdens cõ-
munem opinionem eſſe contra Cynum, in hoc
articulo. Et reprobari per Rayn.Bal.Saly.& Ful-
go.in d.l.& ab Imo.in d.c.fi.
Etſi diceretur quòd dicta mulier uenit excu-
ſanda: quia cautio præfata nõ fuit petita.Simili
12 ter non obſtat, ex quo † cui incumbit tale onus
ſatiſdandi, debet ſeſe ultro offerre paratum, nec
expectare, ut ab aduerſario requiratur, text.eſt
in d.l.Mucianæ.ibi,denuntiare eum poſſe cohęre
di paratum ſe accepto facere dotẽ, uel cauere,
& ibi Bal. uerſi.itẽ not.& Sozin. in 3. nota. con-
cludens in effectu non eſſe expectandũ quòd ta-
le implementum poſtuletur.
Quarto quia dicta mulier finiuit,& quietauit
hæredibus ſubſtitutis in teſtamento dicti Iulij.
unde occaſione dictæ generalis geſtationis, libe-
rationiſq; fructus tã percepti quàm percipiendi
eiſdem quoquo modo non uidentur deberi, ex
13 quo † generalis liberatio ad oĩa indiſtinctè ſe
extendit.l.pluribus.ff.de acti.l.emptor.§.Lutius.
ff. de pact.cũ ibi nõt.per Glo. & Doct.& plenè p
Petr.& Cyn.in l.ſub prætextu ſpecierum.oppoſi-
tione 4. C. de tranſa. Bar. in l. creditor.§. Caio.
ff.de libe. lega.& in l.qui cũ tutoribus.§.fi.in fin.
ff. de trãſa.Panor.& Canoniſtæ in c.1.co.tit. Bal.
in l. pactum quòd dotali.ī 4.q.cum ſequenti. C.
de collat. plenè per Bal.& Ang.in l.tres fratres.
ff. de pact. & cum de dicta generali liberatione
conſtet publico inſtrumẽto non: poteſt in dubiũ
14 reuocari: quia † inſtrumentum ſemper præſu-
mitur quod ſit uerum.l.cum preci.C.de probat.
& ei in dubio ſtandum eſt.Gl.in l.quamuis. C.
15 ſi quis alte.uel ſi.inſtrumentum † enim publicũ
facit rẽ notoriã,[illegible] c.cum olim. de cenſi.& ibi D.
Ant. quia eſt probatio probata non requirens fa
ctum iudicis. Bal. in l. quoties. in fi.C.de iudic.
& in auct. qui ſemel. C.quomo.& quan. iud.& in
l.2.C. quando fiſcus,uel priua.& dicebat Bal. in
l. fi. C.de fal. cau.adiec. lega. nihil aliud eſſe in-
quirendum,quàm quod ſcriptum eſt in inſtrõ.
Sed his non obſtantibus, contrarium de iure
uerius eſſe arbitror,ſtantibus his,quæ proponun
tur, ut uerbis utar Scæuolæ Iuriſconſulti, in l. ſi
prædia. ff. de dona.ui.6. & uxo.
Primò quia dictus Iulius inſtituit vxorẽ, non
ſolùm in vſufructu,quin etiam & in proprieta-
te, dum dixit, quòd inſtituebat eam in omnibus
16 & ſinuſ ſuis bonis,pleno iure:per quæ uerba † ap
paret inſtitutionem factam in proprietate pari-
ter & uſufructu.probatur in l.Iulianus.§.fin.iun-
cta. l. ſeq.ff.de rei uendi.& ibi Bald.& Angel.ubi
probatur, quòd ille dicitur habere rem pleno iu-
re, ſi reperiatur habere proprietatem cum uſu-
fructu; etiam ſi res ſit ſubiecta reſtitutioni, uel
euictioni; & idem notauit Bar.in l.mater.C. ad
Tertul. & dicebat Alexand.in conſil. 162. uiſis
nu.5. lib. 6. cum dicta mulier vt ſupra inſtitu
ta appræhenderit hæreditatem, negari non po-
teſt quòd non fecerit fructus ſuos,tanquam pro
prios,ex quo poſt appræhenſam poſſeſſionẽ bo-
17 na deſierunt eſſe hæreditaria. † patrimonium
namque defuncti unitur cum patrimonio adeun-
tis, & dicitur patrimonium hæredis, & non am-
plius defuncti. ita notanter tradit Gloſſ. in l.fi &
ibi Bart. ff. de fideicommiſ.hære.de quo eſt text.
in l. 1.§.ueteres.ff.de acquir. poſſeſſ. & ibi Bartol.
Ang.& Imol. ac Iaſ.Sozi.& Deci. & per Alexand.
in conſi.70. Magnificus miles. nu.11.lib.6.
Secundò, quia inſtitutio fuit facta in uniuer-
ſo iure,licet in uita tantum; & poſt mortem fue-
18 runt uocati nepotes ex fratre,& quamuis † inſti-
tutio in diem certum non ſoleat ualere.l. hære-
des ex die.ff. de hære.inſti.& §.hæres.inſt. eod.
titu. nihilominus quando confertur ad diem, &
tempus incertum, eſt ſecus. l.filius à patre.2. re-
ſpon. ff.de libe. & poſth.not. Gl.Bar. & Doct.in
d.l.hæreditas. de quo eſt text. in l.in tempus. ff.
de hære. inſti.& cum dicta uxor ſemel ſit effecta
19 hæres ſemper remanet, quia † ſemel heres non
poteſt deſinere etiam facto teſtatoris.l. ei q̃ ſol-
uendo.ff.de hęre. inſt. l.quod ſi ſine.§.ſed quod
Papi. ff.de mino. & per conſequens inficiari non
poſſe uidetur quin ſic inſtituta dictos fructus non
fecerit ſuos. & ita in terminis uoluit Imol.in d.l.
hæreditas, uerſi.quid ſi teſtator inſtituat uxorem
in uita tantum, & Aretin.in d. §. hæres. uerſicul.
quarto.caſu.
10 Tertiò,quia ſi † diſponens inſtitueret uxorem,
donec caſtè, & uidualiter uixerit, ꝓ primo anno
reputatur pura:pro ſequentibus uerò annua,& cõ
ſequẽter relictum quamdiu perſeuerauerit in ui-
duitate. l. ſi ſiliæ.ff.de annu. lega.l.legatum. ff.eod.
l. pater Seuerinam. ff. de condi.& demon. & tra-
dit Cyn. Bart. Bal. Saly.& alij in d.l.legem Iuliam,
quę eſt lex fin.illius titu. ubi et Iaſ. & Moder. &
Bar.in auct. hoc locum.C.ſi muli.ſecun.nupſ.Ia-
cob. de Belui. in d.§.quia uero, in auct. de nupt.
Bald.in l.cum filius.§. qui Mucianam. ff.de leg. 2.
ubi dixit quòd maritus legans uxori, quamdiu ca-
ſtè uixerit & uiduitatẽ ſeruauerit, puta per trien-
nium,licet inde nubat, non propterea tenetur ad
reſtitutionem fructuum præteritorum,quos pe
cepit; dum ſeruauit conditionem: licet amittat
futuros:& idem tradit Prati. Papien. in forma li-
bel. in quo uxor agit ad dotẽ,& uſumfructum,in
Glo. donec uitam:& ratio,quia cenſent plura an-
21 nua: tum etiam quia ſimiles dictiones † donec, quo
ad, quandiu, quouſque & ſimiles, ſunt tempo-
ris limitatiuæ, unde inducunt temporalem, &
ſuſpenſiuam actus diſpoſitionem: ſiue proferan
tur à lege, uel ſtatuto, ſiue à contrahentibus, uel
teſtatore, ut tradunt Bar.& Imo.in l.fin.ff.ad ter-
tul.Cyn.Bald.& Salyc.in l. 2. C.de libe.præteri.&
Iaſ.in d.l.legem Iulia. ergo eodem modo eſſe de-
22 bet quando mulier reperitur inſtituta † per ad-
uerbium

uerbium dũmodo, prout in caſu noſtro; quod poſitum iux. uerbũ, nõ aliter ſignificat quàm dictio donec. prout infra apertè & latè deducam in reſponſionibus ad contraria: & tradunt Priſcianus,
23 Seruius, & Donatus; & † huiuſmodi authoritates non ſunt ſpernendę, quatenus nõ repugnãt diſpoſitioni iuris poſitiui. ut habet in l. 3. ff. de legibus ubi Iuriſconſultus allegat Domoſthonem, atque Summę Stoicæ Sapientem Criſippum: conferũt ea quæ not. Bar. & Doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet.

24 Non obſtant iura † in contrarium allegata; & primo, de inobſeruatione uoluntatis defuncti, circa obſeruantiam uiduitatis, ex quo ſufficit quòd aliquando ſeruauerit, & pro eo tempore fructus lucrifecerit, & pro illo tempore, uel aliqua parte illius temporis ſteterit uidua; l. qui concubinam. §. vxori meæ. ff. de lega. tertio. & ita pluſquam ſignanter determinabat Bal. in conſi. 317. præmittendum. libr. quarto. ea ratione quia dicitur eſſe inſpiciendum, in principio cuiuſlibet anni, an conditio de qua in diſpoſitione ſit uera uel ne, ſed ita eſt quòd uiduitas fuit obſeruata ultra biennium, merito & cætera.

25 Secundum contrarium quòd dictio, † dummodo, ſit ſucceſsiuè conditionis ſignificatiuæ, d. l. ſi quis ita legauerit. non obſtat, quia litera illius tex. probat oppoſitum: namque ibi eſt caſus in quo uir legauit uxori ea conditione, dũ, uel dummodo habitauerit cum filio; ſi aliquo tempore habitauerit, & per aliquod tempus ſeorſum permanſerit. concludit ibi iureconſultus, matrem legatũ conſecuturam pro eo anno, uel annis; uel parte illius anni, in qua fuit inſimul habitatum. identidem in caſu noſtro dictã mulierẽ fructus ſuperlucratam fuiſſe iuxta tempus obſeruatæ uiduitatis, licet fuerit appoſitum ad dictionem, dummodo, prout probatur in d. l. & uoluit ibi Gloſſ. & Bar. Imo. & alii, & præcipuè Sozi. dicens hoc non eſſe mirum, quia legatum de quo in d. l. fuit legatum annuum. Subdẽs: propterea pro primo anno cenſeri purum; pro ſequẽtibus uero cenſeri conditionale per. l. in ſingulos annos. ff. quibus mod. uſusfruct. amitta. ad idem facit tex. in d. l. qui concubinam. §. uxore, ubi teſtator legauit uxori dum ſeu dummodo habitaret Capuæ cum filio; ſi contingat Capuæ utrunque habitare, legatum matri debitum uidetur, quamuis etiã unà nõ habuiſſent at ſi in aliud mancipium filius ſeu mater deuerterit tunc legatũ deberi pro eo tempore quo ambo Capuę fuerunt, ut putauit Labeo: recepta opinione Trebatij ex quo liquido patet non referre an legato ſeu institutioni conditionali apponatur dictio, donec, quouſque, uel dum aut dummodo, ad ſignificandum annuum legatum, per prædicta: Quin etiã per amplius poſſet attentari quòd dictio; dũmodo, non reddit actum conditionalẽ, ſed modalẽ, cum ſit dicta dictio compoſita, a dum & modo, & ratione compoſitionis modificatur ſignificatio compoſiti, & quòd dicta dictio ſic compoſita non ſignificet conditionem uoluit Glo. in c. non poteſt. in uerbo, retinere. de præben. in 6. Bart in l. q. 2. ad fin. ff. de condi. & demon. idem Bart. in l. quibus diebus. §. termi. ff. eod. titulo. & Bald. in c. dudum. el ſecundo. col. 12. de electi. inducens ad q. ſi aliquis fuit receptus in Ciuem, dummodo ſoluat datia, & collectas. quòd ſi non ſubierit, non deſinit eſſe Ciuis, prout iſtud refert & ſequitur Iac. in l. ſi teſtamentum. C. de inſt. & ſubſti. & per conſequens prædicta mulier, non uidetur instituta ſub conditione ſed ſub modo; & modus ſi nõ impleatur, non impedit ortum actionis, ſicut conditio quæ requirit implemẽtum, formaliter ſpecificum. ut per Bart in d. l. 1. de condi. & demon. & in l. quibus diebus. §. Termilius.

Tertium contrariũ de omiſſa cautione non re-
26 fert, quia † uxor fuit inſtituta pleno iure, & poſt mortem inuitati nepotes ex fratre. prędefuncto qui nõ poterant adire niſi poſt mortem inſtitutæ mulieris, unde rebus ſic ſtantibus, clariſſimum eſt quòd non erat cui deberet præſtari dicta cautio, & quotieſcunque non extat cui caueatur, cautio Mutiana nõ eſt præſtanda, text. eſt iuncta Glo. in l. ſi quis ita. §. idem Iulianus. ff. de condi. inſti. & ibi Dyn. Guil. de Cune. Rayne. & Bal. qui ita ſummant dictum tex. & etiam Bar. Ang. Paul. Cuma. & Imo. ac Moderniores ſcribent. s. Secus tamen ſi fuiſſet ſolum inſtitutio facta in uſufructu tantum; & poſt mortem uſufructuarij alij reperirentur inſtituti heredes uniuerſales. & quãuis non mediocris altercatio. fuerit inter maiores noſtros an huiuſmodi legatum ualeret, ut refert Alexand. in conſi. proximè allegando tamẽ inhærendo æquitati, & benigniori opinioni, ac magis conſonanti teſtatoris uoluntati, receptũ eſt quòd ualeat, ut firmauit Alex. in d. conſil. 98. habita. 1. & 2. colu. libr. 3. & quia pendente conditione hæredes impedientur adire hæreditatem quia non adita, dicta cautio omiſſa non uitiat; quia non reperitur, ut dictum eſt, cui debebat pręſtari; quum ſolum hæredi præſtanda eſt, & tẽpus pręſtandi non currit niſi poſt aditam hæreditatem, aliàs nulla mora contrahitur, quia dies non currit antequam incipiat, ut eſt tex. reputatus notabilis in l. ſi in diem. ff. de condi. & demon. ubi abſurdum eſſe uiſum eſt ante diem præterire quã exiſtere, qui text. facit ad multa, & per illum in indiuiduo quantum ad propoſitum noſtrum, cõſuluit Pau. de Caſtr. in conſil. 390. ſuper primo. col. 2. uerſi. circa tertium. Vltimò clarum eſt quòd nõ poteſt petere quod petit, quòd fructus reſtituantur percepti, non præſtita cautione.

Præterea bona quæ diſponentis deuenerũt ad ma-
27 nus inſtitutæ uxoris, bona fide, quæ † tenuit & poſſedit, ſcientibus, & patientibus hæredibus ſubſtitutis; unde fuit ſuperlucrata fructus, etiam non præſtita ſatiſdatione ſi petita non fuit ab hærede, ſciente, text. eſt & ibi tenet communis ſcola Legiſtarum in l. hac edictali, §. his illud. uerſic. ſin autem. C. de uſufruct. & d. l. uſufructu conſtituto. Et uoluit Bar. in l. ſi homo. ff. de uſucap. &

in l.

in l. uxori. ff. de uſufruc.lega.Pau.& Bal. in d.l.1.
de uſufrut. & habenē in l.j.C.eod. & ibi ſcriben-
tes,& præſertim Saly uolens in fortioribus termi
nis,ignorante hærede proprietario, ſi bona per-
uenerunt ad uſumfructuarium ſine uitio, lucrari
fructus, licet ommiſerit ſatiſdare:arg.l.ſi uſusfru-
ctus in fi.ff. quib. mo. uſufruc.amit. l. ſi fundus.
& l.certè.ff. de rei uendi.& ratio dictæ concluſio-
nis eſt manifeſta, quia huiuſmodi ſatiſdatio, non
eſt de ſubſtantia uſusfructus, ut not.Glo.in d.l.j.
ff.de uſufruct.Bar.in d.l.j.C.eo.Glo.in d.c.fi.ubi
D.Ant.Panor.& Imo.& conſuluit Deci. conſ.25.
nu.19.lib.2.patet.idque ex quo in pluribus caſi-
bus non requiritur etiam ſi ab aduerſario petatur
Pet. Phil. Corn. ad ſaturitatem in conſil. 267.in
hac litera,g.& ſeq.lib.4.

28 Hinc uidemus quòd † donatarius cui erant do
nata bona non poteſt cogere donatorem ad ſatiſ
dandum. Sozi. in l.omnes. uerſi. & alias dicebam
in pulchra q.ff. de except.reprobata opinione ge
nitoris ſui, & multorum ſolennium doctorum
qui contrarium conſuluerunt, fundātes ſe in ge-
nerali regula,ꝙ quibus uſusfructus,&c.nō aduer
tentes,ad inductionem l.filio. ff ut leg. no. caue.
quem tex.dicit à nemine fore ponderatum; quę
tamen ego reperio ad idem ponderatum à pręfa
to Pet.Philip. Peruſino in loco ſupra prox. citat.

Vlterius mulier antedicta antequā ſcđo nube
ret tranſegit cum ſubſtitutis, & hinc inde dato,
& accepto hæredes Iulij licentiā præſtiterunt, de
ſcđo nubendo, ut conſtat publico documēto,&
29 †quando uidua 2.nubit de licentia uiri non amit
titur legatum neque fructus, ut concludit Iaſ.in
d. aucten. cui relictum.§.uſque adeo.de iniurijs,
& ſic arguit, à ratione legis ceſſant. ,quod arg.eſt
ualidiſsimū; l.adigere.§.quamuis. ff. de iur.pat.c.
cum ceſſante de appel.interens idem iuris eſſe, ſi
de licentia filiorum uel hæredum id faciat, p Gl.
quam dicit eſſe ſing.in auct.de non eligen. 2.nu-
bentes. in uerbo copulatur.per quam exclamat
Ang.in l.mater.C.ad Tertul.& conſuluit Roma.
cōſ. 219.ex themate col. 1.dicētes per licentiā, à
teſtatore datā uxori de ſcđo nubendo, euitari pœ
nas, quas mulier patitur elapſo anno luctus pro-
pter ſecundas nuptias.de quibus in l. fœminæ. &
in l. generaliter. C.de ſecundis nuptijs. licet non
euitet eas quas incurreret ſi nuberet infra annum
luctus,nam cauti & ſapientes conſueuerunt con-
ſulere, mulieri cupienti ſecundo nubere,ut ante
omnia curet quòd filij, ſeu hæredes,conſentiant
ſecundis uotis, & inſtituit Glo, in d.aucten. Et
cum nepotes teſtatoris expreſſe,conſenſerint ꝙ
mulier liberè poſsit ſecundo nubere, ſtante dicta
licentia,non tenetur ad reſtitutionem fructuum
ante perceptorum,

Non obſtat quòd ſeſe non obtulit cum effe-
30 ctu, † uel ſaltem uerbaliter cauere, quia in caſu
noſtro non requirebatur dicta cautio,ut ſupra de
ductum eſt, quanto minus uerbalis oblatio, arg.
in l.in maleficijs. §. longe magis.ff.de act.& obli.
& authen. multo magis.C.de ſacroſan.eccl.

31 Vltimum † contrarium de generali liberatio
nem ex qua uideantur tuti hæredes ſubſtituti,ſi-
militer nil refert, quia ſolum fuit remiſſum ius
de futuro, occaſione teſtamenti & inſtitutionis
in eo factæ, unde non poteſt extendi.l. ſi decre-
ta.C.de tranſac. l.cum Aquiliana. ff. eod. l. poſt-
quam liti.C. de pact. per Bar. Bald. Saly. & Iaſ.in
d.l. ſi decreta. quinimo ſi enumeratis aliquibus
ſpeciebus uel particularibus ſequeretur clauſula
generalis, relatio non fieret niſi ad ſpecificata ſeu
expreſſa.l.emptor.§.Lucius. ff. de pac.l. Aurelius
§. Caio. ff. de libe. lega. & hinc dicebat Guil. de
Cun.in d.§.Lucius.generalem clauſulā reſtringi
ad ſpecificatā expreſſa, & ibi Ang. ſubdit ꝙ iſta
eſt ueritas. per l. quæſitum. §.j.ff.de lega.j. & idē
not. ibi Ioannes de Monteſperello; dicens iſtud
eſſe ſemper menti tenendum, quòd licet dicatur
generaliter ex quacunque cauſa, ꝙ cuiuſcunque
ſummæ,uerba ſic generaliter prolata, reſtringi &
referri ad ſuperiora, ut probatur in d.§.ibi ratio
ne menſæ. & ibi ratio accepti.quia generalia re-
gulantur per ſpeciem, c.generi. de reg.iur. in 6.
ſubdens hoc eſſe utiliſsimum,pro pactis,ſcriptis,
chirographis, epiſtolis, refutationibus, liberatio
nibus, tranſactionibus, & mandatis generalibus
cum magna libertate, quia ſemper reſtringuntur
ad ſpecialiter expreſſa, de quo per Bart.in l. qui
Romæ.§.duo fratres. ff. de uerb.oblig.& in l.ſed
& ſi quis.§.quęſitum.ff.ſi quis cautio.

Cum ergo ex facie conuentionis appareat, de
quo fuit facta liberatio & ceſsio, ſiuè ſuper quo
fuit tranſactum, non oportet ulterius diſputare,
an ſe extendat ad liberationem, & remiſsionē fru
ctuum perceptorum, ex quibus in effectu rema-
nent ſublatæ dubitationes, & concluſio firma in
fauorem Donnæ Blaſinæ. Laus Deo Optimo
Max. ac Beato Gerontio Epiſcopo & confeſſ. &
protectori noſtro.

Et quod ſupra dictum & conſultum & cōcluſ-
ſum extitit,id iuris eſſe uidetur mihi Marco Mo-
deſto de Callio. V.I.D.& in fidē meo propria ma-
nu ſubſcripſi,& ſolito ſigillo ſigillaui, ueriori ſen-
tentia ſemper ſalua, iuxt. l. Claudius fœlix.ff.qui
potio.in pigno.habean. Iterum Laus Deo.

CONSILIVM D. ASTORIS DE Guidonibus de Accumulo. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Seruus, filius, monachus, ſuum dominum, uel patrem ſeu monaſterium facit hæredem.*
2 *Monachus æquiparatur filio uel ſeruo ſicut magis expedit monaſterio ſecundum communē opinionē.*
3 *Pater filio inſtituto & nolente adire hæreditatem uel ſi repudierit, poterit ipſam adire & ſubſtitutum excludere.*
4 *Monaſterij plena diſpoſitio ad abbatem pertinet.*
5 *Abbas inuito monacho poteſt illi de. atam hæreditatem*

tatem adire:ſed contra nu.9.18.50.

6 *Hæreditas delata monacho uidetur potius delata ipſius monaſterio quàm ſibi ſecundum communem canoniſtarum opinionem.*

7 *Opinio fauens religioni amplectenda.*

8 *Dominus ſeruo inſtituto hærede & adire nolēte,adire non poteſt hæreditatem illi delatam.*

9 *Monachus dicitur non habere uelle nec nolle, & id quo modo procedat.*

10 *Monachus quò ad actus naturales non cenſetur mortuus.*

11 *Monachus ſi accuſat abbatem.poteſt eſſe in iudicio.*

12 *Monachus poteſt eſſe in iudicio pro cauſa ſuæ electionis.*

13 *Sepulturæ electio eſt pars ultimæ uoluntatis.ſed cō tra.nume.15.*

14 *Intellectus ad c finale.de ſepulturis.& nu.15.*

16 *Dictio niſi cuius naturæ.*

17 *Monachus in quibuſdam habet uelle & nolle,præcipuè in his quæ a ſui perſona ſunt inſeparabilia.*

19 *Inſtituere uolens Deum & filium exhæredare, aliū quærat in conſultorem,& non Auguſtinum.*

20 *Dominus ſicut non poteſt ſeruo delatam hæreditatem illo inuito adire in illius uita,multo fortius illo mortuo.*

21 *Pater non excludit ſubſtitutum quando filius non eius contemplatione fuit inſtitutus dato ſubſtituto vulgari.*

22 *Prouiſio omnis in his quibus poteſt potentior eſt prouiſione legali.*

23 *Teſtatoris uoluntas inſpicienda &.non iuris diſpoſitio in conſiderandis uerbis illius ciuiliter uel naturaliter.*

24 *Filij legitimi & naturalis appellatione venit monaſterium.ſed contra ibidem.quæ quomodo intelligenda uide.nu.25.*

26 *Inſtitutus cui eſt datus ſubſtitutus ſi non ingrediatur monaſterium & monaſterium hæredem inſtituit, propterea non excluditur ſubſtitutus.*

27 *Pater viuo filio inſtituto non ipſius contemplatione non excludit ſubſtitutum nec illo mortuo.*

28 *Pater mortuo filio, Dominus mortuo ſeruo, monaſterium mortuo monacho non poſſunt hæreditatē illis uiuentibus delatam adire.& nu.48.*

29 *Pater poteſt mortuo filio hæreditatem illi delatam & non agnitam adire.*

30 *Monaſterium habetur loco filij.*

31 *Hæreditas non adita ad ſuperiores tranſmittitur, quod uerum eſt in ſuis hæredibus.nu.32.& 33.*

33 *Matres non habent filios in poteſtate.*

34 *Intellectus ad l.i.C.de his qui ant.aper.tab.et n.36.*

35 *Ceſſāte legis ratione ceſſat & ipſius legis diſpoſitio*

36 *Hæreditas materna non agnita non tranſmittitur*

37 *Duo ſpetialia uel duæ fictiones ex eodem fonte æquitatis prouenientes circa idē cōcurrere nō poſſunt.*

38 *Monaſterium uere & naturaliter non eſt monachi filius.*

39 *Monaſterium & eccleſia uere & non fictè & parēs noſtra:ſed contra nu.42.*

40 *Anima cunctis rebus præferenda.*

41 *Eccleſia uerificatur in una capella.*

43 *Filius de iure digeſtorum debebat delatam hæreditatem iuſſu patris agnoſcere, & ſi recuſabat patri non quærebatur, quod fuit immutatum.*

44 *Lex correctoria non extendenda.*

45 *Pater adire an poſsit hæreditatem filio delatam & per illum non agnitam, & quid ſi illo uiuo pater adiſſet.*

46 *Monaſterium mortuo monacho & non adita hæreditate ad illum delata an reſtituatur.*

47 *Reſtitutio concedenda ubi adeſt læſio.*

49 *Hæreditas delata monacho an dicatur propriè ipſi monaſterio delata.*

51 *Prælatus in quibuſcumque agendis habet requirere conſilium & conſenſum ſui capituli.*

CONSILIVM CLXI.

PRoponitur Nobilem Virginiā in ſua ultima uolūtate prælegatis quingentis pro legitima &c. D. Tibetio filio ex primo matrimonio, ſibi hæredem vniuerſalem inſtituiſſe D. Angelum filium ex ſecundo matrimonio, & in caſu quòd d. D. Angelus decederet ſine filijs legitimis & naturalibus ex ſuo corpore deſcendentibus, eidem ſubſtituit,& hæredē eſſe uoluit d.D. Tiberium filium ex primo matrimonio. Accidit quòd d.D. Angelus exiſtens in remotis in ſtudio relicto ſeculo ingreſſus fuit monaſteriū clauſtrale quod proprium retinere poteſt:illiſque eiſdē diebus d. D. teſtatrix nullam notitiam habens huiuſmodi ingreſſus moriaur, & nihilominus d. D. Angelus exiſtens in tempore probationis de matris morte certioratus perſeuerat in monaſterio, elapſo anno facta profeſsione, Abbas præcipit D. Angelo poſtea nūcupato Donno Leonardo,ut matris hęreditatem uelit adire, aut ſibi in aditione conſenſum præſtaret,Recuſat donnus Leonardus. Abbas illum uti inobedientem carcerat, monaſterij nomine hæreditatem adit,procuratorem in partibus conſtituit ad illam adipiſcendam cum amplo mandato. Iterim decedit Donnus Leonardus. Abbas iterum adit, & eidem procuratori nouum mandatum facit amplum cum poteſtate quatenus opus ſit petendi per uiam reſtitutionis in integrum &c. Procurator citatis intereſſe prætendentibus mandatum coram iudice producit, petitque ſe legitimari & admitti & immitti & reſtitui ſi opus eſt: contradicit D. Tiberius ſubſtitutus, ſe ipſumque debere præferri, partes aduerſæ petitionem uti nullam,& iniuſtam fore reijciendam,inſtat. Quæritur quid iuris.

Chriſti nomine repetito, uidetur pro Abbate & Monaſterio concludendum,pluribus.

1 Primo, quia ſicut † ſeruus uel filius hæredem facit patrem, uel dominum,ut ff.de acquir.hæreditate, l. qui in aliena.§.interdum.& l.placet.&

l.cum

l.cum proponas .C. de hæred. inſtitu. & lege,ſi
pater.ff. eodem titulo. ſic monachus ſuum mo-
naſterium facit hæredem, ſecundum Gloſſ. in
authent. ingreſsi, in ultima Gloſſ. magna .C.
2 de ſacroſanct. eccleſ. † æquiperatur enim mo-
nachus filio uel ſeruo, ſicut magis uidetur mo-
naſterio expedire, ſecundum Innocentium, in
capitulo, cum olim. uel ſecundo, de priuileg.
quem communiter ibi ſequuntur Canoniſtę,
3 ſed † pater filio inſtituto & nolente hæredita-
tem adire, uel ſi repudiet, poterit ipſam adi-
re, & ſubſtitutum excludere, caſus eſt in lege
finali.§.ſin autem in ſecunda. C. de bonis quæ
liber. idem Gloſſ.& ibi Bartol. in lege prima,
ff. de vulgar.& pupillar. uerſiculo. Item poteſt
dubitari. idem Bartol.in dicta lege, cum pro-
ponas, uerſiculo, quid in monacho.& in l. cum
non ſolum.in principio. & in §.primo, eo. tit.
C. de bonis quæ liber.ubi Baldus. idem Bald.
in dicta lege, cum proponas, & in capitulo, Ray-
nutius. de teſtament. unde quod dicitur de pa-
tre, idem dicendum de monaſterio, quod in
his ut pater & in locum patris conſideratur,
ſcilicet ut inuito monacho hæreditatem illi de
latam adire poſsit, & pro monaſterio abbas
4 † ad quem ipſius monaſterij plena diſpoſitio &
adminiſtratio, & eius bonorum pertinet, &
non ad monachos maxime ſingulares. capitulo
nullam. uigeſima octaua, quæſtione ſecunda, &
capitulo, edoceri, & ibi notatur de reſcript. Ab-
bas Sicul. conſilio quadrageſimo quarto, ad de-
ciſionem. parte ſecunda. & iſtam opinionem,
5 † quòd inuito monacho abbas poſsit adire hæ-
reditatem tenuit Archidiaco. decima ſexta, quæ
ſtione prima, c.i.& in eam inclinat Ioannes And.
in nouella, in capitulo, in præſentia. de probat.
quam uti ęquiorem ſequitur Bartolus in dicta
lege prima, ff. de vulgar. & pupillar. dict. uerſi-
culo. item poteſt dubitari .& Bal. conſilio cccix.
parte. 2.

Secundo iſta deciſio in caſu noſtro non ui-
detur habere dubium ex alia ratione, qua ceſ-
6 ſant omnia contraria, quia † hæreditas huiuſ-
modi potius uidetur delata monaſterio quàm
ipſi monacho ſecundum Ioannem Andreę in di-
cto capitulo, in præſentia, quem ibi ſequitur
Butrius, & Abba. Sicul. circa finem multa ad-
ducens ad illius confirmationem, & eam com-
munem Canoniſtarum eſſe dicit Sozin. conſi-
lio clxxiii. eleganter in principio, uolumine ſe-
cundo, atque de hoc uidetur textus in dicta le-
ge, cum non ſolum. §. ſimilique modo, ibi, qua-
ſi ipſe pater ab initio fuiſſet hæres inſtitutus, &
ibi Bartol. quæ eo libentius amplecti debet,
7 † cum faueat religioni l. ſunt perſonæ .ff. de re-
lig.& ſumpt. funer.

Cætera quæ pro hac parte faciunt, conſideran
tur in diſcurſu contrariæ ſequentis opinionis,
quam ueriorem in iure & magis ęquam cenſeo,
pluribus.

Primo, quia ſi monachum ſeruo æquiperamus,
8 habemus intentum, nam † de iure, ſeruo inſtitu-
to hęrede dominus illo inuito delatam hæredi-
tatem adire non poteſt, caſus eſt in dic. l. cum pro
ponas, & ibi Gloſſ. in uerbo potuit, & hoc uo-
luit Bald. in dict. l. cum non ſolum. & Angel. in
dict. l. de vulg. & pup.

Quorum ſententia efficaci fulcitur ratione,
9 nam † & ſi monachus dicatur non habere uelle
nec nolle, ut ad literam dicit textus in capitu. ſi
religioſus. de elect. libro ſexto. & in capitu. fina-
li, de ſepultur. eodem libro. & in capitu. finali, de
teſtamen. eodem libro ſexto. tamen iſtud intelli-
gendum eſt, ut monachus non poſsit per ali-
quem ipſius actum monaſterio præiudicari, non
autem quod illo reluctante, monaſterium eo inui
to actum facere poſsit reſpicientem illius perſo-
nam, ut eſt caſus in dict. capit. ſi religioſus. libro
ſexto. ubi habetur, quòd monaſterium non po-
teſt conſentire irrequiſito monacho, ſi ille in prę
latum eligatur, & hoc eſt quod dixit Bald. in ca.
ex reſcripto. de iureiurando. quem ibi uidetur ſe
qui Felynus, ſcilicet quòd abbas non poſsit hæ-
reditatem monacho delatam adire niſi de mona-
chi conſenſu. l. acquiritur. §. j. ff. de acqui. rer. do-
min. & hoc ea ratione, quia ius adeundi eſt inſe-
parabile a perſona. l. Paulus, aliàs, per procurato
rem. ff. de acquir. hęred. Nec ſecundum eundem
Bal. obſtaret, ſi diceretur quòd monachus (ut
ſupra dictum eſt) non habet uelle nec nolle, cum
illud uerum ſit, quo ad faciendum, ſecus autem
ad non faciendum, cum tunc habeat & uelle &
nolle. allegat dict. l. cum proponas. & l. finalem.
C. de acquir. poſſeſ. Quibus addo quòd imo mo-
10 nachus habeat uelle & nolle, cum quo † ad actus
naturales mortuus non cenſeatur, ſecúdum Ioan-
nem de Lignano in tractatu, de iuſto bello, quem
refert & ſequitur Abb. Sicul. in capitu. clerici. de
uita & honeſt. clerici. quinimo naturaliter obliga
tur ſicut ſeruus ſecundum eundem Abb. in cõſ.
ciiij. parte j. uerſiculo, & dictum. Sed cum in ſu-
ſceptione ordinis uoluntatibus proprijs renun-
tiauerit & eas repoſuerit in arbitrio ſuperioris.
cap. non dicatis. xii. q. i. & ibi notat. dici poſsit
quòd propterea non habeat propriæ uoluntatis
executionem ſine licentia ſuperioris .c. quorum-
dam. de elect. libro vi. & iſto modo procedant iu-
ra dicentia, quòd non habet uelle nec nolle, ſcili
cet quò ad effectum. Item & hoc eſſe regulare,
cum & in multis caſibus monachus etiam ſine li-
centia abbatis habeat uelle & nolle ut eſt in caſu
11 c. ex parte. de accuſat. & ibi Gloſſ. ubi † mona-
chus in cauſa criminali in iuditio eſſe poteſt ſi ac-
cuſat abbatem. Item in caſu. c. cum dilecta. de re-
12 ſcrip. ubi patet † quòd poteſt eſſe in iudicio pro
cauſa ſuæ electionis, ſi in prælatum ſui mona-
ſterij eligatur. Præterea eligit ſibi ſepultu-
ram ſecundum Hoſtienſ. in capitu. de uxore. de
elec. ea ratione: quia in morte abſoluitur a iugo
obedientiæ hominis, ad quod tempus electio illa

ſuam debeat amittere feudum. Nepos tamen il-
lud retinebit ex perſona aui. Quia delictum pa-
tris, in his quæ non proueniunt ab eo, filijs non-
17 nocet. Ad quod facit † regula capituli non de-
bet aliquis alterius odio prægrauari. de reg. iur.
in 6. Et maxime quando tale odium eſſet irratio
nabile, prout eſſet hic, ſi diceremus, quòd iſti
omnes legitime nati deberent in infinitum pu-
niri, ex alterius culpa, prout tale odium irratio-
nabile conſiderant Doctores. in d. §. ſi quis roga-
tus. & in d. l. finali. Quinimò dicimus, quòd
ceſſante cauſa ipſius odij, debet etiam ceſſare ip-
ſum odium. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa-
tronatus. & c. cum ceſſante. de appellationibus.
18 Cum † regulariter debeamus odia reſtringere,
ac fauores ampliare. ut in c. odia. de reg. iur. lib.
6. & cum habeamus communes regulas, quòd
19 † filius non debet puniri pro delicto patris, ne-
que econtra. C. ne filius pro parte. in rubro, &
in nigro. & in l. crimen paternum. ff. de pœnis.
20 Videmus etiam in ſimili, quòd ſi † filius eſt hære-
ticus, & infidelis, iſtud non nocet nepoti, quo mi-
nus ipſe fidelis ſuccedat auo ſuo fideli. l. cogno-
uimus. C. de hæretic. & in auct. idem eſt de Ne-
ſtorianis. eod. titul. & ita conſuluit Bar. in conſil.
118. in capit. Oducius Cornetti. maxime per
text. expreſſum, quem ipſe valde notat in d. l. fi.
C. de naturalib. liber. ubi iura æſtimauerunt re-
frenari uitium paternũ in liberis primi gradus:
qui forent illegitimi, non autem in nepotibus,
uel alijs deinceps legitimè natis. hoc idem tenuit
Bart. per plura fund. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de
lib. & poſth. & ibi poſt eum Alexand. & Moderni
Papien. qui diſputant illam queſtionem. Vtrum
21 † nepos legitimus & naturalis, natus ex parte ſpu-
rio, poſsit hæres inſtitui ab auo. & communis
concluſio eſt, quòd ſic. dum tamen propter illam
inſtitutionem nepotis legitimi non aquiratur
illi ſpurio. Et ita aliàs fuit iudicatum per ma-
gnos Doctores, uidelicet Iacob. Butrig. & Ray-
ner. de Forliuio. prout atteſtatur Bartol. in d. §.
22 quid ſi is. Neque huic concluſioni obſtat † tex-
tus not. in §. fin. in auc. quib. mod. natural. effi.
ſui. in uerſi. omnes qui ex complexibus damna-
tis proceſſerunt. quæ uerba uidentur extendi ad
omnes ex ſpurio deſcendentes, quoniam reſpon-
dent Moderni prælleg. ubi ſupra, quòd genera-
litas illius uerbi, proceſſerunt. reſtringitur per
23 dictionem ex. † Quæ de ſui natura regulariter
importat cauſam immediatam. l. 1. C. ſi ſeruus ex-
tero. & l. non dubium. ubi Bart. notat. C. de le-
gi. & ſic non extendetur ille text. ultra primum
gradum, ne ex delicto alieno alij ulteriores pu-
niantur l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Facit ul-
tra prædicta, quod determinauit Dominus An-
ton. de Butrio in conſilio 29. incip. uiſis pun-
24 cto & quæſitis, ubi conſuluit: q † nepotes legi-
timi & naturales, nati ex matre illegitima, uel
ſpuria, non excluduntur tamen à iure patrona-
tus eccleſię: quod ſibi deferrebatur, ex perſona
aui materni. Ex quo patet, quòd ſpurietas ma-
tris nihil eis nocet. Adducit inter alia iſtam ra-
tionem: quia odio matris, filij legitimi non de-
bent grauari: ſicut dicitur de filijs orthodoxis.
Et aſſumit omnia fundamenta Bartol. quæ po-
ſuit in dicto conſil. 118. & in d. §. quid ſi is.

Addo, quia cum hic tractemus de dote, ſeu
eleemoſina dotis, danda per dominos præſiden-
25 tes pietat s. Quæ † dos regulariter a pari proce-
dit cum alimentis ut uult Bart. in l. fin. ff. de his
quibus ut indig. & Cynus in l. omni. C. de admi-
niſtrat. tut. & Bald. in l. mater. C. de iur. dotium.
26 & Abb. in cap. peruenit. de arbitr. Cum † alimẽ
ta debeantur nedum naturalibus tantum, ſed ẽt
ſpurijs & inceſtuoſis de æquitate can. etiam in
bonis paternis. ut in c. cum haberet. extra de
eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per
adulter. & Bar. notabiliter in ſuo conſilio 119.
incipient. Dominus Dominicus magiſtri The-
baldi presbyter &c. & ſic, quia nec ipſimet ſpu-
rij dicuntur incapaces: longe fortius, & ſine ſcru-
pulo, hæ filiæ legitimæ natæ ex parentibus legi-
timis: erunt capaces talis dotis: non obſtan-
te macula illius illegitimi à quo per plures gra-
dus legitimos iſtæ deſcenderunt. Facit, quia
cum dicatur ipſos ſpurios, qui alieno & non ſuo
morbo laborant, eſſe dignos uenia, ut inquit tex.
in l. legem. circa medium. C. de naturalibus lib.
proculdubio illi, qui per multa media legitimè
deſcendunt ab eis, uenia digniores ſunt qui nul-
27 lam habent maculam. † arguẽdo à maioritate ra-
tionis. ut in auc. multo magis. C. de ſacroſan. eccl.
28 Item † cum hic ſimus in cauſa pia, & in cauſa de-
pendente ex teſtamento, debemus plenam & lar-
gã interpretationem facere, ad fauorem iſtarum
puellarũ legitimè natarũ & ex parẽtib. legitimis
ut ſupra, iuxta ea quæ habentur in l. ſunt perſo-
næ. ff. de religioſ. & ſump. funer. & in l. in teſta-
mentis ff. de reg. iur. prout etiam audio feciſſe
Dominos præſidentes in ipſo loco pietatis præ-
ceſſores, qui alijs puellis ex hacmet ſtirpe dede-
runt libras centum Imper. unde nunc minime
sũt mutanda ea quę certam interpretationem ha
buerunt. l. minime. ff. de legibus. pręſertim cum
illa fuerit & ſit iuri conformis, ut patet per ſupra
29 dicta. Facit inſuper, quia ſi † aliquis baſtardus
legitimatur per Principẽ, in omnibus & per om-
nia reputatur ac ſi legitime, & ex legitimo matri-
monio natus fuiſſet, ut in auc. quib. mod. natural.
effi. ſui. §. ſi quis ergo filios. collat. 7. & melius
in auct. quib. mod. naturales effi. legitimi. §. li-
ceat. ibi nihil a legitimis differentes. collat. ſexta.
& notat late Dominus Alex. in conſilio ſecun-
do, incip. uiſis codicill. & legitimatione, in pri-
mo uolum. & tamen negari non poteſt, quin à
principio maculam habuerit ſpurietatis. Ita in
propoſito legitimum matrimonium ſuperue-
niens in perſonis iſtorum deſcendentium, licet
non poſsit facere, quin reuera ille à quo deſcen-
dunt, fuerit ſpurius, tamẽ in eis hoc non eſt con-
ſiderandum

ſiderandum, ſicut non conſideratur in ipſo ſpurio legitimato: quod fortius eſt. Quinimo clarius & apertius ad oſtendendum, quòd talis illegitimitas huius naturalis, quę fuit in medio, non debet attendi nec conſiderari in aliis poſtea legi-
30 timè natis, habemus exemplum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. qui, † ut inquit Diuus Hieronymus, in c. dominus noſter. lvj. diſtin. non ſolum de alienigenis commixtionibus, ſed etiam de adulterinis naſci voluit, nobis magnam fiduciam præſtans, vt qualicunque modo naſcamur, dum tamen veſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemus. Nemo autem dixerit, quòd concubitus ille adulterinus, intermedius affecerit aliqua macula Redemptorem noſtrum, licet eius
31 origo inde ducta ſit. Item dicitur eadem diſt. lvj. cap. naſci. Non eſt † culpa eius qui naſcitur, ex adulterio, ſed illius eſt qui generat, ut Ioann. Chryſoſtomus in illa met diſtin. capitu. nunquam dicit. Non erubeſcamus de vitijs parentum, ſed illud vnum quæramus, vt amplectamur virtutem, quoniam nec de virtute, nec de vitio parentum, aliquis laudandus, nec culpandus eſt. & Iuuenalis inquit, malo pater tibi ſit Therſites, dum modo tu ſis Eacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas: Quàm te Therſite ſimilem producat Achilles. Eſt etiam aduertendum in caſu noſtro, quòd
32 iſte illegitimus intermedius, fuit naturalis tantum. † Qui non eſt ita odioſus nec deteſtandus, ſicut eſſent alij ſpurij, inceſtuoſi, adulterini, nepharij, nothi, mäceres, & huiuſmodi, inter quos magna eſt differentia, prout habetur in diuerſis iuribus, & præcipue in capitu. niſi cum pridem. extra. de renunciat. & in capitu. per venerabilem. & in capitu. tanta. extra qui filij ſint legitimi. & in capitu. conſuluit. extra, de ſeruis non ordin. & in capitu. veniens. extra de eo qui cognouit conſanguin. vxor. ſuæ. & per Gloſſ. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. xxxvj. quæſtio. j. capitu. lex illa. & per Barto. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. & Bald. in l. filium eum diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris. cum ſimilibus, & ideo cum prædicta procedant, etiam vbi ille intermedius illegitimus, fuiſſet omnino nepharius & inceſtuoſus, à fortiori procederet, vbi agitur de ſimp. naturali tantum, nato ex ſoluto & ſoluta, cum talis coitus nõ ſit accuſabilis per leges. iuxta ea quæ habentur in l. j. C. de adulter. & ſtup. & per Salyce. in dicta l. ſi
33 qua illuſtris. quamuis † enim hodie nullus coitus licitus ſit, præterquàm cum vxore propria, ſecundum decreta, vt notat Gloſſ. in l. in libere. ff. de ritu nupti. tamen non ſequitur, quòd omnis alius coitus ſit accuſabilis per leges, quæ etiam concubinatum permiſerunt. vt patet. ff. de concubinis. maxime. in l. in concubinatu. vbi dicitur, quia cõcubinatus per leges nomen aſſumpſit, extra legis pœnam eſt.

Non obſtant modo allegata ſupra in contrarium, & primo illud de radice infecta, & de linea corrupta, quia negatur, quòd iſte naturalis tantum, ſeu illegitimus, fuerit radix iſtorum legitimè natorum. Imo fuerunt alij maiores ſui, antiquiores, quorum bona conditio, iſtis poſterioribus magis prodeſt, quam noceat qualitas illius naturalis intermedij. per tex. in d. l. emancipatum. in fine. ff. de ſenator.

Preterea ſi volumus dicere, quòd illa macula
34 noceat filijs, hoc † habet locum in his quæ proueniunt ab ipſo baſtardo, ſecus in prouenientibus aliunde, vt probat tex. & ibi Barto. in d. l. iij. ff. de interdic. & relega. ſed caſus noſter eſt talis, quia hæc dos venit aliunde, & non ſumus hic in filiis baſtardi, ſed in poſterioribus legitimis, per plures & plures gradus, ergo &c.

Item non obſtant ea quę ſuperius opponebãtur, de notatis per Doctores. in d. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. & in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertul. quia reſpondetur, quòd ibi eſt eadem vel maior ratio excludendi deſcendentes ex filia, vel attinentes mediante matre, quę eſt in excludendo filiam, & matrem. vnde idem ius. l. à Titio. in fine principij. ff. de verbo. oblig. & l. illud. ff. ad l. Aquiliam. ſecus in caſu noſtro, in quo non eſt eadem ratio in excludendis deſcendentibus legitimis, quæ erat in excludendo baſtardo, propter odiũ, & maculam ſpurietatis, quæ ceſſat in eis, vt patet per plura ſuperius allegata, & max. per d. l. fin. C. de naturalibus liber. quæ probat in terminis noſtris, quòd ſublato medio, ideſt ipſo ſpurio, vel illegitimo, coniunguntur extrema, & negat maculam filii ſpurij, extendi ad nepotes legitimos, ergo, &c. Imo poſſet forte attentari, quòd etiam puellis baſtardis natis ex talibus ciuibus de iure non eſſent denegandæ ipſæ libræ centum Imper. pro dote, cum aliunde veniant quàm à patre, & cum etiam baſtardi ſint capaces alimentorum & dotis, nedum ab alijs, ſed etiam à parentibus, vt eſt probatum ſupra, & cum verba teſtamenti Illuſtriſſimi Capitanei non repugnent, cum dicunt, quòd puellæ natę ex antiquioribus ciuibus habeant libras centum, nec diſtinguitur quo modo ſunt natę, & verum erit dicere, quòd vna ſpuria ſit nata ex antiquo, & antiquiore ciue.
35 Cum talia † ſint verba importantia naturalitatem, quæ conueniunt etiam ſpurijs. vt eſt tex. in l. hac parte. & l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. & notat Angelus & alij ſcribentes in d. §. ſi quis rogatus. quamuis pronunc hoc vltimum non firmo, quia non eſt præſentis ſpeculationis, & nos in caſu longè diuerſo: quia loquimur de puellis legitimis, & natis etiam ex parentibus legitimis.
36 Ad carmen Ouidij reſpondetur, poſito † ꝙ auctoritas poetarum valeat in iure allegari. iuxta l. in tantum. cum ibi not. ff. de rerum diuiſione, quòd illud procedit in macula tollenda de perſona ipſius maculati, ſed ex hoc non ſequitur, quòd alij propter alterius maculam cũ difficultate abluantur: quia etiam non dicit quòd ſint infecti.
37 Ad aliud, † quòd baſtardi non dicantur de domo,

cum uere & naturaliter monaſterium & eccleſia
non ſit monachi pater ſeu aſcendens, ut inferius
clarius explicabitur, ſed fauore religionis habe-
tur pro tali ciuiliter non naturaliter. Alia eſſet
fictio, ſi uellemus dicere dictam hereditatem tan
quam aſcendentium tranſmitti ad deſcēdentes,&
ſic ad filios, & ſic ad monaſterium, quod loco fi-
lij habetur, ut in d. aut. niſi rogati. & l. Deo nobis
38 C. de epiſc. & cleric. & ibi notat. nam † uere &
naturaliter monaſterium non eſt monachi filius
ſed ciuiliter habetur pro tali ſecundum Gloſſ. in
d. authent. & hoc per fictionem ſecundum Gloſſ.
in d. §. ſed & hoc in pręſenti, in uerbo, clerici. in
fine. & quòd iſtę duæ fictiones procedant ex eo-
dem fonte æquitatis, patet, cum fauore religio-
nis, & ne quis aliàs retraheretur a uita contempla
tiua, & ſic ab ingreſſu in religionem, Monaſte-
rium æquiperatur patri & filij loco habetur per
notata in d. authent. per Riccard. Malum. Barto.
& alios & Canoniſtas in d. c. in præſentia. & in d.
c. cum olim. de priuileg. cl. 2. & in d. §. ſed & hoc
in præſenti.

Nec obſtaret ſi replicaretur minime cōcurre-
re duas fictiones cum tractetur de hæreditate
materna d. Do. Leonardi, qui uere & naturaliter
eſt filius teſtatricis, & reſpectu ipſius uere dici
poſſet hæreditas aſcēdētium, & ſic habere locum
diſpoſitio d. l. 1. C. de his qui ant. aper. tab. teſta.
Quia negatur ſecundum terminos illius legis in
caſu noſtro tractari reſpectu monaſterij de hære-
ditate aſcēdentium. & monaſterium quod locum
filij ſubintrare vult cōſiderandum eſt ſecundum
terminos illius legis, ut ibi, periniquum eſt nepo-
tes auita ſucceſsione fraudari, ſed in caſu noſtro
uere & naturaliter D. Virginia non eſt auia mo-
naſterij, nec monaſterium nepos d. D. Virginiæ,
ceſſant igitur contrariæ conſiderationes, propte-
rea dicendum illum nō audiendum. Si enim prædi
cta aliter intelligerent deſtrueretur opinio cōmu-
nis de qua ſupra, Iaco. de Aren. Riccard. Malum-
bræ, Gulielm. de Suzza. Specu. Cyn. Bar. Bal. An-
gel. Fulgoſ. Romani, Pauli de Caſtro & Imolæ, di
centium monaſterium non poſſe adire hæredita-
tem monacho delatam illo inuito, & multo mi-
nus eo mortuo, ut ſuperius ex mente Cyni, Bar-
to. Bal. Ang. Fulgo. Romani, Pauli concluſum ē.
39 Non obſtat etiam ſi diceretur, † monaſterium
& ſic eccleſiam uere & non ficte eſſe parautē no-
ſtram, cum ſicut pater & mater carnales generat
nos ad ſeculum, ita eccleſia in baptiſmate regene
rauerit nos ad ſeculum futurum. c. qui abſtulerit
12. q. 2. c. finali. diſtin. 68. & ibi Gloſſ. & Gloſſ. in
c. recurrat. in uerbo ſocietate 32. q. 3. Nulla
40 enim maior coniunctio quàm animæ, cum † il-
la præferenda ſit cæteris rebus l. ſancimus. la prima
C. de ſacroſ. eccleſ. & 11. q. 1. pręcipimus. & de ſi-
41 mon. c. Mattheus. Et quod † dicitur de eccleſia
uerificatur in una capella & in uno monaſterio
argumento c. loquitur. 24. q. 1. ſecundùm Pau-
lum de Caſtro in conſilio 128. uerſiculo iſta autē
42 uolumine. 2. Quidam mandauit filiam Quia in
materia noſtra mater & filij capiendi ſunt ratio-
ne ſanguinis, ſicut dicimus aliàs de cōiunctis, ſe-
cundum communem opinionem de qua per Do
ctores in c. nonnulli. de reſcript. communiter e-
nim tenetur quòd iura permittentia aliquid con-
iunctis intelligantur de coniunctis ratione ſan-
guinis & non de eccleſia, quę largo modo dici-
tur coniuncta & impropriè, cum eccleſia iam ge-
nitum natura gignat per gratiā, unde debeat di-
ci renatus, ſed mater propriè, illa dicitur quæ pa-
rit, propterea textus in c. cum de diuerſis. de pri
uil. libro. 6. ſedem apoſtolicam dicit quaſi ma-
trem, ſecundum notabilē Glo. ibi in uerbo quaſi.

Prædicta retenta opinio contra monaſterium
confirmatur alia ratione & fundamento de quo
per Angel. in d. conſilio. 91. cui ut dicit ibi ipſe
43 Angelus reſponderi non poteſt. Nam † de iure
ff. filius debebat agnoſcere hæreditatem delatam
iuſſu patris, & ſi filius de facto contradicebat, pa-
tri non quærebatur l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum
ff. de acquir. hæred. & ibi Gloſ. & Bartol. in d. l.
is qui hæres: §. finali, uerſiculo, contrarium. ff. eo-
dem titulo. ad cuius iuris antiqui correctionem
emanauit lex Iuſtiniani de qua in d. §. ſinautem
in ſecunda, qua prouidetur patri & filio, ut alter
inuito altero adire poſsit delatam ipſi filio hæ-
44 reditatem. unde † diſpoſitio emanans ad anti-
qui iuris correctionem non debet extendi, ſed
in terminis ſuis ſtricte intelligi, nec ad alium ca-
ſum, uel ad alias perſonas ex idemptitate ratio-
nis trahi. l. præcipimus. in fin. C de appell. Auth.
quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. conſequens eſt
ergo ut ſiue ęquiparemus monachū ſeruo, ſiue fi
lio, cum in hoc ius antiquum correctum uel im-
mutatum nō reperiatur, dicere debeamus in ſuo
robore remanſiſſe, faciunt notata per Bartol. in
d. l. is qui hæres §. fi. uerſiculo, ſed quid dicemus.

Ex prædictis patet reſpōſum † ſi diceretur cū
45 Bald. Fulgoſ. & Paulo de Caſtro in d. l. cum non
ſolum. in principio, quos ſequitur Martianus So
zinus Iunior conſilio. 13. nu. 4. uolumin. 2 quòd
licet uerum ſit patrē adire non poſſe hæreditatē
filio delatam & per illum non agnitam dum erat
in humanis, tamē ſecus ſi illo uiuo pater iuſsiſſet
ut adiret, tunc enim limitandam pręcedentem
communem opinionem & dicendum, cum ex iuſ
ſu ſit patri aquiſitum ius, illud conſequi poſſe &
ſibi conſeruare etiam mortuo filio, & ſic eadem
ratione idem dicendum in monaſterio. Quia
& ſi illud uerum ſit, procedit quando de facto fi-
lius patri non contradicit, ſed uolens obedire an-
teàquàm uere adeat, decederet: tunc ille iuſſus
operari poſſet hūc effectum, alias ſecus. cum ex eo
adhuc filio uiuo & contradicente ſaltem de fa-
cto, etiam de iure antiquo dici minime poterat
patri ius aliquod acquiri, per prædicta: & eſt tex
tus in d. l. cum proponas. in fine. quod inferius
latius explicabitur.

Ex prædictis etiam patet reſponſum ad aliud,

ſcilicet, ſi diceretur concluſionem, de qua ſuperius, quæ eſt quòd mortuo monacho monaſteriũ illi delatam hæreditatem & nõ agnitam adire non poſſe, ſicut & nec pater poſſet ſi erat extraneorũ, & non aſcendentium, cum tunc ipſo iure excluſum ſit monaſterium, limitandam fore quando monaſterium ueniet ex capite reſtitutionis, nam reſtitui deberet & admitti ſecũdũ Iacob. de Arena, quem refert, & ſequitur Abbas Sicu. in d. ca. in præſentia. de probat. circa finem, ſicut reſtitueretur minor l. finali. C. de ſacroſan. eccleſ. l. cum quidam. ff. de acquiren. hæred. l. ait prætor. ff. de minor. Nam tunc monaſterium reſtituendum foret quando hæreditas delata eſſe monacho minori, cui monaſteriũ ſuccederet, nam cum tunc detur læſio ex non aditione ob minorem ætatem & mortis caſum, concedenda foret partim ex titulo de minoribus, partim ex clauſula, ſi qua iuſta cauſa eſſe uidetur. ut l. Põponius ff. de acquir. hęred. & ibi Bartol. refert ita tenere Iacob. de Arena, qui dicebat eſſe caſum in l. qui duos. in principio. ff. de reb. dub. & quòd idem tenet Iacob. Butrigar. Idem Bartol. in dict. l. ſi infanti. uerſiculo, ultimo aduerte. C. de iure delib. Sed in caſu noſtro ceſſat minor ętas, ceſſat etiam iuſta cauſa ſeu impedimentum de quo in d. l. Pantonius. cum Dominus Leonardus non impeditus ignorentia, non abſentia cauſa reipublicę uel aliter, ſed ſciens, uolens & prudens noluit adire.

47 Preterea † reſtitutio ſolum cõceditur ubi adeſt lęſio, ſine qua fatuum eſſet aliud dicere, cap. cum ueniſſent. §. nos igitur. de reſtit. in integ. & ibi notatur. Specul. in eodem titulo. §. 1. uerſiculo illud quoque. Sed cum in caſu noſtrę conſultationis ex prędicta hereditatis delatione anteaquã ipſe Domin. Leonardus inſtitutus adiret, nullũ ius ei acquiſitum fuerit, & per conſequens nec ipſi monaſterio, ceſſat læſio, & ſic reſtitutio. Quòd nullum ius acquiſitum foret patet ex notatis per Bartol. ut alibi ſuperius dictum eſt in dict. l. is poteſt. ff. de acquir. hęred. uerſiculo, ſed oppono. ubi dicit ius acquirendi per filiũ uel ſeruum nõ queritur patri uel domino, quia ſic eſſet acquiſitum antea quam adiret contra dict. l. pretia rerũ. ff. ad l. falc. ſed bene acquiritur ius proſequendi actionem iam acquiſitam, ſi quę acquiſita foret, uel quęſitam retinendi, ut dict. l. acquiritur. ff. de acquir. rer. domin. & d. l. placet. ff. de acquir.
48 hęre. ex quibus oportune Bar. ibi infert † quòd mortuo monacho anteaquam delatam hęreditatem adeat, monaſterium illã adire non poteſt, ratione prędicta. Idẽ Bartol. in d. l. is qui hęres. §. finali. uerſiculo, ad l. filius.

Veniamus ad ſecundum motiuum pro parte
49 monaſterij ſcilicet † quòd ſecundum communẽ Canoniſtarũ opinionem uideatur potius monaſterio quàm ipſi monacho dicta hereditas delata, & ſic non neceſſariã ipſius monachi aditionẽ, quę opinio uidetur probari in d. l. ſed & hoc in pręſenti, ibi, & monaſterio. ubi à principio ingrediuntur res ſub tali condione donatas aut relictas cum alia eorum ſubſtantia competere uolumus, & ſic ibi uidetur decidi quòd huiuſmodi delata hereditas competat ipſi monaſterio abſque alio facto monachi, & ea ratione, quia ut dicitur in §. ſi quis. uerſiculo. illud, in auct. de monach. & ibi Gloſſ. in uerbo. abrenũtians, cum monachus monaſterium intrat abrenuntiat ſeculo & proprijs & ibidem dicitur, ingredientem ſequuntur omnino res, & non erit dominus earum ulterius ullo modo, quinimo etiam nulla eorum traditione ſequuta in monaſterium transfertur dominum l. finali. C. de ſacro. eccleſ. Bartol. in auth. ingreſſi. C. eodem titulo.

Sed his non obſtantibus, dicimus minimè d. opinionem eſſe communem, quinimo eſſe contra pręcedentes firmatas communes opiniones, uidelicet monaſterium inuito monacho delatam illi hereditatem adire nõ poſſe. Item contra aliã, quę eſt quòd mortuo monacho monaſterium eidem delatam hęreditatem & non aditam pari modo adire non poſſet. Preterea eſt contra textum in c. uno. 18. q. 1. & ibi Gloſſ. in uerbo legitimus. in fine. ubi dicitur quòd monachus hęreditatem paternam ſibi ideſt eccleſię ſuę uẽdicare poteſt, & quidquid acquirit eccleſiæ ſuę acquirit. item & contra tex. in d. l. De nobis. §. hoc etiã. C. de epiſc. & cler. ubi dicitur quod monachi ab inteſtato ad parentum hereditates uocantur ac ſi monachi, non eſſent, & ſic uocãtur & ſuccedũt monachi, & nõ uocatur monaſterium, licet monachus hęredem faciat monaſteriũ, ſicut in ſimili deſuper uiſum fuit ſuper intellectu l. ſi matre. C. de ſuis & legitim. ubi dicitur filium ſuccedere matri ipſo iure; intelligendum eſſe ſecundum Bartol. in d. l. uentrę. uerſiculo circa prędicta. ff. de acquir. hęred. ſi per filium hęreditas adeatur. Intelligenda eſt ergo dicta Canoniſtarum ſententia potius monaſterio deferri, ſcilicet quo ad effectum medio organo ipſius monachi adeuntis, & hoc uidetur uelle Innoc. in dict. cap. in pręſentia. ſi bene eius uerba ponderantur. & quod ita intelligi hoc debeat patet ex dictis per ipſum Abba. Sicul. in conſil. 44. parte 2. quędam domina Cathetina. uerſiculo. quia dico. cuius uerba ſunt hęc. Non obſtat ſi dicatur hæc bona fuiſſe relicta dicto fratri. B. quia dico quòd relictum non poteſt conſiſtere penes perſonam monachi ſed per eum fit acquiſitio immediate monaſterio. & hoc modo intelligendo concordantur iura iuribus & Doctorũ opiniones.

Vltimo dicimus & ex hoc ceſſare omne dubium & contraria, quòd licet uerior eſſet opinio quòd abbas inuito monacho hæreditatem adire
50 poſſet † tamen illa procedit quando abbas unà cum monaſterio & ſic conuentus ſeu monaſterium adire debet, & non ſolus abbas, & ita loquitur & procedit dictum Innoc. in dict. cap. olim & ipſe Innoc. tradit in d. cap. in præſentia. ubi idem uidetur tenere Ioannes And. in uerbo mi-

nor

nor annis, dum dicit hæreditatem delatam monacho melius agnoſcit & apprehendit monaſterium quàm monachus, quod expreſſè uoluit Benedictus Capra in dict. tractatu Subſtitutionum in principio. uerſiculo. quod intelligendum eſt. Ad hoc optimè facit, quòd ad hoc ut quid monaſterio incorporetur, non ſufficit ſolius abbatis actus ſed ut cōuentus conſulatur ſecundum Ioannem And. in dict. capi. ad apoſtolicam. de regul. quem communiter ſequuntur ſcribentes ſecundum Abbatem Sicu. ibi. circa finem: incorporare enim aliquid ad monaſterium ſpectat ſimul ad abbatem & monaſterium, niſi conſuetudo aliud diſponat ſecundum Archid. & Ioannem Andr. in cap. finali. de regul. libro 6. ubi Ioannes Andr. in Gloſſ. ſua, quorum opinio communiter tenetur.

51 Videamus etenim † præterquam in iuriſdictionalibus, ut notatur in cap. edoceri. de reſcrip. quòd in quibuſcunque agendis per prælatum regulariter requirit conſilium & conſenſum ſui capituli cap. nouit. de his quæ fiunt à prælat. fin. conſ. ca. & ibi Innocen. Ioannes And. Butrius, Florianus, Imola & cæteri ſcribentes, & per Ioannem Andr. in regula, nullus. libro. 6. & aliter actus factus non ualeret, de quo etiam in ca. ca noſcitur. & in cap. ad apoſtolicam. eodem titu. de his quæ fiunt a prælat. Ex quibus concludo petitionem dicti procuratoris nullam & iniuſtam. & d. D. Tiberium ſubſtitutum præferendum dicto abbati & monaſterio. Saluo ſemper rectius ſentiētis iudicio in quorum fidem Ego Aſtor de Guidoníbus de Accumulo, V.I.D. manu propria me ſubſcripſi, & ſolito meo ſigillo ſigillaui.

SVBSCRIPTIO.

Vbi opus non eſt, nunquam mihi Gulielmo Pontano de Peruſio. V.I D. & primam de mane cathedram in iure ciuili in hoc ſtudio regēti, placuit eandem retexere telam, ideo cum ſubtiliter & plene ſit prædicta conſultatio diſcuſſa per Præſtantiſsimum Do. Aſtorem de Guidonibus olim meum auditorē, de ſubſcriptione requiſitus, idē cōſulo & ſubſcribo, in quorum fidem ſolito meo ſigillo muniri mandaui.

SVBSCRIPTIO.

Idem quod conſultum eſt per diſertiſsimum D. Aſtorem de Guidonibus auditorem meum dico & conſulo Ego Aæneas de Vbaldis V.I.D. ſalua ſemper rectius ſentientis ſententia: & in fidem propria manu me ſubſcripſi & meo ſigillo ſigillaui.

Laus Deo omnipotenti.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Iuriſcon. Bergomenſis.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ legitimæ ex baſtardo, an ueniant appellatione domus, ſeu caſatæ.*
2 *Fructus nullus bonus, ex radice infecta.*
3 *Filia cum per ſtatutum excluditur, excluſi cenſentur omnes ex ea deſcendentes.*
4 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione defuncti extantibus agnatis, cenſetur etiam excludere omnes matri attinentes.*
5 *Parentum delicta nocent filijs poſtea naſcituris.*
6 *Baſtardi non dicuntur eſſe de genere, ſeu de cipo.*
7 *Nobilitas patris non tranſit ad illegitimos.*
8 *Nemo dat quod non habet.*
9 *Baſtardi ſunt canonibus, & legibus, multum odioſi.*
10 *Filius ſæpe ſolet ſimilis eſſe patri.*
11 *Filia ſequitur leuiter matris iter.*
12 *Peccatum originale primi parentis, in infinitū tranſit ad omnes.*
13 *Patris uitium, & pœna, nocet filio in his, quæ ex perſona patris deſcendunt, ſecus in alijs.*
14 *Baſtardus poteſt hæres inſtitui ab alio quàm à patre*
15 *Odium exiſtens in perſona baſtardi, ceſſat in perſona nepotis legitimi.*
16 *Filius feudatarius ſi per ſuam culpam debet amittere feudum, retinebit nepos ex perſona aui.*
17 *Alter alterius non debet odio prægrauari, ceſſante cauſa odij, ceſſat ipſum odium.*
18 *Odia reſtringenda, & fauores ampliandi ſunt.*
19 *Filius non debet puniri pro delicto patris, & è conuerſo.*
20 *Hæredis crimen in filio, non nocet nepoti fideli, quia ipſe ſuccedat auo ſuo fideli.*
21 *Nepos legitimus & naturalis natus ex parte ſpurio, poteſt hæres inſtitui ab auo.*
22 *Intellectus ad §. fin. auth. quib. mod. natu. efficiant. ſui. uer. omnes.*
23 *Dictio, ex, cuius naturæ.*
24 *Nepotes legitimi & naturales, ex matre illegitima non excluduntur à iure patronatus eccleſiæ delato ex perſona aui materni.*
25 *Dos & alimenta à pari procedunt.*
26 *Alimenta de iure canonico debentur nedum naturalibus tantum, uerum, etiam ſpurijs et inceſtuoſis.*
27 *Argumentum à maioritate rationis ualidum.*
28 *Interpretatio in cauſa pia, & dependente ex teſtamento late fienda.*
29 *Baſtardus legitimatus à principe, reputatur, ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet.*
30 *Chriſtus ſeruator noſter, non ſolum de alienigenis cōmixtionibus, ſed etiam de adulterinis naſci uoluit. de quo nu. 38.*
31 *Nato ex adulterio non eſt culpa attribuenda.*
32 *Filius naturalis, non ita eſt odioſus, ſicut ſpurius, adulterinus, & nothus.*
33 *Coitus nullus hodie licitus, præterquam cum uxore propria, de iure canonico, ſecus de iure ciuili.*

Baſtardi

34 *Baſtardi macula nocet filio in prouenientibus ab ipſo baſtardo.*
35 *Verba importantia naturalitatem, conueniunt etiã ſpurijs.*
36 *Poetarum authoritas, allegari poteſt pro iure.*
37 *Baſtardi & ſi ipſi non dicuntur de domo, non tamẽ hoc idem dicendum eſt in eorum filijs legitimis.*
39 *Intellectus ad l.fi.C.de natu.lib.*
40 *Caſus exorbitans a regulis iuris non trahendus in conſequentiam.*
41 *Pœnalia non extendenda.*
42 *Lex quod non dixit, nec nos dicere debemus.*
43 *Cap cum haberet. de eo qui dux in matri, an habeat locum ubique.*
44 *Filij naturales tantum, etiam ſecundum leges ſunt alendi.*
45 *Infamitas uitanda.*
46 *Diſtinctio perſonarum non eſt apud Deum, nec acceptio, ita eſſe non debet apud homines.*
Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

CONSILIVM. CLXII

IN NOMINE domini Redemptoris noſtri. Amen. Cum ex teſtamento Illuſtriſſ. Capitanei, debeantur libræ centum Imper. puellis natis ex antiquioribus ciuibus origine & gene. e Ciuit. Bergomi, pro qualibet earum quando maritabuntur &c. Contingit dubi-
1 tari, ſi † in dicta familia talium ciuium fuit unus baſtardus naturalis tantũ, à quo poſtea deſcenderunt plures alij legitimè nati: An puellis iſtorũ legitime natorum, quæ etiam ſimiliter legitime ſunt debeantur dictæ libræ centum pro qualibet maritanda; An uero eis obſtet macula talis baſtardi naturalis tantum, ut ſupra, uel ne.

Et prima fronte uideretur dicendum, quòd illa macula illegitimitatis ſibi obſtaret: quia dici ſo-
2 let, † quòd ex radice infecta nullus bonus fructus producitur. ut in cap. fertur. §. vulnerato. j. q. j. & no. Io. de Ana. in c. primo. de ſciſmati. Ad quod faciunt ea quæ habentur in l. ſi uiua matre .C. de bonis mater. ubi per illum tex. Fulgo. & Saly.
3 dicunt, quòd † ubicunque eſt excluſa filia per ſtatutum; intelliguntur excluſi etiã omnes ex ea deſcendentes. Et ſimiliter doctrina Bart. in l. 2.
4 §. uidendum. ff. ad Tertull. ubi vult. quòd † ſi ſtatutum excludit matrem a ſucceſſiõe defuncti, extantibus agnatis, quòd cenſentur etiam excluſi omnes attinentes, mediante perſona ipſius matris, Item dixit Bal. in l. ij. C. de libertis & eorum
5 liberis, in print. quòd † delicta parentum nocent filijs poſtea naſcituris, quia contrahunt rubiginem a linea iam infecta per illum tex. ibi, ad hoc notabilem. Præterea dicitur apud Ouidium, quæ ſemel horrendis maculis infamia nigrat. Ad bene tergendũ multa laborat aqua. Inſuper eſt magis communis opinio ſcribentium. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. el primo. ff. ad Trebell. quòd
6 † baſtardi non dicantur eſſe de domo: nec de familia, nec de genere, nec de caſata, nec de cippo. quando ſumus in materia fauorabili, prout ibi late uoluit Angelus, Imola, & Alex. poſt alios. & Bar. in l. tutelas. ff. de cap. diminut. & in l. pronuntiatio. ff. de uerbo. ſignifica. & Angel. in conſilio xxx. quod incipit, Domina Franciſca. in quibus lo-
7 cis etiam tenent, quòd † nobilitas patris & familie paterne non tranſit ad iſtos illegitimè natos. Vnde ſi ipſi nobilitatem non habent non poſſũt
8 illam alijs tribuere, Quia nemo † dat quod non habet. l. ſi diuerſæ. C. de legatis. ubi Bart. & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & in cap. Daybertum
9 j. q. vij. Facit etiam, quia † iſti baſtardi, & omnes qui naſcuntur ex damnato coitu ſunt canonibus & legibus multum odioſi. ut patet ex his quæ habentur in cap. j. & finali. & quaſi per totos titulos. extra, de filijs presbyt. in antiquis, & in ſexto. & in auct. ex complexu. C. de inceſtis
10 & inutil. nupt. Item dicitur, Sepe † ſolet filius
11 ſimilis eſſe patri. Et † ſequitur leuiter filia matris iter, ut capit. ſi quis. vi. q. j. Hinc etiam eſt, quòd in emptione mancipiorũ plurimum quæri ſolet, de quo genere ſint. Vel de qua natione, ut eſt tex. not. in l. quod ſi nolit. §. qui mãcipia. ff. de ędil. edict. ubi Gloſſ. allegat illud. Non poteſt arbor mala bonum fructum facere. Item
12 † reperitur quod originale peccatum primi parentis, in infinitum tranſit ad omnes, de quo per Hoſtienſ. in ſumma, de peniten. & remiſſio. §. de quibus peccatis. in prin. Ergo non erit mirandũ ſi macula illius illegitimè nati inficit hos deſcendentes ab eo, quanquam legitimos.

Attamẽ iſtis non obſtantibus: puto in caſu noſtro ueritatem fore in contrarium, & teneo de iure, q̃ talis macula iſtos hodie ſic legitimè natos non afficiat, nec eis noceat. Moueor primò per regulam, quæ habetur in l. tertia. ff. de interdictis, & relegatis. ubi Bartol. notabiliter declarat, q̃
13 † uitium & pœna patris, nocet filio ſolũ in his, quæ ex perſona patris deſcendunt; non autem in alijs. quæ aliunde obueniunt. Vnde licet
14 baſtardus † non poſſit heres inſtitui a patre, poterit tamen inſtitui ab alio: & erit capax bonorũ.

Quoniã dicta auc. ex complexu. ſolum dicit eos indignos paterna ſucceſſione, atque ſubſtantia: de qua materia plene habetur in l. qui teſtamentum ff. de probat. & per Bartol. in l. ſi is qui ex bonis. ubi notabilis. tex. ff. de vulg. & pup. & per Bar. in l. ſi gener. ff. de his, quibus ut indig. & habetur in l. j. C. de naturali. lib. & in auct. quib. mod. natural. effi. ſui. §. finali. Item magis ad terminos noſtros eſt bonus tex. & ibi Bal. in l. fi. C. de na-
15 turalib. liber. ubi habetur, quòd † odium exiſtens in perſona filij baſtardi, ceſſat in perſona nepotis legitimi, qui eſt alterius qualitatis, & melioris. Ad idem bonus tex. in l. emancipatum. in fin. ff. de ſenator. per quem Gloſſ. infert ibi ad quæ-
16 ſtionẽ, quòd † licet filius feudatarius per culpã

ſuam

21 quòd † pater non excludit ſubſtitutum, quando
filius non eius contemplatione fuit hæres in-
ſtitutus dato ſubſtituto vulgari, ut eſt in caſu
noſtræ conſultationis. Mater enim cogitauit
& uoluit hæreditatem & bona ſua deuenire ad d.
D. Angelum filium, & ſi ille decederet ſine filijs
legitimis & naturalibus ex ſuo corpore deſcēden-
tibus uoluit ea deuenire ad D. Tiberium aliū ſuū
filium ex primo matrimonio, qua ſtante mente
& uoluntate teſtatricis pater non excludit ſub-
ſtitutum, cum uerisimile non fuerit id matrem
ſentijſſe, ut notabiliter tenuit Bal. in d. l. cum pro
ponas, per notata in l. qui liberis. §. hęc. ff. de vulg.
& pup. quē ſequitur Benedictus Capra in tracta
tu ſubſtitutionum, circa principiū. quē manu ſcri-
ptum uidi in bibliotheca excellentisſimi iuriſcon
ſulti D. Iac. patrui & patris meī, & hæc ſit limita
tio ad opinionem gl. & Bart. in d. l. 1. ff. de vulg. &
pup. & ſequacium communiter tenentiū patrem
excludere ſubſtitutum, eſto quòd filius inſtitutus
repudiaret hæreditatem, ea ratione de qua ibi
per Bart. & in d. l. cum proponas. ſcilicet quia in-
ter alios effectus ſubſtitutionis vulgaris ſit iſte,
ut eius verba intelligantur, ſi hæres non erit uel
alium hæredem non fecerit miniſterio ſuo. Quæ
communis ſententia non caret probabili dubio,
& contrarium uoluit Iacob. de Beluis. in d. l. cum
non ſolum. & in d. l. 1. & in d. l. cum proponas. &
in d. l. paterfamilias. & in l. cum antiquioribus. C.
de iure deliberan. & Angel. in l. 2. ff. de hæred. in-
ſtit. quam ibi Paul. de Caſtro cenſet in iure uerio-
rem. licet à communi non recedat, cum iura al-
legata pro communi opinione loquantur quan-
do inſtitutus adeundo facit alium hæredem, &
tunc excludi ſubſtitutum, ſecus ſi filius repudiet,
cum per repudiationem non faciat patrem hære-
dem, ſed aperiat uiam alijs. & cum pater ueniat ex
diſpoſitione legis, ſubſtitutus ex diſpoſitione te-
ſtatoris, præferendus ſit ſubſtitutus, ea ratione,
22 quia † prouiſio hominis in his in quibus poteſt
potentior ſit prouiſione legali. l. finali. C. de pac.
conuent. & quamuis d. communis opinio loqua-
tur in caſu in quo filius repudiauit, quo ad limi-
tationem, de qua idem dicendum & ſic non repu-
diet ſed adire nolit, cum non repudiet quoniam
de iure ſine abbatis licentia repudiare non poteſt;
ſed faciat quod in ſe eſt naturaliter, ſcilicet renuat
de facto, & ſic non patiatur ut ſui uoluntate ab-
23 bas adeat. Cum † ſtante mente teſtatricis in ſpi-
cienda ſit uoluntas & non iuris diſpoſitio ut dicit
textus in d. l. cum proponas, ibi, An ſit quæ-
ſtio uoluntatis, an uerba ſubſtitutionis ad ius re-
ferantur: ſi uoluntatis, illa ſequenda, ſi ad ius, tunc
illa uerba, ſi hæres non erit, intelliguntur, ut ſi
nec per ſemetipſum alium fecerit hæredem, vn-
de cum uoluntatis ſit quæſtio in caſu noſtro, di-
cendum patrem non excludere ſubſtitutum. quæ
uoluntas eo magis patens eſt, ſi naturaliter uer-
ba illa conſiderentur, ſi ſine filijs legitimis & natu
ralibus ex ſuo corpore deſcendentibus, non enim
cogitauit de filijs legitimis ſeu ciuilibus, ſed de le-
gitimis & naturalibus ſecundum naturam & non
ſecundum iuris diſpoſitionem, qua iuris diſpoſi-
tione ſecundum ſcribentium ſententiam appella-
24 tione † filij legitimi & naturalis uenit monaſteriū:
quorum tamen opinio uix ſuſtinetur per iura &
rationes allegatas per Gloſſ. finalem in d. authen.
niſi rogati. & Angel. conſilio 80. hæc quæſtio.
ubi refert ſic tenere Iacob. de Beluis. in d. §. ſed
hoc in præſenti. in authent. de ſanctiſ. epiſc. & ita
tenuiſſe Hoſtienſ. & Bald. in l. ſi ita. §. finali. ff. de
leg. 1. & fuit opinio Abbat. antiqui in c. Raynu-
tius. de teſtam. quem ſequitur Bal. in Margarita
Innoc. in uerbo ſubſtitutio. & Antonius Franci-
ſcus Pauinus in aditionibus ad Abb. Sicul. in d.
c. in præſentia. in uerſiculo, nota. 2. Quinimo &
hæc eſt communis ut dicit Alexandr. conſilio 35.
ſuper contentis. uolum. 3. & conſilio. 121. hæc
quæſtio ſubtilis. hanc tenuit Martin. Syllim. & Io
annes And. in c. Raynaldus. de teſtam. Fulgoſ. con
ſilio 53. quoniam. & Barbatia conſil. 13. cle-
mentiſsimi. uolumin. primo. quorum opinio ue-
rior eſt in puncto iuris, & ſi contraria magis pla
25 cerit tamen † minime illa ſequenda foret quando
ceſſaret ratio, qua potiſsimè nititur dicta commu
nis, ſcilicet, ſi propterea quis ab ingreſſu religio-
nis uel à perſeuerando in illa retraheretur. ut le-
gitur in d. §. ſed hoc in præſenti. tum ob illam ra-
tionem conditio, ſi liberos habuerit, reijciatur, ut
hoc ſolatio fruantur clerici, ut res ſic conditio-
naliter eis relictas ad eccleſias extendant aut re-
linquant, & Gloſſ. ibi in uerbo clerici, tenet id
eſſe fauore eccleſiæ, cui ſtatim quòd quis in eam
intrat, ſe & ſua bona dedicet, ut eſt caſus in au-
thent. de monach. §. ſi quis autem. uerſiculo illud
ibi, ingredientem quem ſimul ſequuntur omni-
no res, & non erit dominus eorum ulterius, ſi
enim primum inſpicimus de ſolatio, ceſſat in ca-
ſu noſtro, imo amaritudo in monacho apparuit
cum cogeretur ut hæreditatem adiret, quam ipſe
renuerat, & fratris eſſe cupiebat. Si inſpicia-
mus ſecundum: & illud in caſu noſtro ceſſat ex
quo hæreditas iſta tempore ingreſſus in mona-
ſterium nec tempore delationis dici poterat fuiſ-
ſe inter res & bona ipſius, cum anteaquam
agnoſceret nullum ius in ea haberet, unde nec
monaſterium ex eius perſona probatur in dict. §.
& uerſiculo illud. ibi. & non erit dominus earum.
& ſic per antea præſupponit quod intrans mona-
ſterium erat dominus. Ceſſat & ipſa principa-
lis ratio conſiderata à Canoniſtis & Legiſtis, ſci-
licet ne quis aliàs retraheretur à uita contempla-
tiua, cum d. Don Leonardus licet eſſet in tempo
re probationis & iure permittēte potuiſſet exire
de monaſterio & ad ſeculum redire, & ſciret ad
ſe delatam hæreditatem opulentam, tamen in ui-
ta contemplatiua perſeuerauerit, nec unquam
26 dict. hæreditatem adire uoluit. Hinc eſt † quòd
ſi inſtitutus cui datus eſt ſubſtitutus ſi non in-
grediatur monaſterium, ſed monaſterium hæ-

 redem

mo,nec de familia &c. Et ꝙ nobilitas non tran-
ſit ad illos &c. Reſpondemus quòd etiam poſita
illa doctrina pro uera,quæ tamen non habent lo-
cum,ubi in contrarium eſſet communis vſus lo-
quendi:ſcilicet quòd baſtardi appellarentur de do-
mo, prout eſt Bergomi, ſecundum Docto. in
d.§. ſi quis rogatus. tamen ex ea non infertur, ꝙ
legitimè nati ex ipſis nõ dicantur de domo, nec
de familia. Circa uerò odioſitatem talium na-
torum ex coitu damnato de quibus in dictis titu-
lis. de fil. preſbyt. patet reſponſum, quia licet ta-
les filij illegitimi non promoueantur ad ſacros
ordines abſque diſpenſatione, non tamen idem
dicitur de legitimè natis ex eis, quoniã tale odiũ
non durat ultra perſonam ipſorum illegitimè
natorum. Similiter reſpondetur ad auct.ex cõ-
plexu.ponderando dictionẽ(ex)prout ſupra dixi,
ꝙ importet cauſam immediatam & non remotã.

Ad illud quòd filius ſolet aſsimilari patri, &
quòd natio alicuius eſt attendenda, & quòd ar-
bor mala non facit fructum bonum &cæ. Dici-
mus unico verbo, quòd non militãt in perſonis
multum remotis,prout non ſumus.

38 Ad vltimũ † de peccato originali primi parẽtis
Adam:reſpondetur illud ꝓcedere ex diſpoſitione
diuina,quæ ſua lege clauſerat portas paradiſi vni-
uerſæ humanæ creaturæ.non autẽ damnabat quẽ
piam ex peccato Adam,ibant enim ad Limbum,&
non ad infernum: qui non moriebantur in pro-
prio peccato.prout dictat Sac.pagina. Et ita for-
maliter reſpondent huic obiecto inſignis Doctor
Dominus Petrus Philippus Corneus,in ſuo con-
ſilio.'25.in 1.uol. vbi examinando illam quæſtio-
nem,vtrũ nepos legitimus ex filio baſtardo poſ-
ſit inſtitui ab auo. multa duxit ad caſum noſtrum
congruentia. & etiam in alio ſuo conſilio. 21
39 in eod. primo uol. in quibus conſilijs oportunè
declarauit dictam † l. finalem.C.de naturali lib.
per quam dicit probari, quòd extremum non ſa-
pit naturam ſui medij. Et quòd in nepote legiti-
mè nato debet attendi cauſa efficiens proxima:
ideſt,legitimus coitus paternus, & non cauſa re-
mota, ideſt, illa ſpurietas & illegitimas patris.
40 Et propterea iſte † caſus peccati originalis, tan-
quam exorbitãs à communibus regulis iuris,non
eſt trahendus in conſequentiam. ut in l.quod cõ
tra.ff.de reg.iuris.& in capitulo,quæ à iure com
muni exorbitant. de reg.iu. lib. ſexto. Næc dica
tur, ꝙ uitium luxuriæ paternæ magis refrenatur:
ſi extendamus pœnam & maculam ſpurietatis
etiam ad nepotes & ulteriores ex ipſo ſpurio uel
naturali tantum deſcendentes: quamquam legi-
41 timos: quia reſpondetur † quòd in pœnalibus
non debet fieri extenſio: ſed benigna potius in-
terpretatio. l.reſpiciendum. in principio. & l. in-
terpretatione. ff. de pœnis. Item ſi hoc tenere-
mus,ſequeretur unum inconueniens,quòd ſem-
per pœnæ impoſitæ à lege, uel à ſtatuto,forent
ampliandæ cum inductæ ſint ad cohęrcendum de
licta:& nulli dubium, quòd per grauiores pœnas
magis cohercẽtur quàm per leuiores,ut de ſe cõ-
ſtat,tamen uidemus, quòd ſtamus contenti pœ-
nis legalibus,& ſtatutarijs. Cum igitur dicta lex
finalis & alia iura, noluerint extendere illam pæ-
nam, ſeu maculam ultra perſonam talis illegiti-
mè nati,nec nos etiam hoc facere debemus. Quia
42 † quod non dicit lex,nec nos dicamus.l.ſi ſeruum.
uerſiculo, non dixit prætor. ff.de acquir.hæredit.
& l. de pretio. ff.de publiciana.cum ibi notatis.
43 Næc dicatur mihi † ꝙ illud capitulũ, cum habe-
rent.extra de eo qui dux. in matrimon. quod ſu-
pra allegaui,ſolùm procedat in terris eccleſiæ, cũ
extra illas Papa non habeat iuriſdictionem in
temporalibus. ut in capitulo,nouit.de iudicijs. &
quòd propterea in hac ciuitate nõ erit attendum
dum iuxta not. per gl.in c.ſecũdo.de arbitris. lib.
6. Quoniam in primis reſpondeo,quòd illud ca-
pitulum hodie ubique ſeruatur,ſecundum domi-
num Abbatem ibi.uel quando non ſeruaretur in
terris imperij, neque in foro ciuili, habemus † ꝙ
44 filij naturales tantum etiam ſecundum leges &
ius commune Romanorum ſunt alendi,ut in auc.
licet.C. de naturalibus liber. & eis poſſunt relin-
qui etiam à patre dos & alimẽta. Quidquid ſit de
alijs & nephario uel inceſtuoſo coitu procreatis,
de quo per Bart. in dict.auct. ex complexu, unde,
quæcunque opinio in hoc teneatur circa dictum
capitulum,cum haberet,nihil nobis obſtat,præci-
puè cum per plures gradus ſeu per plura media,
per deſcendentiã diſtemus ab ipſo naturali tantũ,
cuius macula nullo modo tam longe uagatur,ut
patet ꝑ dicta ſupra, aliàs enim iretur in infinitũ
uſque ad diem ſupremi iudicij. Quod non eſt di-
cendum, cum iura † tales infinitates reſpuant.
45 ut in l. qui bona. §.final. ff. de damn. infect. &
in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de leg.
3. & l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de
arbitris. Et plures sũt hodie nobiles ciues Bergo
mi,quos nominare non expedit, qui à baſtardis
deſcenderunt, per legitimum matrimonium,
prout eſt præſens caſus, & neque in conſequen-
da tali dote pietatis, neque in cæteris,ſit eis con-
trouerſia propter maculam præcedentis ſpurieta
tis, & beneprofecto, quoniam ius & iuſtitia ita
dictant,ut ſupra late eſt oſtenſum. & ſic exemplo
eorum, non aliter debet fieri etiam cum iſtis,
de quibus agitur in præſentiarum,ne una & ea-
dem res diuerſo iure cenſeatur. ut in l.eum qui
ædes.ff.de uſucapionibus, & quia in his quæ con-
46 cernunt iuſtitiam, neque † apud Deum, neque
apud homines, debet eſſe perſonarum acceptio,
uel diſtinctio, ſed ita debemus iudicare magnum,
ſicut paruum, uerba Bart.in l. 1.in princ.ff. de po-
ſtuland. de quo per Dynum in capitulo,in iudi-
cijs.de regu. iur.in ſexto,poſt Gloſſ.ibi.

Ex quibus omnibus uel ſeparatis, uel ſaltem
47 ſimul iunctis, quis, † & quę non proſunt ſin-
gula multa iuuant. l. excuſantur. in princip.ubi
Gloſſ. notat. ff.de excuſat. tutorum. liquidiſsime
conſtat, quòd iſtis puellis legitimè natis, & ex

legitimis

legitimis parentibus, de quibus agitur nunc debentur ipſæ libræ centum dotis à Dominis præſidentibus pietatis, non obſtantibus aliquibus ſupra in contrarium deductis. Laus Deo.

Alexander Tertius Doct. & Aduocatus Bergomen. Minimus, &c.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Iuriſcon. Bergomenſis.

SVMMARIVM.

1 *Baſtardę an ueniant appellatione puellarum nobilium de aliqua domo, ſeu caſata.*

2 *Baſtardi non ueniunt appellatione domus, familiæ, caſatæ, parentelæ, agnationis, ſtirpis, ſeu generis, etiam in fauorabilibus.*

3 *Nobilitas non tranſit ad ſpurios.*

4 *Spurij non debent portare arma, neque inſignia domus paternæ.*

5 *Spurij dicuntur eſſe de ſanguine, nõ tamẽ legitimo.*

6 *Spurij nõ ſunt agnati, nec dicuntur de linea paterna.*

7 *Baſtardi ſi per conſuetudinem patriæ appellantur de domo, an ueniant eius appellatione.*

8 *Expreſſio quæ tacitæ inerat, nihil operatur.*

9 *Paria ſunt decedere ſine filius ex ſuo corpore natis uel ſimpliciter ſine filijs.*

10 *Teſtator cenſetur ſe conformare iuri, & conſuetudini ſuæ ciuitatis.*

11 *Teſtamenta, & donationes latæ interpretandæ.*

12 *Baſtardi dicuntur odioſi, & fauoribus indigni.*

13 *Baſtardi de æquitate canonica, capaces ſunt alimentorum, & relicti pro ipſius, & ſic pro dote.*

14 *Dos, & alimenta, à pari procedunt.*

15 *Dictio, plus, ad quã quantitatẽ referatur. & nu 20.*

16 *Ratio naturalis ſufficit allegari.*

17 *Verba, ſit in libertate alicuius, uel ut ei placuerit, quid importent.*

18 *Teſtatoris mens ſequenda, etiam ſi uerba eſſent impropriãda, tam in contractibus quàm in ultimis uoluntatibus.*

19 *Verba deſeruire habent intentioni, non autem è conuerſo.*

21 *Teſtator quod non expreſſit, creditur uoluiſſe.*

22 *Caſus omiſſus in diſpoſitione dẽt haberi pro omiſſo.*

23 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

24 *Ratio ubi eſt eadem uel maior, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.*

25 *Similium idem eſt iudicium.*

26 *Teſtator idem cenſetur diſpoſuiſſe in caſu omiſſo, quòd creditur diſpoſuiſſe, ſi de eo cogitaſſet.*

CONSILIVM CLXIII.

IN nomine Domini Redemptoris noſtri. Amen. Primum
1 quæſitum eſt. Vtrum † ſub
iſtis uerbis, quòd puellæ nubiles de nobili domo, familia, ſeu caſata, uel parẽtela de Collenibus, habeant libras centum quinquaginta, &c. comprehendantur baſtardæ, uel ex baſtardis natæ? in qua materia uarij ſcribentes uaria ſenſerunt, eamque latiſsimis habenis tractant Domini Legiſtæ, maximè Moderni, poſt Imolam in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. Abba. & alij Canoniſtæ in cap. in præſentia. extra, de probationibus. ubi Dominus Felynus dixit, quòd in hoc pelago nolebat ſe inuoluere. & Barto. in l. tutelas. de capitis diminut. & in l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de uerbor. ſignific. Angel. in ſuo conſilio. 30. incip. Domina Franciſca. Filippus Corneus in conſilio. 169. in 3. lib. Cynus in l. quiſquis. C. ad l. Iulia. maieſt. Cald. in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. & in ca. per tuas. de probatio. & in ca. per tuas. de maiorit. & obedient. & in c. innotuit. de electiõn. in ultima col. Petru. de Anchar. in cap. canonum ſtatuta. uerſicul. dubitat alibi Bart. extra de conſtitutionibus. Glo. no. in Clemen. 1. de baptiſmo. Bart. Bald. Angel. & aliquid Moderni Papienſ. in l. fin. C. de uerbor. ſignifica. & alij in infinitis
locis, quos non expedit referre. Et finaliter
2 † magis communis & uerior concluſio eſt, quòd
ſub talibus uerbis, domo, familia, caſata, parentela, agnatione, ſtirpe, genere, &c. de iure non ueniant baſtardi, etiam ubi agitur de fauoribus. ne tantum luxuriæ detur quantum caſtitati. Et iſtud procedit, ſiue teneamus, quòd omnia iſta uerba, unum & idem importent, ſiue quòd ſint diuerſę ſignificationis, uel teneamus, quòd ſint uerba iuris, id eſt, ius aliquod importantia, ſeu uerba naturaliter & vulgariter prolata, de quibus opinionibus eſt altercatio inter doctores in locis præallegatis. Et tanto magis hoc uerum uidetur in caſu noſtro, in quo dictũ fuit de nobili domo, &c.
Non autem ſimpliciter, de domo, &c. abſque il-
3 lo additamento nobili. Quia † nobilitas non
tranſit ad ſpurios ſecundum Bart. in repetitione
l. 1. C. de dignit. lib. 12. ſi fuit repetitio ſua, & ta-
4 les † non debent portare arma, neque inſignia do
mus paternæ, ſecundum Bald. in l. generaliter. §.
cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtit. ſub condi-
5 tione factis. Et quamuis † dicantur eſſe de ſan-
guine. ut in l. hac parte. ff. unde cognati. & in d. l.
pronuntiatio. in fin. ubi per Bar. non tamen dicũ
6 tur de ſanguine legitimo. Et non ſunt agnati, † ne
que de gente patris, uel paternæ lineę, ſed matrem
& eius cognationem & lineam ſequuntur. l. vul-
go concepti. cum l. ſequenti. ff. de ſtatu hominũ.
& l. quia mater. ff. de in ius uocan. Nihilominus
7 † indifferenter præallegati Doctores limitant
præmiſſam concluſionem non habere locum, ubicunque eſſet conſuetudo patriæ & communis uſus loquendi, quòd baſtardi appellarentur de domo, prout eſt apud Thuſcos, quoniam illi conſuetudini, & communi uſui ſtandùm erit. l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legatis. 3. & l. cum de lanionis. §. aſinam molendinariam, ff. de fund. inſtructo. & ita firmat Dominus Alexand. poſt alios in d. §. ſi quis rogatus, & Dominus

nus Philippus Corneus in d. conſilio. 179. in 3. li.
Vnde probando talem conſuetudinem & com-
munem uſum loquendi in ciuitate noſtra, tolli-
tur omnis diſpoſitio iuris in contrarium, quan-
uis tales perſonæ ſint infames. ut per Do. Azonẽ
in ſumma. C. quib. ex cauſis infamia irrog. Ne-
que obſtant illa uerba, de nobili, quæ uidentur
derogare dictæ conſuetudini, quoniam licet ba-
ſtardi appellarentur de domo, non tamen appellã
8 tur de nobili domo. nam reſpondeo quod † talis
expreſsio eius, quod inerat, non debet eſſe in con-
ſideratione: imo nihil operatur. l. 3. ff. de legatis,
primo. Si enim dixiſſet ſimpliciter illuſtriſsim.
Capitaneus, de domo, familia &c. intelligebatur
de nobili, quia nobilis erat & eſt familia Colleo-
num in regione noſtra. Igitur dicendo de nobi
li domo, expreſsit illud quod inerat. Facit quod
in ſimili vult Barto. communiter approbatus, in
ſuo conſilio primo, incipien. Parmenſis quidam.
9 Dum dicit † paria eſſe, quòd dicatur, ſi quis de-
ceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis, uel ſimpli
citer ſi deceſſerit ſine filijs, quoniã illud addita-
mẽtum, ex ſuo corpore natis, pro nihilo eſt, nec
minus patitur interpretationem, quàm ubi ſim-
pliciter dictum eſt ſine filijs. Vnde cum in propo
ſito noſtro idem ſit dicere de domo, & caſata de
Colleonibus, ſicut eſt dicere, de nobili domo &
caſata de Colleonibus, propter prædicta, ſequi-
tur manifeſtè, quòd adhuc remanemus in termi-
nis conſuetudinis. neque ad hoc repugnat mens
10 præfati domini Capitanei. † quoniam quilibet
diſponens, regulariter cenſetur ſe adaptare ad iu-
ra & ad conſuetudinem ſuæ ciuitatis uel munici-
pij. l. ſi duo. ubi per Angelum. ff. de acquir. hęred.
& l. j. C. de emancip. liber. Nec eſt mirandum ſi
in actu donationis, & teſtamenti, prout eſt caſus
noſter, comprehendantur etiam ſpurij, quoniam
11 † in talibus fit interpretatio nedum lata, ſed la-
tior, & latiſsima. ut inquit text. in cap. cum dile-
cti. extra de donatio. & l. in teſtamentis. ff. de re-
12 gu. iuris. Et ſi diceretur, † tales baſtardi ſunt le-
gibus adeo exoſi, ut indigni reputentur his bene
ficijs & fauoribus. ut in auct. ex complexu. C. de
inceſtis nuptijs. in uerſic. indigni. ut nec à patre
13 alantur, reſpondeo † quòd hodie de æquitate ca-
nonica, cui in hoc eſt ſtandum, tales filij ſunt ca-
paces alimentorum, & cuiuſlibet relicti pro ip-
ſis alimentis. c. cum haberet. ubi per Abb. & alios.
extra de eod. qui duxit in matrimo. quam polluit
per adult. ſi capaces ſunt alimẽtorum, ergo & do
14 tis, quæ † à pari procedit cum ipſis alimentis, ſal-
tem in terminis noſtris. ut per Barto. in l. fi. C. de
his, quib. ut indig. & Cynum in l. omni. C. de ad-
mi. tuto. & Bald. in l. mater. C. de iure dotium, &
Abb. in cap. peruenit. de arbitr. & notant Moder-
ni doct. in l. 1. ff. ſol. matri. Et ex iſtis poteſt aper-
te concludi, ꝙ ſi probetur in patria noſtra fuiſſe
iſtum communem uſum loquẽdi tempore diſpo
ſitionis præfati domini Capitanei, & abinde ci-
tra, & de præſenti, ſicuti probari debet. iuxta not.
per Bar. in l. Labeo. ff. de ſupellec. legata. & Bald.
in l. de quibus. ad finem. ff. de legibus. & do-
minum Ant. de Butr. in cap. finali. in fin. extra de
conſuetud. & d. Alex. conſi. 26. in 3. uol. huic com
muni conſuetudini & uſui loquendi ſtandum
ſit, non attenta iuris Romani diſpoſitione con-
traria.

Secundò quæritur, quid importare poſsit il-
15 lud uerbum † plus, appoſitum in teſtamento Illu-
ſtriſs. Capitanei circa taxandas puellas, de Colleo
nibus, quę uiuent ciuiliter & ad ciuitatem Ber-
gom. &c. Ex prima facie uideretur dicendum, ꝙ
debeat intelligi de modico. per textum. in l. hæc
adiectio. ff. de uerbo. ſignifica. ubi hæc adiectio
pluriſue, refertur ad minuſculam, & ad modicam
ſummam duntaxat, quaſi ibi ſit caſus legis de
hoc. & ſic nulla ulterius remaneat dubitatio, ut
in l. quòd Labeo. ff. ad Carbonia. & in l. ancillæ.
C. de furtis. iunctis etiam his quæ diffuſe ſcribũt
Doctores in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. Sed
his non obſtantibus, puto in præſenti caſu quòd
etiam ultra modicum importare poſsit. primo,
quia ubicunque abſurdus intellectus reſultaret
ex diſpoſitione, ſi tale uerbum plus, de modico
ſolum intelligeretur, tunc non reſtringitur ad
modicum, ſecundum Alberi. de Roxia. poſt Ia-
co. de Ra. in d. l. & ſi poſt tres. in penul. col. quem
ibi ſequitur dominus Iaſon. Sed nulli dubium,
quòd ualde abſurdum foret, dicere quòd tantus
uir, quãtus fuit Illuſtriſs. Capitaneus in ſuo teſta-
mento prouidiſſet de ampliãdo taxationem puel-
larum de Colleonibus, quæ ciuiliter & ad ciuita-
tem uiuerent, ultra contenta in donatione, ad fi-
nem ſolummodo minuſculæ & minimæ quanti-
16 tatis. Et hoc dictat omnis naturalis ratio, quam
ſolam ſufficit allegare. ut inquit textus in l. ſcire
oportet. §. ſufficit. ff. de excuſation. tutorum. &
ibi notat Bald. poſt Cyn. & Iaco. de Raue. & la-
tiſsimè ad hoc multa accumulauit dominus Ia-
ſon in l. dedi. §. ſi liber homo. ff. de condictio. cau
ſa data, cauſa non ſequuta. ubi dixit, quòd Domi
ni Veneti, & etiam Francigenę plerunque iudi-
cãt ex naturali ratione, poſtpoſitis legibus, quia
non eſt maior nec melior ratio in mundo quàm
naturalis, ſecundum Bald. in rub. C. ſi ex falſis in-
ſtrumentis. in 3. col. Quinimo quærere legẽ ubi
naturaliter ſentimus, nihil aliud eſt, quã infirmi
tas intellectus ſecundum Ariſtotelem quem alle
gat Angel. in conſilio. 275. incip. thema ſuper
quo. in ult. col. ergo, &c. Secundo dico, ex ui &
ſignificatione uerborum de quibus in teſtamen-
17 to, iſtud inferri. Cum diſpoſitione dixerit, † ſit
in libertate deputandorum, & ſi eis placuerit, &
ſecundum conditionem perſonarum, & non ob-
ſtante pacto de quo in donatione, quæ omnia
uerba ſane intellecta & ponderata, cum impor-
tent arbitrium boni uiri, & ſit attendenda condi
tio perſonarum, neceſſario effugiunt illam indi-
ſtinctam reſtrictionem ad minima, quã facit iu-
ris rigor, ubi aliter non eſt prouiſum, iuxta nota-

ta per Bar. & alios in l.ſi ſic. de legatis primo. &
eſt bonus text.in l. fideicommiſſa. §. quanquam.
ff.de legat.3.& in l.Thays. §. ſororem.ff.de fidei-
commiſſar. libertati. per Bar. in extrauag.ad re-
primẽ. & in uerbo uidebitur.ubi elegantiſsimè lo
quitur ad hoc propoſitũ. & per And.Siculũ, Fe-
ly.Abb.& alios.in c.canonũ ſtatuta.de conſtitut.

Tertiò dicitur, quòd non tantum uerba ipſa,
nos trahunt ad intelligendum ultra quid modi-
cum, ſed etiam mẽs Domini Capitanei, quæ fuit
de conferendo maiora beneficia in puellas fami-
liæ de Colleonibus, quę uiuerent ciuiliter & ad
18 ciuitatem Bergomi. Quam † mentem ſequi debe
mus ſicuti uenator ſequitur leporẽ, ut dixit Bal.
in l. quidam cum teſtamentum. in princip. C.de
neceſſa. ſeruis hæredi. inſtitu. & hoc procedit
etiam ſi uerba eſſent impropriãda, & ſiue loqua-
mur in contractibus, ſiuè in ultimis uoluntatib.
tex.eſt.in l.fin.ubi Bal. notat. C. quæ res pigno.
oblig. poſſunt. Gloſſ.in l.blanditus. C.de fideiuſ-
ſor. & text. in l.ita ſtipulatus. la grande. in uerb.
ex ſententia contrahentium. & ibi Gloſ.& Doct.
19 ff.de uerb. oblig.quoniam † uerba cuiuslibet de
bent deſeruire intentioni, non autem econuerſo,
cap.intelligentia.& cap. in his.extra de uerb.ſigni
fi.& in c.humanę aures.32.q.5.

20 Quartò, † dixit Glo. in d.l.hæc adiectio, quòd
illud plus reſidet in arbitrio iudicis. iuxta.l.1.§.
ait prætor.ff.de iure deliberan. & ſic apparet, ꝙ
de neceſsitate non reſtringit ſolum ad modica.
Quod eo magis uerificatur in caſu noſtro, quo-
niam ſi aliter diceremus, illa uerba ſecundũ con-
ditionem perſonarum, & alia de quibus ſupra &
in themate fit mentio, nihil operarentur, & eſſent
ſuperflua. contra doctrinam Bal. in rub. C.de cõ-
trahent.empt. in nona quæſtione, & contra textũ
vulgatum in cap.ſi Papa. de priuilegijs, in ſexto.
& in l.ſi quando. ff.de legat.1. Vnde concludo, ꝙ
erit arbitrarium ipſis dominus per tempora depu
tatis ad taxandum, quantum eſſe debeat illud
plus, ſecundum conditiones perſonarum, nec
tenebuntur ſe reſtringere ad quid modicum, de
neceſsitate. fateor tamen quòd eorum arbitrium
debet eſſe regulatum, & non ualde exceſsiuum
ab honeſtate, ut colligitur ex dictis Doctorum in
d.l. ſi ſic. ff. de lega. 1. & in alijs concordantibus
ſuperius allegatis: quia ſecus poſſet dici factum
in fraudem. ut in l.contra.& l.fraus.cum ibi not.
ff.de legibus.

Tertium quęſitum eſt, an ſit prius ſoluendum
puellis taxatis de familia Colleonum, quàm alijs,
& ad partem negatiuam adduci poteſt illud vul-
21 gatum ſciuiſſet † Illuſtriſs. Capitaneus id expri-
mere ſi uoluiſſet.l.1.§.ſin autem ad deficientis.C.
de cadu. tollendis. & in cap. 2.de translat. prela.
& in cap. ad audientiam.de decimis. Et aliud ui
22 delicet, † quòd caſus omiſſus in diſpoſitione, de
bet haberi pro omiſſo, iuxta l.commodiſsime.ff.
de lib.& poſth. & l.ſi extraneus. ff. de condit.ob
cauſam. & l.quidquid aſtringendæ.ff.de uerbor.
oblig.& l.triticum.ff.eod.tit.cum utrobique no-
tatis. per Bart.& notant Doctores, maximè Mo-
derni, & Moderniores in l.cum quid.ff.ſi cer.pet.
23 & etiam illud † quod non dixit lex, nec nos di-
camus.ut l.3. ff.de offi. preſidis. & l. Imperator.
ff. de poſtulãdo.cum ſimilibus. Sed ſic eſt, quòd
nullibi apparet de iſta pręrogatiua, quòd ipſis
puellis de Colleonibus, primò ſoluatur quàm
alijs: ergo &c. In oppoſitum faciunt plura, & pri
mo, quia ſicut Dominus Capitaneus ipſas puel-
las prædilexit in maiori ſumma, & item eas pri-
mo nominauit, cenſeatur etiam in hoc magis prę
24 uilegiaſſe, per eaſdem rationes. quia ubi † eadem
uel maior ratio, ibi etiam idem ius eſſe debet.l.il
lud. ff.ad legem Aquiliam.& l.à Titio.ff.de uerb.
25 obligationibus. Et dici ſolet, † ꝙ de ſimilibus
idem eſt iudicium. c.inter cæteras.de reſcript.&
in l. non poſſunt.ff.de legibus.
26 † Item ſi dominus Capitaneus fuiſſet interroga
tus, utrum uellet quòd puellæ de Colleonibus ta-
xandæ, præponerentur alijs, in ſolutione taxatio-
nis percipienda, credendum eſt uerisimiliter eum
fuiſſe reſponſurũ quòd ſic, & ideò ita debet ha-
beri pro reſponſo & ordinato, ſecundum doctri-
nam Gloſſæ notabilem in l. tale pactum. in fi.ff.
de pactis. & text.in l.Barbarius.uerſi.ſed & ſi ſciſ-
ſet. ff.de offic.prætoris, & hoc propriè uendicat
ſibi locum in diſpoſitione teſtatoris, quæ ſi facta
eſt in uno caſu procedit et in alio omiſſo, quomõ
eſt uerisimile quòd idem in eo diſpoſuiſſet, ſi co-
gitaſſet. Ita Moderni Papienſes affirmant in d.l.
tale pactum.§.fin.in ſecundo notabili, dicentes ꝙ
tunc non habet locum regula dictæ legis, com-
modiſsime, cum concordantibus ſuperius alle-
gatis. Et hæc ſecunda opinio tanto magis placet,
quoniam, ut audio, continue à morte præfati do-
mini Capitanei citra per Dominos deputatos ita
fuit obſeruatum, & ideo minime ſunt mutanda
quæ certam & tam longam interpretationem ha-
buerunt.l.minime.ff.de legibus. Laus Deo.

Alexander Tertius Doctor, & aduocatus Ber-
gomen.minimus.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Iureſcon. Bergomenſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum inter liberos ualet omiſſa qualibet ſo-lemnitate iuris ciuilis.*
2 *Verbũ oẽ de iure gẽtiũ ſtat in ore duorũ uel trium.*
3 *Demens, etiam inter liberos, ualidè non teſtatur.*
4 *Dementia non præſumitur, niſi probetur.*
5 *Dementia cognoſcitur ex factis, uel uerbis.*
6 *Maior quatuordicim annis, ualidè teſtatur.*
7 *Exiſtens in mortis articulo, & ſi ſenſus incipiant deficere, & lingua fuerit ingroſſata, ſi eius uerba intelligi poſſunt à teſtibus, ualide teſtatur.*
8 *Verba deſeruire habent ſubiecto, de quo loquimur*
9 *Circumſtantiæ cõferunt ad cognoſcẽdũ quòd quid ſit*

Teſtamentum

10 *Teſtamentum ratione ſolennitatis imperfectum, an debeat cenſeri teſtamentum, & ex eo ſuccedatur.*
11 *Mutatio non præſumitur, niſi probetur.*
12 *Teſtator cognoſcens ſcripturam, ſi ad interrogationem alterius non notarij, reſpondeat eam eſſe ſuum teſtamentum, illa erit efficax.*
13 *Probationes non ſunt anguſtandæ.*
14 *Dilatio quarta ad probandum, datur cum ſolennitate ex magna cauſa.*
15 *Subornationis timor, ubi ceſſat, teſtes etiam ad reprobandum, ſunt admittendi.*

CONSILIVM CLXIIII.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Viſo puncto & dubijs, mihi exhibitis in cauſa vertente inter Antonium, Leonardum, Carolum, Hieronymum, & Io. Franciſcum, fratres & filios quõdam dom. Bernardini de Gaioncellis ex una, necnon Cataneum ſimiliter eorum fratrem ex altera, ſuper validitate & inualiditate paterni teſtamenti; omiſsis ſuperfluis & non neceſſarijs,
1 breuiter & concluſiue puto de iure dicẽdum: † quod illud teſtamentum ſcriptum per Iacobum Marcherię notarium, valeat & valere debeat, licet publicatum non fuerit, cum ſimus in diſpoſitione inter liberos, quo caſu aliqua ſolennitas Iuris Ciuilis ſeu ſtatutorum omiſſa, non vitiat diſpoſitionem, ſed ſolum ius gentium attenditur. & ideò neque publicatio, neque numerus ſeptem teſtiũ, neque notariorum præſentia, neq; rogitus habenda ſunt in conſideratione, dum tamen aliàs appareat uoluntatem ipſius domini Bernardini fuiſſe completam, & talem prout in ipſo teſtamento legitur, quamuis per notarium non publicato, ſecundum Bart. & Ioannem de Imola. in l. ſi is qui. ff. de teſtam. & eſt bonus textus, in l. fin. C. de famil. erciſcun. & fuit etiã notabilis deciſio D. Ioannis de Anania in ſuo conſ. 57. incipien. viſis & cõſideratis, in fine illius conſilij, & Bart. ac Modernorum maximè Papienſium, in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamentis. & Iacobi de Beluiſo in auth. de teſtamen. imperfect. collatio. 7. ubi bonus textus. & eſt communis opinio Doctorum, de qua late habetur per inſignem iureconſultum dominum Philippum Corneum. in ſuo conſil. 118. in 3. vol. incipiente in hac conſultatione &c. Non eſt igitur in hoc caſu curandũ de notario prædicto qui receſsit non publicato ipſo teſtamento, neque de publicatione per eum non facta, ſed ſatis eſt, quòd poſtea coram pluribus honeſtis viris & perſonis Dominus Bernardinus intelligẽs tenorem annotatum in ipſa ſcriptura facta manu dicti notarij, declarauerit, uelle, quòd forte ſuum verum teſtamentum, & ſua vltima uoluntas, neque requiritur alia ſolennitas, ſed duo vel tres tantum teſtes ſufficiunt, qui
2 talem declarationem audiuerint. cum † de iure gentium in ore duorum uel trium ſtet omne verbum. cap. relatum. el primo. extra de teſtamentis. & c. cum eſſes. eodem tit. Inquantum verò dicitur quòd dominus Bernardinus non erat ſanæ mentis tempore quo illa ſcriptura teſtamenti cępta fuerat publicari per dictum notarium: & ſimiliter quando ipſe teſtator adhibuit illas honeſtas perſonas ad audiendam ſuam declarationem vltimæ voluntatis, & per conſequens etiam inter
3 liberos non valeat tanquam † diſpoſitio facta à demente: vt in l. furioſum. & in l. ſeruum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. & vtrobique per gloſſam, Bart. & communiter ſcribentes. Ad hoc reſpondeo, quòd iſta dementia illorum temporum, & in illis actibus non eſt ſufficienter probata. & qui eam allegat plene probare debet, cum non conſtet ipſum Dominum Bernardinum alio
4 præcedenti tempore fuiſſe dementem. † Quia non præſumitur dementia nec fatuitas teſtatoris, ſi antea demens uel fatuus non fuit, ſed potius bona mens & ſanus intellectus præſumi debet. vt late habetur per Dominum Alexan. de Imola in ſuo conſil. 141. incipien. maturæ &c. in primo volum. & in conſil. 85. in ſecundo volum. incip. uiſo themate & dubijs, & etiam in conſi. 86. immediate ſequenti, & habetur per gloſſam & Doctores in c. fi. extra de ſucceſsio. ab inteſt. & in c. indicas, 3. q. nona. cum infinitis ſimilibus. ubi uideri poteſt ad ſaturitatem. & eſt ualde ponderandum, quòd nullus actus geſtus per ipſum D. Bernardinum ſapit dementiam nec fatuitatem, nihil enim eſt in dicta ſcriptura teſtamenti annotata per dictum notarium, quod ſit alienum nec reprobatum à iure, neque in actu declarationis corã illis honeſtis perſonis eſt aliquid quod ſonet in dementiam aut fatuitatem, & regulari-
5 ter † dementia vel fatuitas omnis cognoſcitur ex factis & verbis. ut puta: quia fatua loquitur. ut in l. penult. ff. de condi. inſtitutio. ubi fit mentio de teſtatore qui corpus ſuum mandauit in mare proijci debere, & eſt bonus text. in cap. legimus. 93. diſtin. vel quia more inſanorum facit turpes actus. vt in l. ob quæ vitia. in principio. ff. de ædilitio edicto. & Alexan. in ſuo conſilio 54. in primo volumine: & facit notabile dictum Bald. in cap. 1. in princip. per quos fiat inueſtitura. in vſi. feudo. dum refert Valerium Maximum. quem etiam refert Io. Andr in dict. cap. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. & Roman. in d. l. furioſum. qui omnes ponderant qualitatem diſpoſitionis, & dicunt eam ualere ſi recte facta eſt etiam à furioſo, quod longe fortius eſt. & quamuis forte aliqui teſtes deponerẽt, quòd erat tunc debilis intellectus, iſtud non ſufficeret ad inualidandum teſtamentum, maximè in-
6 ter liberos, quia † maior. 14. annis, licet plerumque modicum intellectum habeat in illa ætate, poteſt nihilominus teſtari. ut l. qua ætate. ff. de teſta-
7 mentis. & exiſtens † in artic. mortis quando fere omnes ſenſus ceperunt deficere, & habens lin-

guam ingroſſatam, poteſt tamen teſtari, dum mo
do eius verba intelligantur à teſtibus, ſecundum
ea quæ habentur cõmuniter per Doctores antiq.
& modernos in l.iubemus.C.de teſtamen. & eſt
bonus text.in l.quoniam indignum. C.eod.tit. &
eſt ponderandum, ꝙ teſtes, volentes deponere
aliquem non fuiſſe ſanæ mentis tenentur redde-
re bonam & ſufficientem rationem ſui dicti etiã
non interrogati: aliàs non probant ſecundum In-
noc.in c.cũ cauſam.de teſtib.& Bal.Rapha. Fulg.
& Paul.de Caſt in d.l.furioſum.quàm rõnem ple
rique ex teſtibus Catanei non aſsignant igit̃ &c.
Et profectò magna eſt ſuſpicio contra illũ no-
tarium, qui receſsit in actu publicationis teſta-
menti, ne id odioſè fecerit, & fortè volens com-
placere Catanco, vel alijs, qui de ipſo teſtamento
nõ contentebantur, quia vocatus noluit amplius
reuerti. Nam verba domini Bernardini quæ di-
cuntur fuiſſe prolata dum publicaretur illud cer-
tum capitulum teſtamenti, videlicet quando dixit.
ſi con ſi ſuoi graueazi. non ſonant in alienationẽ
mentis aut in deliramentũ aliquod, ſed ſunt ual-
de ad propoſitum rei & legati de quibus ageba-
8 tur, ſi † ea rectè intelligamus ſecundum ſubiectũ,
cui deſeruire debent. vt in l.ſi vno. in princ. ff.lo-
cati.& in c.intelligentia.de uerb.ſign. in antiquis.
9 Certum † eſt autem quòd in vnaquaque re, acci-
dentia & circunſtantiæ magnam partem confe-
runt ad cognoſcendum quod quid eſt, ſecundum
Philoſophum, ergo &c.
10 Inſuper: quia ſolet dubitari, an † tale teſtamen-
tum, ratione ſolennitatis, non dico ratione volun
tatis, imperfectum debeat dici, ac cenſeri ut teſta-
mentum, an uerò tunc ſuccedatur uti ab inteſta-
to? in quo paſſu, licet ſint uariæ opiniones gloſſa-
rum & Doctorum, attamen iſta eſt verior ac ma-
gis communis ſententia, quòd ſucceditur ex te-
ſtamento, & cenſetur verum teſtamentum, non
autem ſucceditur ab inteſtato. ſecundum Raphal.
Fulgoſ. in d.l.hac conſultiſsima. §. per nuncupa-
tionem. C.de teſtamen.& Romanum in ſuo con-
ſi. 179. incip. ampliſsime doctor. in 8. & 9. col. &
ita etiam tenent Bart. Salyc. Alex. & Moderni Pa-
pienſes. in d. §. ex imperfecto, quidquid ibi dixe-
rit gloſſa. Quapropter ex omnibus de quibus
ſupra bene & mature conſideratis, poteſt apertè
concludi, quòd in præſenti caſu debet ſuccedi
huic domino Bernardino, ex dicto teſtamento
ſcripto per illum notarium, & poſteà declarato
coram illis honeſtis perſonis: neq; ipſe Cataneus
poteſt de iure talem ſui patris uoluntatem impu-
gnare, quæ longe diu antè mortem domini Ber-
nardini ſcripta fuit de eius mandato. Illamque
ita ſcriptam tenuit penes ſe per annum integrum
vel circa, adeo quòd præſumendum eſt, quòd il-
lam bene intellexerit & ponderauerit, nec debet
11 dici quòd eam in aliquo mutauerit, † niſi muta-
tio probaretur. per text. in l.eum qui voluntatem.
ff.de probat.& facit text. clarus in l.ſancimus. poſt
principium. C.de teſtamentis, dicens quòd enim
non mutatur quare ſtare prohibetur. Sufficit au-
12 tem ꝙ idem dominus Bernardinus † cognoſcẽs
illam ſcripturam, in qua dicta ſua vltima uoluntas
continebatur, ad interrogationem alterius, etiam
non notarij, quærentis, an uellet eam eſſe ſuum
teſtamentum, reſponderit, quòd ſic, ſecundum
magis communem opinionem Doctorum. in
prællegata. l.iubemus. C.de teſtam. vbi Angelus
de Peruſio dixit ita approbari in iudicijs & in
ſcholis, & habetur etiam per ſcribentes in l. hæ-
redes palam. ff eod.tit. de qua opinione latiſsimè
diſputat & tandem ita concludit dominus Phi-
lippus Corneus in ſuo conſ. 73. & conſ. 304. &
conſ. 319. & conſ. 232. in 1. vol. conſiliorum, & in
conſ. ſuo 149. in 2. vol. & in conſ. 1. & in conſ. 26 1.
in 4. volum. in quibus conſilijs referuntur omnia
quæ in tali articulo dici poſſunt.
Vlterius dum quæritur an debeant admitti ca-
pitula reprobatoria contra perſonas teſtium pro-
ductorum per Cataneum, & etiam contra dicta
ipſorum: reſpondeo quòd ſic, primò ex diſpoſi-
tione ſtatutorum noſtrorum: quæ puto ſeruari in
terra de Lucre, ſecundò ex diſpoſitione iuris cõ-
13 munis: † quia probationes non ſunt anguſtan-
dæ, l.quoniam. in fin. C. de hæreticis. & ad hunc
finem datur non ſolum prima, ſecunda, & tertia
14 dilatio ad probandum, ſed aliquando † etiam
quarta cum ſolennitate & ex magna cauſa, ut in
cap. in cauſis. & in cap. vltra tertiam. extra de te-
ſtibus. & habetur in l.fin. C.eod. titul. præſertim
15 † quia hic, nõ videtur ſubeſſe aliquis timor ſub-
ornationis, cum ſint capitula noua, iuxta eà, quæ
habentur per Bart.& Doctor. in l.per hanc. C.de
tempor.appell.& in cap. fraternitatis. extra de te-
ſtibus. & in clementina, teſtibus. eodem titulo.
Et tanto magis hoc procedit, ſi volentes repro-
bare iurant, quòd hoc nõ faciunt per calumniam,
nec per malitiam. ut in cap. præſentium.& ibi Ca-
noniſtæ, maxime Moderni. extra de teſtibus. Et
quando hæc capitula reijcerentur per dominum
poteſtatem, eſſet locus appellationi. Cuius bene-
ficio quilibet grauatus uti poteſt. 2.q.6. c. omnis
oppreſſus.

LAVS DEO.

Et ita puto iuris eſſe prout ſupra deductum &
allegatum eſt.

Ego Alexander Tertius Iuriſdoctor Iudex &
de collegio Spectabilium Dominorum Iuriſtarũ
Bergomi, ſaluo ſemper iudicio cuiuſlibet meliùs
ſentientis &c. In quorum fidem propria manu
me ſubſcripſi, & ſigillo meo paruo conſueto ro-
boraui.

CONSILIVM D. HIPPOLYTI RIminaldi Ferrarienſis. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Vxor etiam ſi affinis nominetur validè inſtituitur à marito. contra. nu. 11. & 12.*

2 *Iudæi ſimul cum Chriſtianis legibus ſubijciuntur & ſtatutis*

ſtatutis loci ubi habitant.
3 *Iudæorum cauſa ſecundum iura noſtra eſt agitanda,*
4 *Iudæi in actibus humanis nobiſcum participant non autem in diuinis.*
5 *Immunitas Chriſtianis cõceſſa ad iudæos extẽditur.*
6 *Securitas cõceſſa ſocijs mercatoribus prodeſt iudæo.*
7 *Iudæus ſicut chriſtianus poteſt uxorem hæredem inſtituere.*
8 *Iudæorum filij maſculi, & fœmin æ ab inteſtato patri ſuccedunt ſecundum prouiſionem iuris communis, & etiam legem Moſaycam.*
9 *Leges ciuiles in materia proportionabili Chriſtianis & iudæis, ſunt communes utriſque de quo nu. 18.*
10 *Cap. quanquam. de uſuris, libro. 6. non procedit in iudæo.*
12 *Iudæorum controuerſia ſi ſpecialiter reperiuntur per eorum legem deciſæ, nec de iure noſtro cõtrarium expreſſe caueatur, ſtandum eſt legi Moſaycæ, de quo nume. 17.*
13 *Intellectus ad l. iudæos. in fin. C. de iudæis, & nu. 16.*
14 *Conſuetudo inter hebræos, quòd periti legis Abrahæ ſcribant eorum teſtamenta, & fides adhibeatur, ualet.*
15 *Iudæi teſtamentũ ſcriptum lingua latina non ualere.*
19 *Iudæus per uiam donationis ſecundum legem Moſaycam ualide relinquit uxorem ut ei ſuccedat.*
20 *Iudæorum controuerſiæ ubi per eorum legem ſpecialiter reperiuntur deciſæ, ei ſtandum, etiamſi de iure ciuili in genere contrarium ſtatuatur, & nymero. 21. & 22.*
23 *Donatio ut ualeat debet fieri præſenti, & acceptãti.*
24 *Donatio inter uiuos etiam facta in teſtamento excedens ſummam 500. requirit inſinuationem.*
25 *Repugnantia ſi in teſtĩõ concurrant, neutrum ualet.*
26 *Lex Moſayca permittens. uxori poſſe donari, quomodo procedat.*
27 *Terminus nouem menſium dandus habenti examinare teſtes ultramarinos, licet cauſæ inſtantia eſſet breuior.*
28 *Teſtes etiam in loco infideli examinari poſſunt, ubi aliàs eſſet examinandi.*
29 *Argumentum de perſonis ad locum ualidum.*

CONSILIVM CLXV.

QVAERITVR de tribus in cauſa quæ vertitur inter dom. Iſaac Abrauanellum, & Dominam Beneuenutã eius Nouercam hebræos. Primo, an teſtamentum quod dicitur factum per olim. D. Samuelẽ patrem d. D. Iſaac, in quo inſtituit vniuerſalem hæredem d. D. Beneuenutam, relictis duntaxat aureis 500. d. D. Iſaac, de iure valuerit? Secundò, poſito ꝙ non, an ſaltem donatio bonorũ ſuorum quam in eo facit d. D. Beneuenutæ vxori ſuæ ſuſtineri poſſit. Tertio an terminus quem petit. d. D. Iſaac pro teſtibus examinandis extra territorium in ciuitate Sallonichi, ſub Iuriſdictione Turcharum poſita, ſibi concedi debeat, cum adeò longus videatur requiri, quòd inſtantiam poſsit abſorbere, & in iuriſdictione infidelium petatur.

Circa primum videtur fortè dicendum teſtamentum valere. Nam de iure communi non reperitur prohibitum. Imò verò potius permiſſum eſt marito vxorem ſuam heredem inſtituere,
1 † adeò quòd licet affinem non autem vxorem illam nominauerit, non ideò minus vitiatur inſtitutio. Immo ualet. l. non ideò minus. C. de hær. inſtit. ergo dicta lex generaliter loquens, debet Chriſtianos, & iudæos cõprehendere: quoniam
2 † iudæi ſimul cum Chriſtianis legibus ſubijciuntur, & ſtatutis loci ubi habitant, ut habetur in c. fi. 12. diſtin. & in c. iudæi. ſecundo. de iudeis. & eſt tex. in l. iudæi. C. eod. vbi formaliter Salyc. ſũmando illam dicit, quòd † cauſa iudæorum ſecundum
3 iura noſtra eſt agitanda. Hinc Bal. in l. ſpadonem.
4 §. iam autem. ff. de excuſ. tut. dicit † quòd in actibus humanis iudæi nobiſcum participant non in
5 diuinis: inferens † ad imm unitatem conceſſam incolis ut ad iudæos extendatur, & Bald. refert Soc. in conſil. 70. colum. prima voll. primo. Hinc Ang. in l. 1. ff. ad leg. Iulia. maie. poſt Bart. decidit. q. ab
6 eo non deciſam. videlicet, quòd ſecuritas conceſſa ſocijs mercatoribus proſit iudæo. idemque tradit Angel. in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. referens ita fuiſſe iudicatum Peruſij ſequitur Fel. in d. cap. iudæi. colum. 2. & in cap. ego enim. nu. 9. de iure iur. And. Sic. latè in conſi. 63. vol. 4. ex quibus ſequitur permiſſum quoque videri † huic iudæo ſuam vxorem hæredem facere ſicut marito Chriſtiano, licet relicta certa portione iure inſtitutionis. d. D. Iſaac eius filio prout fecit.

Secundò propius facit quod tradit Ioann. de Anan. in d. ca. iudæi. col. pen. & fi. in ca. q. an ſi iu-
8 dæus † moritur ab inteſtato relictis filijs maſculis, & fœminis, pariter ſuccedant, ſecundum prouiſionem iuris communis generalem, de qua in l. maximum vitium. C. de liber. præto. an verò maſculi fœminas excludant ſecundum legem Moſaycam, de qua habetur Numeri cap. 27. & concludit eos omnes ſimul admitti ex non nullis rationibus de quibus per eum ibi, in cuius ſententiam uidetur tranſire Laur. de Palla. in tract. quòd ſtan. maſc. num. 206. ubi, d. q. refert licet Ioan. de Ana. non citet, quo fit econtra in ſucceſsione ex teſtamento de qua agitur, idem dici poſſe, quòd eſto fortè quòd ſecundum legem Moyſis vxor à marito iudæo non poſſet hæres inſtitui ſtante filio, tamen ex quo ius commune id permittit, vxor admitti debeat, & teſtamentum ualere attenta diſpoſitione iuris communis generali, non autem lege Moſayca.

Tertiò accedit quod tradit Gemi in cap. 1. §. fi.
9 in fin. de vſur. in 6. ubi concludit quòd † in materia proportionabili Chriſtianis, & iudæis leges ciuiles ſunt cões vtriſque: eumque refert, & ſequitur Ioan. de Anan. in ca. quia ſuper his. col. prima de iudæ. idemq; concludit Soc. in d. conſil. 70. in

10 ſi. dum dicit † tex. in ca. quanquam. de vſur. in 6. non habere locum in iudæo vſurario, quia materia illius textus non eſt proportionabilis ad iudæos ſicut ad Chriſtianos, ut latè ſupra deduxit: & allegata in contrarium non obſtant ſecundum eum: quia in eis bene materia eſt proportionabilis vtriuſque, merito, & in iudæis procedũt. & cũ prædictis etiam conſentit Dec. in cap. primo, de proba. nume. 25. concludens tex. in Clem. prima. §. cæterum. de vſur. quo cauetur fæneratores teneri edere Codices ſuos, habere locum etiam in iudæis: quia talis editio librorum ita conuenit iudæis quemadmodum, & Chriſtianis, ex quibus inferendo ad caſum noſtrum pariter concludi poteſt quòd cum iſta materia inſtituendi uxores æque conueniat, & ſit proportionabilis iudeis ſicut Chriſtianis, vtique lex communis de qua ſupra eõ cedens hoc generaliter fieri, debet etiam locum habere in iudæis.

11 Iſtis tamen non obſtantibus † contrarium probabiliter eſt dicendum in caſu noſtro: quoniam ut mihi ſupponitur hebræorum lege ſpecificè cautum reperitur, quòd ſtantibus filijs uno uel pluribus aut alijs hæredibus puta agnatis & ſucceſſoribus legitimis, maritus non poteſt in teſtamento ſuo vxorem inſtituere hæredem uniuerſalem. Immo nec particularem bonorum, & hæreditatis ſuæ. Clarumque eſt ac omnibus notum hunc caſum iure communi deciſum non eſſe expreſsè in perſonis iudæorum, ſed duntaxat ſimpliciter, & generaliter loquendo. d. l. non ideò. quibus ſic

12 ſtantibus ſequitur clara concluſio, † & communis, quòd inter iudæos quando caſus reperitur deciſus in perſonis eorum per legem ſuam, nec de iure communi reperitur deciſum contrarium expreſsè in perſonis eorum, ſed ius commune duntaxat generaliter loquitur, ſeruatur ius Moſaycũ, & lex Hebræorum in decidendo illo caſu uertente inter ipſos iudæos, tanquam ſuum ius ſpeciale quod derrogat generali de iure communi introducto. ità tradit Calde. in conſ. 30. in titulo, de teſta. an ſi Iudæus. ubi determinat quòd moriente Iudæo ab inteſtato relictis filijs maſculis, & fœminis, per maſculos excludi fœminas: quia ſic lege Moſayca cauetur in ſpecie, Numeri capit. 27. cuius legis uerba refert Brunus in tract. quòd ſtan. maſ. in 2. artic. princip. cum enim ſit lex ſpecialis, vtique inter eos debet ſeruari, & derrogare iuri communi quod eſt generale, de quo in d. l. max. quia ſpecies derrogat generi. c. generi per ſpeciem

13 de reg. iur. in 6. Inducitque inter alia † l. Iudæos. in fi. C. de Iudęi. ibi, amiſſuri hactenus permiſſa ſi ab illicitis non abſtineant. nam ex illo tex. datur intelligi quòd lex ſua inter eos debet ſeruari niſi in his quæ ſunt eis prohibita. Idemque tradit ipſe met Calderi. in conſ. 10. in titu. de conſti. iudex Moſayca, & in conſ. 2. in titu. de conſue. ubi

14 tenet quòd † conſuetudo inter hebræos qua cauetur quòd periti legis Abrahæ ſcribant eorum teſtamenta, eorumque ſcriptis plena fides adhibeatur, attenditur, & ualet inter eos. & cum opin. Calderini priore loco citati concordat Alexan. in l. 1. nu. 32. ff. ſi cer. pet. & in conſi. 6. col. 2. volu. 6. Iaſ. in l. qui ſe patris. num. 24. C. unde lib. Fely. in d. cap. Iudæi. col. 2. ubi etiam citat Florianum in d. l. maximum uitium: dicentem ſe ita alias conſuluiſſe cum Petro de Anchar. Fulgo. & Gaſpare de Calder. in hæreditate cuiuſdam Iudæi. 30. millia ducatorum. Idemq; tenet Anto. Fran. in addi. Abb. in c. j. de conſti. in j. cur. ſecundo latere. & D. Ioan. Campe. in ſuo tracta. dotis, qui refert ita ſenatum Mantuæ in arcta quæſtione facti de anno 1461. Idemque latè tenet. & dicit eſſe commu. Ferratius caut. ſua. 24. quæritur. col. 2. & Corn. in conſ. 180. col. fin. volum. 2. referens Salyc. in quodam ſuo conſilio idem determinaſſe, cui ſe ſubſcripſerunt Franc. de Rampo. Gaſpar de Calde. Ioan. de Pantu. & Petro de Antha. ut per eum latius, & latiſſ. omnes refert Brunus in tracta. quòd ſtan. maſc. in 6. artic. prin. num 55. cum ſequentibus. Quibus ſic ſtantibus ſequitur quòd quemadmodum in ſucceſsione ab inteſtato attenditur inter Iudæos eorum lex particularis, non obſtante iure communi generaliter loquente: ita etiam in ſucceſsione ex teſta. dicendum eſt per rationes prædictas quæ etiam militant iſto caſu, & ita pro-

15 priè arguit Ruin. in conſ. 4. vol. 2. † ubi dicit teſtamentum celebratum à Iudæo ſcriptum lingua latina, & non hebraica, licet iure communi eſſet validum, tamen attenta lege hebræorum eſſe inualidum, cum illa tanquam ſpecialis derroget iuri communi generali, & per alias rationes Cald. in d. conſilijs max. 30. de teſtamen. loquentis in ſucceſsione ab inteſtato: quia eadem ratio militat in ſucceſsione ex teſt. ſecundum Ruin. & ſic ipſe decidit in effectu caſum noſtrũ in quo de teſtamento agitur. Imò nec obſtat huic teſtamento d. lex hebræorũ impediens uxorem hæredem relinqui. ſed illa propriè de qua meminit Ruin. uidelicet quòd literis hebraicis debet ſcribi teſtũ aliàs non ualet: quod minimè factum hic uideo. Immo tale teſtamentum lingua latina eſt ſcriptũ, ideò ex iſto alio capite non ualet ſecundum Ru. ibi in ſpecie. Et vltra Ruin. ꝙ inter Iudæos id ꝙ dicitur in ſucceſsione ab inteſtato locum habeat quoque in ſucceſsione ex teſtõ, confirmatur, ex notatis per Paulum de Monte Pico in rep. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. nu. 62. in fi. ff. de leg. 2. ubi diſputando illum articulum an ſi Iudæus filios inſtituat, uxorem verò relinquat Dominam Maſſariam, & vſufructuariam, tale legatum reſtringatur ad alimenta ſecundum conſuetudinem Bulgari de quo latè ibi per eum poſt Bartol. & alios qui concludit ꝙ ſi cauſa eſt inter Iudæos, puta inter filios, & uxorem Iudæam, ſi quidem extat aliqua conſuetudo ſeu lex ſpecialis inter Iudæos, illa eſt ſeruanda, uel recurrẽdum eſt ad legem Moſaycã, & ſecundum illam debet interpretari voluntas defuncti, his autem ceſſantibus recurri debet ad conſuetudinem Bulgari. patet ergo ꝙ in. luc

one

ceſsione ex teſtamento vult Picus legem hebræo
rum ſpecialē pualere dicto caſu legi aut conſue-
tudini Bulgari generali unde ſic,& in q.noſtra di-
cendum eſt ad ſcopum.

Et tenendo iſtam partem non obſtant adducta
16 in contrarium, uidelicet text. † in d. l. iudæi.cum
alijs in quibus uidetur dici legem ciuilem ſeruan
dam eſſe inter judeos: quia id uerū eſt in his quę
ſunt iudæis expreſsè prohibita per legem ciuilem
ſed in his in quibus lex ciuilis non derrogat, tunc
ſi quæſtio eſt inter ipſos iudæos ſeruatur eorum
lex ſpecialis diſponens ſuper illo caſu,ſicut etiam
inter Chriſtianos primo ſeruantur eorum ſtatuta
quàm Ius cōe,ita reſpondet Cald.in d.conſ.30.de
teſta.Corn.in d.conſ.180.col.fi.Ruin.in d. conſ.
4.& alij ſupra citati.& in hoc ſecundo caſu uerſa-
mur : quia lex communis expreſsè non derrogat
legi Moſaycæ,ut ſupra oſtendi.

17 Non obſtant etiam † notata per Bal.in d.l.ſpa-
donem.& Ang.in d.l.prima.ff.ad leg.Iul.ma.cum
ſim.quia loquuntur in caſibus non deciſis in ſpe-
cie per legem Moſaycam, tunc enim bene reccuri
tur ad ius commune ceſſante lege Moſayca ſecun
dum Calde.Ruin.Ferrat.& alios de quibus ſupra:
nos autem ſumus in caſu in ſpetie deciſo per legē
Moſaycam.

Nec obſtat etiam deciſio Ioan. de Anan. in d.
cap.iudæi.quia in illa. q. propriè de qua loquitur
communis opinio eſt contra eum , ut ex deductis
ſupra patet poſt Cal.in d.conſ.30. de teſtam.& in
ſpecie damnat eum Felyn. ibi dicens quòd ratio-
nes ſuæ non ſunt urgentes,& ultra Fely. eum im-
pugnat,& eius rationes tollit Ioannes le Crier Pa
riſienſis in tract.de primogenitura.q.16. primi li
bri. ubi latè tenet opi.Cald.& ſequacium.

18 Non obſt.vltimò quòd † in materia proportio
nabili Chriſtianis,& iudæis,lex cōis in eis etiam lo
cum habet : quia uerum eſt niſi eorum lege Mo-
ſayca contrarium ſit in ſpecie deciſum, prout pa-
tet in q.Cald.in d.conſi.30.& in q.Ruin.in d.cōſ.
4.& in q.Pici in d.§.Titia.tunc enim præualet cō-
munis opinio de qua ſupra,& ita cōcludit Ferrat.
in d.cant.24.col.3.& in exemplis Gemi. Socin. &
Decij de quibus ſupra,non aderat lex Moſayca
contrarium volens,quod ſecus eſt in caſu noſtro.

Venio ad ſecundum dubium,uidelicet dona-
tionis factæ.d.D.Beneuenutæ per dictum D. Sa-
muelem.Nam in dicto ſuo teſtamento poſtquam
eam hæredem uniuerſalem inſtituit,ſubiungit, cō
tal lege,condition è pacto,che doui per la preſen-
te inſtitutione di heredità la predeta donna Be-
neuenuta non poteſſe de iure ſuccedere in lè rob-
be,& heredità di eſſo teſtatore,uole che lo preſen
te legato habbia forza,& ualore,come ſe foſſe do
natione inter uiuos,& per lo preſente legato do-
na donationis titulo irreuocabili inter uiuos, &
dipoi la morte di eſſo teſtatore tutte le ſue pre-
dette robbe : & in tali themate uidetur prima cō
ſideratione dicendum talem donationem ualere
19 eiusque d.D.Beneuenutam capacem eſſe † quo-
niam ſecundum legem hebręorum cautum repe
ritur uxorem per uiam donationis poſſe marito
ſuccedere licet non uia hæreditatis quo ſtante ni
20 hil ultra quærendum eſt:qm † inter hebræos ubi
caſus contingens ſecundum eorū legē reperitur
deciſus in ſpecie,talis eorū lex præualet, & ſeruat,
licet de iure ciuili ſecus, in genere ſi tm̄ diſpone-
retur:ut tradit Cald.in conſ.30. de teſt. cum alijs
ſupra deductis latè in primo dubio,quibus addo
Alex.conſ.6.vol.6.& latè Goza. conſ. 24.nu.10.

Iſtis tamen non obſtantibus ſecundum ea quę
proponuntur,contrarium de iure dicendum eſt.
Et pro fundamento huius concluſionis præmit-
21 to,quòd vbicunque † caſus non reperitur deciſus
à lege Moſayca, nec in ſpecie à iure communi in
perſonis ipſorum iudęorum , tunc talis caſus de-
ciditur ſecundum diſpoſitionem iuris communis
iuxta id quod aliàs diximus,quòd caſus omiſſus
à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris commu-
nis:l.commodiſsimè.ff.de li.& poſth.l.ſi cum do-
tem.in princip. ff. ſol.mat.ita trad.Ferrat.in caut.
ſua.24.colum.ſecunda.Hinc eſt ſecundum ipſum
quòd Paul.de Monte Pico in repetitione ſua.l.Ti
tia cum teſta.§.Titia cum nuberet.ff.de leg.ſecun
do.dixit,quòd ſi iudæus reliquit uxorem ſuam do
minam maſſariam,& vſufructuariam , quòd cum
non ſit deciſum lege Moſayca quid important ta-
lia verba, ſtabitur etiam inter Iudæos interpreta-
tioni Bulgari. Hancque concluſionem pari mo-
do probat Calde.in d.conſ.10.de conſtit.& 30.de
teſta.& Corn.in d.conſi.180.col.fi.vol.primo di-
centes,quòd deficiente lege Moſayca,inter Iudęos re
currendum eſt ad ius commune, ſicque intelligūt
l.Iudæi.C.de Iudę.Hoc ſic ſtante infero ad q.pro
poſitam de donatione, & dico quòd eſto millies per
legem Moſaycam ſit deciſum maritum Iudæum
vxori per uiam donationis bona ſua relinquere
22 poſſe:quia tamen † in ſpecie non declarat quomo
do fieri debeat illa donatio, vtique in conſideran
da ualiditate illius donationis , attendi debet ius
commune Romanorum ſi enim ſecundum illud
ſit facta,ualebit aliàs contra, ſed modò in teſta.de
quo agitur reperio quòd dictus dom.Samuel do-
nat tit. donationis inter viuos bona ſua dictæ do-
minæ Beneuenutæ nec in teſt.dicitur præſenti,&
recipienti,nec de eius præſentia quicquā apparet,
quo fit ut illa non præſumatur fuiſſe præſens ſed
abſens,cùm iſtud conſiſtat in facto , & facta non
præſumantur,meritò ſequitur talem donationem
non ualere,cum nec ſtipulatio notarij , nec nun-
tius,nec epiſtola interuenerint . Ita trad.Paul.de
Caſt.& Aret.& in l.Titia.§.pen.ff.de verb.obl. &
idem vult gloſ.Iacob. de Aret.Oldra.Alberic.&
clarè idem Caſt.in l.illud.C.de ſacroſ. eccle.Aret.
pulchrè in conſil.17. col. 3. Curt.Iunior.in cōſi.
120.coln.2.Ruin. in conſil.154.nu.11.cum ſeq.
23 vol.5.& Rube.in conſil.132.qui dicit † hanc eſſe
cōmunem.Cum.n.donatio nomine abſentis non
fuerit acceptata , nec nuntius aut epiſtola inter-
uenerint abſens illam ratificare non poteſt ſecun-
dum Rube.

dum Rube.poſt alios.& ideò idem Caſt.in conſi.
130. ſuper primo quæſito.in princ.uol,primo,cō
cludit donationem inter uiuos factā valere; quia
donatarius fuit præſens,& cōſentiens,ut per eum
latius ibidem.

Secundò alia ratione non ualet iſta donatio:
24 quia † clarum eſt ꝙ donatio inter viuos, licet in
teſtamento facta, excedens. 500. aureos requirit
inſinuationē:aliàs eſt nulla.Ita trad.Caſt. in dicto
conſil.130.quem refert, & ſequitur Tiraq. in lib.
de legib.Connub.& in verſi.carracter.in gl.3.nu.
95.hæc autē donatio decies,& ultra excedit.500.
aureos. Immo excedit quinquaginta millia duca-
torum,nec reperitur inſinuata. Non enim à do.
Samuele qui etiā abſente d. Beneuenuta donata
ria id facere potuiſſet iux.doctri.Bald. in l.in hac.
C.de donat.non etiam à dicta D.Beneuenuta ui-
uente,& conſentiente dicto D.Samuelle.nec am-
plius ea ſine ipſo iam mortuo facere poteſt talem
inſinuationem:ut latè.deducit Corn.in conſi.71.
vol. ſecundo. & in conſi. 99.num.7.vol.4.Aret.
in conſi.93.in ſecundo dubio, & in hoc ſecundo
arg.parimodo ſtandum eſt determinationi Iuris
communis:quia non reperitur quicquam in hoc
deciſum per legem Moſaycam, iuxta deciſionem
Cald.Corn.& Ferrat.quos ſupra citaui.

Tertiò non ualet iſta donatio: quia in clauſula
codicillari quam præmiſit D.Samuel in d. teſtamē
tō ordinauit ꝙ tale teſtm̄ valeat iure teſti.& ſi iu-
re teſtamenti forſam non ualeret,ſaltem valere vo
luit iure codicillorum, ſeu legati, aut donationis
cauſa mortis,epiſtolæ,ſeu iure cuiuſlibet alterius
ultimæ voluntatis.Poſtea uerò facta inſtitutiono
dictæ do.Beneuenutæ dicit,quòd ubi de iure non
poſſet ſuccedere per viam inſtitutionis, vult præ-
ſens legatum vim habere donationis inter uiuos,
& ita donat titulo irreuocabili donationis inter
viuos,quod eſt contrarium dictis ſupra per eum
quòd valeat iure donationis cauſa mortis. Vnde
25 † ſtante hac repugnantia in hoc teſtō neutrum va
lere debet, nec vt donatio cā mortis, nec ut inter
viuos.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.l.ſi Titius,
& ibi not.omnes.ff.de cond.inſti. & in hoc tertio
argumento pariter ſeruandum eſt ius commune,
ex quo non reperitur in ſpecie lex Moſayca in cō
trarium,per prædicta.Et tenendo hanc partē ceſ-
ſat argumentum ſupra deductum in contrarium,
26 † videlicet quòd ſecundum legem Moſaycam u-
xor hebræi ſit capax per uiam donationis: quia
debet intelligi dummodo alia extrema habilia ad
ualiditatem donationis concurrant.l. qui teſtamē
tō.ff.de teſtam. & ſic quòd præſenti,& recipienti
ſit facta,uel abſenti interueniente nuntio, uel epi-
ſtola aut ſtipulatione notarij, & quòd ſit inſinua-
ta ſi excedit.500.aureos ut ſupra deduxi, quæ hic
deficiunt, merito per hos defectus ualere nō dēt.

Circa tertium quæſitum breuiter dicendum
eſt terminum neceſſarium indulgendum eſſe do.
27 Hanc † pro teſtibus examinandis in dicta ciuita-
te Salloníchij, uidelicet nouem menſium atten-
ta diſtātia locorum,maximè quia dicti teſtes ſunt
ultra mare,unde nouem menſes dari debent. l.pri
ma.C.de deilat.& hoc non obſtante quòd inſtan-
tia præſentis cauſę ſit dierum tantum.60.vtilium,
nec vltra duret ex forma ſtatutorum Ferr. hāc.n.
q.format in terminis Dy.Cyn.& Bar. in l. ſi cum
ipſe.per illum tex.ff.de excuſ.tut.ubi dicunt quòd
ſi eſt ſtatutum in ciuitate quòd omnis cauſa in-
fra tres mēſes decidatur, & aduerſarius cauſa pro
ducendorum teſtium qui ſunt in longinquis par
tibus dilationem petat, quæ vltra tres menſes ex-
tendatur, tamen non obſtante ſtatuto audiri de-
bet,& ſic poſt tres menſes de cauſa cognoſcetur.
Idem quoque tenet Abb.in cap. pen. num.10.in
addi.incip.ſed ego dubito.de iud.Alex. in conſil.
71.poſt princ.vol.5.Pract. Papien. in forma pro-
ductionis inſtrumentorum.ver.in termino. Abb.
in conſi.64.uidetur primò dictam inſtātiam. vol.
2.& Iaſ.nouiſsi.in l.properandum.nu.26.in quin-
ta.limit.C.de iudic.Alberi. in l. prima.C.de dilat.
colum. prima.poſt Lambertinum de Ramponi-
bus. & ratio Doctorum eſt: quia licet ubi tem-
pus à lege uel ſtatuto præfigitur inſtantiæ,elapſo
tempore finiatur inſtantia, nec ultra cognoſci poſ
ſit aut ferri ſententia. d. l. properandum.cum ibi
not.tamen id intelligitur ſi infra illud tempus fie-
ri poteſt,aliàs actus poteſt explicari etiam poſt il-
lum terminum.l.fi.C.de adult. Item:quia lex non
debet eſſe impoſita ſuper impoſsibili.cap.erit au-
tem lex.4.diſtin.quas rationes deducit Abb.in d.
conſil.64.Item'; quia nec partib. nec iudici quic-
quam poteſt imputari ſi cauſa infra terminū præ-
fixum non expeditur,quia terminus debet recipe-
re interpretationem à iure, ſcilicet ſi cauſa infra il-
lum expediri poteſt: ut declarat idem Abb. in d.
cap.pen.& ſequitur Iaſ.in d.l.properandum.Bene
verum eſt quòd Bald. in d. l.ſi cum ipſe.diſtinguit
an terminus præfigatur liti ſeu inſtantiæ, & tunc
procedat opin. ſuperior an iuriſdictioni, & tunc
ſecus:nam tunc non poteſt prorogari per huiuſ-
modi dilationem, niſi de communi conſenſu
partium, ſed uerior, & communior eſt præce-
dens concluſio paſsim quæ procedit per ratio-
nes ſupra deductas,ultra quòd ſtatutum noſtrum
quanto tempore duret inſtantia propriè præfi-
git terminum inſtantiæ, dicens quòd inſtantia
cauſæ duret tanto tempore prout in eo iuncta
ſeptima refor.& ſic etiam ſumus in primo mem-
bro diſtinctionis Baldi. in d.l.ſi cum ipſe. merito
talis dilatio dari debet,& poſtmodum cauſa pote-
rit expediri non obſtante ſtat.ſecundum Docto-
28 res. Nec impediri debet examen eo loco fieri li-
cet ſit infidelium: quia de loco non diſtinguunt
Doctor. qui dant practicam huius commiſsionis
in l.Iudices.iuncta aut.apud.C.de fid. inſtr. Ang.
in §. & quoniam in aut.de teſtib. nec minus diſtin
guit tex.inter loca fidelium, uel infidelium in l. 1.
C.de dilat.

Secūdo, accedit ſtatutum noſtrum ſi teſtes vel
inſt.ꝙ vult concedendam eſſe dilationem ad par-

tes, vbi quis ſibi neceſſarium eſſe putauerit, ergo etiam ad loca infidelium, ſi eo loco neceſſarium eſt probationes facere: quia quando lex continet actus iam conceſsi extenſionem non recipit reſtrictionem. Bart. & alij. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper no. nun.

Tertio in probando matrimonio prout in caſu noſtro quòd debeat fieri remiſsio ad locum ubi dicitur contractum, tenet in terminis Lap. alleg. 46. an in cauſa matrimoniali. Card. in Clem. prima. q. 6. de offic. de leg. ne pereat facultas probandi ueritatem & Iuſtitiam ſine culpa partis, vt per eos latius.

29 Quarto accedit. Nam † ualet arg. de perſonis ad locum. l. 1. §. Offilius. iunct. l. 2. ff. ne quis eum, & ibi Doctores. Euerar. in locis legalibus. cap. 37. ſed quælibet perſonæ poſſunt examinari quæ non ſunt prohibitæ. l. 1. ff. de teſti. Specul. de accuſatore. in prin. ergo & in quocunque loco poteſt examinari qui non ſit prohibitus, prout non reperitur prohibitum in loco infidelium, & ex his ita in prędictis de iure concludo. Laus Deo.

Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.

CONSILIVM D. HIPPOLYTI Riminaldi Ferrarienſis. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex filio in ſucceſſione aui ſuccedunt cum patruis uel auunculis in ſtirpes.*

2 *Statutum diſponens quòd maritus. tertiam partem dotis lucretur decedente uxore relictis filijs prioris matrimonij ualet, & iuri communi derogat, quã qualiter procedat uide. nu. 3.*

4 *Intellectus ad Statutum Ferrarienſe de dotibus reſtituendis ſoluto matrimonio.*

5 *Statuti una pars ſecundum aliam intelligenda.*

6 *Relictum ab uxore plus uiro ſecũdi matrimonij quã filijs primi, quomodo diuidendum.*

7 *Verba, habeatur pro non ſcripto, important ut actus ſit nullus.*

8 *Inducta ad diminutionẽ nõ debẽt operari augmẽtũ.*

9 *Opinio illa amplectẽda quæ numero doctorum præualet.*

10 *Intellectus ad Glo. in uerbo, diuidi. in l. hac edictali. C. de inceſt. nupt. de qua ſupra. nu. 6. uide nu. 17.*

11 *Intellectus ad. §. optime. in auth. de nupt. de quo ſupra. nu. 6.*

12 *Fructus dotis reſtituendæ ſecundum terminos l. hac edictal. C. de inceſt. nupt. a quo tẽpore peti poſſint.*

13 *Lex cùm habet contractum pro infecto inducit retranslationem dominij ipſo iure.*

14 *Paria ſunt nullum titulum habere uel talem qui ſit ipſo iure nullus.*

15 *Malefidei poſſeſſor tenetur reſtituere omnes fructus etiam ante litem conteſtatam, nedum naturales & conſumptos, ſed etiam induſtriales. nu. 17.*

16 *Hæres ſuccedens defuncto malafidei fructus ſuos nõ facit.*

18 *Intellectus ad l. ſiidem inus. §. ſi actionem ff. de uſur.*

19 *Error iuris in Doctore præcipuè non minore non probabilis.*

CONSILIVM CLXII

MAGNIFICA D. Ioanna Tarupha cum aliàs habuiſſet in dotẽ dũtaxat ſcutos marche. 600. mortuo uiro ſuo trãſiuit ad ſecunda uota, excellentiſsimoque iureſcõſulto Domino Matthæo Caſallæ ſecũdo uiro conſtituit dotem ſcut. 3000. deinde cum hæredem inſtituit uniuerſalem relicta ſuperſtite Domina Iſabella eius filia prioris matrimonij, & inſtituta in ſcutis 1000. tribusque nepotibus ex Domina Barbara altera eius filia in ſcut. 300. Quæritur quantum pertineat ad ſecundum uirum uel eius hæredes? & primo uidendum eſt de dote, ſecundò de bonis extra dotem, tertiò de fructibus. Circa primum ſtat ſtatutum noſtrum de dote reſti. ſol. mat. 84. quo diſponitur ſi mulier tranſiuerit ad ſecunda uota dote data uel promiſſa, eaque deceſſerit, extantibus filijs primi matrimonij maritum ex ſecundo matrimonio tantum lucrari ex dicta dote, quantum de iure debetur uni ex filijs prioris matrimonii, & ſic quantum eſt legitima unius ex filijs prioris matrimonij. unde aduerti debet quòd cum Domina Ioanna deceſſerit relicta Domina Iſabella eius filia, & tribus nepotibus ex altera filia præmortua, utique legitima dictæ D. Iſabellæ & nepotum in totum fuit & eſt triens. Cum enim dictæ
1 neptes concurrunt cum eorum matertera: † quia ſuccedunt in ſtirpes. §. cum filius. inſti. de hære. quæ ab inteſt. computatur pro una perſona, & ſic ſolum debent habere medium trientem, & alium mediũ D. Iſabella pro eorum legitima. Ita Sal. c. in auct. nouiſsima. in 6. q. C. de inoffi. teſt. & poſt eum Iaſ. nu. 51. uerſ. ultra Bar. Fabia. de Gioch. n. 43. Alex. in conſi. 62. ſuper primo dubio, in princ. uol. ſecundo. Bertrãn. in l. hac edictali. uerſ. quam obſeruationem. num. 4. C. de ſecun. nupt. merito ſtante ſtatuto de quo ſupra uidetur dicendum, quòd D. Mattheus potuerit lucrari ex dote ſibi conſtituta uſque ad legitimam debitã d. dominæ Iſabellæ, uel dictis nepotibus, & ſic uſque ad dimidiam tertiæ partis bonorum d. dominæ Ioannæ, non obſtantibus d. filia & nepotibus, prioris matri-
2 monij, ex quo ita ſtatutum diſponit † quod ualet & iuri communi poteſt derogare, ut per Bald. & Caſtr. in l. 1. C. de inoffic. do. quæſt. 3. & in d. l. hac edictali. col. 2. & ibi latè Bertran. in princ. nume. 17. & 30. Dec. in conſi. 19. colum. 2. in cõſilio. 283. col. 1. Pariſ. in conſilio. 91. num. 10. uolu. 3. Nec in caſu noſtro debet attendi reform. 22. loquimur enim quando mulier tranſiuit ad ſecunda uota nulla dote in eo matrimonio expreſſè conſtituta, & ſic extra caſum noſtrum, ubi dos fuit conſtituta.

Iſtis

Iſtis tamen non obſtantibus, aliter deciden-
da uenit hæc quæſtio, & pro faciliori expeditio-
ne præmittendæ ſunt infraſcriptę concluſiones.
3 † Prima eſt concluſio, quòd filij prioris matrimo
nij, quando ipſis relictum eſt ultra legitimam
præcipuam debent habere legitimam ſuam, ea
enim non eſt in conſideratione quo ad hoc ut tã
tundem poſsit relinqui ſecundo coniugi, ſed tan-
tum conſideratur quod ultra legitimam filij con
ſequuntur, ut tantundem poſsit ſecundus con-
iunx conſequi exemplum, ſi filiorum legitima
erat de 20. & 30. relicta ſit illis ſicque x. ultra le-
gitimam non 30. nec 20. ſed 10. duntaxat ſecun-
do coniungi relinqui poterit. ſecundum Gloſſ. in
§. optimè. in uerb. quippe. per illum text. in auct.
de nupt. quam ibi ſequuntur Iacob. de Belui. &
Angel. idemque tenet Bar. Bald. & Caſt. in l. 3. C.
de inoffic. dot. Caſtr. in conſilio. 348. uiſo caſu.
colum. 2. & in conſil. 423. Gloſſ. uol. 2. in nouis.
Et ab hac opi. non putat tantum recedere in con
ſulendo Petr. de Anch. in conſi. 101. ex themate
in ſecundo dubio. eamque tenet Soz. in conſi. 35.
col. fin. uol. 4. Cum pro ea ſit auctoritas Gloſſ.
quæ aliàs antecellit. Idemq; tradit Corn. in cõſi.
33. & in cõſilio. 118. colum. fi. uol. 1. Dec. in con
ſilio. 246. col. 2. Bald. in conſi. 401. quia prędictą
puncta. uol. 2. & in conſi. 22. quædam D. Nico-
lina. col. fi. lib. 5. in nouiſs. Craue. in conſi. 142.
num. 4. & in conſi. 194. in prin. Fulgo. in conſilio
49. colum. 2. & in conſilio. 97. per totum. Fa-
bia de Gioch. in authent. nouiſsima. q. 12. 9. q.
princ. C. de inoffi. teſta. Et licet aliqui contrariũ
tenuerint, ut Cyn & Saly. in d. l. hac edictali. in
princ. Alexan. in conſi. 157. col. 2. uol. 5. Ioannes
de Ana. in conſi. 67. in fin. & poſt eum Bologni.
Anc. qui ueriorem dicit in d. cõſi. 101. tamen præ
cedens opi. eſt magis communis, ut ex numero
Doctorum patet, & ſentiunt Sozi. Deci. & Cra-
ue. ſupra citati. & nouiſsimè Bertrand. d. l. hac
edictali. uerſi. ita tamen. nu. 10. ubi latiſsimè exa-
minat, & tandem ſequitur opi. Gloſſ. in d. §. opti-
mè. tanquam communiter approbatam, ut pa-
tet per plures columnas. Parique modo eam
teſtatur eſſe commu. Cuma. in conſi. 119. D. Ioã
na. col. 2. in fi. cum ſequenti.
Secunda eſt concluſio, quòd licet Bald. in d. l.
hac edictali. uelit quando filijs non eſt relicta
integra legitima, ex eo, quòd poſſunt ipſi petere
ſupplementum, poſſe uſque ad integram legiti-
ma relinqui ſecundo coniungi, idque plurimi
ſequuntur, quos refert Bertran. ibi. uerſic. ita ta-
men. num. 1. & 2. idem Dec. ſequitur in pluribus
locis relatis per Craue. qui idem tenet in conſi.
40. nu. 9. & in conſi. 193. num. 12. Bertran. quæ
idem latè tenet in conſi. 156. ex caſu. col. 3. uolu.
1. & in conſi. 276. uol. 2. Et commu. dicit Rube.
in conſil. 115. col. 2. contra quos tenet Salyc. in d.
l. hac edictali. q. 7. cum alijs quos refert Bertran.
ibi. uerſi. ita tamen. num. 2. & Ruin. in conſilio.
58. col. pen. uol. 5. Attamen ſunt duo caſus in
quibus omnes conueniunt, quòd ſecundus con-
iunx poſsit conſequi duntaxat tantundem quan-
tum filijs relictum eſt, nulla ratione habita ſupple
menti quod filij petere poſsint. Primus eſt quan
do in teſtamento appoſita fuit illa clauſula, quòd
filius ultra petere non poſsit, uel pro omni eo to
to, quòd petere poſſet, tunc enim quia ſuppleme-
tum filius conſequitur contra uoluntatem teſta-
toris, non poteſt eius haberi ratio: & ita latè con-
cludit ex dictis Flori. & Corn. Bertra. in d. uerſi.
tamen. num. 3. in primo caſu, in conſi. 156. in fin.
uol. 1. & in conſi. 289. numero. 7. uol. 2. & Io. Ni-
col. Arelatanus. in 2. reſponſo. nu. 11. poſt repeti
tiones in titul. de nupt. & Craue. in d. conſi. 193.
nu. 12. in fi. Secundus eſt caſus quando filius uo
let ſupplementum petere ſecundum Rube. in d.
conſi. 115. col. 2. prope fi. & Rui. in d. cõſ. 58. col.
pen. uol. 5. ubi etiam probat ſuperiorem limitatio
nem. Ex quibus concluſionibus infertur quòd
aut dictæ D. Iſabellæ & nepotibus relictum fuit
ultra legitimam, aut minus legitima. primo caſu
non poteſt D. Matthæus ex dicta dote conſequi
niſi tantundem quantum fuerit illud quòd nepo
tibus minus honoratis relictum fuit ultra legiti-
mam, quæ uenit deducenda ut in prima conclu-
ſione deduxi. Secundo caſu, non poteſt D. Mat-
thæus conſequi niſi tantundem, quantũ relictum
fuit dictis nepotibus, quibus minus relictum fuit
quàm filiæ, nulla habita conſideratione ſupplemẽ
ti quod petere poſſent.
4 Nec † obſtat ſtatutũ de quo ſupra, id enim ſi
bene conſideretur loquitur uxore decedente ab
inteſtato. probatur dum loquitur de liberis non
extantibus eiuſdem uel prioris matrimonij, quo
caſu uult maritum dimidiam dotis lucrari: talis
enim prouiſio non eſt neceſſaria ſtante teſtamẽ-
to, cum eo caſu mulier non impediatur quantum
uelit uiro relinquere. l. non ideo minus. l. extra-
neum. C. de hær. inſtit. unde ſecundum tenorem
teſtamenti debet maritus lucrari, ſed quia illa de-
cedente ab inteſtato deficiebat prouiſio ad fauo-
rem mariti, meritò factum fuit ſtatutum ſuccur-
rens illi reſpectu dimidiæ. dum ergo ſubdit de fi-
lijs extantibus, debet intelligi retento eodem the-
mate, uidelicet quòd mulier ab inteſtato deceſſe-
5 rit: quia † una pars ſtatuti ſecundum aliam intel-
ligitur, ut tradit Dec. in conſi. 553. nu. 8. Go-
zad. in conſil. 19. num. 10. Ruin. in conſi. 7. colu.
fi. uol. 5. meritò cum ab inteſtato loquatur, & in
hoc contra ius commune operetur non debet ha
bere locum facto teſtamento, quo caſu loquitur
lex hac edictali. ſed illa lex cum ſua materia. & ita
tradit in terminis huius uel ſimilis ſtatuti Paul.
de Caſtro in conſilio. 348. uiſo caſu & allegatio
nibus. column. 2. uolu. 2. in nouis, & ita primum
quęſitum remanet abſolutum.
6 Venio ad ſcd'm uidelicet, nũquid illud oẽ q̃ re
peritur relictũ D. Matthæo ultra illud qđ relictũ
fuit nepotibus pdictis, ſit auocãdũ penitus ab eo
atq; inter eos & filiã diuidendum, an uerò deãt ex

eo quicquam Dominus Matthæus participare: hanc q. Cyn. examinat in d. trac. edictali. q. 4. ubi vult quòd in eo pluri quod repetitur ſecundo cõiugi relictum quàm filijs, ipſi cum eo reducantur ad æqualitatem & fiat diuiſio per medium, ut ſi erant. 5. duo cum dimidio dentur filio reſiduum ſecundo uiro, & hæc ante Cy. fuit opi. Glo. ibi in uerbo diuidi. quæ dicit quòd filij reuocant ut ſint æquales cum ſecundo uiro. quam Gloſ. ſequitur Bal. col. 6. ver. modo ſtatim occurrit aliud dubiũ Saly. col. 2. Idemq; tenuerunt Iacob. de Raue. & Petr. pro ut ibi refert Fulg. Angel. in l. quoniam præteritæ. C. eo. tit. Ioan. de Ana. in conſi. 67. in fi. & poſt eum Bologni. in addi. Bal. in conſi. 301. qa prædicta puncta. nu. 3. uol. 2. & in conſ. 263. ſecũdæ uxori. in princ. uol. 4. in nouis. Decius in conſil. 246. col. 2. & hanc opi. dicit eſſe magis comũ. Corn. in conſil. 86. nu. 7. uol. 3. pro qua facit text. in §. optimè. in aut. de nupt. ibi, niſi tantum quantum unus filius aut filia ſolus exiſtens ex generante habet: ſi uerò multi filij ſint, & unuſquiſque æqualem habet portionem, non amplius quam ad ſingulos uenit. uictricus aut nouerca percipiat. quæ uerba uidentur probare quòd tantundem percipiat ſecundus coniux, quantum filius. ſicque illum text. Corn. inducit in conſil. 118. num. 4. uolum. 2.

Iſtis tamen non obſtantibus, contrarium de iure dicendum eſt, quòd illud plus totum ſpectet ad filios abſque ulla participatione ſecundi coniugis, uel diuiſione illius pluris nititur eum & filios. probatur hæc opi. per tex. in d. l. hac edictali. in uerſ. ſi uerò plus ſecundo. per text. in d. l. quoniam præteritæ. . . per tex. in dict. §. optime. quos late ponderat & inducit Corn. hanc partẽ tenẽs, eoſq; ualde præciſos appellat in cõſ. 44. col. 1. uol. 1. & in cõſ. 51. col. 1. uol. 4. ubi etiã ponderat alios. §. poſitos in d. aut. de nupt. deniq; concluſiuè tenet idem Corn. in conſ. 33. & in cõſi. 117. uol. 1. ubi plus dicit Dominum Bald. de Bartoli. ita conſuluiſſe & ſubſcripſiſſe alteri conſi. cuiuſdam excellentis doctoris, & uidiſſe conſiliũ D. Maria. Sozi. & diſputatione D. Floriani de S. Petro hanc partem tenentium. ſubditque quòd idem uoluit Iacobus Butrig. prout refert Fulgo. in d. l. hac edictali. qui & hanc partem ueriorem appell. & quòd fuit de mente Bart. ibi in ſummario, dum dicit quod relinquitur plus ſecundo coniugi, æqualiter inter liberos diuidatur. non enim dicit inter liberos & ſecundum coniugem & ultra Rom. in d. conſi. 44. colum. 2. ponderat & Bald. & Salyc. & Angel. hanc partem tenuiſſe uolum. 1. ut ibi per eum. idemque uoluit Bald. in conſi. 161. quædam nobilis Domina. & in conſil. 336. amplius ſciendum eſt. uol. 3. in nouis. & in conſil. 355. quidam mecus. uol. 2. in antiquis. Idẽ Craue. in conſilio. 393. num. 31. & in cõſilio. 193. num. 5. Ioann. Niccol. Arelata. in ſecundo reſponſo nume. 6. & in tertio reſpõſo. num. 7. per iura allegata per Corn. in d. conſilijs quæ ſunt apertiſſima. Idem etiam tenet Cur. in conſilio. 178. col. 3. numero. 4. dum deducit duas rationes de quibus per eum ibi. qui tamen arbitror uitio impreſſoris eſt corruptus ſi rectè dictæ rationes, quas ſubdit, conſiderentur. Hoc idem clare tenet Petr. de Bellaperti. in dict. l. hac edictali. ſuper ſummario. ubi dicit, bonę q̄ mulier ſecundò nubens plus dedit ſecundo pone, quàm liberis, dicit Imperator quòd filij auocabunt à ſecundo marito illud in quo exceſſum eſt, & diuidetur illud inter liberos. ecce quomodo ſatis apertè Bellapert. ſecundum coniugem excludit à participatione illius pluris. Idemque tenet Fulg. in conſilio. 89. Domina Catherina, & Brunus in tract. quòd ſtant. maſ. in 7. artic. princ. conſ. 27. numero. 317. ad fin. ubi concluditur maritum excludi ultra relictum filijs primi matrimonij, quod non eſſet uerum ſi fieret diuiſio & reduceretur ad æqualitatem cum filijs in illo pluri. Confirmaturque iſta concluſio per d. l. hac edictali. ultra ponderationẽ Cornei. in conſil. ſupra citatis, dum vult id quod plus relictum eſt ſecundo coniugi haberi tã quam non ſcriptum, neque derelictum, aut da-
7 tum, uel donatum. illa † enim uerba tanquam non ſcriptum, ſignificant quòd actus ſit nullus, etiam quo ad præſcriptionem inducendam, ut tradit Ang. in §. ſed quod ſancitum. in aut. de nupt. & in §. optimè. ſatis ſentit & Bertradus uerſiculo ſi uero plus. §. 1. ſi ergo in eo pluri actus eſt nullus etiam quo ad præſcribendum, quo mòdo uolumus fieri diuiſionem inter filios & ſecundum coñiugem, certè id eſſe non põt. aliàs actus non eſſet nullus. Confirmantur: quia nedum dicit plus relictum haberi tanquam non ſcriptum, ſed ſubdit neque derelictum, aut datum, uel donatum cum enim reducat illud ad non derelictum datum uel donatum, neſcio uidere quomodo cũ
8 ſecundo coniuge ſit diuidendum: quia † inducta ad diminutionem, non debent operari augumẽtũ l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. cum ſimil. imò proprietas facientis actum nullum eſt ut nihil feciſſe dicatur. l. 1. in fi. ff. quando dies uſuſfr. leg. ſed, quam pulchrè Rui. inducit in conſil. 144. numero. 17. uolum. 4. ſi ergo uxor relinquendo ſecundo uiro plus quàm filijs primi matrimonij facit actum nullum, conſequens eſt ut nihil feciſſe dicatur: ergo ſecundus uir nil capere poteſt. Et ideò bene Bal. in d. conſi. 355. dixit quòd cum illud quòd eſt ultra relictum habetur tanquam non ſcriptum, ſequitur quòd nullo iure id ſecundus coniux capere poteſt. Clara eſt ergo concluſio, ex prædictis pro filijs primi matrimonij. Sed & magis communis, ſi numerũ doctorũ ſpectamus, qui hanc partem tenent. cum alibi cautum † ſit illam magis communem opi. cenſeri
9 quæ pluriũ Doctorũ teſtimonio confirmatur l. j. uerſ. & ſane crebrior. & ibi adhoc not. Bald. de off. quæſt. ſicque arguit Iaſ. in aut. ſi qua mulier. nume. 15. C. de ſacroſan. eccle. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. num. 14. ff. de acqui. hære. Sozin.

zi.Iun.conſilio. 128. numero. 49. uol. primo.&
abunde Pariſ. in conſil.63. nume 32. uol. 1. ubi
ad inducendam communem opi. conſiderat plu-
ralitatem doctorum,grauitatem eorum,rõneſq;
ualidiores, ac poſtremo quod tendat in fauorem
filiorum, tunc enim continet æquitatem & hu-
manitatem, ut eis fauendum ſit cõtra extraneos.
unde merito ſequenda eſt rejecta contraria pro-
ut latius per eum ibi.quæ omnia ſatis in caſu no-
10 ſtro concurrunt. Nec † auctoritas Gloſſ.in d.l.
hac edictali.in uerſ.diuidi nos mouere debet. lo-
quitur enim in diuerſo caſu à noſtro:quando ſci-
licet uictricus totum lucratur & filijs primi ma-
trimonij nihil relictum fuit, ut bene ponderauit
eam Floria. in diſpu. ſua, incip mulier primo ui-
duata col.6. Et poſt eum Bertran.in d.l.hac edi
ctali.uerſ.ita tamen,num.15.& Corne.latè ponit
in d.conſi.44.colum.ſecunda.uerſ.& quidam re-
ſpondet, uol.1.nos autem loquimur in caſu ubi
filijs primi matrimonij relictum fuit,minus tamẽ
quam ſecundo uiro. Et rationem differentiæ in-
ter iſtos caſus deducit pulchre Bertran. quando
nihil relictum eſt filijs non poteſt apparere quan
tum debeat remanere uictrico per reſpectum &
correlationem ad aliquod relictum filio, cum ni-
hil ſit ſibi relictum,ideo tunc diuidunt equaliter,
ſed quando apparet aliquid relictum filio primi
matrimonij tunc quia per correlationem ad il-
lud poteſt apparere quantum potuit relinqui, &
debet remanere penes ſecundum uirum, tunc nõ
diuidunt æqualiter, ſed totum illud ꝙ habet ip-
ſe pluſquàm filij primi matrimonij auocatur ab
eo tanquam non ſcriptum, & filijs aplicatur, &
hoc caſu Glo.prædicta non loquitur. Ad text.ue-
11 rò † in d.§.optime.Corn.in d.conſi.44.colum.1.
in fin. dicit ꝙ interpret.ſupra propoſita non po-
teſt adaptari, non tamen declarat quomodo non
poſsit adaptari.unde tu dicas non adaptari, quia
loquitur quòd non poteſt uictrico aut nouercæ
plus relinqui quàm uni ex filijs,uel quàm ſingu-
li ex multis equaliter inſtitutis habent,non autem
loquitur ibi quid iuris ſit quando plus eſſet reli-
ctum ſecundo coniugi ſed inferius tantum,prout
idem Corn. in conſil.51.col.2.uol.3.latius illum
tex.conſiderat ad fauorem filiorum in uerſi. quia
quod plus eſt,ubi uult id quod plus relictum eſt
ſecundo coniungi ac ſi neque ſcriptum, neque re
lictum, aut datum uel donatum competat filijs,
& inter eos ſolos ex æquo diuidatur;excluditque
filios ex ſecundis nuptijs.ſubditque, item det fi-
lijs primi matrimonij,& inter eos diuidatur.de ſe
cundo coniunge autem nullam mentionem facit
imò illud uerbum(ſolos)relatum ad filios,ipſum
expreſſe excludit à participatione illus pluris,&
ita concludo,& teneo.

Venio nunc ad tertium queſitum de fructibus
12 † an reſtituendi ueniant,& a quo tempore, ſuper
quo in terminis reperio Baldum conſi.293. quæ
dam l. . Nicolina. colum. penult.& fin. uol.4. in
antiquis.aliàs in conſi.23.uol. 5. in nouiſ.ubi di-
cit quòd in condictione ex hac lege hac edictali,
non ueniunt fructus ante lite cont. excepta illa
parte quæ debetur loco legitimæ ipſis filijs: quia
ante non eſt poſſeſſor in mora. Item quia cõditio
ex dicta lege eſt actio pſonalis & ſtricti iuris, &
non eſt propriè actio reſtituens, ſed inſtituens,
meritò non ueniunt fructus ante lit. conteſt.per-
cepti.l. uideamus.§. ſi actione.ff. de uſur.& in ea
agens non petit ſuum,ut ibi per Bal.Secundo ad
duco Cuma.in conſi.109.D.Ioanna.in fi. ubi po-
ſito caſu de muliere quæ ſtantibus filijs primi ma
trimonij ſecundò nupſit,poſtea deceſsit ſecundo
uiro ſuperſtite, & filijs, qui remanſerunt in poſ-
ſeſ.dotis maternæ, quærit an dicti filij qui tenen-
tur ad reſtitutionem certæ partis illiud dotis ui-
trico uigore ſtatuti teneantur etiam ad fructus,
& concludit quòd ex quo præſumuntur potius
bonæ fide & per errorem iuris quàm mala fide
poſſediſſe.l.ſed ſi lege.§.ſiue.ff.de pet.hær.& po-
tius præſumenda eſt culpa,& error, quàm dolus.
l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob.merito non tenẽ-
tur ad fructus conſumptos,ſed extantes à tempo-
re quo ceperint eſſe malæfidei, & ſic litis motæ,
ut per eum latius ibi. ex cuius dictis pariter in ca-
ſu noſtro dici poteſt D. Matthæum, & ſubinde
ſucceſſores ſuos præſumẽdos etiam potius bona
fide & per errorem iuris, quàm mala fide poſſe
diſſe hæc bona quæ pertinent ad filios primi ma-
trimonij,ſicut præſumit Cuma.in filijs primi ma
trimonij, reſpectu illius partis dotis quæ perti-
nebat ad ſecundum uirum uigore ſtatuti,meritò
d. D. Matthæum & ſucceſſores ſuos non teneri
ad fructus,niſi à tempore litis motæ quo cæperũt
eſſe malæfidei.

Iſtis tamẽ non obſtantibus,dicendum eſt imò
eos teneri ad reſtitutionem fructuum à tempore
mortis ipſius Dominæ Ioannæ.probatur iſta con
cluſio:nam cum quid ſit ipſo iure,ſtatim ex eo tẽ-
pore debent fructus reſtitui non expectata peti-
tione aut litis conteſt.Glo.eſt not.in §.1. in uerſi.
imminere.ad ſin.in aut.de inceſt.nupt.quam Iac.
de Belui. Bar. & Ang.ſequuntur ibi.Cy.& Bal.in
authent. inceſtas.ad ti.C.eo. tit.Ioan.And.Anch.
Domi. & Peruſ. in c. felicis. §. nullus. de pæn, in
6.Brun.in conſi.31.col.fin.Felyn.in cap. Rodul-
phus.col.29.uerſi.limita tertiò.nu.38. de reſcrip.
cum multis concordantibus copioſe deductis mo
re ſolito per Tiraquell.in l.ſi unquam.in uerſi. re
uertatur.num.219.C.de reuoc. dona.in propoſi
to noſtro,tex.in d.l.hac edictali. in uerſic. ſi uerò
plus,diſponit ipſo iure. dicit enim id quod plus
relictum uel datum fuerit,aut donatum ſecundo
coniugi tanquam non ſcriptum, neque derelictũ
uel donatum,aut datum ſit,ad perſonas deferri li
berorũ,& inter eas diuidi iubemus,ijſdemq́. uer-
bis utitur tex.in §.optimè.in aut.de nup.in uerſi.
quia quod plus pondere. ex quo vult illud plus
deferri ad liberos tanquam non ſcriptum neque
derelictum ſit, dicitur ipſo iure retranslationem
dominij illius pluris in liberos inducere, quia
ubi

13 † ubi lex habet contractum pro infecto, inducit retranslationem dominij ipſo iure, ac proinde fit ac ſi nunquam ille contractus uel actus fuiſſet factus. Ità declarat Bulgari. Senenſis in l.1.ff. ſol.mat.nu.13.ſequitur Bald. de Barto.nu.51.circa fin.Parpa. nu.8.moti.per Gloſſ.ſingularem in Clem.de immu.eccl.& iſtud eſt fundamentum tutiſsimum meo iudicio: quia fundatur in recepta apud omnes concluſione poſt Gloſſ.in d.§.j.de inceſt.nupt.

Secundo moueor: quoniam ex quo D.Matthæus, & ſubinde ſui ſucceſſores ſciuerũt ſe poſſe priuari illo pluri ſibi relicto, utique teneri debent ad reſtitutionem medij temporis ante priuationem decurſi, per ea quæ nota.Guiliel.de Cun. Paul.de Caſtr.Alex.& Iaſ.in l.1. per illum tex. C. de his quib. ut ind. Ang.in l. prædonis. per illum tex. ff. de pet. hær.& Dec. in conſi.118.col.1.in fi. Roma. in d.l.diuortio.in prin.col.3.ff.ſol.mat. quorum deciſio, licet poſsit eſſe dubitabilis ubi quis uenit priuandus per ſententiam, prout in exemplis que ipſi tradunt, per ea quæ latè tradit Felyn.in c.de quarta.nu.33.ſic præſcrip.de plano tamen procedit in caſibus in quibus quis uenit priuandus ipſo iure, prout Fely.admittit,& prior eo Alexand. in d.l.1.nos autem ſumus in hoc caſu prout patet ex d.l.hac edictali. quam ſupra ponderaui. ergo etiam ex iſto capite dicendum eſt fructus perceptos in reſtitutionem uenire.

Tertio adduco Bal.in terminis in cõſilio.386. in fin.amplius ſciendum eſt.uol.2.in nouiſ.ubi dicit quòd ea quæ ſunt in cauſa pro non ſcripta in materia legis, hac edictali. debent cum fructibus reſtitui, eodem modo debent reſtitui alijs domi nis rerum: quia titulus habetur pro non tit.l.ſed & partus. ff. quod met.cauſa. l.fructus. ff. de rei uend. cum notatis utrobique, ſuper cuius uerbis multum debet aduerti: quia compẽdioſè loquutus fuit. unde præmittendum eſt quòd titulus qui ſurgit ab initio ex relicto facto ſecundo coniugi reducitur ex poſt ad non titulum, ex quo relictum habetur pro non ſcripto ex diſpoſitione d. legis, hac edictali. Ità tradit Bertran.ibi in prin. Bald.in conſilio.386.in fin.quo fit ſecundum coniugẽ mortuo coniuge qui ſibi reliquit dici poſſeſ-
14 ſorem ſine titulo, quia ubicunque titulus habetur pro non titulo idem eſt quòd nullum titulum habere: quia paria † ſunt nullum titulum habere, uel talem qui ſit ipſo iure nullus l.nec ulla.in prin. ff.de pet. hæred.Ang.in d.l.ſed & partus.in prin. Secundo præmittendum eſt, quòd d. l. hac edictali. prohibet relinqui plus ſecundo coniugi quàm filijs, ita ibi non ſit licitum uitrico uel nouercæ cũ ſequenti. Vnde ſecundus coniux poſſidens contra tales ius prohibitorium,& reſiſtens actui dicitur eſſe in mala fide, quæ nocet nedum quo. ad acquiſitionem dominij, ſed etiam fructuum, & tradit Bart. in l. ſed ſi lege.§.ſcire.ff. de pet.hæred. Abb.in c.dilecto.col.3.nu.12.de præben.& in cap.grauis.num.17.de reſti.ſpol. Felyn. in d. cap.de quarta. col. 11. uerſ.tertia reſtrictio. Curt. in conſil. 71. col.7.Dec. in cap.cum cauſa. nu.7.de offi.deleg.

Ex his præmiſsis infertur, quòd D. Matthæus ſecundus coniux mortua Do. Ioanna quæ illi pluſquam filijs prioris matrimonij reliquit, illud plus ſine titulo & mala fide dicitur poſſediſſe, meri-
15 tò † tenetur ad omnes fructus reſtituendos,& perceptos ante lit. contr. quia ſic eſt in alio malæfidei poſſeſſore, & ſine titulo qui domino rem tenetur reſtituere. quos caſus Bald. æquiparat in d. conſi.336.in fin. is enim tenetur reddere fructus licet perceptos ante lit.cont. ut eſt Gloſſ. notab. in l.ſi nauis. ff. de rei uend.per illum text. in uer. generaliter. & in d.c.grauis. & ibi Abba. num.7. & eſt tex.in l.certũ.C.de rei uend.quæ in malęfidei poſſeſſore non diſtinguit ante lit. conte. uel poſt, ſed in bonęfi.poſſeſſore tantum: confirmatque, quoniam ubi titulus reducitur ad non titulum res eſt reſtituenda cum fructibus. Rom.conſilio.354.Felyn. in capit. cum cauſa. col.8. uerſi. reſpectu autem fructuum. de re iudi. & infra de don. cauſa mor.uidemus, quę quando reuocatur reducitur ad non cauſam,& res cum fructibus reſtituitur. perceptis à tempore donationis ut ponunt Comment. in conſue. Pariſ. §. 22.num.82. idemque in eius ſucceſsionibus dici debet: quia
16 † hęres ſuccedens defuncto malęfidei fructus ſuos non facit.l.2.C.de fruct.& lit.exp.in fin.licet enim ſit bonęfidei cenſetur malęfidei l. cum heres.ff. de diuer. & temp.pręſ. Ità Bart.in l.ex diuerſo.ad fin.ff.de rei uend. & poſt eum Alexan.in addi.Deciſ.Neap.240.nu.3.

17. Et hęc concluſio procedere debet † nedum quo ad fructus naturales, cùm etiam bonęfidei poſſeſſor teneatur ad eorum etiam conſumptorum reſtitutionẽ, ut per Glo.& Doct.in d.l.ex diuerſo. Card.in d conſilio.71.nu.8.ſed etiam quo ad induſtriales ſiue extantes ſiue conſumptos, ſtãte mala fide & defectu tituli, ut per Salyc. in d.l. certum. & in l.mala fide. C.de cond. ex lege. per illa iura quę paſsim loquuntur ſecundum eũ, qui dicit etiam Doctores ita cõmuniter tenere. Imò & percipiendi qui tamen honeſtè percipi potuerunt uenire debent officio iud.ut ibi per Salyc.ſicque Bald.ſummat d l.certum.

Tenendo hanc partem, non obſtant contraria atque in primis conſilium Bal. 297.ſeu.22.quoniam malè loquitur ex prędictis, & contrarium tenuit & quidem melius in d.conſilio.336.in fin. nec rationes ſuę, quibus mouetur in illo conſil. 297. ſatis ſunt tutę. Nanque ad primam, quòd nõ ueniunt fructus ante lit.cont.quia ante poſſeſſor non eſt in mora, debet aduerti, quòd cum lex, hac edictali, diſponat ipſo iure quòd illud plus deferatur liberis mortua muliere quę illud reliquit, prout Odofre. Bal.Saly.& alij ſupplent, ut tradit Bertran. ibi. in uerſi.ſi uerò plus.nu.15.idq; probatur ut dixi: quia ille text. uult illud haberi pro non ſcripto, quo caſu reſoluit ipſo iure, ut pro-

baui, & per conſequens ſequitur quod ex eo tẽpore ſtatim debent fructus reſtitui non expectata petitione aut litis cont. iuxt. gloſſ. & Doctor. in §. 1. in auth. de inceſt. nupt. cum alijs ſupra citatis fateri oportet, imò ſecundum coniugem poſſeſſorem illius pluris eſſe in mora ante lit. conteſt. cum aliàs ſe compati non poſsint iſta duo, quòd fructus debeant reſtitui ſtatim ſecuta morte relinquentis non expectata conditione vel litis cõt. & q̃ non ſit in mora hæc enim implicant contradictionem. Quòd enim ſupponit Bald. moram non contrahi ſine lit. conteſ. procedere poteſt vbi quid non fit ipſo iure, ſecus autem vbi diſponitur ipſo iure, ut in caſu noſtro.

Ad ſecundam verò & tertiam rationem reſpondetur. Imò quòd eſto millies quòd condictio ex
17 † dict. l. hac edictali ſit ſtricti iuris, tamen fructus ante lit. conteſt. percepti venire debent. Quod
18 † enim dicitur in actionibus ſtricti iuris fructus ante lit. cont. non uenire l. uideamus. §. ſi actionẽ ff. de vſur. procedit quando quis petit, quod ſibi debetur, ibi ad id conſequendum quod meũ non fuit, ſecus quando petit quòd ſuum eſt. Ita Bal. in l. petens. colum. pen. verſ. dico quòd iſta ratio C. de pact. & in l. 2. C. de pact. inter empt. in princip. Iaſ. & Dec. in l. cum fundus. col. 1. ſi cert. peta Tiraquel. de retract. in tit. de retrac. conuenti. §. 5. num. 5. at in caſu noſtro petit actor quod ſuum eſt. cum dict. l. hac edictali. diſponendo ipſo iure operetur retranſlationem dominij: vt dixi ſupra: ergo &c.

Ad conſilium Cuma. 109 reſpondetur caſum noſtrum ab illo longè differre. Nam quod ibi illi filij non poſsidebant cõtra ius prohibitorium. licet enim ſtatutum deferret certam partem dotis marito, non prohibeat tamen illud à filijs teneri, licet non etiam aſsiſteret. nimirum ergo ſi non tenentur ad illos fructus poſsidendo contra ius non aſsiſtens nec reſiſtens, ut docet Bart. in d. §. ſcire. Felyn. in d. cap. de quarta. uerſ. tertia reſtrictio. Curt. in dic. conſ. 71. col. 7. cum ſimilibus. at hic ius reſiſtit, quo caſu ueniunt fructus, vt ſupra docui. Præterea quando ius reſiſtit mala fides præſumitur non bona, ut docet Bart. in d. §. ſcire.
19 Nec † error iuris in D. Matthæo tolerabilis fuit, cum eſſet clarus ll. Doctor & peritiſsimus maximuſq; conſiliarius in hac ciuitate: vt per Bald. in proœmio ffoꝝ. & ibidem Cagnol. num. 78. per Alexan. in l. ciuitas. col. pen. ff. ſi cert. pet. Barbat. conſ. 27. col. 7. vol. 1. cum ſimilib. maximè quia non erat minor, quo caſu ceſſant not. per Caſtr. in l. j. ad fi. C. qui & aduer. quos. & per Dec. in l. iuris ignorantia. C. qui admi. & in prædictis ita de iure concludo.

LAVS DEO.

Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.

CONSILIVM D. HIPPOLYTI Riminaldi Ferrarienſis. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Filius fratris an in fideicommiſſo admittatur ſimul cum fratre & nu. 5. 14. & 16.*
2 *Intellectus ad auth. ceſſante. C. de legit. hæred.*
3 *Diſpoſitio teſtatoris eſt interpretanda in caſu vero, & non in ficto.*
4 *Conceptus poſt mortem teſtatoris non ſuccedit in locum patris. de quo nu. 19.*
6 *Glo. vbi aliquid notabile dicit, ſi ibi Doctores non redarguunt, videntur cum ea reſidere.*
7 *Contrahentes & teſtator videntur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. & nu. 13.*
8 *Filius in ſucceſſione aui vel patrui intrat in locum patris.*
9 *Glo. authoritas magna in iudicando & conſulendo.*
10 *Opinio quæ pluribus Doctoribus eſt roborata, tenenda eſt, nu. 12.*
11 *Opiniones quando concurrunt, illa tenenda, pro qua ſtat gloſſa.*
15 *Poſteriores remotiores plus diligi reſpectu diuturnitatis propagationis.*
17 *Diſpoſitio loquens in caſu vero trahitur ad fictum; quando caſus fictus per legem æquiparatus reperitur.*
18 *Mortis naturalis appellatione venit etiam ciuilis.*
20 *Subſtitutio facta de fratribus, maximè cum qualitate; ſuperuiuentibus, an comprehendat filios; de quo ſupra num 4.*
21 *Vocabuli propria ſignificatio ſequenda, ſi fieri põt.*

CONSILIVM CLXVII.

LAVRENTIVS de Arduinis teſtõ ſuo inſtituit Iacobũ Io. Peregrinum, Petrũ Peregrinum, & Andræam filios ſuos, & ſi aliquis dictorum ſuorum filiorũ quandocunq; decederet ſine filijs maſculis, tunc & eo caſu ſubſtituit ei vel eis ſic decedenti vel decedentibus alios fratres ſuperuiuentes, eo mortuo deceſſerũt Iacobus, & Petrus Peregrinus ſine filijs, relictis ſuperſtitibus. d. Io. Peregrino fratre, & Hier. & filio d. Andreæ iam præmortui. vnde orta fuit contentio inter dictum Peregrinum & Hier. fratrem, & nepotem reſpectiuè d. Iacobi, & Petri Peregrini circa ſucceſsionem portionum eorum. Et prima conſideratione dicendum videtur pro parte Ioan. Peregrini, quòd ipſe in totum admitti debeat excluſo. d. Hier. pro . t eſt deciſ. Bald. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. ubi quæ-
1 rit an † in fideicom. filius fratris admittatur ſimul cum fratre. & ſubdit, quòd licet gloſſ. ibi dicat q̃ ſic, quatenus inquit quòd quandoque qui ſunt in gradu impari ſimul admittuntur; ut filij fratrum cum fratribus. per auth. ceſſante. C. de legi.

gi.hæred.regiſtrata in auth. de hæred. ab inteſta.
2 §.reliquum.tamen nihil facit inquit Bal. quia † in
illa aut.non conſideratur affectio, ſed iuris diſpo-
ſitio,aut in fideicommiſſo conſideratur affectio,
quæ maior eſt ad fratrem quàm ad filium fratris.
Item hic conſideratur ſola prioritas gradus. ita
Bald.ibi,cum quo tranſit Cuma. circa fi. & idem
tenet Alex.in conſ.214.conſideratis.col.2. vol.2.
propriè diſtinguēs inter diſpoſitionem hominis,
vt eſt noſtra, in qua agitur de fideicommiſſo in-
ducto per teſtatorem, & diſpoſitionem legalem
de qua d.auth.loquuntur. Nam primo caſu filius
fratris non intrat locum patris inquit Alex.ſecun
dum Bald. & Cuman. in d.§. in fideicommiſſ.
Idemq; repetit Alex.in conſ.4.col.3.vol.4. & la-
tius in conſi.129.vol.5. col.2. Idem quoque te-
net Cuma. in conſ.106. Maritus. col.2. Baldum
ſecutus ad vnguem,volenſque quòd in fideicom-
miſſo filius non intret locum patris, ſed prioritas
gradus attendatur. Idemque clarè firmat Aret.
in §.cum filius.col.1.in fi.inſt.de hæred. quæ ab
inteſ.defer. & poſt omnes ſupra commemoratos
Dec.in conſ.1.col.2.& tertia, vbi dicit iſtam eſſe
magis communem opin. quam etiam tenet.dici-
que in Curia Romana per Rotam fuiſſe iudica-
tum ſecundum eam in conſilio 408. ad fin. & in
conſilio 478. colum. fi.& conſilio 412. col.pen.
vbi declarat vnam rationem per eum poſitam in
d.conſ.primo. quam dicit ibi fuiſſe obſcurè poſi-
tam vitio impreſſoris. Idem quoque tenet Iaſ.
in l.ſi auiæ.num.5.C.de ſucceſſ.edi.vbi concludit
hanc opin. veriorem videri eamque latè firmat
Dec. ibi poſt Iaſ. num.6. & vltra Dec. & prædi-
ctos, idem tenet Rubeus in conſ.36. colum.fin.
vbi dicit quòd lex non ita modificat diſpoſitio-
nem teſtatoris ſicut ſuam. Concluditque in fi-
deicommiſſo aui de quo agitur, nepotem in locū
patris non ſubintrare,cique conſ.ſe latius ſubſcri-
pſerunt latè conſulentes Iaſ.Ruin. & Crot. ut pa-
tet in conſilio 37. 39. & 40. prout videri poteſt
hanc differentiam tenentes inter ſucceſsionem
legalem,ex titulo hæreditario, & per viam fidei-
commiſsi. Idemque firmat etiam Gozad.in con-
ſil.29.num.18. ubi dicit quòd licet nepos ſucce-
dat in locum patris quando agitur de ſucceſsio-
ne aui, uel patrui, tamen iſtud procedit quando
tractatur de ſuccedendo titulo hæreditario, & ſic
ab inteſtato: ſecus ſi iure fideicommiſsi.citat Bal.
& ſequaces de quibus ſupra per Dec.in d. conſil.
primo. Idemque tenet Pariſ.in conſil.18. num.
81.vol.2.& conſil.21.col.3.vol.3.& Tiraquell. in
tract.le mort.ſais.le vif. in ſecunda parte declarat.
decima,num.6.

Secundò principaliter accedit: quia iſta mate-
ria quòd filij fratrum in locum ſui patris ſucce-
dant non tendit omnino per rationes naturales:
ſed quia ſic æquum videtur Legiſlatori, ut inquit
Bal.in d.auth.ceſſante. col. ſecunda. ſubiungens
etiam col. fi. iſtud eſſe quandam fictionem quòd
nepos veniat, & vice patris fungatur, meritò ſe-
quitur, quòd hoc non debet habere locum in di-
3 ſpoſitione teſtatoris,quæ † videtur interpretanda
in caſu uerò,& non in ficto.l.fideicommiſſum. ff.
de cond.& demon. Ita arguit Rubeus, licet non
citet Bald.in conſ.82. num.3. vbi de hac quæſt.
pari modo loquitur.

Tertiò,tanto magis hæc opin.procedit,ſi uerū
eſt quod ſupponitur in facto,videlicet,quòd tem-
pore mortis d.Laurentij teſtatoris extarent dun-
taxat Andræas,& alij fratres Andreæ, non autem
d.Hier.eius filius, ſed quòd poſt mortem Lauren
4 tij fuerit conceptus. talis † enim nepos conce-
ptus poſt mortem teſtatoris non ſuccedit in lo-
cum patris ſui: quia teſtator ad eum non potuit
habere affectionem, nec ei vnquam fuit agnatus
vel cognatus.l.Titius.l.Item prætor. ff.de ſuis &
legi.& tunc propriè militat id quod dicitur quòd
nepos non ſuccedit in locum patris in fideicom-
miſsis: quia præſumptio eſt quòd teſtator habue-
rit maiorem affectionem ad proximiorem quàm
ad remotiorem, quem nunquam uidit. Ita ſin-
gulariter diſtinguendo concludit Rubeus in d.
conſ.82. in fi. & ſecundum iſtam concluſionem
conſuluit etiam pulchrè Curt.Iun.in conſ.57.nu.
12.& in conſil.ſequenti,inducendo ad hoc d.§.in
fideicommiſſo.ut ibi per eum, prout videri pōt.

Quartò concurrit, ꝙ teſtator ſubſtituit alios
fratres ſuperuiuentes decedentibus, ut dicitur in
teſtamento,quę ſubſtitutio facta de fratribus ma-
ximè cum hac qualitate(ſuperuiuentibus)non cō-
prehendit filios fratrum præmortuorum, ut tra-
dit Soc.in conſ.77.colum.3.& 4.volum.3. Idque
ſuadetur: quia teſtator ſic ſubſtituendo, uidetur
uoluiſſe quòd ſuperſtites ſuccederent ordine ſuc
ceſsiuo,ſeu ſalua gradus prærogatiua, ut per Dec.
conſ.299.in fin.Curt.conſil.43. colum.4. conſil.
caſu filij præmortuorum, non veniunt cum ſu-
perſtitibus.ut per Dec.ibi, & in conſil.1. nu.6. &
Pariſ.hæc omnia ponentem.in conſi.37.num.57.
vol.ſecundo.

5 Iſtis tamen non obſtantibus † procliuior ſum
pro parte Hier. nepotis teſtatoris ex filio, ſimili-
terque nepotis d. Io. Peregrini ex Andræa fratre
ſuo.pro quo bene facit gloſſ.nota.in dict.§. in fi-
deicommiſſo.relata ad illum text.qui de fideicom
miſſo loquitur,ubi occaſione text. qui dicit ad fi-
commiſſum uocari eos qui proximo gradu ſunt,
ſubdit, quòd quandoque qui ſunt in impari gra-
du æqualiter admittuntur ut filij fratrum cum
fratribus, & ſic vult quòd in ſucceſsione pa-
trui filius fratris cum alio fratre concurrat, de
quo caſu agitur in q. noſtra, & illam glo. appro-
bant ibi Caſt.& Imol. tranſeuntque Bart.& Ang.
6 taciteque ſentiunt illam bene loqui: quia † ubi
glo.aliquid notabile dicit,& quotidianum firmat,
ſi male loquitur,ſolent Bart. & Doct. de ea men-
tionem facere, ne lectores decipiat. Et ita bene
conſiderat Corne. in conſil.24.uolum.2.d.gloſſ.
ſequutus ſubiungens quòd iſta deciſio probatur
7 ex illa theorica quòd † contrahentes & teſtator

cenſentur ſe velle conformare cum. diſpoſitione
iuris, vt quemadmodum prædicti uocantur ad
ſucceſsionem per legem, ita idem ſit in diſpoſi-
tione teſtatoris, iuxta not. per Bart. in l. iuriſiur.
8 §. ſi liberis. ff. de oper. liber. ſed † ad ſucceſsionem
aui uel patrui filius intrat locum patris. §. cum fi-
lius. inſt. de hæred. ab inteſt. in auth. ceſſante. C.
de legit. hære. ergo. &c. & vltra Corn. d. gl. ſequi-
tur pulchre Soc. in conſ. 252. col. mihi. 12. in ſe-
cundo vol. ubi dicit quòd pluries conſultum vidit
pro ea, & adducit deciſ. Caſtr. in l. fi. C. de uerbo.
ſign. per illum text. in uerbo gradatim. ubi tenet
quòd in fideicommiſſo facto familiæ debent illi
de familia gradatim admitti, hoc eſt ſecundum
ordinem ſucceſsionis ab inteſtato: vt qui prius
ab inteſtato ſuccedat, prius admittatur, & ſic pa-
tet quòd prioritas gradus non inſpicitur in ma-
teria ſucceſsionis reſpectu proximitatis in ſucceſ-
ſione. Idem quoque clarè tenet Alex. in conſil.
26. col. pen. vol. 3. ubi dicit quòd cum illa glo. vi-
dentur alij Doctores magis communiter tranſire
excepto Bald. & quòd de mente illius gloſſ. eſt quod
frater, & filius fratris inuitentur ad fideicommiſ-
ſum eo modo quo inuitarentur ad ſucceſsionem
defuncti ab inteſtato. & hanc opin. gloſſæ ſequi-
tur & Ruin. in conſ. 8. colum. penul. vol. primo. &
in conſ. 142. num. 14. volum. 3. in quibus locis
inquit Bald. tranſiuiſſe conſulendo cum prædi-
cta glo. prout reperitur in conſ. 488. caſus talis
eſt. quidam Titius. volum. 3. ſecũdum impreſsio-
nem nouam. & Aret. in conſi. 144. diligenter, &
maturè. col. pen. cõcludens cũ Ruin. in fideicom-
miſſo nepotem cum patruo concurrere cum ſuc-
datur teſtatori non grauato. l. cohæredi. §. cum
filiæ. & ibi not. ff. de vulgar. & pupill. vnde cum
agatur hic de ſucceſsione aui, debet nepos ex filio
cum alio filio concurrere. d. §. cum filiæ. idemque
conſiderando grauatos in caſu noſtro qui ſunt
fratres; & patrui reſpectiuequè ad Ioan. Peregri-
num & Hier. nam & in ſucceſsione patrui nepos
cum fratre concurrit dict. authen. ceſſante. quam
glo. in d. §. in fideicommiſſo. trahit ad ſucceſsio-
nem ex fideicommiſſo ut ab inteſtato loquatur.
quã glo. omnes ſupra commemorati ſequuntur.
Sed ultra prædictos hanc opin. ſequitur Dec. in
conſ. 217. concludens quòd vbi agitur de ſucceſ-
ſione patrui, aui, vel proaui, etiam in fideicom-
miſſo, nedum ab inteſtato nepotem in locum pa-
tris intrare, & admitti cum patruo, & dicta per
eum in conſ. primo. procedere in ſucceſsione pa-
trui magni, ubi bene nepos in locum patris ſui
non uocatur, & venit. Hancque ſententiam gl.
prædictæ tenet etiam Gozad. in conſ. 4. num. 16.
& colum. penult. vbi dicit conſil. Dec. primum de
quo ſupra eſſe contra communem opin. Docto-
rum, eumque refert, & ſequitur hanc partem
Crauet. in conſil. 67. col. 2. & in conſ. 127. num. 3.
Idemque latè tenet Pariſ. in conſil. 36. colum. 2.
uolum. ſecundo, vbi dicit quòd dict. glo. commu-
niter ab omnibus approbatur, quòd quando per
fideicommiſſum ſucceditur auo vel proauo, ne-
potes, & pronepotes, ſuccedant in locum patris.
Sed & hanc partem pluries firmat Curt. Iun. di-
cens quòd licet circa intellectum glo. in d. §. in fi-
deicommiſſo. videlicet vtrum in fideicommiſsis
nepos ſimul ſuccedat cum patruo, magna ſit con
trouerſia, & uariatio inter Doctores; tamen ſibi
ſemper placuit. & ita ſæpe conſuluit, ut diſtin-
guamus an tractetur de ſuccedendo auo vel pa-
truo, in quibus caſibus filius ſuccedit loco pa-
tris. d. §. cum filius. & d. auth. ceſſante, & tunc idẽ
debeamus etiam dicere in fideicommiſſo. aut
tractamus de fideicommiſſo aliorum tranſuerſa-
lium, & tunc ſit ſecus, prout eſt ſecundum diſpo-
ſitionem legalem. Ita concludit ipſe in conſ. 57.
num. 8. & in conſ. 58. colum. 1. idem in conſ. 127.
num. 5. in conſ. 154. num. 5. & in conſ. 161. nu. 1.
vbi dicit quòd iſta ſolet eſſe magis communis re-
ſolutio, & in dictis locis Curt. Iun. & Pariſ. pon-
derant hanc eandem diſtinctionem uoluiſſe Dec.
in d. conſ. primo. & 217. prout uerè eam uoluit
vtrobique, dicẽs quòd dicta de fideicommiſſo in
quo filius non intrat in locum patris; vt per Bal.
in dicto §. in fideicommiſſo. procedunt in fidei-
commiſſo relicto familiæ, prout ille §. loquitur.
vel quando agitur de fideicommiſſo inter tranſ-
uerſales, ſecus eſt in deſcendentibus: vt quando
agitur de ſuccedendo auo per fideicommiſſum,
prout in caſu noſtro, cum ſuccedatur teſtatori,
vt dixi per dictũ §. cum filiæ. & idem conſiderat
Crauet. in dict. conſi. 67. colum. 2. & hanc partẽ,
quòd in fideicommiſſaria ſubſtitutione filius ſuc-
cedat in locum patris ſui, tenet etiam & dicit eſſe
communem magis opin. Ioan. Durantis. de arte
teſtan. titulo. 5. caut. 27. & Iaſ. in conſilio 215. in
tertio dubio. volum. 3. ubi approbat opin. d. glo.
9 Et † quanta ſit auctoritas gloſſ. in iudicando, &
conſulendo, latè confirmat ibi. Idemque tenet
in conſ. 159. in tertio fundamento uolum. 4. ubi
appellat. d. gloſſ. ordinariam & communiter ap-
probatam. Hanc opin. quoque latè refert Soc.
Iun. in conſi. 126. colum. ſecunda. vol. 1. nec eam
impugnat. & licet in caſu excludat remotiorem in
gradu, ideſt, quia erat filia grauati quæ concur-
rebat cum ſorore eiuſdem grauati vultque Soc.
Iun. ſororem excludi: quia latè tenet, & tuetur il-
lam opin. quòd in fideicommiſsis proximitas con
ſideretur reſpectu grauati, non aũt teſtatoris, de
qua latè per eum ibi num. 32. per 3. col. & ultra
eum per Tiraquel. de retractu, in titulo de retr. li-
nag. §. 2. glo. 2. nu. 20. vnde in caſu ſuo conſidera-
to grauato filia debet ſororẽ grauati præcedere:
licet ſecus fuiſſet conſiderato teſtatore, cuius al-
tera erat neptis ex filio, altera proneptis ex nepo-
te. Sed hoc quæſtioni noſtræ non obſtat: quia ſi-
ue conſideremus proximitatem reſpectu grauati,
ſiue reſpectu teſtatoris, idem ſequitur effectus.
Quia Io. Peregrinus & Hier. ut filius, & nepos
ex filio reſpectiuè teſtatori, æqualiter ſuccedunt
illi. d. §. cum filius, vel vt frater & filius fratris re-
ſpectiuè

reſpectiuum Petri Peregrini, & Iac. grauatorum
eodem modo æqualiter ſuccedunt.d.authen.ceſ-
ſante.& d.§.reliquum.ſecūdū quas ſucceſsiones,
ab inteſtato,& ex teſtō,legales Doctores oēs citati
pro hac parte Hier. metiuntur, & decidunt ſuc-
ceſsionem ex teſtamento & per viam fideicom-
miſsi. & ex prædictis apparet hanc partem pro
Hier.magis communem eſſe:quia plurium aucto-
ritate fomentatur:ſi quotæ Doctorum de quibus
10 ſupra numerentur,meritò † tenenda eſt,iux.not.
in cap.1.de conſtit.& in l.prima. C. de pœn.iudi.
qui malè iudic. eoque libentius eſt tenenda quòd
ſtat pro ea gloſſ.in d.§. in fideicommiſſo. Vnde
11 ſuccedit alia trita concluſio, quòd † quando ſunt
opiniones hinc inde contrariæ, præualet illa pro
qua ſtat gloſſ.prout tenet Angel.poſt Iacob. Bu-
trig.quem refert in l.1. C.qui pro ſua iuriſd. Bal.
in l.prima,in fin.ff.de vulgar.& pupill. in l.prima.
in fi.C.de ſenten.quæ ſine cer.quant. cum infini-
tis alijs cumulatis per Dec.,in d. cap. 1. in prima.
lect.num.43.& per Ioan.de Anan. in conſil.145.
num.18. Nec dicatur quòd illa glo. non dicit il-
lud ad quod allegatur,ut deducit Dec.in d. conſ.
primo,num.5.& in l.ſi auiæ.num.6.C.de ſucceſſ.
edic.quoniam ꝙ imò id dicat latè & pulchrè con
tra Dec. probat Gozad. conſ.4. col.pen.& Iaſ.in
d.conſ.215.in fi.vol.3.qui cum videri poſsint eos
non tranſcribam.

Et tenendo hanc partem non obſtant contra-
ria. Quo enim ad primum ſi auctoritates ſpecta-
12 mus plures ſunt in cōtrarium † quibus eſt adhę-
rendum.l.prima,ibi, & ſanè crebrior. ff. de offic.
quæſt.ſi verò rationes intuemur quibus mouen-
tur,& vtique ipſis non eſt adhęrendum:quoniam
illa diſtinctio inter diſpoſitionem hominis. & lo-
galem,non eſt tuta, aut fundamentalis: quoniam
13 † teſtator intelligitur ordinare voluntatem ſuam
ſecundum diſpoſitionem iuris communis ab in-
teſtato,vel ſtatuti quando ſupereſt loquentis ab
inteſtato, vt tradunt omnes poſt Bart. in l. hæ-
redes mei.§.cum ita. ff.ad Trebell. cum alijs infi-
nitis allegat.per Iaſ.in d.conſ.215.col.pen. vol.2.
& plures alios cumulat Soc. Iun. in d. conſ. 126.
num. 12. concludens in fideicommiſſo vocatos
cenſeri ſubſtitutos,pro vt eſſent ab inteſt. ſucceſ-
14 ſuri † meritò in q. noſtra talis diſtinctio de quo
ſupra inter diſpoſitionem hominis, & legalem,
manifeſtè confunditur ex dicta communi omniū
concluſione. ſicq. in q. noſtra Doctores omnes
ſupra citati tenentes filium fratris cū paruo con-
currere damnant prædictam diſtinctionem ex illa
communi cōcluſione, potiſsime verò Curt.Iun.
in d.conſ.57.& 58.Iaſonque in d.conſ.215. quo
fit,vt teſtator erga nepotes præſumatur affectio-
nem habuiſſe,quemadmodum, & lex habet, nec
minor videtur affectio erga filios filiorum, quàm
filios ut Bal. dicebat in d. §.in fideicommiſſo, ſeu
erga filium fratris, quàm fratrem, vt poſt eum
Imol.perpendit ibi. & ſequitur Iaſ. in d.cōſ.215.
col.pen.& Ioan.Duran. in d.caut.27. Quinimò
dici poteſt naturaliter maiorem affectionem in
poſteros dari quanto ſunt remotiores, vt ſcilicet
15 † plus diligamus nepotes, quàm filios, magiſque
pronepotes, cum per eos longiorem noſtri pro-
pagationem, & diuturnitatem quandam videa-
mus, ad quod tendit totalis intentio noſtra in
concipiendo,& edendo liberos. vt dicitur in l. li-
berorum.in fi.ff.de verbor.ſign. vnde illud, & pi-
gnora chara nepotes. Sicque arguit in ſimili Lu-
douic.Bologn.inter conſilia Alex.in conſ.53.vol.
3.Caſſan.in conſ.14.col.4.Curt.Iun.in cōſ.169.
col.fi.& tradit Soc.Iun. in dicto conſ.126. num.
54.cum ſimilibus,meritò attenta hac affectio. be-
ne debet nepos cum patruo poſſe concurrere ad
fideicommiſſum: quia teſtator qui illud fecit vi-
detur maiorem vel ſaltem parem affectionem ad
illum habuiſſe.

16 Nec obſtat inſuper † dum dicebat Bal. in d.§.
in fideicommiſſo.quòd in fideicommiſsis atten-
ditur ſola prioritas gradus:quia attento ꝙ in ſuc-
ceſsione aui vel patrui nepotes intrant locum pa
tris,non datur prioritas gradus, ſed paritas inter,
filium,& nepotem ex alio filio,vel fratrem & filiū
alterius fratris:vt inquit Iaſ. in dic conſ.215. col.
pen.& alios de quibus ſupra.& ſic ceſſat obiectū
& fundamentum Bal.de quo ſupra.

Ad ſecundum reſpondetur illud non attendi,
cum Doctores omnes non obſtante tali fictione
concludant nepotem admitti ex quo iuris cenſu-
ra intrat locum patris:ut inquit Soc. in d. conſil.
17 252.col.13.vol.2.nec immerito: quia † diſpoſi-
tio loquens in caſu vero trahitur ad fictum quan
do caſus fictus per legem reperitur æquiparatus
vero, vt tradit Domini. quem refert, & ſequitur
in notab.q.Ruin.in conſi.50. num.9. vol.3. con-
firmatq; ex notatis per Imol.Alex. Iaſ. & alios in
l.Gallus. §.& quid ſi tantum. vbi propriè, in ma-
18 teria ſubſtitutionum de qua agitur † appellatio-
ne mortis naturalis,& ueræ,venit etiam ciuilis, &
ficta, quod eſt ſecundum eos propter æquipara-
tionem à lege factam:quia mors ciuilis repræſen-
tat per omnia eundem effectum quem vera, quò
ad id de quo agitur ibi. Sic enim & in q. noſtra
nepos eſt æquiparatus filio teſtatoris in ſucceſ-
ſione patrui vel aui per legem, eundemque effe-
ctum repræſentat quoad hoc.dict.§.cum filius.d.
auth.ceſſante. ergo bene diſpoſitio teſtatoris po-
teſt tali caſu licet ficto interpretari, quidquid &
malè dicat Rub. Et lex,fideicommiſſum.de cond.
& demonſtr. aliam habet rationem, ut rectè in-
tuenti patet, nec ibi reperitur æquiparatio facta
inter caſum verum & fictum. vnde & diuerſa di-
ſpoſitio ſubeſt.

Ad tertium reſpondetur, animaduertendum
19 eſſe quòd licet † in fideicommiſſo nec nati, nec
concepti ſaltem tēpore mortis teſtatoris admit-
tantur.l.ſi cognatis. ff.de reb. dub.& ibi Bart. &
Doct.& tradit Ruin. in conſ.2.col. fi. vol.primo,
tamen illud procedit in legato ſeu fideicommiſſo,
purè relicto: ſecus autem in relicto in euentum

 futurum

futurum incertum, tunc enim ſatis eſt quòd ſint in rerum natura tempore quo euenit caſus ſubſtitutionis. Ita not. Ioan. Andr. in addi. Specul. in rubr. de teſta. ver. Item Lambertinus, ſequitur Alex. in conſ. 26. col. fi. vol. 3. & licet idem Alex. in conſ. 184. viſo themate. in princ. uol. 2. quem ſequitur Dec. in conſilio 195. colum. 4. in contrarium pungat: attamen idem Dec. in conſ. 299. num. 8. ſequitur primam opi. Alex. in d. conſ. 26. & eandem opin. inſuper tenet Paul. de Caſtr. in conſ. 13. alias 17. in cauſa quæ uertitur. quem refert, & ſequitur Soc. in conſil. 86. num. 12. vol. 3. Idem tenet Soc. in d. l. ſi cognatis. in 4. notab. & Soc. Iun. in d. conſ. 126. num. 53. volum. 1. ita ꝙ hęc eſt communis opin. quæ quidem fundatur in præſumpta affectione teſtatoris ad non natos nec conceptos tempore teſtamenti, ſicut & ad natos tuncque illi cognitos poſtquàm uerba ſua in futurum euentum concepit, meritò hic ceſſat argumentum. Rubeus in d. conſil. 2. in fin. quòd teſtator non potuerit habere affectionem ad non conceptum quem nunquam vidit. Id enim eſt falſum ſtante communi opin. de qua ſupra in dicta ratione fundata.

Minus etiam procedit conſideratio Curt. Iun. in d. conſ. 57. & ſequen. quatenus extantibus tempore caſus ſubſtitutionis natis tempore teſtamenti vult tunc non conceptos, ſed dudum poſt eius mortem cum illis non concurrere tanquam minus dilectos quàm fuerint illi qui tunc erant nati, & cognati teſtatori: & hoc per text. in d. §. in fideicommiſſo. inducendo ut per eum. Quia cum teſtator conceperit verba ſua, in futurum euentũ prout in caſu noſtro in quo teſtator dixit, & ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum tam natorum quàm naſciturorũ quãdocunque decederet ſine filijs, tunc ſubſtituit alios fratres ſuperuiuentes. nam hic caſus dudum poſt eius mortem poterat contingere, ita ꝙ extarent vel non extarent aliqui de tunc natis, & ꝙ extarent aliqui de natis, & conceptis poſt eius mortem: ſequitur ꝙ vniformiter teſtator dicitur habuiſſe affectionem ad omnes qui tunc extarent licet conceptos poſtea. & per conſequens non eſt verum ꝙ tunc natos magis dilexerit, quàm poſtea, ex quo vno verborum periodo omnes reſpexit, & de ipſis cogitauit. Text. què in d. §. in fideicommiſſo. alio tendit: quia ibi loquitur de nominatis qui præferuntur alijs non nominatis, ut prædilecti, quod dubium non habet, & hic omnes vniformiter ſunt uocati, & ad ipſos cogitatu. & propterea hæc opinio Curt. Iun. meo iudicio non procedit.

Ad quartum & ultimum dico illud poſſe pro-
20 cedere † quando eueniente caſu ſubſtitutionis plures ex ipſis inſtitutis ſuperſunt & viuunt. tunc enim quia illud uerbum, ſuperſtites, uel ſuperuiuentes, ſecundum rectam rationem ſermonis in eis poteſt verificari, filij præmortuorum non concurrunt cum eis, at ſecus eſt quando vnus tantum ex filijs inſtitutis tunc ſupereſt in quo verbum illud (ſuperuiuentes) pluralis numeri ſana ratione recti ſermonis non poteſt verificari,
21 tunc enim quia † ſi fieri poteſt à propria ſignificatione vocabuli non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. meritò fit interpretatio vt ſub illo verbo, ſuperſtites, contineantur nedum inſtituti ſed & eorum præmortuorum filij, & ſic ꝙ bona deueniãt in ſuperſtites, ideſt, in inſtitutos, vel qui ex eis ſupererint, & ſic verbum, ſuperſtites, vim habet incluſam, vt intelligatur de fratre, & liberis eius. Ita pulcherrime tradit Cuma. in conſ. 13. Titius inſtituit. col. 1. & poſt eum Pariſ. in d. conſil. 37. nu. 52. vol. 2. vbi etiam citat aliud conſiliũ Alex. quod inuenire non potui, ſed ipſi ſufficiant. Quibus addo quoq; doctr. Bar. in l. fi. ff. ad Treb. quem ſequitur Dec. conſ. 186. nu. 4. Rub. conſ. 62. Rimin. meus conſ. 38. nu. 7. & conſ. 186. nu. 3. & at in hoc caſu poſteriore verſamur, quia tempore quo deceſſerunt Iacob. & Petrus, & Peregrinus ſuperſtes tantum repertus fuit ex alijs fratribus inſtitutis Io. Peregrin. Andræas verò illis prædeceſſerat. in quo Io. Peregrino illud verbũ, ſuperuiuentes, ut pluralis numeri verificari nõ potuit. Ergo dicendum eſt concurrere d. Hier. filium Andreæ prædefuncti, & ſic intelligendum eſt fratres ſuperuiuentes, vel qui ex eis ſupererunt, ſecundum Cuma. & Pariſ. meritò ipſe Hiero. cum Io. Peregrin. concurrere debet, & ita conſulo, & concludo. Laus Deo.

Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.

CONSILIVM D. IO. BAPTISTAE de Plotis I. V. D. Equitis ac Comitis & vrbis Nouariæ patricij ac Oppidi Pernati Domini.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamento parentes relicta legitima filijs ac filiabus iure inſtitutionis, poſſunt in reliquis etiam extraneos inſtituere.*

Dos computatur filiabus loco legitimæ.

2 *Teſtamentum non ualet niſi teſtator ore proprio nominet hæredem. fallit num. 4. limita nu. 5. & 6. & 13.*

3 *Teſtamentum præſumitur rite & rectè factum.*

4 *Iulij Clari uiri Illuſtris laus.*

Teſtamento teſtator ſi poteſt articulatè loqui: ſufficit quòd hæres nominetur à notario: & quòd teſtator dicat, quòd ſic. ſed limita vt infra nu. 5.

5 *Teſtator ſi non poteſt articulatè loqui, non poteſt nutu nec ſignis teſtari, etiam inter liberos, nedum extraneos.*

Infirmi ad omnia reſpondere ſolent, quòd ſic.

6 *Teſtamentum & hæredis inſtitutio, nutu, uel ſignis fieri poteſt, fauore piæ cauſæ.*

Piæ cauſæ fauore inſti utio hæredis de ea nutu, aut ſignis: poteſt fieri & eſt communis opinio.

7 *Notario non creditur, aſſerenti teſtatorem eſſe ſanæ mentis, & eſt communis opinio, ſed quãdo præſumatur*

matur eſſe ſanę mentis, ibidem nu. 7. & 8. & 12.

Teſtator in dubio præſumitur ſana mentis.

8 *Teſtator ſi aliquando fuit mente captus, aut furioſus, ſeu ebrius an præſumatur etiam ſic fuiſſe tempore teſtamenti. & uide num. 12.*

Ebrius tempore contractus quis non præſumitur.

9 *Præſumptio ualiditatis actus præfertur quibuſcunque alijs præſumptionibus.*

10 *Conductor Domus quando expelli poſſit ob neceſſitatem Domini.*

11 *Teſtamentum ut ualeat præſumitur quòd hæres ſuperuixerit poſt teſtatorem.*

Fideicommiſſum ut habeat locum præſumitur q ſubſtitutus ſuperuixerit poſt mortē hæredis grauati.

12 *Furor in teſtatore an præſumatur duraſſe tempore teſtamenti. & uide etiam nu. 8.*

13 *Teſtamentum ſcriptum inſcio teſtatore: & eidem poſteà lectum, non ualet, ſi teſtator dicat, quòd ſic ore proprio hæredem non nominando. & eſt communi opi.*

Teſtamentum ſcriptum de uolontate teſtatoris articulatè loquentis; & eidem lectum; ſi dicat quòd ſic, ualet etiam quòd ore proprio hæredem non nominauerit.

14 *Statutum loci mariti & non uxoris attendendum & uide nume. 15.*

15 *Statutum lucri dotis loci mariti attenditur, & non uxoris, etiam quòd uxor non fuiſſet certiorata, & inſtrumentum eſſe factum in loco uxoris. & uide nume. 16.*

16 *Statutum locis mariti, quòd maritus non poſsit relinquere uxori, & non ſtatutum loci uxoris debet attendi, & uide nu. 25.*

17 *Vtile per inutile in teſtamentis non uitiatur.*

Teſtamēto ſi teſtator reliquit uxori ultra quantitatem ſtatuti, ualet uſque ad ſummam ſtatuti.

18 *Teſtamento ſi relinquitur uxori ultra quantitatem ſtatuti, ualet ſi habet onus annexum, quo deducto remanet ſolum pars à ſtatuto taxata.*

19 *Statutum ſi uult non poſſe relinqui uxori niſi ſummā de qua in ſtatuto: nō poterit uxor ſola relinqui executrix, nec diſtributrix bonorum mariti, ſed cum alijs ſic. & uide nu. 20.*

20 *Statutum ſi uult forenſi non poſſe bona ex contractu nec ex ultima uoluntate alienari, non poterit ſolus eſſe diſtributor, nec executor teſtamenti. ſed cum alijs ſic.*

21 *Electio pauperum committi poteſt uxori forenſi, & fratri minori, etiam aliàs incapacibus.*

Teſtamenti executor ſeu diſtributor ſi quis eſſe non poteſt, putà uxor aut forenſis ex forma ſtatuti: poteſt eſſe elector pauperum.

Frater minor eſſe non poteſt executor teſtamenti, ſed elector pauperum.

22 *Statutum ſi uult non poſſe relinqui uxori: & relinquatur tertio qui poſtea alienat uxori: quando præſumatur fraus.*

Alienatio prohibita in certum genus perſonarum: ſi fiat in perſonam permiſſam quę alienat prohibito: quando præſumatur fraus.

Incontinenti fieri quando dicatur.

Confeſtim fieri quando dicatur.

23 *Statuto prohibente relinqui uxori, ſi teſtator relinquat tertio qui alienat uxori, & uxor alij: quando alienata reuocantur.*

24 *Statutum prohibens relinqui uxori: uidetur etiam prohibere relinqui perſonæ ſubmiſſæ aut interpoſitæ.*

25 *Teſtamento relicta capaci etiam coniuncto incapacis ualent, nec præſumitur fraus ex ſola ſanguinis coniunctione. & uide nu. 26.*

Statutum ſeu lex prohibens relinquere alicui: ſi non ei ſed eius coniuncto relinquatur, non præſumitur fraus niſi probetur. & uide nu. 26.

Præſumitur relictum capaci coniuncto incapacis eidem capaci relictum eius nomine proprio, & non tanquam perſona ſubmiſſa incapacis. & uide numero 26.

26 *Statutū prohibens relinqui uxori, ſi relinquatur coniuncto uxoris, ex hoc ſolum fraus non præſumitur.*

Statutum diſponens quòd aſcendentes non poſſint meliorare conditionem unius deſcendentis, plusquàm alterius, non habet locum ſi relinquatur uxori deſcendentis, nec præſumitur fraus niſi probetur, & eſt magis communis opinio.

Fraus non præſumitur ex ſola ſanguinis cōiunctione.

Dolus & perſona ſubmiſſa pro incapace non præſumitur ex hoc ſolum quòd ſit relictum capaci coniuncto incapacis.

27 *L. 3 §. qui in eiuſdem poteſtate ff. de don. int. uir. & uxor. hodie correcta.*

Donatio hodie ualet facta per uxorem filijs proprijs aut priuigno exiſtentibus in poteſtate mariti, licet olim non ualeret.

28 *Statutum ſi uult relinqui non poſſe uxori, & maritus relinquat alij, quando fraus præſumatur.*

29 *Statuto quòd uxori relinqui non poſſit, non poteſt per maritos, & hæredes etiam cum iuramento renuntiari.*

Statutum quod uxori non poſſit relinqui, factū uidetur odio uxoris, & quare, & uide etiam nu. 30.

Pilus mulieris plus trahit quàm centum paria boum, uel camelus, eſt prouerbium uulgi.

Iuramēto nō firmatur actus odio alicuius ꝓhibitus.

30 *Statutum quòd uxori non relinquatur, locum habet etiam quo ad bona extra territorium ſtatuti. & etiam quòd maritus extra territorium teſtaretur.*

31 *Statutum originis mariti & non mutati domicilij attendendum ſuper ſtatuto quòd uxori non relinquatur, & ſuper alijs.*

32 *Statutum ciuitatis quòd uxori non relinquatur, & omne aliud ſtatutum ſeruandum etiam in oppidis ſeparatis, & infeudatis: etiam quòd ſtatuta haberent ſeparata, eſſe recurrendum ad ius Romanorum eis deficientibus.*

33 *Statutum quòd uxori non relinquatur, non cenſetur prohibere grauari hæredes mariti ad non contrahendum abſque eius conſenſu, & quid ſi abſque cauſa uelit conſentire.*

34 *Statutum prohibens contrahi inter coniuges, non*

cenſetur

cenſetur probibere ultimam uoluntatem.

35 *Statutum probibens acquiri per contractum, uel alio modo, non cenſetur probibere acquiri per ultimam uoluntatem.*

36 *Statutum requirens in contractibus mulierū conſenſum agnatorū non cenſetur requirere in ultima uoluntate.*

37 *Statutum quòd maritus non poſſit relinquere uxori intelligitur in ultima uolũtate: non ex contractu fallit nu. 39.*

Relinquere, uerbum, intelligitur in ultima uoluntate, non ex contractu, fallit nu. 36.

38 *Statuta iuris communis correctoria, non debent extendi ex identitate nec maioritate rationis, & eſt communis opinio.*

39 *Statutum quòd uxori relinqui non poſſit in ultima uoluntate, nec in contractu, operatur quòd etiam ex contractu ficto oneroſo, uel lucratiuo illi aliquid dare non poteſt.*

40 *Statutum probibens etiam ex contractu relinqui uxori, intelligitur ſecundum ius commune in contractibus lucratiuis, uel oneroſis ſimulatis, non autem in contractibus oneroſis palam & bona fide factis.*

41 *Dotis confeſſio quando ualeat uel non ualeat, ſtante ſtatuto quòd maritus ex contractu non relinquat uxori nu. 42.*

42 *Statutum quòd maritus in ultima uoluntate nec contractu poſſit aliquid uxori dare uel relinquere non habet locum in confeſſione dotis: quia non obſtante ſtatuto ualet in eiſdem caſibus, quibus de iure communi ualet. & uide nu. 43. & 75.*

43 *Statuta generaliter loquentia non comprahendunt caſum contra dotem.*

44 *Statutum ſi uult maritum non poſſe relinquere uxori, an poſſit eam filio pupillo ſubſtituere.*

Subſtitutio pupillaris facta per maritum de uxore filio, quando ualeat, ſtante ſtatuto quòd maritus non poſſit relinquere uxori.

45 *Statutum quòd maritus nõ poſſit relinquere uxori niſi medietatem uſusfructus & quinquaginta, non habet locum quando maritus eſt locuplex, & uxor ſuperſtites inops abſque dote, uel cum pauca dote: quia tunc maritus poteſt & debet eidem relinquere quartam partem bonorum ſuorum, ex auc. præterea. C. unde uir & uxor.*

Vxor inops cum dote pauca uel ſine dote petere põt quartã partẽ bonorũ mariti & quòd maritus illã priuaſſet, ubi maritus præcedens erat locuples.

Aucten. præterea. C. unde uir & vxor. ampliatur.

Statuta limitoria non uidentur ſublata.

Iura limitatoria non uidentur ſublata.

Clauſula (non obſtantibus) nõ tollit iura limitatoria, nec conceſſa cauſæ miſerationis, uel piæ cauſæ aut hoſpitali, nec pro alimentis.

46 *Statutum quòd maritus non relinquat uxori habet locum etiam quòd hæredes mariti conſenſerint & iurarent uiuente marito. uide ample uſque ad num. 61. ſed ſi hæredes mariti conſentiunt eo mortuo tunc ualet teſtamentum. fallit in caſu. nu. 61.*

Conſilium Barbatię. 12. uol. 1. reprobatur. numer. 46. vſque ad nu. 61. & ſaluatur ſolum in caſu. nu. 61.

Teſtamento quo relinquitur vxori vltra metam ſtatuti: non ualet. etiam quòd hæredes viuente teſtatore cum iuramento illi conſentirent. n. 46. uſque ad nu. 61.

Teſtamentum quo vxori fuit relictum ultra metam ſtatuti ualet, ſi hæredes mariti eo mortuo conſentiunt: fallit in caſu nu. 61

Forma non poteſt renuntiari.

47 *Statuto probibitiuè loquenti non poteſt renuntiari.*

48 *Statutum quòd maritus non poſſit relinquere vxori, cenſetur factum odio vxoris, ne illecebris & delinimẽtis illaqueat maritum, ad ſibi relinquendum quidquid vult, & uxor marito infirmo non ſeruiat ſi eidem non reliquat quæ vult vxor.*

Mulierum genus auariſſimum & ſubdolum.

Mulieres regulariter præſumuntur malæ, licet multæ ſint bonæ.

Mulier ad hominem iter mali, iter mortis.

Statutum quòd maritus non poſsit uxori relinquere, factum fuit propter malas mulieres ſeducentes maritos, & recuſantes eis infirmis ſeruire, niſi relinquerent quidquid uellent, ſed tale ſtatutum locum habet etiam contra bonas mulieres, exemplo Calphurniæ. & uide nu. 49.

49 *Teſtamentum & donatio cauſa mortis non prohibetur inter coniuges de iure communi.*

Donatio inter viuos de iure communi inter coniuges confirmatur morte.

50 *Statuto probibenti actum fieri odio alicuius creditoris, uel alterius, puta vxoris, ut maritus ei nil relinquat, non poteſt etiam cum iuramento renuntiari per maritum nec hæredes.*

Iuramento non firmatur actus probibitus odio creditoris, uel alterius, puta vxoris, cui ex forma ſtatuti nil poteſt relinqui, etiam ſi maritus & hæredes iurarent. & uide nu. 51.

51 *Statutum quòd uxor non poſsit relinquere uiro ualet: quia cenſetur factum ne vxor cogatur teſtari, & ſic odio mariti.*

52 *Teſtatorem blandis uerbis inducere ut te inſtituat hæredem licet fallit. nu. 53 cum ſeq.*

Verbis blandis uti licet ut teſtator hæredem te inſtituat fallit. nu. 53.

Teſtamentum primum etiam iuratum tollitur ſecundo, nec teſtator dicitur periurus. & eſt commun. opinio.

Iuramentum de non reuocando teſtamentum non tollit reuocationem dicti teſtamenti. & eſt commun. opinio.

Periurus non dicitur teſtator iurans non reuocare teſtamentum, ſi poſteà illud reuocat. & eſt commun. opinio.

53 *Teſtamentum primum non tollitur per ſecundum factum per falſas ſugeſtiones, vel adulationes, aut importunitatem, & amplia uſque ad numer. 60.*

54 *Teſtamentum primum factum etiam in fauorem extranei non tollitur per ſecundum etiam factum*

ad

ad pias cauſas; ubi ſecundum factum fuit ad falſas ſuggeſtiones.

55 Teſtamentum primum factum in fauorem piæ cauſæ, non tollitur per ſecundum factum ad falſas ſuggeſtiones.

56 Doli actio competit hæredi inſtituto in primo teſtamento contra ſecundum teſtamentum reuocatorium primi factum ad falſas ſuggeſtiones, uel per importunitatem.

57 Votum per aliorum impulſum emiſſum, non debet ſeruari.

Doli indicia cõtra reuocari facientẽ primũ teſtamẽtũ.

Teſtamentum ſecundum per quæ indicia præſumatur factum ad falſas ſuggeſtiones vt teneat primũ. & vide ſupra nu. 55. & infra nu. 68.

58 Teſtamentum ſecundum eſſe factum per falſas ſuggeſtiones probatur ex coniecturis & indicijs ad hoc vt valeat primum. & vide ſupra nu. 55. & 57.

Teſtes ſingulares ſufficiunt, ad probandum ſecundum teſtamentum eſſe factum per falſas ſuggeſtiones.

Dolus probatur indicijs & coniecturis.

59 Barbatia con. 12. vol. 1. reprobatur & contra ipſum con. vide à num. 46. infra vſque ad num. 62.

60 Pactum de hæreditate viuentis quando valeat.

L. fin. C. de pactis declaratur.

61 Teſtamentum quo vxori relictum eſt vltra metam ſtatuti, valet ſi illi conſentiant hæredes mariti poſt eius mortem, & non ante. & vide ſupra num. 46. vſque ad nu. 62. fallit vt hic num. 61. in fi.

Hæredum conſenſus gratuitus ſapit donationem, & non valet vbi non eſt adhibita ſolennitas requiſita in donationibus.

Conſenſus gratuitus eſt donatio, & non valet vbi nõ interuenit ſolemnitas requiſita in donatione.

Donationis ſolennitas requiſita in donatione expreſſa, requiritur etiam in tacita.

Statutum requirens in donationibus expreſſis ſolennitatem, puta iuramenti: vel aliam, procedit etiam in donatione tacita.

62 Statuto quòd maritus non relinquat uxori, quando poſſit per principem derogari.

Princeps quando poſſit derogare ſtatutis.

Princeps regulariter non tenetur etiam de honeſtate ſeruare ſtatuta, cis tamen abſque cauſa diſpenſans peccat mortaliter.

63 Statuto petẽs derogari quid debeat in ſupplicatione exprimere.

Statuta Nouariæ urbis facta qñ erat ciuitas libera.

64 Statutum prohibens marito relinquere uxori, an cẽſeatur prohibere & quando uxori, relinquere marito: uide uſque ad nu. 73.

Donatio inter uiuos quando confirmetur morte inter coniuges.

65 Statutum prohibens legari uxori cenſetur etiam prohibere illam hæredem inſtitui.

Legato prohibito cenſetur etiam prohibita hæredis inſtitutio.

66 Statutum quòd maritus non relinquat uxori, niſi expreſſa in ſtatuto, non habet locum in uxore relinquente marito, ubi expreſſa in ſtatuto non conueniunt marito, & tunc uxor non cenſetur prohibita marito relinquere.

67 Statutum quòd maritus non relinquat uxori, non cẽſetur prohibere uxori relinquere marito, ubi eſt ſtatutum quòd ſtatuta ſeruentur ad literam, uel præcisè.

68 Statuta dicentia quòd ſeruentur ad literam, & præcisè, aut inconcuſſè, uel quòd non poſſint gloſſari nec interpretari, cenſentur tollere gloſſas hominis, non legis, & ideò debent interpretari ſecundum ius commune: & eſt commu. opin. etiam quòd ſtatuta ſint facta ad correctionem iuris cõmunis.

Statutum quòd filiusfamiliàs poſſit teſtari, intelligitur ſecundum ius commune.

69 Statutum quòd teſtamentũ poſſit fieri coram quinque teſtibus, cenſetur uelle quòd teſtes ſint omni exceptione maiores: etiam ſi ſtatutum iſtud non dicat, & qui nõ ſint teſtes oĩ exceptione maiores.

Statutum quòd in teſtamento ſufficiant quinque teſtes intelligitur de teſtibus omni exceptione maioribus, et ſi ex quinque deficiat unus qui non ſit omni exceptione maior, non ualet teſtamentum.

Teſtes omni exceptione maiores non ſunt infamis, piurus, cõdẽnatus ꝑ crimine, homicidio, inimicus, ſpurius, concubinarius, blaſphemator, uſurarius pauper, auunculus inſtituti. Et ideo tales non poſſunt pro teſtibus adhiberi in teſtamento, quo ſufficiant ex formà ſtatuti quinque uel quatuor teſtes: & ſi unus ex eis adhibeatur non ualet teſtamentum.

70 Codicillis requiruntur quinque teſtes omni exceptione maiores, unde non ſufficit pro teſte auunculus honorati in codicillis.

71 Statutum quòd maritus non relinquat uxori, non cẽſetur prohibere uxori relinquere marito: quia non militat eadem ratio correlatiuorum.

72 Statutum quòd maritus nõ poſſit relinquere uxori, non cenſetur prohibere relinquere ſocero, & ſic patri uxoris, niſi probetur perſona interpoſita.

73 Statutum quòd maritus non poſſit relinquere uxori, non cenſetur prohibere relinqui cauſa alimẽtorũ.

Legatum alimentorum etiam aliàs incapacibus fieri poteſt.

Alimentorum legatum dicitur eſſe ad pias cauſas & etiam aliàs incapacibus fieri poteſt.

74 Statutum quòd maritus nõ relinquat uel donet vxori, non habet locum ubi ſit cauſa remunerationis & quæ merita eſſe debent.

Donatio inter uirum, & uxorem remuneratoria ualet, ſed non creditur de meritis niſi probentur. & quæ merita eſſe debeant.

Confeſſio dotis non receptæ facta à marito plebeio uxori nobili ualet.

75 Statutum quòd uir non relinquat uxori, nõ habet locum ubi uir eſt plebeius, & uxor nobilis. et limita. num. 77.

76 Statutum ut ſuir nõ relinquat uxori, non habet locum ſi uir eſt ſenex & uxor iuuencula, ſed limita. n. 77.

77 Dotis augmentatio facta tempore matrimonij per maritum ſenẽ uxori iuuencula uel per maritum

plebeium

plebium vxori nobili valet, & operatur quòd cenſentur tunc remuneratæ, & prætextu iuuentutis aut nobilitatis aliam recompenſationem non poſſint vxores prætendere.

78 *Statutum quòd vxori non relinquatur vel donetur non habet locum in donatis per ſponſum ſponſæ ante contractum matrimonium.*

79 *Statutum quòd maritus vxori non relinquat niſi dimidium vſusfructus bonorum ſuorum, intelligitur ſecundum ius commune, deducto prius ære alieno, & legitima filiorum. Et q. vxor teneatur facere inuentarium & ſatiſdare. & uide uſque ad fi. con.*

Vſusfructus relictus uxori uel alij intelligitur deducto prius ære alieno & legitima filiorum.

Legitima filiorum deduci debet de vſufructu alij relicto.

80 *Vſusfructus relictum uxori uiuentibus filijs, intelligitur ſolum reſpectu alimentorum, ſed eis defunctis de uerò uſufructu etiam in præiudicium ſubſtituti.*

Vſusfructus uxori relictus filijs uiuentibus, intelligitur de uero uſufructu, & non de alimentis tantum, ubi teſtator ita declarauit.

81 *Vſufructuarius tenetur facere inuentarium & ſatiſdare etiam ſi eſſet uxor teſtatoris, nec iſta poteſt teſtator remittere, & eſt communis opinio.*

CONSILIVM CLXVIII.

Heus Lector habes in hoc conſilio tractatum teſtamentorum ac ſtatutorum per Italiam vigentium, quòd maritus non poſsit relinquere vxori niſi contenta in ſtatuto.

IESVS REX æternæ gloriæ ſit mihi in auxilium. In cauſa teſtamenti conditi per Mag. D. Melchiorem Torniellum Dominũ Caſtri & oppidi Nibiolæ patruũ mag. D. Dianiræ Torniellæ vxoris meæ ſecũdæ: de pluribus dubijs requiſitus, ad ſingula rñdebo.

1 Adprimum † dubium, dico quòd cum idem mag. D. Melchior Torniellus matrimonio collocauerit mag. dominam Iſoltam eius vnicam filiam legitimam & naturalem Illuſtri domino Iulio de Vicecomitibus patritio Mediolani Domino ac feudatario Fagnani, eidem, in dotem fundalem dando domos & prædia pratiua & arabilia ſita in territorio Graualonæ diœceſis Nouarienſis, quæ locari ſolent pro annuo affictu aureorũ quatuor centum & vltra, quòd potuit idem mag. D. Melchior eandem mag. D. Iſoltam eius filiam hæredẽ particularem inſtituere in ipſa dote, & in reliquis eius bonis inſtituere hæredes ſuos vniuerſales mag. dominum Nicolaum, & mag. D. Herculem fratrem vxoris meæ, ac mag. D. Georgium, omnes de Torniellis eius nepotes ex tribus eius fratribus prædefunctis: quia dos data filiæ computatur eidem in legitima debita iure naturæ, text. in l. quoniam nouella. & ibi Doct. C. de inoffi. teſtam. Bal. l. iubemus. C. ad Trebell. Spec. de inſtr. edit. §. 13. ver. ſed ſuper, Bart. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. Ergo licuit eidem mag. D. Melchiori aſsignata dote eius filiæ & in ea hærede particulari inſtituta: in reliquis alijs ſuis bonis inſtituere dictos eius nepotes ex fratribus hæredes vniuerſales: quia pater, relicta vel data legitima filijs, aut filiabus, poteſt in reliquis eius omnibus bonis inſtituere hæredes vniuerſales non ſolum nepotes ex fratribus, uerum etiam penitus extraneos, & ſibi non attinentes, etiam abſque aliqua cauſa ingratitudinis, text. in authen. vt liceat matri & auiæ. & alijs parentibus poſt legitimam partem liberis de relictam, quomodo uoluerint reſiduam facultatem ſuam diſponere, vt habetur in auth. nouiſsima. ubi text. & Doct. C. de inoff. teſtam.

2 Neque obſtat † dicere teſtamentum non ualere ſub prætextu quòd teſtator ore eius proprio non nominauit hæredes, neque hoc eſt ſcriptum in teſtamento, quòd ore eius proprio nominauerit filiam hæredem particularem & eius nepotes ex fratribus hæredes vniuerſales, prout videtur requiri de iure communi, quòd teſtator nominet hæredem eius nomine proprio. l. iubemus. C. de teſtamen. & in l. hæredes palam. in princ. ff. de teſtam. illuſtris D. Iulius Clarus Senator optimus & clariſsimus Mediolani lib. 3. ſent. §. teſtamentum. q. 37.

3 Quia ad hoc reſpõdetur pluribus modis. † Primò dicitur q imò ipſe teſtator nominauit hæredes ore proprio, ut eſt ſcriptum in instrumento teſtamenti, pro quo omnia præſumuntur rite ac recte fuiſſe facta. l. cum precibus. C. de proba. ubi eſt text. quòd præſumitur pro inſtrumento donec probetur contrarium.

4 Secundò reſpondetur, quòd † ubi teſtator poteſt articulatè loqui, & erat in bono ſenſu, & in bono propoſito loquendi, prout poterat mag. D. Melchior Torniellus loqui propoſitè & articulatè: non requiritur quòd teſtator ore proprio nominet hæredem, ſed ſufficit hæredem nominari per notarium, uel alium interrogantem teſtatorem, ſi vult teſtator inſtituere hæredem talem, puta mag. dominum Bernardinum de Plotis doctorem, & q teſtator reſpondeat quòd ſic; uel quòd contentatur. & eſt communis opinio glo. in verſic. quemadmodum. in d. l. iubemus. & ibi Iaſ. colum. pen. num. 10. ver. gloſſ. in uerſi. quemadmodum. C. de teſtamen. Afflictus deciſ. 143. vtrum, num. 2. & 3. Bart. & Doct. in d. l. hæredes palam. in princip. ff. de teſtam. Angel. in l. in fraudem, §. 1. ff. de teſtam. mil. Alexan. conſi. 12. Redemptoris &c. viſo. col. 3. vol. 1. & conſi. 33. ponderauis. vol. 3. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. d. l. iubemus. & Afflict. d. dec. 143. utrum, num. 3. Et quòd hęc ſit communis opinio in iudicijs & ſcholis approbata atteſtatur idem illuſtris Dominus Iulius Clarus, patricius

vrbis

vrbis Alexandriæ clariſsimus, Senator regius &
Ducalis Mediolani, deinde ob eius ingentes animi
dotes, & accutiſsimum ingenium, creatus præ-
ſes illuſtrium Dominorum Quæſtorum extraor-
dinariorum Regiorum ac Ducalium, Domini Me
diolani, poſteà factus regēs regius totius Medio-
lanenſis ditionis apud Sereniſsimum & Catholi-
cum Regem Philippum Auſtriacum, Regem qui-
dem ter maximum Hiſpianiarum vtriuſque Sici-
liæ &c. & Mediolani Ducem, in eius diuino ope-
re ſententiarum communiter receptarum lib. 3.
in §. teſtamentum. q. 37. incipien. dicebam etiam,
in verſic. ſed quid ſi notarius aut aliquis alius ex
aſtantibus, ubi latè & copiosè doctè ac ſubtiliter
probat quòd hæc eſt communis opinio. & alle-
gat Afflict. dict. deciſ. 143. vtrum. num. 3. & Soci-
num teſtantem de communi conſ. 20. Dominus
labia &c. abunde. volum. 4. & Doctor. in d. l. iube-
mus. C. de teſtamen. & in ſpecie Raphaelem Ful-
goſium, qui in d. l. iubemus. dicit quòd ita com-
muniter tenetur: quem refert Corn. conſi. 261. in
nomine Domini &c. de duobus. in littera p. vol.
quarto, & Alex. in d. l. iubemus. nu. 9. & Iaſ. nu 10.
vbi teſte Angel. inquit quòd hæc eſt communis
opinio approbata in iudicijs & in ſcholis. & Ale-
xand. conſ. 12. Redemptoris &c. viſo. num. 6. vol.
primo, conſ. 33. Domini & c. ponderatis. num. 5.
vol. 3. & conſ. 47. num. 7. volum. 2. Imol. cap. cum
tibi. num. 3. de teſtamen. Corn. conſil. 73. in no-
mine Domini. viſis. in littera h. vol. 1. & conſilio
257. in nomine Domini, circa ſi. uol. 1. Bald. no-
uel l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Doct. in apo-
ſtil. ad Alexan. in d. l. iubemus. num. 9. C. de teſta-
men. Iaſ. conſ. 124. Redemptoris &c. dico in fi.
volum. 1. Dec. conſ. 499. Diuino implorato præ-
ſidio &c. in caſu. poſt num. 3. verſ. & in caſu Ruin.
conſil. 12. num. 9. & 12. volum. 2. Bertran. conſil.
212. num. 17. volum. 4. Bauer. inſtit. de teſtamen.
in princip. num. 64. cum ſeq. Socin. Iun. conſilio
144. num. 13. & conſil. 178. num. 16. & conſilio
183. num. 26. volum. 2. & vlterius idem Illuſtr.
D. Iulius Clarus clariſsimus allegat Nicolaum
Boerium Præſidem digniſsimum deciſ. 35. nu. 6.
Cranet. conſ. 117. num. 1. Nic. Bellonum uirum
illuſtrem eius & meum præceptorem Papiæ qui
fuit ſenator Mediolani, & aſſeſſor ac auditor Ge-
neralis Reginæ Mariæ Auſtriacæ gubernatricis
Flandriæ conſ. 62. num. 8. & Io. Dil. de arte teſtan-
di. tit. 4. caut. 2. num. 1. Et ita inquit obſeruari
idem Ill. D. Iulius cognomine & ſanguine clarus:
ſed moribus & virtutibus clariſsimus, d. §. teſta-
mentum. q. 37. verſ. ſed quid ſi notarius. Et pro
tali obſeruantia allegat Bart. d. l. hæredes palam,
in fi. princ. Ergo ab hac communi opinione, de
qua communi teſtificantur prædicti omnes Do-
ctores: quorum quilibet vnam Prouinciam rege-
re & mouere poſſet eorum auctoritas. non eſt re-
cedendum: quia à communi opin. in iudicando &
conſulendo non eſt recedendum. l. 1. ubi text. &
Doct. ff. de offic. quæſtor. glo. & Doc. ca. capella-
nus. de ferijs, text. & Doct. c. ne innitaris. de con-
ſtit. & hęc communis opin. procedit vbi teſtator
non eſt adeò oppreſſus morte q̄ articulatè loqui
non poteſt: ſed habet adhuc bonum ſenſum, &
bonam memoriam: aliàs ſecus. & ita loquuntur
omnes Doctores ſuperius allegati, ut inquit ipſe
illuſtris D. Iulius Clarus Doctor perpetui nomi-
nis celeberrimus d. §. teſtamentum q. 37. circa me
dium. ver. Scias ergo: vbi enim teſtator articula-
tè, vt ſolebat prius, loqui non poteſt, etiam ſi uel-
let, ita q̄ eius verba intelligi non poſſunt, tunc nō
ſufficit quòd notarius uel alius interroget teſta-
torem ſi vult relinquere hæredem D. Franciſcum
Plotum, & quòd teſtator reſpondeat quòd ſic,
vel quòd eſt contentus. Iaſ. dic. l. iubemus. col. 1.
num. 4. verſ. Item ex prædictis habes. & ibi Ang.
Alex. & Moder. C. de teſtam. Et eſt ratio: quia
infirmi cogitatione mortis turbati, & morbo gra
uati & ſitibundi, de facili ad omnia reſpondent
quòd ſic, maximè ſolitis ſibi propinare aquam
coctam: uel poma aurantia, ſiue mauis mala au-
rea, aut grana mali punici, & ſimilia. vt atteſtatur
idem illuſ. D. Iulius Clarus. d. §. teſtamentum. q.
37. incipien. dicebam etiam, uerſ. ſed certè licet
fortè, nec poſſunt tali caſu nutu teſtari. Vnde
cum pater Epiſcopi Peruſij eſſet infirmus, nec
poſſet loqui, & Epiſcopus illi dixiſſet, ſi vis me in-
ſtituere hęredem ſtringe manum mihi, & ita fe-
cit, fuit iudicatum tale teſtamentum non valere.
Bald, Ang. & omnes Moder. in d. l. iubemus. ubi
Iaſon col. 1. num. 4. verſ. Item ex prædictis. C. de
teſtamen. Angel. l. in fraudem. §. 1. cum gloſſ. ff. de
teſtamen. milit. Bal. & Paul. de Caſt. l. & in epiſto-
la. C. de fideicom. Nam & miles nutu teſtari non
poteſt. d. §. 1. cum glo. per Iaſ. d. l. iubemus. nu. 4.
ver. Item ex prædictis.
6 Et eſt ſpeciale † fauore piæ cauſæ, vt quis nu-
tu teſtari poſsit: quia fauore piæ cauſæ ualet teſta-
mentum conditum nutu aut ſignis, & eſt comm.
opi. Iaſ. d. l. iubemus. col. 2. num. 4. uerſ. tamen ad
pias cauſas. C. de teſtam. gl. & Doct. communiter
in c. cum tibi. de teſtam. Bal. in l. 1. de ſacr. eccleſ.
Anchar. & Imol. & alij in c. 2. de teſtam. Angel. &
Alex. d. l. iubemus. Felyn. cap. in præſentia. col. 2.
de probat. Barbat. conſ. 43. illud. col. 5. & ſeq. vol.
3. Cald. conſ. 4. de teſtam. Iaſ. l. licet inter priua-
tos. col. 1. ver. tertiò confirmo. C. de pac. & in au-
then. ſi qua mulier. col. 2. C. de ſacroſ. eccl. & in l.
ſi cui legetur. §. hoc autem. col. fi. ff. de leg. 1. Et
hæc eſt communior opi. vt inquit Illuſ. & copio-
ſus Doctor D. Andræas Tiraquellus in tract. dę
priuileg. piæ cauſæ, in octauo priuilegio, in princ.
& uer. ſed prima opi. ut communior eſt: ergo in
contrarium eſt ius commune ſi eſt ſpeciale fauore
piæ cauſæ, ut nutu aut ſignis teſtari quis poſsit. l.
1. in fi ff. ad municipales.
7 Sed † nos ſumus extra iſtā difficultatem, ex quo
notarius in teſtamento atteſtatur quòd teſtator
prout ex eius uerborum clara prolatione conſta-
bat erat ſanus mente licet corpore infirmus: pro
caſu

caſu licet ſecundum communem opin. non credatur in hoc notario; vt inquit Iaſ. in l. Senium. col.1.num.3.verſ.communiter tenetur.C.qui teſtamen.facer.poſſ.Bal.Ang.& Raph.l.2.ff. de teſtam. Attamen ex quo teſtator dum viueret ſollitus erat eſſe ſanus mente, præſumitur quòd etiã tempore conditi teſtamenti fuerit mentis ſanæ. Iaſ.l.furioſum.col.2.in ſin.num.3.uerſ. quid autẽ ſi non apparet,ibi,tu dic.C.qui teſtam. fac.poſſ. Et in dubio quilibet præſumitur eſſe & fuiſſe ſanæ mentis. & eſt præſumptio iuris & naturæ iſta præſumptio,adeo ꝙ dicens aliquem tempore cõtractus aut teſtamenti ſeu codicilli uel alio in tẽpore fuiſſe inſanum ſeu mentecaptum,aut furioſum,ſeu ebrium,& mentis non compotem, tenetur hoc probare, alioquin ſuccumbit, quia quilibet præſumitur eſſe & fuiſſe ſanè mentis,& in bono ſenſu.text.in l.nec codicillos. in fin. & ibi glo. ver.fidem.in fi.C.de codicil.ubi Bald. & Doctor. per Bal.l.quidam in ſuo.in 2.not.ff.de condit. inſtit.Bart.l.filium.ff.de acq.hæred. gloſſ. & Doct. cap.fi.uerſ.compotem.de ſucceſſ.ab inteſt.Card. Zabarella conſ.56. caſus ſuper quo. col.2. Dec.l. Senium.col.2.num.9.uerſ.iſta tamen quæſtio.C. qui teſtam.fac.poſſ.

8 Et hoc procedit etiam † quòd non creditur, ſi conſtaret quòd teſtator uel contrahens ſolitus eſſe ſanę mentis fuiſſet aliquo momento temporis, puta una uel duabus horis, uel vno die vel duobus furioſus, aut mentecaptus ſeu ebrius: quia tunc cũ talis furor ſeu mentiſcaptio & ebrietas non ſit ſucceſsiuus nec ſucceſsiua: non attenditur: & præſumitur quòd actus fuerit factus dũ eſſet ſanæ mentis, niſi probetur contrarium.Iaſ. d.l.furioſum.col.2.in fi.num.3. verſ. quid autem ſi non apparet,ibi, tu dic. C. qui teſta.facer.poſſ. arg.l.pretia rerum.ff.ad leg.Falc. & l.cum quæritur. ff.de ſtat. hom. Præſumptio † enim quæ facit pro ualiditate actus prefertur quibuſcunque alijs præſumptionibus. Dec. in l. poſtquam liti. col.3.num.23.verſ.& ad hoc facit. C. de pact. & in c.quoniam Abbas.de offic.deleg.Paul.de Caſ. in l.ex imperfecto.C.de teſtam.Alex.l.quamquã. C.de teſtam.mili. Nam ut actus ualeat & ſit cum effectu receditur à natura diſpoſitionis.l.qui concubinã.§.qui hortos.ff.de leg.3.Aret.in l.huiuſmodi.ff.de verb.oblig.Bart.l.his uerbis.§.fi.ff.de leg.3.Bal.l.liberti.col.pen.de oper. lib. per l.fundus qui locatus.ff.de fun.inſtr. Dec. in l. poſtquã liti.num.23.C.de pact.

10 Et propterea licet † Inquilinus ſeu conductor domus poſsit durante eius locatione expelli, ſi locator probat ꝙ poſt eius locationem eidem ſuperuenit neceſsitas habitandi puta; quia duxit poſteà uxorem,vel domus ſua corruit; uel poſteà Princeps edictum fecit, ut omnes ruri habitantes, ybi ſint ciues, uel nobiles, ſub pœna teneantur reuerti ad ciuitatem.l.ædem.ubi text. gloſſ.& Doct.C.locati. Tamen ſi in locatione adſit pactũ inter locatorem & conductorem de non expellendo durante tempore locationis, ex hac ſola cauſa: quia locator habitare uelit ex neceſsitate ſuperuenienti non poterit expellere conductorem: quia ut locatio ualeat, videtur receſſum à natura contractus locationis per ipſum pactum, maximè ut aliquid operetur, & locatio valeat, nec poterit expelli, niſi conductor ficta non ſoluat uel re conducta malè utatur.Ang.l.ædem.ver.dico etiã, C.locati. quem refert, & ſequitur Dec. d. l. poſt-

11 quã liti.nu.23.ver.& ad hoc facit.in fi.C.de pact. Sic etiam † vt teſtamentum & fideicõmiſſum ualeat præſumitur hęres ſuperuixiſſe poſt teſtatorem: & ſubſtitutum ac fideicommiſſariũ etiam ſuperuixiſſe poſt hæredem: vbi non apparet quis anteà: & quis poſteà perierit, text. ad literam in l. ex facto tractatum. §. cum autem quis ante, & quis poſteà deceſſerit, non apparet, extitiſſe conditionem fideicommiſsi magis dicendum eſt. ff. ad Trebell.

Sed caſu † quo teſtator fuiſſet furioſus, & in
12 furore ſucceſsiuo, & durante etiam ꝙ aliquando habuiſſet dilucida interualla, tunc quidquid egit teſtando uel codicillando ſeu contrahendo, præſumitur feciſſe tempore furoris, prout tenet glo. in cap.fi.verſ.compotem. de ſucceſſ. ab inteſt. & gloſſ. in cap.indicas.3.q.9. quam gloſſam omnes Doctores tenent, vt refert Iaſ.d.l.furioſum.nu.3. ver.quid autem ſi non apparet, cum concordantijs datis per D.Alex. ibidem. C. qui teſta.facere poſſ. & Card. in clem.1.in 1.q. de homic. & hoc niſi ex qualitate actus uel diſpoſitionis arguatur ſanitas mentis, ut quis fecerit actum conuenientem homini ſanæ mentis.Iaſ.d.ver. quid autem ſi non apparet, in fi.ibi, intellige niſi. ſed ipſe Magni. D. Melchior Torniellus dum vixit fuit ſemper ſanæ mentis, & erat ex conſiliarijs & decurionibus Mag.Ciuitatis Nouariæ, & reputabatur ex prudentioribus nobilibus Nouariæ, & condidit teſtamentum prout conuenit nobili ſanæ mentis; poſtque unicam filiam dotauerat competenter in bonis Grauaronæ annui reditus aureorũ quatuorcentum, inſtituendo nepotes ex fratre, qui ſuſtinent nomen & honorem familiæ antiquę Torniellæ in caſtro & bonis Nibiolæ, ac Munterſelli. ergo in omnem caſum teſtamentum ualet, & præſumitur fuiſſe ſanę mentis quando illud condidit. Dec.d.l.Senium.num.6.ver. iſta tamen. C. qui teſta.fac. poſſ. ubi etiam dicit quòd iſta præſumptio confirmata ex verbis notarij atteſtantis de ſana mente teſtatoris, licet eidem non credatur, ꝙ excludit leues preſumptiones quę eſſent in contrarium.

13 Et † cum notarius & teſtes dicant quòd notarius de ſcientia & voluntate teſtatoris ſcripſit prius teſtamentum antequam ſtipularetur, & poſtea ꝙ præſente teſtatore & aſtantibus expreſsit notarius nomina hęredum, & quòd teſtator reſpondit quòd ſic, vel erat contentus: eſt clarum quòd hoc caſu omnes Doctores communiter tenent tale teſtamentum ualere, etiam quòd teſtator

tor ore proprio nomina hæredum non expreſſerit, ut per Iaſ. d. l. iubemus colu. fin. verſi. tenendo tamen communem C. de teſtam. Et hæc eſt commu. opi. vt atteſtatur Ill. D. Iul. Clarus d. §. teſtamentum. q. 37. incip. dicebam. in fin. verſic. tertio ſcias. dom. Bellon. conſil. 74. num. 14. licet ſecus eſſet nbi teſtamentum ſine ſcientia teſtatoris, & ſine eius uoluntate fuiſſet ſcriptum poſteà conuocatis teſtibus, notarius in præſentia teſtatoris legit illud teſtamentum: & interrogat teſtatorem, an ſit contentus: & reſpondet quòd ſic, quòd tunc tale teſtamẽtum non ualet maximè quando erat multum grauatus infirmitate. Iaſ. d. l. iubemus. col. fin. verſ. tenendo. in fin. C. de teſtam. ubi allegat concordantes. Et ſecundum iſtam opinionem tanquam veram, & valdè æquam iudicauit excellentiſsimus Senatus Mediolani in cauſa Ill. dom. Petri Antonij Marliani tunc ſenatoris, poſteà præſidis Ill. Dominorum Quæſtorum ordinariorum, & nunc Conſiliarij in conſilio ſecreto Principis Mediolani: cum ſponte renuntiaſſet ordini ſenatorio, ac præſidis dignitati tanquam alter Cato ſeu potius tanquam alter Diuus Bernardinus Seneñſis, qui renuntiauit Epatibus Ferrariæ, Vrbini, & Senarum. Nam Ill. D. Ant. Marlianus ualde erat grauatus infirmitate, & eius vxor Ill. D. Barbara de vicecomitibus Caſtri Fontaneti comitatus Nouariæ, eo inſcio, licentiatis agnatis mariti ſub prætextu quòd maritus vellet dormire & quieſcere ſcribi fecit teſtamentum eius mariti: poſteà cum notario, & teſtibus adiuit maritum: qui eo lecto per notarium, reſpondit quòd ſic, & hęredem ore proprio non nominauit: & Senatus declarauit tale teſtamentum non ualere, & ipſe Ill. D. Petrus Antonius Marlianus obtinuit ipſam hęreditatem ab inteſtato ualoris annui reditus aureorum trium mille, & vltra, & hoc refert, & ſequitur idem Ill. & accutiſsimus Doctor D. Iulius Clarus. d. §. teſtamentum. q. 37. incip. dicebam. circa fin. verſi. tertio ſcias. in fi. ubi dat alias ſubtiles, & doctas limitationes: quę tamen in facto nõ procedunt in caſu noſtro.

14 Super † alio puncto quo ad legata pinguia, & magni valoris per ipſum mag. dominum Melchiorem Torniellum relicta mag. dom. Roſatinæ de Trotis de ciuitate Alexandriæ eius vxori, prima facie uidetur quòd talia legata non ualeant ex quo ex ſtatuto ciuitatis Nouariæ ex qua eſt ipſe maritus, cauetur quòd maritus aliquo caſu uel aliquo contractu, uel quaſi: uel aliquo alio titulo vel ingennio non poſsit relinquere uel legare vxori ſuæ uel alij ſubmiſſę perſonę vltra uſumfructũ medietatis bonorum ſuorum tempore vitæ ſuæ: & duas ueſtes, & lectum, & unum fuſtanæum ſine aliquibus perlis, centuris, frexaturis; & argento, & vltra quinquaginta libras imperialium quo ad proprietatem, & prout latius conſtat ex ipſo ſtatuto ciuitatis Nouariæ. Quod quidem ſtatutum cum ſit ſtatutũ Nouariæ patriæ & domicilij mariti debet attendi: non autem ſtatutum Alexandriæ Lõbardiæ patriæ vxoris, etiam ꝙ matrimonium, & inſtrumentum dotale factum fuiſſet Alexandriæ. l. exigere dotem. ubi tex. & Doct. ff. de iud. Iaſ. & Doct. l. j. C. de ſum Tri. & fid. Cat.

15 Sic etiam † in ſtatuto lucri dotis, attenditur ſtatutum domicilij mariti: & non uxoris etiam ꝙ vxor eſſet forenſis, & non fuiſſet certiorata de ſtatutis loci mariti, etiam ꝙ ſtatutum loci mariti contineret inæqualitatem, prout continet ſtatutum Nouariæ quo cauetur quòd maritus lucretur medietatem dotis vxoris ſi vxor ſit Nouarienſis, & ſi ſit forenſis, quòd lucretur uniuerſam dotem, ut conſuluit latè dom. Fran. Curcius Iunior conſi. 129. incip. præſupponitur in facto in ciuitate Nouariæ vigere ſtatutum, ubi ita in ſpecie conſuluit pro mag. D. Thomaſio Torniello ciue Nouariæ, ex condominis Nibiolæ, fratre prædicti magn. dom. Melchioris, & patre præfati magn. domini Georgij Tornielli cõſanguinei mei ex mag. dom. Ioanna Titiona Comitum Creſcentini vxore ſecunda, qui quidem magn. do. Thomaſius duxit eius primam vxorem mag. dominam Catherinam cognomento de Blandrate ciuem Caſalenſem Mõtisferrati, quæ nullis liberis relictis deceſſit, & prout conſtat inſtrumento rogato per do. Andræam de Alba notarium ciuitatis Caſalis. S. Euaſij die. 28. Ianuarij. 1520.

16 Et † quòd in lucro dotis, & ſimilibus attendatur ſtatutum loci mariti, & non vxoris, etiam ꝙ in loco vxoris factum eſſet inſtrumentum; eſt magis communis opin. ut probat Ill. D. Rolandus à Valle olim primarius ſenator Mõtisferrati, & nunc Præſes benemeritus; & patritius Caſalenſis antiquus, in tract. ſtatuti lucri dotis. q. 13. inci. quid ſi vir ſit unius ciuitatis. ubi allegat Bartol. & Docto. in d. l. exigere dotem. ff. de iudi. & Iaſ. & Doct. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. Et hoc procedit etiam ſi vxor forenſis ignoraſſet ſtatuta loci mariti, & de eis non fuiſſet certiorata, quia nihilominus attenditur ſtatutum loci mariti. Dec. conſi. 19. Cur. Iun. d. conſi. 129. incip. præſupponitur. & d. l. exigere dotem. colum. pen. ff. de iudi. Subtilis & Ill. dom. Franc. Purpuratus, d. l. cunctos populos. numero. 147. C. de ſum. Tri. & ſi. Cat. Soc. Iun. conſi. 24. col. fin. uol. 1. Cagnol. l. qui cum alio. numero. 14. per illum tex. ff. de reg. iuris. & d. l. exigere dotem. coln. 3. uer. ampliatur ergo. & col. 7. uerſi. ſexta limitatio. de iudi. quos omnes allegat, & ſequitur idem Ill. dó. Rol. d. tract. ſtatuti lucri dotis. q. 14. incipien. quæſtio proponitur. num. 13. uerſic. ultimo in indiuiduo huius quæſtionis. ubi dicit, quòd hæc eſt communior, & receptior opinio Doctorũ, teſte Cagnolo in d. l. exigere dotem. ff. de iud. ergo eiſdem rationibus debet attendi ſtatutum Nouariæ loci mariti, ut maritus uxori non poſsit relinquere niſi contenta in ipſo ſtatuto, & non ſtatutum Aleſandriæ. d. l. exigere dotem. cum not. per Doct. ff. de iud. Doct. d. l. cunctos populos.

17 Ergo † relicta vxori ultra diſpoſitionem ſta-

tuti non ualent licet valeant eatenus quatenus nõ excedunt ſtatuti diſpoſitionem: quia utile per inutile non vitiatur, & ſic teſtator legando vſumfructum omnium bonorum, cum ſolum medietatem poſsit relinquere vigore ſtatuti, videtur feciſſe contra formam ſtatuti, tamen ualebit relictum reſpectu medietatis, ex quo vtile per inutile regulariter non debet uitiari: quando ſumus in ſeparabilibus, & eſt com.opi.Iaſ.l.1.§.ſed & ſi mihi. per illum tex.ubi Iaſ.nu.4.ver. quarto nota.& ibi alij Doct.ff.de verb.oblig.Bart.l. græcè.§.illud.ff.de fidciuſ.gloſ.communiter probata in l.pecuniæ fenebris.ff.de vſuris.

18 Imò † legatum vxori vltra quantitatem ſeu quotã permiſſam à ſtatuto ualet, ubi habet onus dandi aut faciendi, adeò quòd deducto onere remanet ſolum vxori quantitas permiſſa à ſtatuto, Pau. de Caſt.l.ſed ſi hoc.§. cuidam non ſolidum, ubi tex.& Doct.ff.de cond.& demon.

19 Et † in tantum ualet ſtatutum quòd maritus non poſsit uxori aliquid relinquere ultra contenta in ſtatuto, quòd ſtante tali ſtatuto non poterit maritus dare facultatem vxori diſtribuendi bona pro anima ſua ne fiat fraus ſtatuto. Iaſ. l.captatorias. nu.6.uerſic. aduerte.C.de teſta.mil.ubi dicit hoc procedere ubi mulier ſola haberet diſtribuere: ſecus ſi cum alijs non ſuſpectis.& allegat Ioan. And.in addit.Spe.tit.de inſt.edit.§.nunc uerò aliqua, poſt medium, in addit.incip.ad iſtum finem. Alb.de Roſ.in 6.par.ſtat.q.112.incip. ſtatuto cauetur quòd nullus poſsit relinquere vxori. & in q.ſeq.Alex.conſi.67.proſpectis.col.3.& ſeq. uol. 2.in l.cogi.§.hi qui ſolidum.col. fi. ff. ad Trebel. Iaſ.l.non dubium.num.47.C.de legibus.

20 † Et propterea cum nouæ conſtitutiones dominij Mediolani ſub rub.de pœnis.§.collegijs.diſponant quòd non ſubdito dominij Mediolani non poſsit ex contractu, nec ex ultima uoluntate aliquid immobile, nec annuum reditum aut eorum vſumfructum alienari, nec eidem relinqui ſub pœna confiſcationis bonorum ipſorum, ſequitur quòd talis Forenſis, & talis non ſubditus non poteſt relinqui ſolus diſtributor bonorũ pro anima teſtatoris, nec executor teſtamenti ſolus poteſt conſtitui: ſed cum alijs ſubditis: non ſuſpectis ipſe non ſubditus poterit conſtitui diſtributor, & executor. Alex.d.conſ.57.proſpectis.nu. 10.cum ſeq.uol.2. Alber.de Roſ.d q.112. incip. ſtatuto cauetur.in 2.par.ſtat.Iaſ.d.l.non dubium num.47.verſi.ad iſta etiam uide.C.de legibus.& in l.captatorias.num.6.C.de teſt.mil.

21 Teneo tamen † q electio pauperum poteſt cõmitti vxori ſolæ, & non ſubdito ſolo, ſicuti etiam poteſt committi fratri minori, licet non poſsit eſſe executor teſtamenti: cum tales electores non habeant capere pecunias, nec bona adminiſtrare, & ſic ceſſat ſuſpicio fraudis ſtatuti ac prædictæ conſtitutionis in hoc caſu. Alex.d.cõſ.57.proſpectis.col.3.num.11.uerſi. accedit diſtinctio. uolu. 2.Bart.l.cum pater.§.hæreditatem.el.1.ff.de leg. 2.& hoc niſi pauperes eſſent ſuſpecti, quòd in eorum damnum colluderent cum uxore.

22 Et † eſt adeò efficax diſpoſitio dicti ſtatuti prohibentis marito relinquere uxori, quòd ſi relinquat Agabio: qui mortuo marito incontinenti donat: aut alienat uxori, q præſumitur fraus facta in fraudem ſtatuti, ubi enim aliquis prohibetur alienare in certum genus perſonarum, & alienat in perſonam permiſſam, quæ incontinenti transfert poſſeſsionem in perſonam prohibitam, præſumitur factum in fraudem prohibitionis Alex.conſi.25.viſo.colum.3.nu.10. cum ſeq. volu. 2. Dec.conſi.182.diuino implorato præſidio in occurrenti caſu.col.fi.ver.ſecundo reſpondetur quòd alienatio.Socin. conſil. 129. Dominus labia &c.tota difficultas.nume.12.uolum. 4. Paul.de Caſt.conſi.193.in Chriſti nomine amen. ſuper iſto puncto.colum.2.uerſi.item etiam.vol. 2. Ripa latè & in ſpecie in l. ſi uentri.§.eorum ratio.num.6.verſi.tertio, infertur, per illum text. ff. de priuil. cred. Et elapſis octo aut decem diebus, non dicitur incontinenti, nec præſumitur fraus, teſte Alex.in conſi.54.Domini Redemptoris.nu. 14. verſi. præterea alia ratione. uol. 7. Sed dico incontinenti poſſe dici quòd ſit factum etiam lapſis tribus, & ſex menſibus poſt mariti mortem: ubi ex indicijs, & ex circunſtantijs, & perſonarum qualitate, ita iudicis arbitrio uideatur ut fraus præſumatur ex alienatione facta per perſonã permiſſam, in prohibitam, puta in uxorem à ſtatuto prohibitam.l.1.in fi.ff.de iure delib. Nam confeſtim, & incontinenti quando dicatur aliquod factum, eſt in iudicis arbitrio iuxta qualitatem facti, & perſonarum, Bartol.l.idem eſt, & ſi quis.§. cum igitur.nume.1.uerſic. nota breuiter. ff.de vi & vi arm.& hanc opin. Bar.ſequuntur Doctores communiter, ut ait Felyn. cap. ſignificaſti. el.2.de homic. Et conſtito de fraude uerè aut præſumptiuè poterunt hæredes mariti reuocare alienata uxori in fraudem ſtatuti.tot.tit.ff.quæ in fraud. credit.pulchrè Pau.de Caſt.conſi.193.in Chriſti nomine amen.ſuper iſto puncto.col.1. uer.his non obſtantibus.vol.2.

23 † Si tamen maritus relinquat aut donat in fraudem ſtatuti bona ſubmiſſæ perſonæ uxoris, & talis ſubmiſſa perſona infra octo dies, & ſic incontinenti, reſtituit ſeu donat bona uxori, quòd præſumitur fraus, Ripa d.l.ſi uentri.§. eorum ratio.num.6.verſi.tertio infertur.ff.de pri. cred. & ipſa uxor det bona ſeu ea donat alij mulieri: quæ dedit ea in dotem marito ſuo ignoranti talẽ fraudem, ex quo maritus cenſetur habere ipſa bona in dotem, & ſic titulo oneroſo non poterunt talia bona ab eo auocari ſeu auferri durante matrimonio, licet eius uxor ſciuerit talem fraudem, Alexand. d. conſil. 64. Domini Redemptoris. colu. 3.num.14.uerſi.nono, quia poſito.uolum.7. per tex.in l.fin.§.ſi à ſocero.cum ibi not. per Bart. ff. quæ in fra.cred.

24 Et † non ſolum uxori, immo nec ſubmiſſæ per-

ſonæ poteſt relinqui, quæ tacitam fidem dederit
vxori de illi reſtituendo omnia relicta vel dona-
ta per maritum, ut inquit ſtatutum Nouâriæ, &
idem eſt de iure communi: quia non debet fieri
fraus legi aut ſtatuto de perſona ad perſonam. l.
non dubium. ubi tex. Iaſ. & Doct. C. de legibus,
Paul. de Caſt. d. conſ. 163. in Chriſti nomine amē
ſuper iſto puncto. col. 1. verſ. his non obſtanti-
bus. vol. 2. tex. in l. tertia, §. non tantum. ff. de don.
inter vir. & vxor.

25 Dicens † tamen relictum alicui eſſe datum
tanquam ſubmiſſæ perſonę ſeu interpoſitæ per-
ſonæ, loco uxoris, uel alterius incapacis, tenetur
hoc probare ubi perſona cui eſt datum aut reli-
ctum ſit capax: quia hoc non præſumitut etiam
quòd ſit coniunctus incapacis. D. Alciatus præ-
ceptor meus conſil. 71. præſens quæſtio. numero
5. verſi. uec obſtat quòd fraus. text. & Docto. in l.
merito. ff. pro ſocio. dolus enim & fraus præſumi
tur niſi probetur ex indicijs perſpicuis, & vrgen-
tibus, l. dolum. C. de dolo. tex. l. fi. ff. de his quibus
ut indignis.

26 Et † ſi ſtatutum prohibet relinqni vxori, uel
quòd parentes non poſsint meliorare conditionē
deſcendentium, prout eſt ſtatutum Mediolani
quòd aſcendentes non poſsint meliorare con-
ditionem deſcendentinm, directè, nec per indi-
rectum. certè ſi maritus relinquat fratri vxoris,
uel alij coniuncto vxoris, uel pater non relinquat
filio ſed nurui, & ſic vxori filij, ex hoc ſolum
quòd ſit relictum coniunctæ perſonæ uxoris vel
filij, & ſic coniunctæ perſonæ illius, cui non
poteſt relinqui, ex hac ſola ſangninis, & amici-
tiæ coniunctione non præſumitur relictum per-
ſonæ ſubmiſſæ nec interpoſitæ, nec præſumitur
fraus niſi probetur. & hæc eſt magis communis
opinio, ut inquit idem D. And. Alciat. in d. conſil.
71. præſens quæſtio, num. 4. uerſi. & quòd iſta op.
& num. 5. verſi. uec obſtat. Paul. de Caſt. d. conſil.
193. in Chriſti nomine amen. ſuper iſto puncto.
colu. 2. nerſic. his non obſtantibus, & ibi. Non ex
ſola ratione coniunctionis perſonarum, ſed ex
eo, vol. 2. Et pro hac opin. eſt text. ad literam in l.
fin. in prin. ff. de his, quibus ut indig. ubi eſt text.
quòd licet maritus uon poſsit donare uxori, ta-
men poteſt donare patri vxoris ſuæ, & ſic eius ſo-
cero. nec ſufficit ſola ratio paternæ affectionis nec
conſanguinitatis ſeu potius affinitatis, nec præſu-
mitur donatum ſocero ut uideatur datum in frau
dem, & coutemplatione filiæ ut det filiæ, niſi pro-
betur: ut eſt tex. cum gloſſ. in d. l. fin. ff. de his qui-
bus ut indig. Alex. conſi. 54. Domini Redempto-
ris. num. 6. uol. 7.

27 Neque obſtat † dicere quòd maritus prohi-
betur de iure communi inter uiuos donare uxo-
ri, & uxor prohibetur donare inter uiuos marito.
Ergo quòd uxor ſicuti non poteſt donare mari-
to ità etiam nou poteſt donare filio proprio, aut
priuigno: nec alijs qui ſunt in poteſtate eius ma-
riti aut ſoceri, tex. in l. tertia. §. qui in eiuſdem po-
teſtate, & §. uerbum poteſtatis, & §. prohibetur
igitur. ff. de donat. inter uirum, & uxorem. Ergo
quòd relicta propinquis uxoris nō ualent ex quo
præſumitur fraus. Quia reſpondetur quòd d. l.
tertia. §. qui in eiuſdem. cum alijs. §. ſeq. procedūt
de iure antiquo ſecundum quod quidquid acqui-
rebat filius, acquirebat patri, etiam quo ad pro-
prietatem: ſed cum de iure nouo quidquid acqui
rit filius, quo ad proprietatem acquirit ſibi, &
non patri, & patri quærit ſolum vſumfructum. l.
1. C. de bo. mat. & l. cum oportet. C. de bonis quę
lib. ſequitur quòd hodie ualet donatio inter ui-
nos facta uxori per uxorem filio ſuo, & mariti,
ac eius priuigno exiſtentibus in poteſtate mari-
ti, quo ad proprietatem: licet non poſsit quo ad
vſumfructum, & ita in ſpecie declarat Bald. in d.
§. qui in eiuſdem. in fiu. per illnm tex. verſi. ſed ſi in
caſtra eunti filio, & dicit quòd ita tenuit ibidem
Iacob. de Aren. & Cyn. in l. ſi. conſtante. C. de
donat. intet uirum, vxor. & de hoc eſt textus in
dicta l. tertia. §. qui in eiuſdem. uerſic. ſed ſi in ca-
ſtra eunti. ff. de donat. inter uir. & vxo. Et ita te-
net Cy. d. l. ſi conſtante. reprobando gloſſ. ibi, quæ
vult contrarium, & vult ipſa Gloſſ. quòd etiam
hodie non ualeat ipſa donatio. Sed tu dic quòd
ualet, Bal. d. §. qui in eiuſdem. in fin. per illum tex.

28 Frans † autem præſumitur ſi probaretur reli-
cta per maritum fuiſſe prius relicta uxori, quòd
poſtea de uoluntate uxoris maritus ea tranſtulit
in coniunctum aut ualde fidum, & amicum uxo-
ris, Paul. de Caſtr. conſil. 193. in Chriſti nomine
amen. ſuper iſto puncto. col. 2. uerſic. his non ob-
ſtantib. vol. 2. Item fraus præſumeretur ſi uxor,
& coniunctus cui eſt relictum ſtarent ſimul, & cō
iunctus permitteret bona poſsideri ac gubernari
per vxorem, uel ſimul ea poſsiderent, Pau. de Caſt.
d. verſi. his non obſtantibus, quem omninò uide.
& intellige ſecundū terminos quib. ipſe loquitur.

29 Et etiam † quòd maritus iuraret in teſtamento,
non ualeret relictum factum per maritum uxo-
ri etiam quòd hæredes mariti conſentirent cum
iuramento dicto teſtamento, promittentes cum
iuramento maritum, & hæredes non côtrauenire
ipſi teſtamento quo uxori relinquitur ultra me-
tam præfixam ab ipſo ſtatuto prohibente marito
relinquere uxori ultra exceptuata in ſtatuto, etiam
ſi hæc fierent præſente, & ſtipulante uxore: uel
ea abſente: quia dictum ſtatutum fuit factum
odio vxoris, ne adulationibus ac fallatijs, & uer-
ſutijs decipiat maritum, Bart. l. cunctos populos.
num. 32. verſi. ſextò uidendum. in fi. ibi, uel pone
ſtatutum eſt quòd uir non poſsit legare uxori, &
ibi alij Mod. C. de ſum. Trin. & fid. Cat. Nam Eua
Adam primo parenti perſuaſit non facienda. Item
ſtatutum ipſum factum fuit odio uxorum: quæ
niſi ipſum adeſſet ſtatutum relinquerent maritos
infirmos, eis non ſeruiēdo, thalamum, & domum
mariti, iurgijs, minis, & lachrymis, implendo:
& agnatos, cognatos ac amicos mariti, non per-
mittendo uiſere maritum, ſub prætextu, quòd

dormiret aut quieſcere uellet, & demum maritũ
infirmum derelinquendo, niſi eidem relinque-
ret omnia quæ vellet vxor, & ideo odio vxorum
factum fuit ipſum ſtatutum. Io. Pet. de Ferrarijs
in for. lib. quo vxor agit ad dot. in Gloſſ. dedit, &
legauit, circa princ. Item factum fuit ipſum ſtatu-
tum odio mulierum quæ adulationibus perſua-
ſionibus ac deliuimentis obcęcant etiam, & apo-
ſtatare faciunt ſapientes, ut inquit Salomon, quòd
vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes,
& maritos etiam ſi non uellent ad eorum uota
muliebria traherent ex earum blanditijs, & de-
linimentis, cum vulgò dici ſoleat quòd plus tra-
hit pilus vuluæ mulieris quàm centum Boues,
vel centum paria bouum, uel quàm Camelus,
ſiue intelligamus de Camelo animali quadrupe-
de, pluſquam ſit mulus, & equus fortior ad por-
tandum, & trahendum: ſiue loquamur de came-
lo fune magno apto etiam ad trahendum quæ-
cumque magna pondera, puta tormenta bellica,
artigliariam uocant, ſiue Arborem magnam
torcularis à vino. Et ſic ipſis, & alijs ſimilibus
de cauſis factum fuit ipſum ſtatutum odio vxo-
rum. Soc. conſil. 74. difficultatem. colum. 2. verſic.
& pro ſolutione. uolumi. tertij. Ergo teſtamẽtum
codicillus, & alia facta contra formam, & extra
metam dicti ſtatuti, non confirmantur in fauo-
rem uxoris iuramento mariti ac hæredum eius,
ſed nihil ualẽt: quia ubi actus eſt prohibitus odio
alicuius non firmatur iuramento, Bartol. l. ſi quis
pro eo. colum. 4. num. 10. verſi. quarto. dixi quan-
do. ff. de fideiuſ. Paul. de Caſt. conſi. 193. in Chri-
ſti nomine amen, ſuper iſto puncto. colum. 3. nu.
2. verſi. ad tertiam rationem. vol. 2.

30 Et † in tantum operatur ſtatutum quòd mari-
tus non poſsit vxori relinquere niſi contenta in
eo, quòd maritus vltra metam ſtatuti non pote-
rit relinquere vxori bona nedum ſita in territo-
rio ſtatuti: uerum etiam ſita extra territorium ſta
tuti: quia maritus non poterit vxori relinquere
bona ſita etiam extra territorium ſtatuti, ex quo
ſtatutum eſt factum ut ſupra dixi odio vxoris,
ex quo ſtatutum præſumit maritum deceptum iri
ab vxoris delinimentis: & cauſa uxoris prodi-
gum futurum: & ſe, & agnatos, cognatos, &
amicos ſpoliaturum ut vxori relinquat, & eſt fa-
uorabile teſtatori ne ab vxoris illecebris, & mi-
nis ac rixis moleſtetur, & agnatis ac cognatis, &
amicis matiti ne ex cauſa uxoris priuentur. Er-
go ſtatutum ipſum habet locum etiam extra ter-
ritorium ſtatuti, tam reſpectu bonorum exiſten-
tium extra ipſum territorium ſtatuti, ut vxori
relinqui non poſsint, quàm reſpectu mariti, ut
etiam extra territorium ſtatuti maritus teſtari
non poſsit vltra metam, & formam ſtatuti in fauo
rem vxoris, Bart. d. l. cunctos populos. nume. 32.
verſi. ſextò uidendum. in fi. ibi, uel pone ſtatutum
eſt quòd vir non poſsit legare vxori. & ibi, & in
eo cui in ſuo iudicio bonis ĩterdicitur. C. de ſum.
Trin. & fid. cat. & latè in ſpecie ſuper utroque caſu
conſuluit Roman. conſil. 39. in propoſita quæſtio
ne nobilis, & excelſi viri domini Nicolai de Ro-
bertis, vbi hæc dicit, & probat in ſpecie per totum
ipſum conſilium, uolens præmiſſa procedere etiã
quòd in loco ſitus bonorum extra territorium di
cti ſtatuti, & in loco conditi teſtamenti non adeſ-
ſet ſimile ſtatutum, ſed uiueretur ſecundum ius
commune, quo maritus poteſt uxorem relinque-
re hæredem uniuerſalem: quia nihilominus debet
attendi ſtatutum originis mariti, quo cauetur ꝙ
maritus uxori nõ poſsit aliquid relinquere, etiam
reſpectu bonorum ſitorum extra territorium di-
cti ſtatuti. Roman. d. conſil. 39. incip. in propoſi-
ta quæſtione.

31 Et † ſi maritus Nouarienſis mutaret domici-
lium eundo habitatum in ciuitatem aliam in qua
non eſt ſtatutum prohibens marito relinquere
uxori, adhuc dicitur debere attendi ſtatutum ur-
bis Nouariæ quo prohibetur maritus relinque-
re uxori, etiam reſpectu bonorum ſitorum extra
comitatum, & territorium ciuitatis Nouariæ, li-
cet ſtatutum hoc expreſsè non diceret: quia mari-
tus patria Nouarienſis nõ poteſt renuntiare pro-
prio loco originis l. aſſumptio. ff. ad municip. mu
tatio enim domicilij non eximit ciuem à iuriſdi-
ctione ciuitatis originariæ, l. j. ff. de decur. l. qui ori
ginem. in prin. ff. de mun. & honor. & ubi eſt di-
uerſum ſtatutum originis, & domicilij debet in
ipſo ciue ſeruari ſtatutum originis, & non domici
lij. l. nulli. C. de epiſ. & cler. l. libertus. ff. ad munici.
& ita in ſpecie conſuluit Rom. d. conſi. 39. in præ-
poſita quæſtione col. fin. in fin.

32 Et † cum in Nouariæ urbe ſit ſtatutum ꝙ ma-
ritus non poſsit uxori relinquere niſi ſuperius ex-
preſſa, ac Mediolani ſit ſtatutum quòd maritus
poſsit uxori ſuę relinquere uſque ad quartam bo-
norum ſuorum, & non ultra, computata æſtima-
tione uſusfructus, alimentorum, & cæterorum re
lictorum: ſi eidem relinquatur, dico quòd talia
ſtatuta debent etiam in caſtris, & uillis ſubditis ci-
uitati ſeruari per homines ipſarum uillarum, & ca
ſtrorum, etiam ſi eſſent à ciuitate ſeparata, & alte-
ri infeudata, puta oppidum Aronæ infeudatum
Illuſtribus D. Comitibus Borromeis, & ante eos
prius infeudatum ac conceſſum fuit per Ludoui-
cum Bauerum Romanorum Imperatorem Illu-
ſtribus Ribaldono, & Calzino fratribus de Tor-
niellis Nouariæ patritijs, & uicarijs imperialibus
anteceſſoribus Mag. Iureconſulti domi. Ioann.
Franciſi Tornielli generi mei Caſtri Vergani con
domini: ut ſcribit Bern. Corius Hiſtoricus. Nam
tale ſtatutum Mediolani debet ſeruari Aronæ,
etiam ꝙ ſit alteri infeudata, & à ciuitate Mediola-
ni ſeparata ac habeat ſtatuta ſeparata diſponentia
quòd deficientibus ſtatutis Aronæ recurratur ad
ius Romanorum: quia remanet nihilominus de
territorio ciuitatis, & ſubiacet ſtatutis ciuitatis
Mediolani in non prouiſis à ſtatutis Aronæ: quia
illa uerba recurrendi ad ius Romanorum non tol
lunt ſtatuta ciuitatis mediolani, ex quo ius Ro-

manorum

manorum vult ad ipſa ſtatuta ciuitatis Mediolani eſſe recurrendum. Alcia. conſ. 77. incipien. non modicum. in princ. cum ſeq. Bart. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pign. act. Alex. conſ. 151. vol. 2. Et idem dico eadem ratione eſſe ſeruandum ſtatutum Nouariæ in oppidis Vogoniæ, Eumeniæ, Intri & Pallantiæ: & alijs locis lacus maioris, quæ prius erant membra ſubdita ciuitati Nouariç antequam alijs in feudum concederentur. Alciat. dict. conſ. 77. non modicum. Bart. in d. §. ſi nuda. Alex. d. conſ. 151. Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio, viſo themate. col. 2. verſ. præſuppoſita ergo ualiditate dicti ſtatuti. vol. 2.

33 Debet † tamen ipſum ſtatutum ſtrictè intelligi. Vnde ſtatutum quòd uxori non poſsit relinqui, locum non habet caſu quo maritus grauaſſet hæredes ad non locandum nec alienandum abſq; vxoris conſenſu: quia vxori nil dicitur relinqui ex hoc. Et ſi non vult abſque cauſa conſentire, poteſt loco eius conſentire iudex, nec dicitur fieri fraus ſtatuto ex quo non ipſa ſola habet locare ſeu vendere, ſed cum alijs, & ſic cum hæredibus conſentire. Alex. conſ. 67. Redemptoris. &c. proſpectis. col. 2. num. 6. ver. tertio præſuppono. & num. 9. ver. nec videtur. & num. 10. ver. ex his patet. volum. 2.

34 Et † ſtatutum prohibens contractū ſeu contrahi inter coniuges, non cenſetur prohibere vltimam voluntatem. l. verba contraxerunt. ff. de verb. ſign. Tiraquel. latè de leg. connub. gloſſ. 5. num. 93. verſ. ſeptimo ex his.

35 Nam † ſtatutum vel alia diſpoſitio prohibens acquiri per contractum, vel alio modo; non cenſetur prohibere per viam inſtitutionis hæredis. Bal. conſ. 349. ſtatuto Placentiæ, in fin. vol. 1. Tiraq. d. ver. ſeptimo ex his.

36 Et † ſtatutum quòd in contractibus mulierum requiratur conſenſus conſanguineorum, non videtur talem conſenſum requirere in teſtamentis & vltimis voluntatibus. Alex. in addit. ad Bart. d. l. verba contraxerunt, Tiraq. dict. verſ. ſeptimò ex
37 his. † Et è conuerſo ſtatutum loquens per verba vltimæ voluntatis: putà quòd maritus non poſſit relinquere vxori niſi tantum, putà centum, ſtrictè debet intelligi, ut intelligatur tantum in vltima voluntate, & non in contractu, & tali caſu maritus vxori poterit cum iuramento donare inter viuos, & ſtatutum locum non habebit, quia verbū relinquere, intelligitur de relictis quæ fierent in vltima voluntate, non autem de conceſsione ex contractu & inter viuos. l. 1. §. fi. cum ibi not. ff. de tab. exhib. auth. ſed hodie. cum ibi not. C. qui mā. non poſ. l. iubemus nulli. §. fin. cum glo. ver. relinquat. C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſ. 54. Domini redemptoris. col. 2. nu. 4. verſ. ſed præmiſsis. vol. 7. & conſ. 26. viſo. vol. 2. vnde ſtatutum prohibens marito hæredem vxorem inſtituere; & eidem legare ſeu relinquere, non habet locum ſi maritus vendit vel donat vxori cum iuramento inter viuos: quia talis donatio confirmatur iuramento. Et ſtatutum ipſum correctorium iuris communis non debet extendi, & eſt magis comm. opi. quòd ipſa donatio firmetur iuramento, & quòd dictū ſtatutum non procedat in contractibus factis inter maritum & vxorem: quia valent non obſtante dicto ſtatuto, Alex. d. conſ. 54. col. 2. num. 4. verſ. ſed præmiſsis. & nu. 8. ver. prætereà dicta donatio: & col. 3. num. 10. & col. fi. nu. 18. verſ. non obſtat quòd legatum. vol. 7.

38 Nam † ſecūdum communem opi. ſtatuta quæ ſunt contra ius commune non debent extendi ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis: ſic & lex noua correctoria non extenditur ex identitate, nec maioritate rationis, & eſt communis opin. Alexan. d. conſ. 54. Domini Redemptoris. col. 2. num. 9. verſ. quinto: quia in ſtatutis. uol. 7. & not. in authen. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. ubi Iaſ. & Doct.

39 Sed † præmiſſa locum non habent in ſtatuto ciuitatis Nouariæ expreſsè diſponente quòd nulla perſona aliquo caſu, vel aliquo contractu: uel quaſi: vel aliquo alio titulo: uel ingenio poſsit relinquere vxori ſuæ vel legare eidem, aut alij ſubmiſſç perſonæ, ultra vſumfructum medietatis bonorū ſuorū, & duas veſtes: & lectū, & libras quinquaginta Imperialium. Nam cum ſtatutum ipſum expreſsè loquatur etiam de contractu, quòd ex contractu vel quaſi, nullo ingenio maritus poſſit relinquere vxori ultra præmiſſa, eſt clarum quòd illa verba, aliquo caſu, uel aliquo contractu, ſtant in pingui forma: & vt aliquid operentur, verbum relinquet, importat etiam quòd maritus prohibetur donare inter viuos vxori, & alios contractus facere per quos de ſuo in effectu aliquo ingenio det vxori ſuæ. Nam verbum, relinquo, ſeu relinquere, ſemel poſitum ad relationem contractus, & ultimæ uoluntatis, eſt aptum comprehendere vltimas uoluntates, & actus inter viuos. inſtit. de adopt. §. item non aliàs. Alber. de Roſa. d. verſ. relinquere aliquando. in fi.

40 Et ipſum † ſtatutum prohibens marito etiam ex contractu relinquere vxori, intelligi debet ſecundum ius commune, & ſecundum terminos iuris communis. l. 2. C. de noxal. action. vbi text. Bal. & Doct. glo. in l. ſciendum. ubi gloſſ. ver. non compelli. ibi, ſecūdo an ſit hodie correcta. ff. qui ſatiſda. cog. & ibi Alex. Iaſ. & Doct. Ergo debet intelligi de contractibus lucratiuis, puta donatione inter viuos, aut venditione ficta ac ſimulata: quæ per maritum fieret uxori, aut permutatione ficta, & alijs contractibus fictis, per quos in effectu maritus de ſuo daret vxori contra formam & quantitatem ſtatuti. Nam tales contractus cenſentur prohibiti à ſtatuto ipſo. Non autem contractus oneroſi facti bona fide: quia emptio, venditio, & permutatio, vbi fiant palam & bona fide, non cenſentur prohibiti fieri per maritum, ſi uendat, uel det in permutationem vxori, nec ſic per uxorem vendantur uel dentur in permutationem marito. text. in l. ſi ſponſus. §. circa venditionem.

& l.quod autem.§.ſi vxor à marito.in fi. ff.de dona.inter vir.& vxor.

41 Similiter † dotis aut augmenti dotis confeſſio ſi fiat per maritum, & in cōfeſsione Notarius non atteſtetur quòd pecunia in eius, & teſtium præſentia ſit actualiter numerata pro dote, præſumitur ipſa confeſsio dotis fictitia, & facta ſub ſpe futuræ numerationis, & contra ipſam confeſsionem obſtat exceptio dotis cautæ, & confeſſatæ, & non numeratæ, tot.tit.C.de dote cau.nō num. Et hoc procedit tam de iure communi, quàm etiā inſpecto dicto ſtatuto, maximè, ex quo ipſa confeſsio videtur eſſe facta inter perſonas prohibitas ſeu ſuſpectas.l.ſi fortè.ubi text.Bart.& Doct. in apoſtil.ff.de caſtr.pec.

42 Attamen † ſicuti de iure communi confeſsio dotis valet lapſo decennio, nec poteſt opponi exceptio dotis cautæ & non numeratæ.auth. quod locum.C.de dote cau.nō num. Item etiam quòd non ſit lapſum decennium, confeſsio dotis ualet vbi ante eam præceſsit inſtrumentum promiſsionis dotis, & tunc non poteſt opponi exceptio dotis cautæ, & non numeratæ.Felyn.in ca. ſi cautio. num.82.de fide inſtrum.Craue.conſ.40. nu. 10. Et hæc eſt communis opin. vt probaui in conſil. 130.Chriſtus.num.52.ver.ſed in caſu, in j.tomo conſ.crim. diuerſorum Doctorum impreſſorum cura ac ſolertia Magn. D.Io.Baptiſtæ Ziletti doctoris doctiſsimi. Et ſicuti dotis confeſsio de iure communi valet, in alijs caſibus etiam ꝙ non probetur numeratio, de quibus dixi in d. conſilio 130.num.32. cum ſequen. Ita etiam in eiſdem & alijs caſibus quibus de iure communi non poteſt opponi exceptio dotis cautæ & non numeratæ, non poterit opponi vigore antedicti ſtatuti ciuitatis Nouariæ, nec alterius ſimilis ſtatuti, cum ſtatuta debeant intelligi ac reſtringi ſecundū ius commune.Iaſ.l.ſi is qui.num.5.& 6. ff.de vulgar. ſubſt.text.Bald.& Doct.in l.2.C.de noxal.actio.l. ſciendum.vbi glo.ver.non compelli.ibi, ſecundò an ſit hodie correcta.& ibi Alex.Iaſ.& Docto. ff. qui ſatiſd.cog.

43 Et † hoc maximè procedit : quia ſtatutum ipſum non loquitur expreſsè etiam in cauſa dotis & augmenti.quo caſu ſtatuta generaliter loquentia nō comprehendunt cauſam dotis niſi expreſsè loquantur & dicant in indiuiduo etiam in cauſa dotis, prohibita enim alienatione in aliquem, putà in non ſubditum per ſtatutum, non intelligitur ex cauſa dotis, niſi expreſsè prohibeatur etiā ex cauſa dotis: quia ſtatuta nunquam intelliguntur loqui contra cauſam dotis, niſi expreſsè loquantur etiam in dote.Iaſ.in l.1.in 3.not.ff.ſolut. matr.Curt.Sen.conſ.26.incip. Magnificus.nu.8. ver.capio.& num.11. ver. verum iſtis. Ripa l.filiusfamiliàs.§.diui.num.71. & ibidem Opizonus num.93.ff.de leg.1. Afflict.deciſ.111.fuit dubitatum.Cotta Memor.ver.Forenſis prohibitus.D. Hier.Tortus inter conſi.Curt.Iun.conſ.28.licet, Caſſan.in conſuetud.Burgund.rubr.9. num.49. ver.pro complemento. & dixi in meo conſ. 108. incip.Ieſu.nu.21.in j.uol.conſ.crim.diuer.Doct. Mag.dom.Ziletti doctoris eminentiſsimi.

44 Similiter † cum ſtatutum ipſum prohibeat marito relinquere vxori, ꝙ debeat intelligi ſecūdum ius commune.d.l.2.C.de noxal.act.apparet : quia ſtante ſtatuto ꝙ maritus in vltima voluntate relinquere aliquid nō poſsit vxori, quoad proprietatem, ſed tantum quo ad vſumfructum. Certè ſi pater inſtituat hæredem filium ſuum & vxoris, & eidem pupillariter ſubſtituat vxorem matrem pupilli, & pupillus decedat in ætate pupillari, mater ſuccedet filio ex pupillari ſubſtitutione non ſolū in bonis pupillis, verum etiam in bonis quæ fuerunt patris, & relicta fuerunt pupillo : quia teſtamentum patris cenſetur eſſe teſtamentum filij pupilli, qui matri non prohibetur relinquere. Et hoc caſu quo mater pupillo ſucceſsiſſet ab inteſtato: quia tunc non uidetur facta fraus ſtatuto, cum abſque ſubſtitutione mater pupillo ſuccederet.Raph.Comen. in l.ſi is qui.& ibi Iaſ.nu.5. ac 7.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. Et hoc: quia vt dicit ibidem Iaſ.d. num.5. ſtatuta quantuncunq; generalia indiſtinctè loquentia recipiunt interpretationem à iure communi.l.ſi ſerui. C.de noxal.act.gl.& Doct.l.fi.in §.in computatione.C.de iure delib. Sed ſi mater ab inteſtato filio non ſuccéderet: puta, quia per ſtatutum eſſet excluſa, tūc ex tali ſubſtitutione mater non ſuccederet ētiā filio pupillo in bonis quæ erant patris, ne fiat fraus ſtatuto, ſed ſolùm in bonis quæ aliunde pupillo fuerūt acquiſita.text.in d.l.ſi is qui.vbi Iaſ. & ibidem Alber.de Roſa.ante eum per illum text. ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.& idem Alber.de Roſat. in 2.part.ſtat.q.112.incip.ſtatuto cauetur.

45 Hinc † etiam infero, quòd cum de iure communi uxor pauper nullam vel modicam habens dotē ſuccedat marito in quartam bonorum mariti locupletis, tam ab inteſtato quàm etiam condito teſtamento, & contra voluntatem mariti: ne vxor ſuperſtes laboret inopia, etiam quòd adſint filij mariti tres aut pauciores, & ſi ſunt plures ſuccedit in bonis mariti pro uno capite, ita quòd maritus tali commodo priuare non poteſt uxorem, text.& ibi not. Dec.in authen.præterea.ubi Dec. numero.4.& 9. C. unde vir & vxor, certè infertur quòd etiam ſtante dicto ſtatuto quòd maritus non poſsit relinquere vxori niſi quinquaginta, & niſi medietatem vſusfructus aliquo caſu vel ingenio; quòd ſi maritus decedens ſit locuples, & vxor ſuperſtes inops; quòd ipſa uxor non obſtāte ipſo ſtatuto habebit ipſam quartam partem bonorum mariti, ne laboret inopia, maximè: quia hæc eſt ſucceſsio legalis data à iure, quæ per ſtatutum non cenſetur ſublata, Ripa.l. filiusfam.§. diui.num.96.ff.de leg. primo. & maritus teſtando non poterit priuare vxorem ipſa quarta parte, Dec.d.auth.præterea.col.5. num.9. verſ.ſexto nota. C.vnde vir & vxor. imputabitur tamen eidem in ipſa quarta omne legatum eidem relictū

à mari-

à marito, text. in dict. aucten. præterea. in fin. nam ſtatutum ipſum recipit interpretationem à iure communi. l. ſi ſerui. ubi text. & ibi Bald. C. de noxal. act. l. fin. §. in computatione. ubi Gloſſ. & Doct. C. de iure delib. Iaſ. d. l. ſi is qui. col. 1. ff. de vulg & pupil. ſub. Nam dicta auct. præterea. C. und. uir & uxor. dans quartam partem bonorũ mariti uxori ſuperſtiti inopi, eſt ius limitatoriũ iuris communis ſecundum quòd uxor non ſuccedit marito ab inteſtato niſi deficientibus omnibus agnatis & cognatis. tot. tit. C. unde vir & vxor. Et tamen d. auct. præterea, limitat ius commune, ut vxor inops etiã ſtantibus filijs & agnatis ac cognatis ſuccedat marito in quarta parte: ut patet ex d. auct. præterea. C unde vir & vxor, ſed iura limitatoria iuris communis non cenſentur ſublata per leges nouas, nec per ſtatuta noua ſuperuenientia, etiam cum clauſula, non obſtantibus legibus, nec per alia uerba generalia, nec vniuerſalia. Gloſſ. ver. vacantibus. in rub. de hæred. ad inteſt. l. ſciendum. ubi Gloſſ. uer. non compelli. ibi, ſecundo an ſit hodie correcta. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi not. Alexan. & Iaſ. per Rom. conſi. 40. viſis. conſi. 322. in caſu. & conſilio. 399. præſens. col. 3. Iaſ. conſilio 75. ut deciſio. column. penult. uer. ſecundo & fortius. Ergo per ipſum ſtatutum non videtur ſublatum remedium limitatorium iuris communis conceſſum vxori inopi, ex d. auct. præterea. maximè: quia dicta auct. præterea. & eius remedium factum fuit miſerationis gratia, ne vxor ſuperſtes laboret inopia. Ergo tale remedium non videtur ſublatum per dictum ſtatutum: quia etiam per clauſulam, non obſtantibus, non videtur derogatum priuilegio cauſæ miſerationis conceſſo. Cyn. l. 1. C. quan. imp. int. uid. & pup. Dec. conſilio: 165. diuino implorato præſidio: uiſo tenore. col. fin. num. 5. uer. ſimiliter clauſula. Paul. de Caſt. conſilio. 146. in Chriſti nomine amen. ſuper primo quæſito. num. 1. vol. 1. Et per ipſam clauſulam non uidetur derogatũ priuilegio conceſſo piæ cauſæ, nec hoſpitalis, nec alimentorum, & per conſequens mulieri inopi & uiduæ: quia non conuenit quòd laboret inopia. Et ideò non obſtante ipſo ſtatuto debet vxor habere ipſam quartam partem. Dec. d. conſ. 146. col. fin. nume. 5. uer. ſimiliter clauſula. text. & Doct. in c. ſi propter. de reſcript. in 6. & in l. libertis. §. poſthumus. ff. de alimen. & cib. leg. Roma. conſilio 327 incip. iſtæ ſunt rationes. col. pen. uer. octauo.

46 Tertiò, dictum † ſtatutum locum non habet quando hæredes conſenſerunt teſtamento, quo vxori fuit relictum vltra formam, & quantitatem ſtatuti: quia ſtatutum cenſetur factum fauore hæredum. & hæres poteſt renunciare fauori ſuo. Ita in ſpecie inquit And. Barbat. conſi. 12. ſcribitur. vol. 1. ubi Barb. latè conſuluit, quòd ſi hæres conſentiant dicto teſtamento, quo uxori à marito relinquitur pluſquam uelit ſtatutum, ſiue viuo, ſiue mortuo marito teſtatore, quòd cenſetur renuntiare dicto ſtatuto, etiã q̃ de eo non fuiſſet facta mẽtio: quia hæres mariti præſumit̃ habuiſſe ſcientiam ſtatuti ſuæ originis. & potuit, & cẽſet̃ renũtiaſſe ſtatuto, cum ſit factum in eius fauorẽ. Barba. d. conſi. 12. ſcribitur. uol. 1. per l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. cap. 1. de renun. in 6. ſed hæredes mariti conſenſerunt, ergo non poſſunt ſe adiuuare ex ipſo ſtatuto. Barb. d. conſi. 12. ſed ſuper hoc conſilio Barbat. non facio fundamentum: quia conſenſus præſtitus per hæredem viuẽte marito teſtatore eidem teſtamento quo relinquit vxori vltra quantitatem ſtatuti, nihil operatur: quia viuentis hæreditas non poteſt repudiari, quin eo mortuo poſsit adiri hæreditas etiam per repudiantem cum iuramento. tex. cum Glo. in l. qui ſuperſtitis, & ibi Doc. ff. de acqui. hære. Item: quia ſtatutum dicit quòd aliquo caſu vel ingenio maritus non poſsit etiam ex contractu relinquere uxori vltra contenta in ſtatuto: ergo non debet poſſe vti tali ingenio, operando quòd hæres conſentiat teſtamento. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. l. oratio. ff. de ſpon. c. cum quid vna via prohibetur alicui, ad id, alia non debet admitti. de reg. iur. in 6. & facit l. non dubium. C. de legibus. vbi tex. Iaſ. & Doct. Nam ſi conſenſus hæredis ſufficeret. viuo teſtatore, ſequeretur quòd ſtatutum factum fauore agnatorũ, qui ut plurimum ſunt hæredes ac etiam odio vxorum quæ relinquerent maritos infirmos derelictos, & illis non ſeruirent, niſi vxoribus quidquid vellent relinquerent in teſtamento. Prac. Papien. in for. lib. quo vxor agit ad do. §. dedit, & legauit, circa prin. & ideò factum fuit ipſum ſtatutum odio etiam vxoris, ad obuiandum illecebris uxoris ne maritum ſeducat ad priuandum agnatos, & ne uxor rixetur cum marito q̃ eam relinquat hæredem quòd ſeruiret de vento: quia vxor diceret marito quòd faciat ſibi legata ampla & pinguia. uel eam inſtituat hæredem in parte & in alia parte agnatum, aut cognatum, aut alium amicum conſentientem factis in fauorem uxoris, & quòd ſi non uoluerit conſentire quòd inſtituat alium, & ſic hæreditas & uolũtas teſtatoris depẽderet à uoluntate uxoris, contra l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſtit. & maritus teſtaretur vel non teſtaretur prout uellet uxor, niſi uellet continuò in domo & in infirmitate habere rixã cum uxore, contra tit. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohibuerit. Et agnatus ac cognatus ſeu extraneus hæres inſtitutus ſeu inſtituendus à marito, in cuius fauorem cenſetur factum etiam ipſum ſtatutum ſi cõſentit uiuo teſtatore, uidetur conſentire metu ne diſpliceat vxori ac teſtatori qui in totum illum poſſet priuare, ut patet ad ſenſum naturalem, quem pro lege ſufficit allegare. l. cum ratio. ff. de bonis dam. Dec. l. illam. C. de collat. Ergo talis conſenſus præſtitus viuente teſtatore non debet aliquid operari, cum præſtitus ſit viuente teſtatore, & ſic eo tempore quo nullum ius habebat, etiam ſi conſentiret cum iurõ. text. & Gloſſ. in dict. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæred.

Et

Et conſenſus hæredis videatur, vt ſupra dixi, metu extortus, & ſic non valet. tot. tit. ff. de eo quod met. cau. geſt. erit: Et cum ſtatutum dicat quòd maritus non poſsit vxori relinquere niſi ea de quibus in ſtatuto, ſtatutum reſiſtit actui: ergo illi non poteſt renuntiari, ſicuti non poteſt renuntiari ſtatuto quòd in contractu mulieris interueniat conſenſus propinquorum, alioqui quòd fieri non poſsit: nam contrahentes non poſſunt facere contractum renuntiando ipſi ſtatuto non adhibitis propinquis, Bald. l. prima. C. qui admitti. Et ſtatutum dicendo quòd maritus non poſſit legare vxori niſi tantum, & quòd ſi ſit vltra relictum non ualeat, dat formam marito teſtandi; ergo tali ſtatuto per maritum & hæredem renuntiari non poteſt. l. non dubium. vbi Iaſ. num. 18. ver. ſed ubi aliquid. C. de legib. Bal. authen. iubemus. C. de iud. & in l. fin. §. ſed hæc quidem. C. de iure deliber. Bart. l. de his. colum. 2. num. 3. verſ. quæro nunquid. ibi, præterea iſta lex videtur diſponere circa formam, dicit enim quòd non aliter poteſt tranſigi. ff. de tranſact. l. nemo poteſt. cum not. ff. de leg. 1.

47 Item † ſtatutum loquitur prohibitiuè dicendo quòd maritus non poſsit relinquere vxori niſi ea de quibus in ſtatuto. ſed legibus & ſtatutis prohibitiuis non poteſt per partes renuntiari. glo. & Doct. in l. 1. & 2. C. ne fid. do. den. Bart. d. l. de his. col. 2. nu. 3. ver. quæro nunquid, in fi. ibi, præterea iſta lex eſt prohibens. ff. de tranſact. Et hoc maximè procedit, ex quo prohibitio annullat ipſo iure, vt per Doct. in apoſtil. ad Bart. in d. l. de his. ff. de tranſact.

48 Præterea † ſtatutum quòd maritus non poſsit relinquere vxori, non tantum fuit factum fauore hæredum familiæ & agnatorum mariti, ut præſupponit Barb. d. conſ. 12. ſcribitur. uol. 1. uerum etiam factum fuit odio vxoris mariti teſtantis, ut ait Soc. conſ. 74. difficultatem. colum. 2. volum. 3. & Pract. Papien. d. §. dedit, & legauit, circa princip. Nam vxor gaudet de morte mariti, & ita de iure præſumitur, ubi vir eſt ſenex & vxor iuuenis, colum. 2. num. 6. ver. dico quòd in quocunque. & in l. pater Seuerinam. §. ſocrus. num. 1. in fin. ibi, quare dico. ff. de condi. & demon. Et communiter contingit quòd vxor eſt iunior marito. Et vt dicebat Ray. de Foroliuio, quem refert Bart. in d. §. ſocrus. Omnes mulieres regulariter ſunt malæ, & inſpicitur quod communiter accidit, licet multæ mulieres ſint bonæ, diligentes maritum, ſiue ſit ſenex, ſiue iuuenis, & triſtantur de morte mariti pluſquam de morte filij, ut refert Bart. d. §. ſocrus. tamen inſpicitur cauſa ſtatuti prouidentis ne maritus relinquat vxori: quia cauſa finalis & impulſiua fuit ob auaras & malas mulieres, ne ſeducant minis, aut blanditijs maritos, de quorũ poſtea morte gauderent, ad inſtituendum uxores ipſas hæredes, & priuandum agnatos, & cognatos, & alios, quæ quidẽ mulieres niſi obſtaret ſtatutum, & niſi maritus ſe excuſaret dicendo nõ poſſe ſtante ſtatuto eidem vxori relinquere vltra metam ſtatuti, implerent domum & thalamum mariti maximè infirmi, vlulatu, iurgijs, ac rixis, nec permitterent propinquos & amicos mariti abſq; iurgijs, & conuitijs, & niſi cum difficultate viſere maritum infirmum. quo caſu tale ſtatutum fuit conditum odio mulierum malarum, & non bonarum. Socin. d. conſ. 74. incip. difficultatem. colum. 2. vol. 3. Pract. Papien. d. §. dedit & legauit. circa princip. & tamen cum cauſa fuerit dicti ſtatuti condendi finalis & impulſiua, tale ſtatutum habet nocere etiam bonis & pudicis mulieribus amantibus maritum. prout erat vxor Mag. dom. Melchioris, vxor nobilis, & honeſtiſsima, & mariti amatrix: ut dicitur de Calphurnia muliere improbatiſsima, quæ dedit cauſam edicti faciendi, vt mulieres pro alijs in iudicijs non poſſent poſtulare, & tamen ſi reperiretur vna bona mulier honeſta non poſſet poſtulare. text. cum glo. in l. 1. §. ſexum. ubi glo. ver. origo. ff. de poſtul. & ibi Doct. fuit ergo conditum ipſum ſtatutum quòd maritus non poſsit vxori relinquere niſi contenta in ſtatuto: quia mulierum genus eſt auariſsimum, glo. ſi. l. quæ dotis. in gloſ. ver. tenebitur, in princip. & ibi Bart. col. 1. num. 1. ff. ſol. matr. text. cum gloſ. in l. ſi ſtipulata. §. 1. vbi tex. ver. contra naturam ſexus, & ibi glo. & text. dicentes quòd donare eſt contra ſexus muliebris naturam, & quòd mulierum genus eſt auariſsimum. ff. de don. int. vir. & vxor. Et quòd mulierum genus ſit auariſsimum eſt etiam glo. in l. ſed ſi ego. & ibi latè Alber. de Roſa. ff. ad Velleian. Et mulier eſt herba mala, quæ cito creſcit, quæ citius quàm maſculus eſt ſubdola & auara, ut eſt glo. in l. 2. vbi glo. ver. octauum decimum, C. de his qui veni. ætat. impet. Et mulier uarium & mutabile genus. c. forus. de verb. ſignif. Et mulier ad hominem iter mali, iter mortis, diſcipula ſerpentis, diaboli conſiliaria, caput peccati, arma diaboli, expulſio Paradiſi, delicti mater, corruptio legis antiquæ, dux malorum, ſcelerum artifex vt latè dicit Alber. de Roſa. in diction. uer. mulier. allegando Salomonem, Originem & alios, de quibus per eundem Alber. d. ver. mulier.

49 Et † ſtatutum ipſum debet cenſeri factũ ut ſuppleat ad ius commune, ſecundum quod inter coniuges prohibetur donatio inter uiuos, & non cauſa mortis, nec teſtamentum, ne mutuo amore ſe ſpolient inuicem, & ne concordia coniugalis pretio uideretur conſiſtere, & melior & ſic liberalior fieret pauperior. l. 1. & l. 3. ff. de dona. inter uir. & uxor. Vnde de iure communi donationes inter uiuos, inter uirum & uxorem, confirmantur morte, & in teſtamentis poſſunt ſe hæredes inſtituere tot. tit. ff. & C. de don. inter uir. & uxor. l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. & l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cõd. fac. Vnde cum dictæ rationes iuris communis ceſſarent in ultima uoluntate mortuo uno ex coniugibus, ſtatutum uoluit prouidere odio, & in odium uxorem quæ minis aut illecebris ſollent

lent ad ſe trahere animos maritorũ ut eis eorum bona etiam ſi ſecreto nollent relinquant, priuando familiam, agnatos, cognatos, & amicos, quos inſtituerent, ut maritus non poſsit relinquere vxori niſi contenta in ſtatuto, ut clipeo ſtatuti maritus ſe excuſet, & ſit tutus ab illecebris, blanditijs, & minis vxoris, quæ maritum etiam nolentem ad ſe trahit, & hoc patet ad ſenſum naturalẽ. quem pro lege ſufficit allegare. l. cum ratio. ff. de bon. damn. Dec. l. illam. C. de collat. & docet in ſpecie Soc. conſi. 74. difficultatem, colum. ſecunda, verſi. & pro ſolutionẽ. vol. 3. Vnde eſt datum

50 † quòd maritus, & hæredes mariti viuente marito etiam cum mariti conſenſu, & etiam cum conſenſu, & iuramento mariti, & eius hæredum, ꝙ non poſſunt renuntiare ipſi ſtatuto: nec conſentire quòd maritus relinquat vxori vltra contenta in ſtatuto. Et ſi conſentiant, & iurant nihil ualet talis conſenſus, & iuramentum: quia ubi lex aut ſtatutum prohibet actum fieri, non fauore facientis, putà mariti, nec hæredum principaliter: ſed etiam odio alterius, putà, vxoris ne illecebris blãditijs ſeu minis muliebribus ſeducat maritum tunc non poteſt renunciari tali legi, nec ſtatuto: Bart. d. l. de his. colum. ſecunda. num. tertio, verſi. quæro nunquid, ib', quia hæc lex non eſt facta fauore legatariorum ſed in odium occultantium teſtamenta. ff. de tranſact. gloſſ. & Doct. in l. tamen ſi oppoſita. ff. ad Maced. Et ubi contractus reprobatur, & prohibetur odio creditoris, uel alterius puta uxoris, prout in caſu noſtro: tunc iuramento non firmatur contractus, ſed peti poteſt abſolutio à iuramento, ne iurans cogatur ſoluere uel dare. Et ſi ob iuramentum cogeretur ſoluere, poteſt repetere, Bart. l. ſi quis pro eo. colum. 4. num. 10. verſic. quartò dixi quando prohibetur contractus in odium creditoris. ff. de fideiuſ. per tex. in c. debitores. cum ibi not. per Fely. & Doct. de iureiuran. Paul. de Caſt. conſi. 193. incip. in Chriſti nomine amen, ſuper iſto puncto occurrunt tria videnda. colum. 3. nu. 2. verſ. ad tertiam rationem reſpondetur vol. 2.

Et quòd ſtatutum ut maritus non poſsit relinquere vxori niſi contenta in ſtatuto, puta medie-

15 tatem vſusfructus. & centum, † ſeu quinquaginta uel alia, ſit factum propter infeſtationes mulierum ac earum importunitatem, & blanditias ac inſidias, & delinimenta, & inſtigationes ex quibus mariti multoties inducuntur ad inſtigationem vxorum, ad priuandum filios mariti, & vxoris uel priuignos vxoris, aut cognatos, ſeu agnatos, uel propinquos, ſeu amicos mariti. Et per conſequens quòd dictum ſtatutum ſit factum odio mulierum, & ſic vxorum, tenet Barto. Socin. in ſpecie conſi. 74. difficultatem, colum. 2. uerſic. & pro ſolutione. in fin. ibi, nam reperio. volu 3. ubi allegat Bald. in repet. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. col. 11. num. 38. verſi. & primo quęro dicit ſtatutum. ubi Bald. inquit quòd ualet ſtatutum quòd vxor non poſsit legare viro, quia ratio hoc ſuadet ne uxor cogatur teſtari, ut per Bal. d. uerſi. & primò quæro, ergo idem eſt in ſtatuto ꝙ uir non poſsit uxori relinquere: quia præſumitur factum ne uxor blanditijs, & delinimentis ſeu minis aut inſtigationibus cogat uirum ad teſtandum. l. tertia & quarta. ff. de inoffic. teſta. Soc. d. conſi. 74. difficultatem, col. 2. uerſi. & pro ſolutione in fin. uol. 3. Nam perſuadere eſt pluſquam cogere. l. 1. §. quod autem. ff. de ſer. corrup. Et ſtatutum etiam ipſum factum fuit odio uxoris quæ marito infirmo non ſeruiret, niſi eidem quidquid uellet relinqueret. Pract. Pap. in for. lib. quo uxor agit ad dot. §. dedit, & legauit; circa princ. ergo maritus teſtari non poterit in fauorem uxoris eidem relinquendo ultra metam, & quantitatem taxatam à ſtatuto: etiam quòd maritus, & uxor ac hæredes mariti cum iuramento renuntiarent ipſi ſtatuto, & conſentirent teſtamento, ex quo ſtatutum eſt factum odio uxorum ne blanditijs, & delinimentis ac falſis ſugeſtionibus muliebribus inducant maritos ad teſtandum in earum fauorem, & priuandum alios. Bart. d. §. ſi quis pro eo, col. 4. num. 10. uerſi. quarto dixi. ff. de fideiuſ. Pa. de Caſt. d. conſi. 193. in Chriſti nomine amen, ſuper iſto puncto. colum. 3. num. 2. uerſi. ad tertiam uol. 2. tex. Iaſ. & Doct. in l. non dubium. C. de legibus. Eua enim ſeduxit Adam, & faciunt not. per Tiraq. de retract. §. 36. in fin. tituli nume. 7. uerſi. uerumtamen Baldus.

52 Leges enim † uolunt cuicumque liberam uoluntatem eſſe in teſtando, & odio habent adulationes, & ſuggeſtiones, & importunitates, q̃ fiũt teſtatoribus: adeo quòd licet de iure communi liceat blandis uerbis inducere teſtatorem ut blandientem inſtituat hæredem, & ualeat tale teſtamẽtum. text. cum gloſſ. in l. fi. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. Cæpol. caut. 36. incipien. licet cum uerbis blandis, Cotta Mem. uerſi. teſtatorem inducere licet blandis uerbis. Attamen hoc non licet facere per doloſas, & fraudulentas inſtigationes, & importunitatem doloſam, ac minus ueras ſugeſtiones. Iaſ. conſi. 141. uol. 4. Et propterea licet ultimum teſtamentum attendatur quo inſtitutus ſit aliquis, puta dom. Laurentius de Plotis, uel hoſpitale, aut pia cauſa, uel alius etiam priuatus, & extraneus, & per ultimum teſtamentum tollatur ſemper primum, etiam ſi in ultimo teſtamẽto non reuocaretur primum, tex. in §. poſteriore. ubi Ang Aret. Io. Fab. Chriſtoph. Portius, & Mag. & Excellentiſsimus Iureconſultus D. Io. Baptiſta Ziletus doctor in legum ſtudijs eruditus, & magnæ uir autoritatis in addit. ad Portium. inſtit. quibus mod. teſtam. infirmen. adeo quòd ultimum teſtamentum, tollit primum teſtamentum, etiam ſi primum eſſet factum cum iuramento de illud nõ reuocando, nec per hoc teſtator dicitur periurus & eſt comm. opi. ut dicit Cotta d. Memor. uer. teſtatorem inducere. in fi. ubi Allegat Bar. & Alex. in apoſt. in l. cum duobus. §. idem. el 1. perillum text. ff. pro ſoc. & Bald. conſilio. 441. uiſis ſtatu-

tis

tis communis Laudæ.colum.prima,lib. vltim. & cap. 1.§.item ſacramenta,col.pen.verſic.quæritur ſi faciens,de pace iur.fir.& conſi.22.quidam fecit teſtamentum,uol. 1.Alex.in l. ſtipulatio hoc modo concepta.col.2.verſic.Item facit. ff.de uerbo. oblig. Et eſt commu. opinio quòd iuramentum non impedit teſtamenti refectionem, ut latè per Alex.d.verſic.Item facit. ubi tenuit tamen quòd incurrit periurium,licet Legiſtæ communiter teneant ſecundum eum quòd non incurrit periurium, & hanc eſſe communem opinionem tenet Cotta d.Memor.incip. teſtatorem inducere, ubi inquit quòd teſtator reuocando primum teſtamentum, etiam quòd in eo ſit iuramentum de illud non reuocando quòd teſtator illud reuocando,& aliud teſtamentum condendo, non eſt periurus,& quòd hæc eſt communis opinio.

53 Tamen † quando eſt conditum primum teſtamentũ,etiam ꝙ in eo extranei nedum agnati eſſent hæredes inſtituti,tunc ſi aliquis adulando dolosè induceret teſtatorem ad reuocandum teſtamentum,& eum inſtitueret hæredem,licet ſecundum teſtamentum ualeat, tamen inſtitutus in primo teſtamento reuocabit à ſecundo inſtituto in ſecundo teſtamento hęreditatem teſtatoris per actionem de dolo,vel in factum, adeò ꝙ primum, & nõ ſecundum teſtamentum etiam derogatoriũ primi,locum habebit. & hæc eſt ſing.deciſio An. de Peruſio in l.non enim per illum tex. & gl. ibi, & ibi no.Pau.de Caſt.ff.de inof.teſta. Cotta Memor.incip.teſtatorem inducere.Ang.& Iaſ.l.fi.C. ſi quis aliq.teſt.prohib.Cæpol. caut. 36.incip.licet cum uerbis blandis,Iaſ.l.3.§.fin.in 4.not.ff.de cond.ob.cau.& conſi.141.Redemptoris.&c.circa primum conſultationis articulum. colu.1.& 2. cum ſeq.vol.4.Dec.conſi.489.nu.1.& 6.

54 Et hoc procedit etiam ſi primum teſtamentum eſſet conditum in fauorem extranei,& ſecundum in fauorem piæ cauſæ,puta hoſpitalis magni Mediolani, uel hoſpitalis miſericordiæ Genuæ, aut hoſpitalis S. Michaelis Charitatis Ciuitatis Nouariæ, uel eccleſiæ aut ſimilium locorum:quia ſi vltimum ſeu ſecundum teſtamentum probetur fuiſſe factum eo:quia teſtator dolosè, & fraudulenter inductus fuit per doloſas inſtigationes per domeſticos teſtatoris uel agentes pro ipſis locis pijs,uel per alios,certè ultimum teſtamentum reuocabitur per actionem de dolo,uel in factum.& ſolum primum teſtamentum debet attendi, Iaſ. d.conſi.141.Redemptoris crucifixi &c.circa primum.col.1.in fi.num.3.verſ.Item cum dictus D. Thomas dolosè.vol.4.

55 Et † ſi primum teſtamentum ſit factum in fauorem fratrum religioſorum,quo eorum capitulum,& conuentus reperiatur hæres inſtitutus, & ſecundum teſtamentum reuocando primum ſit factum quo agnati teſtatoris uel alij ſint hæredes inſtituti, & probaretur ſecundum teſtamentum fuiſſe factum eo:quia dolosè perſuaſum fuerit teſtatori ut primum reuocaret : quia non erat bene factum relinquere bona talibus religioſis quia ea conuerterent in malos vſus, & fruſtraretur pium propoſitum: & tantum fuit dictum teſtatori per quoſuis ſiue inſtitutos ſiue non inſtitutos in ultimo teſtamento,quòd teſtator reuocauit primum teſtamentum,certè debet præualere primum,& non ſecundum teſtamẽtum factum per falſas,& minus ueras perſuaſiones, & inſtigationes doloſas,Iaſ.d.conſi. 140.Redẽptoris Crucifixi.colum.2.uerſ.& per hoc dicit Ang uol.quarto,Angel.& Iaſ.d.l.fin.C.ſi quis aliq.teſt.prohib. & d.l.non enim.per illum text.ff.de inoff.teſtam. Cæpol.d.caut.36.incip. licet cum uerbis blandis. Cotta d.Memor. incip. teſtatorem inducere. Iaſ. d.l.tertia.§.fin.in 4.not.ff.de cond. ob cauſ. Dec. conſi.489.nume.1. in quibus locis. Doct.dicunt ita fuiſſe iudicatum pluris in magnis hæreditatib.

56 Et Cæpolla † d. cauſ. 36.incipien.licet blandis uerbis.& Iaſ.d.conſil. 141. Redemptoris Crucifixi.circa primum.colu.2.uerſ.Idem etiam tenet. volum. quarto, dicunt quòd ſi aliquis inſtituit te hæredem,& aliqui per ſuggeſtionem,uel ſolicitudinem, uel importunitatem induxerunt teſtatorẽ ad adimendum, & reuocandum inſtitutionem de te factam, quòd per actionem doli uel in factum ſubſidiariã poteris petere ea quæ tibi in teſtamento relicta ſunt, nõ obſtante dicta reuocatione per ſuggeſtionẽ uel importunitatem facta.l.1.in fin. ff.de excep.doli,& l.1.cum ibi.not.C.de pet. bo. ſub.lib.10.& per deciſionem Ang.d.l.fi.C.ſi quis aliq.teſta.prohib.& ibi.Iaſ. & per Ange. & Paul. de Caſt.d.l.non enim.ff.de inoffi.teſta. Et hoc ſi probaretur doloſa inſtigatio, & non aliter. Dec. d.conſil.489.in caſu occurrenti.num. ſecundo,& 6. Nam & uotum per aliorum impulſum emiſſum non ualet neque tenet, nec debet obſeruari c.ſunt qui opes.ubi Glo.17.q.quarta.Iaſ.d.conſi. 141.colum.2.verſi.ad idem facit.uol.4. Et ita obtinui pro Mag. D. Capitaneo Florio Torniello. Nam cum Mag.D.Guido Torniellus Nouarienſis patritius ex condominis Barengi tria cõdidiſſet teſtamẽta, in eis ſemper inſtituendo hæredem Mag.D. Hieronymum Mainum eius auunculum patritium Mediolani,& eo moriente ſubſtituiſſet ipſum dominum Capitaneum Florium in ipſis teſtamentis,& ipſe Mag.domin.Hieronymus Mainus conduci feciſſet ipſum Mag. dominum Guidonem exiſtentem infirmum in Caſtro eius Morghenghi ſito in comitatu Nouariæ : ad ciuitatem Mediolani,& cũ in ipſa Mediolani ciuitate fuiſſet ipſe Mag. do. Guido conductus,probatum fuiſſet quòd Mag.dom. Hieronymus ſollicitauit eundem Mag. dom.Guidonem ad faciẽdum nouum teſtamentum, in quo liberè & abſque ſubſtitutione eum relinqueret hæredẽm : quia nolebat eſſe eius hæres cum dicta ſubſtitutione : quia timebat occidi ab ipſo Mag.domino Cap.Florio Torniello,& quòd ſibi fuiſſet carius habere equum ualoris aureorum decem abſque ipſa ſubſtitutione, quàm eius hæreditatem ualoris annui reditus ſexcentum

centum

centum aureorum. Et ipſe Mag. D. Guido reuocauit dicta teſtamenta inſtituendo hæredem ipſum Mag. D. Hyeronymum abſque ipſa ſubſtitutione. Et demum poſt mortem Mag. D. Guidonis infra tres annos mortuus fuiſſet idem Mag. D. Hieronymus inſtituendo hæredem hoſpitale maius Mediolani, dixi dictum vltimum teſtamentum non debere attendi tanquam factum ab ipſo Mag. D. Guidone ad falſam & minus verã ſuggeſtionem Mag. D. Hieronymi, & probatum fuit q̃ dum ipſe Magn. D. Guido cõderet teſtamentum quòd ipſe mag. D. Hieronymus modo illuc, modo illac tranſmiſerat ſeruos Magn. D. Guidonis, ne teſtamento eſſent præſentes. & per teſtes etiã ſingulares probatũ fuit quòd ipſe Mag. D. Guido recuſabat tale facere teſtamentum, licet poſtea illud fecerit ad ſuggeſtionem & importunitatẽ dicti Magn. D. Hieronymi, dicentis quòd ſi talis ſubſtitutio permanebat quòd capitaneus Florius Torniellus ſubſtitutus eum occidiſſet, & quòd ſicuti Mediolanum eum conduci fecit, quòd debebat eum conduci facere ad ciuitatem Nouariæ propinquiorem, qua probatum fuiſſet quòd aderant ita optimi medici ſicuti Mediolani, & conſului quòd ipſe Mag. D. Capit. Florius vigore primorum teſtamentorum etiam reuócatorum, debebat habere bona Mag. D. Guidonis ex ſubſtitutione, ex quo vltimum eius teſtamentum tanquã factum per falſam ſuggeſtionem nõ debebat ualere, & quòd ita ſæpius fuit iudicatũ, ut refert Iaſ. d. conſi. 141. vol. 4. Ang. d. l. non enim. & ibi Glo. & Paul. de Caſt. ff. de inoffi. teſtamen. Ang. & Iaſ. l. fin. C. ſi quis aliq. teſta. prohib. Cotta Memor. verſi. teſtatorem inducere. Cæpolla d. caut. 63. inci. licet, Et quamuis hoſpitale maius hæres Magn. D. Hieronymi probaſſet bonam vocem & famam dicti Magn. D. Hier. Maini, qui re vera erat uir nobilis & prudens ac probus. & eius Mag. D. Aduocati allegarent teſtes mag. D. Capit. Florij nõ eſſe conteſtes ſed ſingulares. Tamen ego reſpõdi, quòd licet fuiſſet uir probus, non tamen debebat eſſe ita meticuloſus ut timeret ob diuitias & ſubſtitutionem occidià magn. D. Capit. Florio Torniello etiam uiro probo, & quòd eius timor erat uanus timor qui non debebat conſiderari. l. metum autem ff. quod met. cauſa.

58 Et † quòd ad probandum teſtamentum vltimum eſſe factum per falſas ſuggeſtiones, & doloſam perſuaſionem, ut primum teſtamentum proculcaretur, quòd ſufficit probare talẽ falſam ſuggeſtionem, uel doloſam perſuaſionem ſeu fraudulẽtam & doloſam inſtigationem per coniecturas & indicia, ad hoc ut primum & non ſecundum valeat teſtamentum, & per conſequens quòd ſufficiunt teſtes etiam ſingulares ad probandum præmiſſa, ſi ſufficiunt coniecturæ & indicia. allegaui Iaſ. d. conſi. 141. Redemptoris crucifixi. & c. circa primum. col. 2. num. 4. ver. Item eſt aduertendum. vol. 4. vbi allegat l. dolum. cum not. C. de dolo. & alia de quibus latè per Iaſ. ibidem in dict. verſi. item eſt aduertendum, & tandem ipſum hoſpitale maius & pro eo agentes timentes ubi daretur ſententia quòd ſuccubuiſſent, titulo tranſactionis relaxerunt dimidium hæreditatis magnifi. D. Guidonis Tornielli eidem mag. D. Capit. Florio Torniello, eidem caſtrum Morghengi cum bonis Morghengi relaxãdo. Et pro ſe retinuit hoſpitale aliam medietatẽ, hoc eſt caſtrum & bona Agnilengi. Et optime fecit hoſpitale ſic tranſigere: alioqui ſuccubuiſſet, per not. per Iaſ. d. conſil. 141. volu. 4. & per Ang. & Iaſ. d. l. fi. C. ſi quis aliquẽ teſt. prohib. & Ang. & Paul. de Caſt. d. l. non enim. ff. de inoffi. teſtam.

59 Vides ergo † indubitanter teſtamenta vltima non valere, nec tollere prima: ubi ultima ſunt facta ad falſam ſuggeſtionem, vel per doloſam importunitatem. Iaſ. dic. conſil 141. vol. 4. Angel. & Paul. de Caſtr. d. l. non enim. ff. de inoffi. teſtamẽ. Et hoc intellige ſi probetur, quòd per dolum malum ex falſa ſuggeſtione ſint prima reuocata: aliàs ſecus. Dec. dict. conſilio. 489. in caſu occurrenti n. 1. & 6. Ergo etiam non valebit teſtamentum mariti in fauorẽ uxoris pro ea parte qua maritus reliq̃t vxori vltra ſummam taxatam in ſtatuto, etiam quòd hærodes mariti uiuente teſtatore conſentirent teſtamento, ex quo talis cõſenſus præſumitur extortus metu, & per falſas ſugeſtiones illecebras & importunitatem doloſam vxorum, ſtante ipſo ſtatuto, quòd maritus vxori non poſſit relinquere niſi expreſſa in ſtatuto. quia præſumitur dictum ſtatutum factum ad obuiandum fraudibus, illecebris, & falſis ſuggeſtionib. vxorum. Socin. conſilio. 74. incipient. difficultatem. colum. 2. vol. 2. Bart. l. cunctos populos. numer. 32. uerſi. ſextò uidendum. in fin. C. de ſum. Trin. Et in hoc tene contra conſilium Barb. 12. ſcribitur. uolum. 1. dum vult conſenſum hæredum præſtitum uiuente teſtatore ſufficere ad tollendum ipſis ſtatuti diſpoſitionem: quia hoc non eſt uerum ſtantibus prædictis.

60 Nec † ob. l. fi. C. de pac. uolens quòd de hæreditate uiuentis poſſit paciſci & fieri contractus cum conſenſu tamen viuentis de cuius hæreditate agitur, ſi ipſe uiuens perſeuerauerit, & non aliter in hac uoluntate: quia reſpondetur quòd d. l. fin. loquitur caſu quo teſtator liberè poteſt diſponere, non autem in caſu noſtro, quo liberè teſtator diſponere non poteſt ſtante ipſo ſtatuto l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. iuncta l. non dubium. C. de legib. & alijs ſuperius per me notatis.

61 † Reſpectu verò conſenſus præſtiti per hæredes mariti poſt mortem teſtatoris, quo hæredes mariti teſtatoris poſt mortem ipſius mariti conſentiunt teſtamento mariti, quo relinquit uxori vltra contenta in ſtatuto. Dico quòd ſum cum op. Barb. in d. conſi. 12. ſcribitur. uol. 1. quòd talis conſenſus præiudicet hæredibus: quia mortuo marito teſtatore ubi hæredes conſentiunt ceſſant omnes rationes ſuperius allegatæ: ergo ceſſare debet tunc ſtatutum, cum hęredes ipſi

corum

eorum bonis, & hæreditati mariti ac eorum fauori poſsint renunciare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. c. 1. de renun. in 6. Et ſic tunc vxor ex conſenſu hæredum mariti præſtito poſt mortem mariti habere poterit omnia ſibi relicta in teſtamento, & omnem mariti hæreditatem, ſi hæredes conſentiant. Barbat. d. conſil. 12. ſcribitur. volum. 1. ſi tamen dictus conſenſus hæredum eſſet gratuitus, & abſque alio pretio, uel re æquipollenti: habitis per hæredes mariti teſtatoris, & poſt mortem mariti, diceretur talis conſenſus donatio ſaltem tacita, adeò quòd non ualeret, niſi in tali conſenſu interueniſſet ſolennitas requiſita à iure, uel a ſtatutis locorum in donatione: quia ſolennitas requiſita in donatione expreſſa: requiritur in donatione tacita: alioqui non valet, Corn. conſi. 185. tria. numero. 4. verſi. his tamen. vol. 2. Tiraq. de legibus Connubia. glo. 5. num. 60. Dec. & Doct. in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. do. Pet. Rebuffus in comen. in conſtit. Gallicas in ſecundo tomo, tracta. de donat. inſinuan. in Gloſſ. 1. num. 15. verſi. Idem in donatione tacita. & dixi in l. ſi quando, num. 866. verſic. Et pro intellectu. C. unde vi. ergo cum in dicto conſenſu gratuito non fuerit iuratum ad formam nouarum conſtitutionum Cæſarearum ſtatus Mediolani, quòd donatio ſit uera, & non ficta, nec in fraudem alicuius facta, prout requirunt iurari in donationibus: ſequitur quòd ſuper tali conſenſu non poteſt fieri fundamentum pro vxore.

62 Quartò † dico, ſtatutum non habere locum in caſu iſto, in quo princeps derogauit dicto ſtatuto pro hac vice, decernendo quòd non obſtante, ipſo ſtatuto prohibente marito relinquere vxori vltra medietatem vſuſtructus, & libras quinquaginta imperialium, quòd maritus poſsit eius vxori relinquere quidquid uoluerit etiam ultra formam, & metam dicti ſtatuti. Nam clarum eſt; quòd princeps ad ſupplicationem mariti potuit derogare ipſi ſtatuto, cum ſit ipſum ſtatutum de iure poſitiuo, cum princeps poſsit tollere leges, & ſtatuta quæ ſunt iuris poſitiui. l. digna uxo. ubi text. & Doct. C. de legib. Fely. latè in c. quę in eccleſiarum. de conſtit. Et princeps etiam de honeſtate non tenetur ſeruare ſtatuta. Ill. dom. Boſsius titu. de homicidio. num. 76. uer. ſi tamen eſſem iudex. ubi allegat Rochum de Cur. in tract. conſuet. car. 34. colum. 1. in princip. Et hoc intelligo uerum ſi princeps derogat ſtatuto uiuente marito; & ad preces mariti, ſecus ſi eo iam defuncto uelit derogare: quia eſſet iam acquiſitum ius hæredibus, & princeps ius tertij tollere non poteſt ubi iam tertio, & ſic hæredibus fuit acquiſitum. l. ſecunda, §. merito. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. Et diſpenſando legibus aut ſtatutis abſque cauſa princeps peccat mortaliter. Abb. Pan. c. uenerabilem. qui fili. ſint leg. per illum tex. Et quam-

63 uis † ſtatuto uolens derogari per principem, debeat in ſupplicatione non ſolum de ſtatuto, uerum etiam eius tenore facere mentionem de glo. verſi. literas dediſſemus, ubi tex. gloſſ. & Doct. in cap. ſuper literis. de reſcrip. Et item debeat facere mentionem de confirmatione ſtatutorum à principe facta. Alex. conſi. 122. viſo. num. 6. volum. 4. Et de iuramento, ſi ſtatutum fuit iuratum, debet fieri mentio, etiam quòd ſupplicans non iuraſſet ſeruare ſtatutum: ſed ciuitas, uel populus, aut collegium: ſiue capitulum eccleſiæ, uel pretor alioqui non valet reſcriptum, nec diſpenſatio, nec derogatio talis ſtatuti: cum nõ ſolum de principis confirmatione, uerum etiam de iuramento preſtito per tertium ſuper ipſo ſtatuto debeat fieri mentio, text. ad literam. in cap. conſtitutus, & ibi Abb. Fely. & Docto. de reſcript. Tamen in caſu noſtro ceſſant prædictę exceptiones, cum de ſtatuto, & tenore facta ſit mentio, ex quo in precibus mariti eſt regiſtratum ſtatutum cui petitur derogari de verbo ad verbum, & etiam facta fuit mentio, quòd mag. dom. Prætor Nouariæ ad petitionem magni Conſilij Nouariæ ſolet ſemper iurare ingreſſu officij, & iurauit de ſeruandis ſtatutis Nouariæ: ſed de principis confirmatione ſtatutorum non fuit facta mentio, ex quo ſtatuta ciuitatis Nouariæ ſunt antiqua, & condita fuere tempore quo ciuitas Nouariæ habebat libertatẽ, & erat Reſpublica nec habebat aliquem principem, ut patet ex titulo pacis Conſtantię quo urbs Nouarię nominatur pro libera ciuitate. Et ſic nõn fuit opus facere mentionem de ipſa principis confirmatione: quę nunquam facta fuit, cum non entis nullę ſint qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. Et licet Dux Franciſcus Sfortia primus quando occupauit ciuitatem Nouarię nonnulla addiderit quibuſdam ſtatutis particularibus, tamen nil addidit ad ſtatutum de quo contenditur, ergo non fuit opus facere mentionem de ipſa confirmatione, quę non reperitur. d. l. eius qui in prouincia. & ſtatuta ipſa ualent abſque ipſa confirmatione, cum facta fuerint tempore quo ciuitas Nouarię erat libera, ut patet ex tit. pacis Conſtantię, iunctis not. in l. omnes populi. per illum tex. ff. de iuſt. & iur.

64 Super alio puncto quo † queritur an donatio facta per vxorem marito inter uiuos, & heredibus mariti, ualeat & confirmetur morte uxoris, ſi eam donec viuit non reuocauerit, ex quo donatio inter uirum et uxorem inter uiuos, licet non ualeat, morte tamẽ donantis confirmatur. tot. tit. ff. & C. de dona. int. vir & vxorem. Et prima facie dicendum uidetur quòd non ualeat, nec confirmetur morte, ſtãte ſtatuto quo prohibetur marito ex contractu uel ultima uolnntate uxori relinquere vltra metam poſitam in ſtatuto, quia licet ſtatutum prohibeat ſolum marito relinquere uxori, tamen ratione correlationis cenſetur etiam prohibere uxori relinquere marito. Iaſ. l. fin. C. de indic. vid. tol. & conſi. 112. noua. vol. 1. Curt. Sen. conſ. 11. ſtatuto. Dec. l. j. col. pen. C. de in ius uoc. D. Laur. Syluan. conſi. 31. noua. & faciunt not. per Ripam rub. ff. de acqui. poſſ. col. 2.

65 Sic & † ſtatutum prohibens marito aliquid legare vxori, cenſetur multo magis prohibere marito vxorem hæredem inſtituere. D. Car.Rui. & ibi Mag. D.Hieron.Torniellus in rub.ff.de lega.1.col.7.nu.22.uerſi.ſed quid de illa,facit auct. multomagis.C. de ſacroſan. eccle. & l. oratio. ff. de ſponſal. & c.cum quid.de reg. iur.in 6.& ita tenui in l.ſi quando. nu.434.uerſic. & ſtatutum.C. vnd.ui. reprobando in hoc caſu Cor.conſil.195. ibidem per me allegatum.

65 Sed in caſu † noſtro dicendum quòd ſtatutum ciuitatis Nonariæ prohibens marito relinquere uxori: & diſponens quòd maritus non poſſit legare vxori niſi medietatẽ uſusfructus bonorum mariti, & duas ueſtes, & duas ſachetas & vnum fuſtaneum ſine perlis, centis, frexaturis, & ſine aliquo argento, & vnum lectum fornitum & libras quinquaginta imperialium: quem vſumfructum habeat cuſtodiendo lectum ſuum, & vitam vidualem ſeruando, & regulam non intrando quòd vxor poſſit etiam in totum maritum hæredem inſtituere. Nam cum ſtatutum prohibendo marito relinquere vxori excipiat præmiſſa. quæ non conueniunt marito, ut ei relinquat ea vxor: cum ſint res muliebres, puta duas ueſtes, & duas ſochetas, lectum fornitum cuſtodiendo lectum, ac vitam vidualem ſeruando. Item vſumfructum ſeu alimenta: certè ſtatutum ipſum dum prohibet marito relinquere uxori non cenſetur econuerſo prohibere vxori relinquere marito: quia ſtatutum multa annectit quæ non conueniunt uxori relinquenti marito. Et ſic põt vxor legare marito quidquid vult. Et quod plus eſt maritum vniuerſalem hæredẽ inſtituere, non obſtante dicto ſtatuto. Sozin. d. conſilio. 74. incip. difficultate. col.fi. ver.poſtremo oſtenditur.vol. 3. & dixi in d.l. ſi quando.nu. 434. uer. ſic & ſtatutum, in fin. C.unde ni.& reſpondet Sozi.in d. ver. poſtremo oſtenditur, ad regulam correlatiuorum, quòd non habet locun ubi materia nõ eſt vtrique proportionabilis.

67 Item † vbicunque eſt ſtatutum, prout eſt in ciuitate Nonariæ ſub rub.de ſtatuto in quolibet dictorum librorum, vt ſtatuta ſint præciſe intelligẽda fol. 14. Aliud ſtatutum ſub rub. quòd omnia prædicta & infraſcripta ſint præciſa fol. 17. & aliud ſtatutum ſub rub.quòd omnia ſtatuta ſint præciſa fol.67. quibus ſtatutis cauetur ꝙ omnia ſtatuta ſint præciſa, & ꝙ debeant intelligi prout iacent cum bono & ſano intellectu, tunc ſtatutum dicens quòd ſtatuta præcisè obſeruentur, idem eſt ac ſi diceret quod ſtatuta intelligantur ad literam prout iacent, & ita tenuit Iac.de Are.in l.ſtipulatus ſum Damam.ff.de ver.obli.quem refert, & ſequitur Iaſ.in l.omnes populi.num. 55. ff.de iuſt. & iur. Et ſtatutum dicens quòd ſtatuta ſint præciſa, idem eſt ac ſi diceret quòd ſtatuta ſtrictè intelligantur, ita ut ab eis & earum litera recedi non poſſit, etiam ex arbitrio aliquo. Iaſ. d. l. omnes populi.num.52.verſi.ſubdit etiam. in fi.ff. de iuſt. & iur. Nam tunc ubicunque eſt ſtatutum ꝙ ſtatuta ſeruentur ad literam, uel ꝙ intelligãtur ad literam, vel ꝙ ſint præciſa, ſtatutum diſponens quòd maritus non poſſit relinquere vxori non non intelligitur econuerſo, quòd uxor non poſſit relinquere marito: ſed uxor non obſtante dicto ſtatuto poterit marito relinquere quidquid velit, & eũ etiam hæredem vniuerſalem inſtituere. D. Catel. Cotta Memor. incip. litera dicitur, vbi refert ita conſuluiſſe Dominos Lancil. Decium, Petrum Craſſum, Ioan. de Puteo, & ſequitur Pichus in auct. prætereà. C. unde uir & vx. & in l.quamuis. C.de impub. ſubſtit.& dixi in d.l. ſi quando. num. 434.verſi.ſic & ſtatutum. C. und.vi. Et eſt tenenda iſta opinio pro uera, ut latè per Cur. Iun. conſilio. 6.inci.circa has quatuor dubitationes.col.3.uer.præmiſſis tamen.

68 Non † tamen ratione dictorum ſtatutorũ, ꝙ ſtatuta intelligantur & obſeruenĩ pręcisè, & ad vnguem ac ad literã, quia talia ſtatuta, & alia ſimilia, ſicuti & nouæ conſtitutiones Domini Mediolani, quibus cauetur ſub rub. de conſtitutionibus, ꝙ ipſæ cõſtitutiones Cæſareę ſeruentur incõcuſſæ, non cenſetur tollere gloſſas, & interprætationes iuris communis: quia præmiſſis ſtatutis non obſtantibus ſtatutum recipit interpretationem iuris commmunis: & debet intelligi, reſtringi, limitari, & ampliari ſecundum ius commune. Imò etiam ſtante alio ſtatuto quòd ſtatuta omnia non recipiant interpretationem, nec gloſſentur: hoc non obſtante, ſtatuta ipſa recipient iuſtam & legitimam interpretationem, ſecundum formam iuris communis, vel alterius ſtatuti. Et hæc eſt cõmunis opinio, ut ait Alexan.de Tartagnis pater veritatis conſil.80.incip.Redemptoris noſtri innocato ſuffragio. viſo & opportunè animaduerſo titulo.col.3.nu.10. uer.in quibus locis videtur eſſe communis concluſio Doctorũ.vol. 1.quem refert Iaſ. d.l.omnes populi. nu.53.ver. tu tamen aduerte. ff. de iuſt. & iur. vbi vult talia ſtatuta debere intelligi de gloſsis & arbitrio hominum, vt non poſſit gloſſari nec interpretari ſecundum arbitrium. nec gloſſas hominum: ſed bene poſſint interpretari, reſtringi ac ampliari ſecundum interpretationem paſſiuam, & ſecundum ius commune, vel aliud ſtatutum; vt per Iaſ. d.l.omnes populi. nu.53.verſi. tu tamen aduerte.ff. de iuſt.& iur.& eſt commn. opi. Alexan. d conſilio.80.incip.Redemptoris.&c.viſo.nume. 9.& 10.vol.1. per l.quãuis. C.de adult.& l.2. C. de noxal.act.& Glo.in l. ſciendum: vbi Glo.verſi. non compelli, ibi, ſecundo an ſit hodie correcta ubi Alex. & Doct. ff.qui ſatiſd. cog. & l. ſtipulatus ſum Damam, verſi.continuo. ff.de ver.ob. & ibi Bart.& Doct.& per l. ita nobis pudor. C. de adult.& l. ſed & poſteriores.ff.de legibus.Et hoc procedit etiam ſi ſtatutum veniat ad correctionem iuris communis: quia nihilominus debet intelligi et interpretari ſecundum ius commune.

vnde ſtante ſtatuto quòd filius familias: poſsit condere teſtamentum, licet hoc ſit contra ius commune, ſecundum quòd filius etiam de cōſenſu patris non poteſt condere teſtamentum: tamē tale ſtatutum interpretabitur ſecundum ius commune, dummodo in tali teſtamento adſint ſeptē teſtes rogati, requiſiti de iure communi uel quinque requiſiti ex forma ſtatuti: quia tale ſtatutum recipit interpretationem paſsiuam à iure communi uel ab alio ſtatuto. Bar. & Doct. l. 1. §. lex Falcidia. per illum tex. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. d. l. omnes populi. colum. pen. num. 62. verſic. ad idem facit. ff. de inſtit. & iur.

69 Et † ſi ſtatutum corrigeret ius commune diſponendo quòd in teſtamentis ſufficiant quinque teſtes, tale ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune ut ipſi quinque teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, licet hoc ſtatutum nō dicat: tamen ſic debet intelligi ſecundum ius commune, ut ipſi teſtes quinque debeant eſſe omni exceptione maiores, ex quo agitur de probatione extraordinaria: quo caſu ubi lex uel ſtatutum contentatur probatione extraordinaria, puta quinque teſtibus teſtamentis: cum requirantur de iure communi ſeptem, uel contentatur in alijs actibus dicto iurato vnius teſtis: uel dicto iurato partis, puta in damnis datis, tunc requiritur quòd teſtes, & pars cui credi deberet ꝙ ſint omni exceptione maiores, alioqui actus nō ualet. Et ita in ſpecie ſuper ſtatuto Nouariæ vrbis antiquiſsimæ, patriæ meæ, diſponente & ꝙ in teſtamentis ſufficiant quinque teſtes, quòd ipſi omnes quinque teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, alioqui ꝙ non ualeat teſtamentum: ſi unus ſolus ex quinque teſtibus pateretur aliquam exceptionem puta: quia eſſet auunculus, uel frater hæredis inſtituti, aut excommunicatus ſeu bannitus uel non ſolitus confiteri peccata ſua omni anno ſacerdoti, & ſacram aſſumere Euchariſtiam, uel aliam pateretur exceptionem ſimilem, uel maiorē conſuluit Decius in cauſa mag. do. Iacobi Catiæ Phiſici, & Prothomedici Excellentiſsimi ac patritij vrbis Nouariæ ex vna: ex quo Magnifico dom. Iacobo natus fuit mag. D. Io. Auguſtinus Catia patritius Nouariæ: qui quamplura egregia edidit opera in lingua Ethruſca, & ex eodem mag. D. Io. Auguſtino Catia natus fuit mag. D. Ioan. Iacobus Catia artium, & medicinæ Doctor: optimus Philoſophus, optimus Medicus, optimus Aſtrologus, optimus Poeta, & vir denique omnium horarum ac ſcientiarum; qui profitetur ac legit Papiæ cum maxima laude ſua, & totius Italiæ; & qui eſt ſidus fulgentiſsimum Illuſtris Academiæ Ticinenſis: ex qua etiam ego ſum, & in cauſa mag. D. Hieronymi Catia etiam phiſici ac artiū & medicinæ Doctoris fratris prædicti mag. dom. Iacobi Catię ſenioris, ex quo mag. D. Hieronymo Catia natus fuit clariſsimus Dux Militum D. Io. Baptiſta Catia meus conſanguineus ex alia, quòd teſtamentum etiam conditum à patre communi inter liberos non ualet etiam quòd ſtatutum Nouariæ urbis diſponat quòd in teſtamentis ſufficiant quinque teſtes: quia licet ſtatutum aliter non diſponat intelligitur quòd tales teſtes quinque debeant eſſe omni exceptione maiores, aliqui ſi unus ſolus ex quinque patiatur aliquam ex prædictis, uel alijs exceptionibus ut patiebantur teſtes in ipſo teſtamento adhibiti, teſtamentum eſt nullum, & ita conſuluit Dec. in ſpecie ſuper ſtatuto Nouariæ inter ipſos mag. Dominos fratres Catios viros nobiliſsimos vrbis Nouarię, & in territorio Caſtellatij, & Mandelli agri Nouarienſis habentes amplas facultates: in conſi. 105. incip. diuino implorato præſidio, & pro tenui facultate mea diligenter conſideratis omnibus quæ occurrūt in cauſa quæ Nouarię agitatur. col. 3. num. 4. in fin. ver. tertio, reſpondetur, & dico ꝙ iſti teſtes quinque. & colum. 4. num. 5. verſ. Et ad hoc ſpecialiter facit, ubi allegat Bald. l. qui accuſare. C. de eden. & ibi D. Ant. de Alex. & omnes tradunt in l. admonendi. ff. de iureiuran. & adde quæ dixi in l. ſi quando. num. 792. verſ. ſeptimo principaliter limita, & num. 793. verſ. infamis, & 794. verſ. periurus. & 796. verſ. condemnatus in actione furti, & numer. 797. verſ. condemnatus etiam per inquiſitionem, & num. 798. verſ. homicida. & 799. verſ. inimicus. & nume. 801. verſ. ſpurius. & 802. verſ. concubinarij. & num. 803. uerſ. blaſphematores. & num. 804. ver. vſurarius. & num. 805. verſ. pauper. C. unde vi: vbi dixi infamem, periurum, condemnatum in actione furti, uel per inquiſitionem, homicidam, inimicum, ſpurium, concubinarium, vſurarium, & pauperem non eſſe teſtes omni exceptione maiores, & per conſequens non poſſe in litem iurare, ergo nec poſſe eſſe teſtes in teſtamento in quo ex forma ſtatuti ſufficiunt quinque uel quatuor aut tres teſtes, ut per Dec. d. conſ. 105. colum. 3. num. 8. verſ. tertio reſpōdetur, & dico ſi enim unus ex teſtib. requiſitis deficit in teſtamento non valet teſtamentum. l. ſi vnus. C. de teſtam. Dec. d. verſ. 3. reſpondetur.

70 Sic † & in codicillis requiruntur quinque teſtes omni exceptiones maiores, & ſi unus non ſit omni exceptione maior, puta: quia ſit frater, uel auunculus hæredis inſtituti, non ualet codicillus. Ang. conſ. 128. in facto proponitur. Dec. cōſ. 105. num. 5. verſ. & ad hoc ſpecialiter facit.

71 Sed † quia ſtatutum, ut maritus non poſsit relinquere vxori niſi ſummam ſeu metam pręfixam à ſtatuto, eſt factum odio uxorum, ne illecebris, delinimentis, aut perſuaſionibus illaqueant ac ſeducant maritos tanquam altera Medea uel Circes, cum iura pręſumant in ſimilibus contra mulieres. & ſic uxores, ut inquit Socin. in d. conſi. 74. difficultatem. colum. 2. uer & pro ſolutione conſideranda eſt in primis ratio ſtatuti, in fin. uolu. 3. & dictum ſtatutum factum fuit odio mulierum quę maritis infirmis non ſeruirent, niſi ipſis quid quid uellent relinquerent. Pract. Papien. in form. lib. quo uxor agit ad dotem. §. dedit. & legauit. circa

captinc. Ergo ſtatutum quòd maritus non poſſit relinquere vxori, non habet locum econuerſo, quia rationes quæ militant in marito teſtante ut illecebris mulicbribus ac eius delinimentis ſeducatur ab vxore, non habet locum in vxore teſtante in fauorem mariti, ex quo maſculi non ſolent uti illecebris & delinimentis, quibus ſolent vti mulieres erga viros, exemplo Adam ſeducti ab Eua, & non Euæ ſeductæ ab Adam. Ergo ſtatutum quòd maritus non poſſit relinquere vxori non habet locum econuerſo, & ſic in vxore teſtante in fauorem mariti, quia non obſtante ipſo ſtatuto poterit vxor relinquere marito: quidquid vult, & eum hæredem inſtituere etiam quòd non adeſſent prædicta ſtatuta, quòd ſtatuta intelligerentur præcisè, vel ad litteram. & ita inquit Socin. in ſpecie conſil. 74. difficultatem, colum. 1. & 2. volum. tertio, & Curt. Iun. conſil. 6. incipien. circa has. num. 8. verſ. ſed clarum. & num. 13. ver. ſecundo principaliter, & fortius teneo. & ibidem latè Socin. & etiam Curt. Iun. reſpondent ad regulam correlatiuorum quòd locum non habeat ex quo non militat eadem ratio, & non agitur de eodemmet actu indiuiduo; puta emptione & venditione vnica: quia prohibita vēditione, cenſetur prohibita ratione correlatiuorū emptio, ex quo agitur de eodem actu indiuiduo, ſecus autem in caſu noſtro, quo actus ſunt diuerſi, teſtamentum mariti & teſtamentum vxoris, & prohibito uno, non cenſetur prohibitum aliud ratione correlatiuorum, vbi agitur de actu diuerſo, ut per Soc. d. conſi. 74. difficultatem, & per Curt. Iun. d. conſil. 6. circa has. col. 3. num. 8. verſ. ſed clarum. & col. 5. num. 13. verſ. ſecundò principaliter & fortius teneo.

72 Sic & ſtatutum p̄ne maritus non poſſit relinquere vxori, non habet locum in ſocero, & ſic patre vxoris: quia illi poterit relinqui. l. ſi uero. §. de viro. ubi text. & Doct. ff. ſol. matr. Curt. Iun. d. conſ. 6. circa has. colum. 9. num. 18. in fi. verſ. præterea & ſecundo. reſpondetur. & verſ. Idcirco non videtur neceſſarium. & hoc niſi probaretur ſocerum fuiſſe interpoſitam perſonam pro filia & ſic vxore teſtatoris. ſed hoc debet probari, quia ſolùm ratione ſanguinis non præſumitur ſocer perſona interpoſita pro filia ſua, vxore teſtatoris. Curt. Iun. d. conſ. 6. circa has. colum. 10. ver. Nec obſtat illud quod ſupra vltimo loco dicebatur, quòd perſona ſoceri videatur eſſe perſona interpoſita, text. & Doct. in l. fi. ff. de his quib. ut indignis. Et ibidem Curt. Iun. d. ver. Idcirco non videtur neceſſarium, reſpōdet ad l. 3. §. 1. & l. cum hic ſtatus. §. ſi nurus ſocero. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi patet quòd ſicuti vxor eſt prohibita donare inter viuos marito, ſic etiam eſt prohibita donare ſocero: quia hoc eſt ideò: quia lex extendit ea quæ erant dicta de vxore ad ſocerum, contra. d. §. de viro. Ergo ſecus in caſu noſtro, quo caſu prohibet relinqui vxori, & nil dicit de ſocero, ergo ſocero poteſt relinqui non obſtante dicto ſtatuto, d. §. de viro. per Curt. Iun. d. cōſ. 6. num. 18. & 19. quia ſtatutum debet ſtrictè intelligi, & recipit interpretationem paſſiuam à iure communi. Raph. Comen. conſ. 30. incip. ſtatuto cauetur. col. 1. in fi. & 2. in princ.

73 Nam † ſtatutum quòd maritus non poſſit relinquere vxori niſi medietatem vſusfructus bonorum ſuorum, & duo paria pannorum, & libras quinquaginta, intelligitur ſecundum ius commune, ut non obſtante ipſo ſtatuto poſſit ipſe maritus relinquere vxori alimenta, cum etiam incapacibus, puta ſeruis, aut damnatis, quibus nil poteſt relinqui, poſſint relinqui alimenta, l. ſi is cui. & l. ſeruos. ff. de alim. legat. & l. ſi in metallum. ff. de his quæ pro non ſcrip. hab. cenſetur enim legatum alimentorum pium, adeò quòd ab ipſo ſtatuto non videtur prohibitum marito relinquere vxori, ut in ſpecie dicit Raph. de Raymundis Comenſis conſ. 300. incip. ſtatuto cauetur col. 2. in princ. quem refert, & ſequitur Curt. Iun. in apoſtil. ad Pract. Papien. in forma lib. quę vxor agit ad dotem. §. dedit, & legauit. in gl. uer. quinquaginta. Et facit text. in l. libertis. § poſthumis. ff. de alimen. legat. Et hoc intellige, vbi vxori non eſſent relicta à marito permiſſa à ſtatuto, vel ea eſſent relicta ſed non ſufficerent pro alimentis, ſecūdum qualitatem perſonarum & reditus: quia vxor non cogitur vendere proprietates ſibi relictas, Raph. Cuma. d. conſ. 30. ſtatuto. col. 2. verſ. præterea ſi legatum alimentorum: debet enim ipſum ſtatutum limitari ſecundum ius commune. d. l. 2. C. de noxal. act. glo. d. l. ſciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi Alex. l. ſed & poſteriores. ff. de legib.

74 Nam & ſtatutum † q̄ maritus non poſſit relinquere vxori intelligitur ſecundum ius commune q̄ non procedat ſi maritus relinquat, vel donat inter viuos, uel in ultima uoluntate vxori cauſa remunerationis. Nam & de iure communi licet non ualeat donatio inter virum & vxorem vbi ſit facta inter viuos. tot. tit. ff. & C. de don. int. vir. & vxo. tamen ſi ſit facta ex cauſa remuneratoria, ſeruitiorum ualet. d. quod autē. §. ſi uir & vxor. ff. de don. int. vir. & vxo. Cyn. Bald. Salyc. & Dec. in l. ſi pater puellæ. & ibi Iaſ. C. de inoffi. teſtam. Abb. Panor. & Doc. in rub. ext. de donat. Iaſ. l. ex hoc iure. num. 55. ver. tertius effectus. ff. de iuſt. & iur. Ergo non obſtante dicto ſtatuto poterit maritus ex cauſa remuneratoria inſtituere hæredem vxorem, vel eidem legare etiam ultra metam à ſtatuto præfixam. d. §. ſi vir & vxor. Et hoc ad ratam ſeruitiorum, & donationum per vxorem marito factorum & nō vltra. tex. d. §. ſi vir & vxor. Boſsius tit. de Principe num. 323. ver. ſed eſt aduertendum, in fin. Doct. in apoſtil. ad Bart. in l. ſi fortè. ff. de caſt. pec. Et debent eſſe ſeruitia quæ egent & ſunt digna remuneratione & recompenſatione, non autem ſeruitia obſequialia ad quæ vxor tenetur erga maritum. And. de Pomate in d. apoſtil. ad Bar. in d. l. ſi forte. in apoſt. verſ. præcedentibus

dentibus meritis, circa mediũ: ibi, vel aliter quòd illa uerba pro meritis, ff. de caſt. pec. Et non creditur coniugibus de meritis & ſeruitijs niſi probentur, ex quo non poſſunt liberè donare, Bart. d. l. ſi fortè. in fi. per illum tex. Soc. conſ. 65. incip. circa primam quæſtionem. vol. 1. etiam cum iuramento aſſertorio. Alex. l. ſi donatione. col. 2. in fi. C. de collat.

75 Hinc eſt † quòd ſi ruſticus vel popularis acciperet nobilem in uxorem, & conſtante matrimonio faceret inſtrumentum de receptione dotis, quam in veritate non recepit; quamuis in effectu ſit donatio, tamen valet non obſtante lege & iure communi prohibente inter coniuges donationem, & annullante dotes confeſſatas & non habitas, & non obſtante ſtatuto ꝙ maritus non poſsit ex contractu vel vltima voluntate aliquid dare, vel relinquere, vel confiteri in fauorem uxoris: quia cenſetur factum cauſa remunerationis propter inæqualitatem ipſorum. Et eo caſu valebit etiam legatum ac aliud relictum factum per maritum popularem & plebeiũ vxori nobili non obſtante ipſo ſtatuto: quia nõ cenſetur velle prohibere remunerationem, Iaſ. d. l. ex hoc iure. nu. 5 ver. tertius effectus eſt, ibi, hinc dixit. ff. de iuſt. & iur. Bart. l. ſi uoluntate. per glo. ibi. C. de dot. promiſſ. Bal. l. 2. §. fi. & ibi alij Doct. ff. ſi cert. pet.

76 Eadem † ratione ſi ſenex accipiat in uxorem iuuenculam unam, poterit maritus ſenex tali vxori legare & relinquere quæ vult, etiam vltra formam ſtatuti prædicti, ex quo cenſetur factum cauſa remunerationis propter eorum inæqualitatẽ, Iaſ. d. l. ex hoc iure. num. 55. ver. tertius effectus eſt, ibi, hinc dixit. ff. de iuſt. & iur. Io. de Imol. rubr. ff. ſol. matr. col. penult. vẽr. in glo. petatur, in fi. Bal. l. 1. in fi. C. de donat. ant. nupt. & l. pen. §. mulier. ff. ſol. matr. Ang. l. 1. ff. ſol. matr. & conſ. 5. Bal. c. ſuper eo. el 2. de teſtib. & in c. ſi cautio. col. 1. de fid. inſtr. Bart. & Doct. l. diuortio facto. & l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. ff. de verb. oblig. Summa Angel. ver. donatio. tertio inter virum & vxorem, ibi, ſecus in donatione remuneratoria, ſi enim vir donat rem uxori, & vxor viro, valet donatio & fit hinc inde compenſatio. l. quod autem. §. ſi uir. & vxor. ff. de donat. inter vir. & vxo.

77 Et præmiſſa † arbitror limitanda, niſi tempore quod debebat contrahi matrimonium inter maritum plebeium & popularem ex una, ac uxorem futuram quæ ſit nobilis. vel pro ea agentes ex alia, uel inter maritum ſenem & iuuenculam vxorem futuram fuiſſet conuentum de dotis augumento faciendo per maritum. Nam tunc videtur actum de remuneratione faciẽda uxori pro quantitate tunc cõuenta in augumento dotis cõcluſa. Nec vxor tunc poſſet aliam quærere nec prætendere remunerationem: quia maritus & hæres dicere poſſent illud Euangelij. Non facio tibi iniuriam nonne uno nummo cõueniſti mecũ? & ideo eo in caſu obſtabit ſtatutum prædictum & exceptio dotis cautæ & non numeratæ, in caſibus quibus de iure cõpetit, per text. d. l. ſi voluntate. C. de collat. & tot. tit. C. de dot. cau. nõ num.

78 Locum † etiam nõ habet ſtatutum ipſum prohibens marito dare, vel uxori relinquere: quando donat ante contractum matrimonium ſponſus ſponſæ nondum contracto matrimonio. l. ſi ſponſus. ff. de donat. inter vir. & vxor. in princip. ubi text. & Doct.

79 Statutum † autem ipſum ꝙ maritus vxori legare non poſsit medietatem vſusfructus bonorũ ſuorum, debet intelligi ſecundum ius commune, vt antequam vxor habeat medietatem vſusfructus bonorum mariti: prius deducantur debita & æs alienum mariti, quia bona dicuntur eo ꝙ beant, intelliguntur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verb. ſign. Pract. Papien. in for. lib. quo uxor agit ad dot. §. dedit & legauit, nu. 5. ver. poſteà. quæritur, vbi. Pract. Papien. idẽ dicit ſi ſtatutum vellet poſſe ſolum per maritum vxori relinqui dimidium vel tertium hæreditatis pro vſusfructu, quòd uxor tenetur ad debita mariti ad ratam. Item ſtatutum ipſum quòd maritus poſsit vxori relinquere dimidiũ vſusfructus bonorum ſuorum, intelligitur quòd antequam vxor habeat ipſum dimidium quòd filij prius deducant legitimam eis debitam iure naturæ in qua filij non cenſentur grauati, nec poſſunt grauari, & poſteà uxor habebit dimidium, reſtantis pro vſusfructu. Pariſius conſi. 9. num. 89. vol. 2. Barbat. in cap. Raynaldus, col. 3. de teſtam. Alciatus conſ. 77. non modicum. num. 8. per text. in l. quoniam in prioribus. & l. quoniam in nouella. C. de inoffic. teſtam.

80 Et † uiuentibus filijs hæc deductio legitimæ eſt parui momenti, ex quo vſusfructus relictus vxori in totum vel pro dimidia uiuentibus filijs hæredibus inſtitutis, nõ intelligitur de vero vſufructu: ſed ſolum de quadam præeminentia in domo, & reſpectu alimentorum tantum uxori debitorum, adeò ꝙ vtilitas fructuum reſtantium deductis ipſis alimentis, ſunt filiorum inſtitutorum hæredum. Salyc. & Doct. in c. ꝙ locum. C. ſi ſoc. nupt. Bart. & Doct. l. Titia. cum §. fi. ff. de leg. 2. Soc. conſ. 1. Franciſcus. col. 2. num. 7. verſ. quo ad ſecundum, vol. 4. tamen eſſet utilis hæc deductio legitimæ ubi teſtator expreſsè declararet in teſtamento uelle quòd vſusfructus relictus vxori ſit uerus vſusfructus: & non pro alimentis tantum: etiam viuentibus filijs: quia non vult cõſuetudinem Bulgari locum habere. quo caſu uxor etiam viuentibus filijs habebit plenum & verum vſumfructum ut per Soc. in d. conſ. 1. col. 2. in fi. & col. 3. vol. 4. Et tunc filij poſſent deducere ipſam legitimam ante omnia. Item mortuis filijs vxor eorum mater ſuperuiuens habebit vſumfructum uerum, & non alimenta tantũ ex bonis mariti, etiam quòd maritus dederit ſubſtitutum filijs. Bart. d. l. Titia cum. §. Titia. num. 10. ver. quæro pone. ff. de leg. 2. Et ita conſului pro mag. vxore illuſtris iureconſulti dom. Hieronymi Cagnoli cuius

li cuius extant in iure egregia opera, quòd cum filij maſculi omnes ab eo hæredes inſtituti fuiſſet defuncti, quòd vſusfructus relictus vxori per eum viuentibus filijs interpretabatur pro alimẽtis tantum, quòd eis defunctis, debebat intelligi de plene, & verò vſufructu etiam in præiudicium Mag. dom. Io. Baptiſtæ Cagnoli, fratris prædicti Mag. do. Hieronymi qui cum filijs ſubſtitueret. Bar. d. verſ. quæro pone. Et ita fuit iudicatum per Ill. & Reuerendiſ. D. Auguſtinum Mollignatum Epiſcopum Bertinorium, patritium Vercellẽſem, & iureconſultum eminentiſsimum. Et caſu quo tertius eſſet hæres filiorum ex forma ſtatutorum putaquis tanquam agnatus excluderet matrem, vel ex teſtamento filiorum, arbitror quòd talis hæres ex perſona filiorum antequam vxor habeat ipſum dimidium vſusfructus bonorum mariti ſibi relictum, vel aliam quotam, quòd ante omnia debet deduci legitima debita filijs in fauorem filiorum vel eorum hæredum, & de reſiduo poſtea dari dimidium vſusfructus vxori uel alia quota ſibi relicta., Pariſius dic. conſil. 11. num. 89. vol. 2. per tex. in d. l. quoniam in prioribus. & l. quoniam in nouella. C. de inoffic. teſtam. Tenebitur etiam
81 † ipſa vxor facere inuentarium, & ſatisdare de reſtituendis bonis finito vſufructu, ut dixi latè in l. ſi quando nu. 604. uer. vſufructuarius. & nu. 605. verſ. Item tenetur. C. vnde vi. Et eſt communis opin. Alex. conſil. 38. habita. nu. 5. 6. & 7. vol. 3. Iaſ. conſ. 40. circa primum. vol. j. Nec poteſt teſtator remittere vxori vſufructuariæ, nec alij vſufructuario confectionem inuentarij, & ipſam ſatiſdationem dandam. Et eſt communis opin. Iaſ. d. conſ. 40. circa primum. vol. 1. Paul. de Caſt. conſil. 221. antequam ueniam. vol. 2. tex. in l. 1. C. de vſu & habit. & in l. fere. C. ut in poſſeſſio. leg. & dixi in d. l. ſi quando. nu. 607. verſ. nec poteſt. C. vnd. vi per Mod. in l. nemo poteſt. per illum text. ff. de leg. 1. Laus Deo ac Virgini Mariæ eius Matri ſacratiſsimæ. 1567. menſe Auguſti, quo menſe natus fui de anno. 1517. ſub Pontificatu Leonis decimi ſummi Pontificis ac ſub Imperio Diui Maximiliani Auſtriaci Romanorũ Imperatoris eius nominis primi.

Ego Io. Baptiſta Plotus. I. V. D. ac Prior venerandi Collegij Mag. Dominorum Iudicum, & iuriſperitorum ciuitatis Nouariæ ac eques, & Comes, & Pernati dominus, conſulo prout ſupra dixi eſſe de iure.

CONSILIVM D. HIERONYMI Lanchi Iuriſc. Bergomen.

ARGVMENTVM.

De ſtatuto quòd in ſucceſſ. numerentur gradus ſecundum ius Canonicum.

SVMMARIVM.

1 *Patruus excludit patruelem.*
2 *Patruelis ſuccedit unà cum patruo magno.*
3 *Natus poſt mortem patris illius, de cuius hæreditate agitur, admittitur ad ſucceſſionem.*
4 *Filius nõ ſubintrat locum patris, niſi quando agitur de ſucceſſ. patris uel aui.*
5 *Patruus ſuccedit nepoti, vnà cum auo.*
6 *Gradus conſanguinitatis quo ad ſucceſſ. numerantur ſecundum ius ciuile etiam in ſtatuto in terris eccleſiæ, in matrimonijs uerò ſecundum ius canonicum, & quæ ſit ratio.*
7 *Plures aliquando ſimul uno modo ſuccedunt alio autem modo inter ſe.*
8 *Statutum ueniens ad derogationem iuris communis an recipiat declarationem à iure communi.*
9 *Statutum in regula ſua mandans gradum connumerari ſecundum ius canonicum, an etiam in exceptione ita intelligatur.*
10 *Stante ſtatuto quòd gradus connumerentur ſecundũ ius canonicum, præfertur tamen ille qui eſt proximior de iure ciuili.*
11 *Subſtitutus exẽplariter à patre, præfertur ſubſtituto à matre.*
12 *Frater utrinque coniunctus an præferatur fratri ex uno tantum latere coniuncto in materia feudali.*
13 *In ſtatuto ſimpliciter uocante fratrem ad excluſionem ſororis, eo tamen caſu frater utrinque coniunctus excludit conſanguineum tantum.*
14 *Pares in gradu intelliguntur quando etiam ſunt in eadem vel æquali linea.*
15 *Intellectus uerus ſtatuti de quo agitur.*
16 *Filius non ſubintrat locum patris ſtante clauſula illa, ſalua gradus prærogatiua.*
17 *Exemplis non eſt iudicandum.*
18 *Conſilium collegij an præferatur cõſilio egregij particularis Doctoris.*
19 *Statutum quòd filia excludatur ab agnatis maſculis in primo gradu, an intelligatur de coniunctis ipſi filiæ, an uerò defuncto.*
20 *Statutum loquens de pari uel eodem gradu quomodo intelligatur.*
21 *Ab antiqua pratica non eſt recedendum.*

CONSILIVM CLXIX.

REDEMPTORIS Noſtri implorato præſidio. Maturè ac diligenter pro tenui facultate mea cõſideratis omnibus, quæ in præſenti iamdiu agitata quæſtione, difficultatẽ facere videbatur, iandem requiſitus, ut in hac cauſa mihi vnà cum duobus præſtantiſſ. Doctoribus commiſſa, opinionem meam in medium afferam, ſtatui omiſsis argumentationibus ad partes, cum per alios copioſè poſitæ uideri poſsint, breuiter & concluſiuè pro ueritate, & iuſtitia loqui.

Dico igitur (prout etiam aliàs in cauſa quorundam de Roncallis conſului,) & nunc etiã magis intrepidè affirmo, quòd ipſe patruus defuncti tanquam proximior ad totam hæreditatem excluſis, illis patruelibus tanquam remotioribus

admitti debet, quidquid contrarium aliàs in indiuiduo iudicauerit almnm Collegium Patauinum, & conſuluerit Pariſ. cuius conſilium tunc informis reperitur conſil. 66.vol.2.& tres illi alij conſulentes, pro quibus allegari poſſunt ferè in ter. Rui.& Gozad.in ead.ſpecie,ille in conſil. 32. vol. 3. hic conſil. 19.& idem Ruin.conſi.29.eod.uol. & Cur.Iun.conſil. 5.colum. 8.verſi. non obſtare etiam.& Iaſ.conſi.69.volum.3. quem ſequi uidetur Soc.Iun.conſi. 24.prope fin.vol.3.ad quos infra locis ſuis ſigillatim reſpondebimus. Ad prædictam ergo concluſ.oſtendendam.

Præmitto in primis, quòd ſi eſſemus in ter.iuris communis res non haberet aliquam dubitationem, quia hæreditates,& tutelæ ad quemcunque proximiorem agnatum redire conſueuerunt, dicit text. in l. Iuriſconſultus.in princ.ff.de grad. cum ſimil. & etiam de iure canonico in ſucceſsionibus proximitatis ratio, & graduum dinumeratio habetur ſecundum ius ciuile. In matrimonijs uerò contrahendis ſecundnm ius canonicum.ut eſt tex.clarus in cap. ad ſedem. 35.q.5. & gloſ.not.in §. hactenus.in verſi.generata.inſti. de grad. cum ſimil.quæ nota ſunt; ſed ſic eſt: quod patruus eſt proximior defuncto, quàm ſit patruelis,cum ille ſit in tertio gradu. §. tertio gradu.inſti.de grad.in d.l.Iuriſconſultus. §. tertio gradu. & in d. c. ad ſedem. patruelis autem ſit in quarto iur.ſupra alleg.& proinde benè concurrat cum pa-
2 truomagno,cum vterque † ſit in quarto gradu, ut conſuluit Bald. conſil. 272. patruus magnus. vol. 1.in ant.quod eſt.77.volu.3. in not.ergo.&c. & ita in ter. pro auunculo contra amitinos conſuluit Fulg.conſ.45.quidam Franciſcus.cui addo. l.auunculo.C.com.de ſucceſ. per quam ita etiam conſuluit Nicol. Boer. conſil. 32. accedant not. per Ruy.conſil.134.in ſecundo dub. volum.2.& 159.in 1.dub.eo.uol.quibus addo Alexan. optimè declarantem in conſil.44.col.5.vol.5. cum alijs alleg.per Dec.conſil. primo, ſecundum quod per Rot.Roma.curiæ iudicatum fuiſſe aſſerit ipſe Dec.conſi.408.prope fin. &.412. ante nume. 7.
3 † Et prædicta concluſ. procedit etiam ſi iſte patruus natus eſſet poſt mortem patris huius nepotis, de cuius ſucceſsione agitur. ut per Fulg.dicto conſil. 45.

Nec obſtat ſi quis diceret,quòd patres iſtorum patruelium erant ſimiliter patrui dicti defuncti, & ſimiliter in tertio gradu coniuncti ipſi defuncto,prout eſt etiam ipſe patruus,ergo iſti patrueles ſuccedere debeant in locum patris ſui, ut in auth.poſt fratres.& auth.ceſſante.C.de legi.hær. & in §.cum filius.inſtit.de hæred. quæ ab inteſta.
4 Quia reſpondeo clarè † quòd præterquam,quãdo nepos quærit auo ſuccedere, & quando filius fratris quærit patruo ſuccedere, nunquam filius repræſentat locum patris, ut eſt caſus in §. primo, & in §.ſi quis igitur. in auth.de hæred.quæ ab inteſt.&ibi Ang.& Bart. in auth.poſt fratres.ubi & Salyc.cum alijs alleg. per Dec. in d.conſil.primo, & alibi ſæpe. Cum ergo iſti patrueles nõ tractent de ſuccedendo auo, uel patruo ſuo, ſed tractent de ſuccedendo huic defuncto patrueli ſuo, nõ debent ſuccedere in locum patris ſui, & iſta ſunt uerba formalia Alexan.in d.conſi.44.colum.ſexta.Accedat quia † patruus cõcurrit ad ſucceſſ. nepotis vnà cum auo, licèt auus ſit in ſecundo gradu,ut per Ancha.conſil. 349. quia ex facto ius oritur: & hoc ea ratione per eum allegata, quia nepos ſuccedit in locum patris, & ſic patruus dicitur ei eſſe in ſecundo gradu,prout eſt etiam auus quæ quidem ratio ceſſat in patruele,qui non ſubintrat in locum patris,ut ſupra diximus. Accedat etiam, quia pariter è contra,ſi deceſsiſſet patruus ei ſucceſsiſſet ſolus nepos, qui ſubintrat in locum patris,ut dixi,non autem patruelis. ergo ita etiam è contra dicendum eſt,& ita in ſimili arguit Ancha. d. conſ.349. circa med.verſic.pro hoc facit. Vniuerſam difficultatem facere uidetur in præſenti caſu ſtatutum noſtrum de ſucceſſ.ab inteſta. ibi, vſque ad quintum gradum connumerando gradus ſecundum formam iuris canonici. Valet enim ſtatutum quòd in ſucceſsionibus attendatur gradus iuris Canonici,ut not.Bald.in l.ſi auię in fin.in.verſi.ſed ſi ſtatutum expreſſe diceret. C. de ſucceſſ.edic.ſed ſic eſt quòd ſecundum connumerationem graduum iuris canonici iſti patrueles ſunt in ſecũdo gradu, prout etiam eſt patruus cum ergo ſint pares in gradu, uidetur quòd pariter admitti debeant.

Sed pro clariori ad hoc obiectum reſolutio-
6 ne, præmittendum cenſui, quòd † ſtatutum faciens mentionem de gradibus ſemper intelligitur de connumerandis ſecundum ius ciuile, quia illi propriè dicuntur gradus ad ſimilitudinem ſcalarum,de iure uerò canonico non eſt propriè gradus, ſed eſt quidam ſaltus, quia ſaltat de fratre in fratrem, omiſſo patre. Iſta ſunt uerba formalia Bar.poſt Iac.But.quem ibi ſeq.cæteri omnes Docto.in d.l.ſi auię.ad fi.& Bald.in tract.ſtat.in verſ. gradus.& perpulchras alias rationes iſtud probat Caſt.in conſi.425.quòd iſta mater.colum.ſecunda,vol.1.Dec.in auth.ſi quá mulier.in ult. not.C. de ſecun.nupt.Soc.Iun.poſt Corn.conſi. 94.colum.5.uol.1.& hoc habet locum etiam in ſtatuto in terris eccleſiæ,ut per Alex. poſt Salyc in d. l. ſi auię, & Alber. Bru.tract. ſtat. exclud. fœm. propter maſ.in fi. 12. ar.quia dinumeratio graduum de iure canonico eſt impropria, ut dixi, & ſecundum Angel.Aret.in d.§.hactenus. non eſt iuridica. Et ratio eſt, quia gradus canonicus eſt compoſitus, & non ſimplex,ut per Card. Alexan. poſt alios in cap.quòd dilectio,de conſang.& affin.addo ego,quia non dicitur propriè gradus, ſed ſaltus, ut Paulo ſupra dicebam, & inuentus ſolùm propter matrimonia, quæ ſicut non poſſunt conſiſtere niſi ex duabus perſonis, ita etiam ius canonicum uoluit quòd duæ perſonę facerent unum tantum gradum, computatio autem quæ fit ſecundum ius ciuile fit reſpectu ſucceſsionum

&

& tutelarum, quæ ſicut deferuntur de una perſo-
na in aliam, ita etiam ius ciuile voluit, ꝙ qualibet perſona faceret vnum gradum ad ſimilitudi-
nem ſcalarum: & ita ſignanter declarat Bart. in l.
Meminimus. C. de legit. hære. Chriſti. Porc. inſtit.
de grad. in prin. colu. 3. Caſtr. in d. l. ſi auiæ. in fin.
quos refert, & ſequitur Iaſ. ibi. col. prima.

Hoc ergo præmiſſo ad obiectum breuiter re-
ſpondeo, quòd cum iſtud ſtatutum ſit factũ ad fa
uorem agnationis, ideo voluit, quòd agnati vſq;
ad quintum gradum ſecundum ius canonicum
excluderent fœminas, ut agnationi magis faue-
ret, & iſtud recte ſtat. Cæterum hic non agitur
de excluſione fœminarum, & an iſti maſculi exclu
dant fæminas, vel ne: neq; de hoc eſt aliqua conten
tio, quia iſtud eſt clarum, ſed agitur de ſucceſſio-
ne inter ipſos agnatos ex vtraque parte. Ideo ceſ-
ſante ratione, quæ nulla conſiderari poteſt, vt
maſculus remotius, & à iure ciuili excluſus, ad-
mittatur vnà cũ proximiore, ut infra dicemus. ceſ-
ſare debet etiam diſpoſitio dicti ſtatuti, quòd gra-
7 dus iuris canonici attendatur. † Næc enim incon
uenit quòd plures ſimul quoad tertiam perſonã
vno modo ſuccedant, alio autem modo inter ſe.
l. qui cum plures. & ibi not. de vulg. & pupil. vbi
quòd plures coniũcti ſuccedunt quo ad aliũ uo-
catum in uirilem: quò verò ad ſe, pro hæredita-
rijs portionibus. & ut breuiter rem abſoluam, ita
in ter. declarat, & ita conſuluit inſignis Deci. con-
ſilio. 334. per plura iura & rationes, quæ breuita
tis gratia omittuntur, cum ibi per eum videri poſ-
ſint. Hoc idem in caſu noſtro in indiuiduo ite-
ratò conſuluit idem Deci. conſilio. 344. & ibi re-
ſpond. ad ea, quæ prima facie uidebantur obſta-
re, & maximè ad illud, quòd quidam, & malè dice-
8 bant, quòd † ſtatutum ueniens ad derogatio-
nem iuris communis, non recipiat declarationẽ
à iure communi, ut ibi per eum. cui addo etiam
Alex. in l. inter cætera, col. penul. ff. de lib. & poſt.
& conſil. 35. col. 3. vol. 6. repetito in 201. uolum.
7. Iaſ. in auct. nouiſſima. col. 6. C. de inoffi. teſta.
Pariſ. conſilio. 83. vol. 3. Boer. deciſ. 188. column.
4. Nicolo. Bello. conſilio. 43. Nec ſatis facit di-
cere, quòd contraria opinio ſaltem procedat quan
do conſtat ſtatutum in his quoque ter. à iure cõ-
muni recedere uoluiſſe, ut per Sozin. conſilio. 52.
col. fin. uolum. 3. & ita ſignanter reſpondent Rui.
& Gozad. ille d. conſilio. 29. hic uerò conſilio 19.
Quia reſpondeo non conſtare ſtatutum, quo ad
ipſos agnatos, à iure communi recedere voluiſſe,
neque ad hoc præſumendum eſſe nulla exiſtente
ratione, ut ſuperius diximus. Et ideo minus ſatiſ-
faceret, ſi diceretur, nullam eſſe diuerſitatis ratio
nem inter excluſionem fæminarum, & excluſio-
nem maſculorum inter ſe, ut dicebat in ter. Cur.
Iun. conſi. 5. colum. 8. uer. non obſtaret etiam r.
9 † Quia reſpon. quòd imò inter iſta ſtat magna ra
tio diuerſitatis, quia quando agitur de excluſio-
ne fœminarum, adeſt ratio agnationis conſeruan
dæ, quòd autẽ unus maſculus a iure communi uti
remotior excluſus, concurrat cum proximiore,
nulla profectò ratio conſiderari poteſt, prout etiã
dicit Deci. in conſ. ſupra alleg. quem: ddo ad Ge-
rar. Mazol. idem nuperrime dicentem in conſilio
octauo. poſt princip. Quinimo ipſomet Curt. in
fortioribus ter. conſuluit pro hac opinion. in con
conſilio ſeptimo. quòd, licet ſtatutum in regula
ſua diceret gradum connumerandum eſſe ſecun
dum ius canonicum: attamen, quia in exceptione
non dicit ſecundum ius canonicum, conſuluit ꝙ
in exceptione gradus connumerari debeant ſe-
cundum ius ciuile: per plura, quæ hic pro
repetitis habeantur, ne aliena ſimpliciter trã-
ſcribam. Eſt verum quòd in caſu illo contra-
rium conſuluit Iaſ. in conſilio. 69. uol. 3. quem ſe
quitur Sozin. Iun. in conſilio. 25. prope fin. uol. 3.
ſuper quorum opin. non inſiſto, cum caſum iſtũ
ut ſupra dixi, adduxerim ſolum ad oſtendendum
quòd ipſemet Curt. Iun. non ſolùm in ter. no-
ſtris, & quidem maturiore iudicio, pro hac par
te ita ſtatutum noſtrum declarauit, ut infra dice-
mus, ſed etiam in fortior. ter. ita conſuluerit, cu-
ius tamen vltimam dices. tueri neceſſarium nobis
non eſt.

Sed iterum contra prædicta fortius inſtatur,
quia ſtatutum noſtrum poſtquam excluſit fæmi-
nas propter agnatos, poſtea ſubdit, in reſiduo ue-
rò in omnibus prædictis caſibus, cæteri agnati
maſculi proximiores ſuccedant, ſecundum prio-
ritatem, & poſterioritatem graduum, vſque ad
quintum gradum connumerandũ, ut ſupra. & ſic
videt quòd etiam in ſucceſſione inter ipſos agna-
tos uoluit gradus connumerari ſecundum ius ca-
nonicum.

Ad hoc in primis poſſum reſpõdere ex ſingul.
decis. Bar. in conſi. 10. iiſo ſtat. cõmunis Tuder-
10 ti, quòd † ſtante ſtatuto, quòd gradus cõnumerẽ
tur ſecundum ius canonicum, tamen ſi ſint duo
pares in gradu iuris canonici, ſed alter eorum
ſit proximior de iure ciuili, tunc ille, qui eſt pro-
ximior de iure ciuili, pferri debet alteri, q ſit par
in gradu de iure canonico. Nec ad hanc deciſ.
obſtat reſponſio Rui. d. conſi. 29. & Gozad. dict.
conſilio. 19. quòd ibi uterque non poterat admit
ti, ideo non mirum ſi præfertur illi qui eſt pro-
ximior de iure ciuili. hic autem uterque admitti
põt, ideo patrueiis excludi nõ debet, eo ꝙ ius ci-
uile qđ nõ attenditur, eũ excludat. Nã hæc reſpõ-
ſio tollitur ex ratione per ipſum Bart. allega. quæ
ẽt in his ter. militat, & pro ea adduco Gl. in cap.
quod dilectio. in uerſi. ꝓximiores. de cõſan. & af.
& clarius ibi not. Card. Alex. poſt Tancr. Laur.
& Vincent. Secundò adduco quòd hoc in ter.
noſtris, & ubi poterant concurrere plures, tenet
Caſtr. (licet de Bar. non meminerit) conſilio.
374. ſuper iſto facto. uol. 2. Tertiò adduco aliã
deciſ. Ancht. in materia ſucceſſionis in qua omnes
pariter poterant concurrere, relatam per Sozin.
conſilio. 89. uolu. 4. numero. 3. & declaratam nu.
14. ut per eum. & Deci. dict. conſilio. 444. column.
fin.

ſin & Rui. conſilio, 28. numero. 5. uol. 3. cui non
obſt. reſponſio eiuſdem Rui. d. conſilio. 29. poſt
num. 6. quia non eſt verum, quòd ſtatutum hoc
indiſtincte, & in totum tollat gradum iuris ciui-
lis, maxime quoad prioritatē vel poſterioritatē
graduum, ut infra latius declarabitur. Quarto ad
duco aliam doct. Bart. pariter in materia ſucceſſio
nis, in qua plures admitti poterant, in l. ex facto.
11 col. 9. ff. de vulg. & pup. vbi † quòd licet in exem
plari ſubſtitutione inſpiciatur ſola pietas paren-
tum non autem patria poteſtas, quæ eſt de iure
ciuili, ut habetur in d. l. ex facto, & in l. humani-
tatis. C. de impub. tū ſi concurrant ſubſtitutus exē
plariter à patre, & ſubſtitutus ſimiliter à matre,
licet pietas æqualiter debeatur matri, ſicut etiam
patri. l. furioſæ matris. ff. de cur. fur. attamen ſub
ſtitutus à patre præferri debebit, excluſo peni-
tus ſubſtituto à matre, quia pater habet filium in
poteſtate, mater autem non. Et hanc deciſio.
alleg. Io. Crot. in l. re coniuncti. colum. 2. in ſi. con
tra deciſ. Bald. & aliorum relat. per Sozin. conſilio
12 89. colum. 3. volum. 4. † quòd in materia feuda
li frater vtrinque coniunctus non præferatur al-
teri ex vno tantum latere coniuncto. quam deci-
ſi. in contrarium allegat Ruin. d. conſilio. 29. nu.
3. & d. conſilio 32. nume. 7. & Crotto addo Iaſ.
ibi. nu. 17. & in d. l. ex facto. col. pen. Et ad dict.
deciſ. Bal. alio etiam modo reſpondet Deci. in cō
ſilio 444. poſt num. 19. & ipſemet Ruin. d. conſil.
28. numero. 13. vol. 3. vt per eos. Vltimo pro
dicta deciſio. Bar. in d. conſil. 10. etiam in materia
ſucceſſionis in qua plures concurrere poterant,
conſuluit et quidem in indiuiduo. Deci. in dict.
conſilio. 444. vt ſupra retuli. & ipſemet Rui. licet
de d. deciſ. Bart. immemor in conſilio. 28. vol. 3.
13 ſupra alleg. ubi quòd † in ſtatuto ſimpliciter
vocante fratrem ad excluſionem ſororis, tamen
eo caſu frater uterinus tantum non concurret
cum fratre vtrinque coniuncto ſed ſolus vtrinque
coniunctus ſuccedet. allegat not. per Caſt. in l. fin.
C. de uer. ſig. Bar. in l. re coniuncti. vt per eum. qui
etiā nu. 6. refert not. deciſ. Fulg. ut per eum, pro
quo etiam faciunt not. per Alexan. conſil. 5. col. 3.
vol. 6. Et licet contra Fulg. conſuluerit Rom.
in conſi. 411. do ſunt. nihil tamen contra nos fa-
cit, ut uidere licet, ſed circa quæſtionem illam uideri etiam
poſſunt. Rimin. conſilio. 187. & Socin. Iun. conſ.
ult. uol. 1. Cum ergò patruus ſit proximior de iu
re ciuili, licet iſti patrueles ſint pares de iure ca-
nonico, patruus tamen omnino præferri debet,
per ſupradicta. Et ad hoc ſpecialiter facit com-
munis obſeruantia, ut in caſibus quos infra ad fi.
referemus.

Pro quo etiam accedat, quia eſſet iudicio
meo abſurda conſequentia, ſi ſimpliciter & ab-
ſolute uellemus dicere, iſti ſunt in pari gradu de
iure canonico, ergo æqualiter ſuccedunt. ſeque-
retur enim quod etiā filij iſtius patrui deberent ſuc-
cedere, cum & ipſi ſint in ſecundo ſecundum ius
canonicū, & idem in omnibus alijs ſimilibus caſi-
bus. ſed profecto eſſet nimis abſonum, quòd pa-
ter & filij ipſiuſmet ſimul ſuccederent. cōtra not.
per Crauet. conſilio. 127. col. 2. & quod deceden-
te aliquo cum filio & patre, æqualiter deberent
admitti, cum ambo ſint in primo gradu. Item quod
decedente aliquo cum auo & patruele, æqualiter
deberent admitti, cum ambo ſint in ſecundo. de
iure canonico igitur iſta conſequentia fieri non
debet: de hoc eſt tex. not. in l. prima, in fi. princ. ff.
14 de grad. † ſed ſane intelligēdū eſt ſtatutum quan-
do et ſunt in eadē, uel æquali linea, non autē quā-
do ſunt in linea inæquali, & ita not. Prat. Pap. in
for. libr. de hæred. ab inteſt. in uer. nullis ſuperſti-
tibus liberis col. 8. in princ. Cæterum quando
non ſunt in eadem, uel æquali linea, tunc licet ſint
pares in gradu de iure canonico, tamen ſemper
habenda eſt declaratio à iure ciuili, ſcilicet, ut il-
le præferatur, qui ſit proximior conſanguinita-
ti, & proximior ſtipiti, uel alio modo prælatus à
iure ciuili: ut eſt in ſupra ſcriptis caſibus, & ita
declarat Caſtr. d. conſilio. 374. uol. 2. Quare ita
etiam in hoc caſu dicēdū eſt, quòd cum iſte pa-
truus ſit proximior ſtipiti, & in linea inæquali,
& proximior conſanguinitate, quàm patruelis,
& prælatus à iure ciuili, præferri debeat patrue-
li, etiam in hac ſtatutaria ſucceſſione.

Minus obſtaret, ſi diceretur, quòd attenta d.
deciſ. Bart. ſtatutū nihil operaretur & redderetur
ſuperfluū. Quia reſpondeo primo ut reſpōdet Ca
ſtr. d. cōſilio. 374. in fi. ſecundo reſpondeo, quod imo
multum operatur in caſu, quo aliquis decedat re-
lictis patruele, & patruo magno. hoc in caſu niſi
adeſſet ſtatutū iſti cū ambo ſint in pari, uidelicet
in quarto gradu de iure ciuili, pariter admitteretur,
ſed propter dictum ſtatutum ſolus patruelis ad-
mittetur, cum ſit in ſecundo de iure canonico, &
excludetur patruus magnus, cum ſit in tertio. Idē
etiam exemplum poteſt poni in decedente reli-
ctis filio propatrui, & filio propioris ſobrini, vt
patet in arbore & lect. Io. An. Et quando ſtatutū
maxime correctorium iuris communis aliquid
operatur, debet poſtea reſtringi quantum poteſt
ut notum eſt. Tenenda eſt igitur d. not. deciſ. Bar
to. à qua nullus diſcrepat.

15 Secundo † principaliter ad primum ſtatutum
reſpondeo (& aduertatur, quia, ni fallor, iſta fuit
uera mens ſtatuentium) quòd ideo dixit in reſi-
duo agnati ſuccedant uſque ad quintum gradum
connumerandū ut ſupra, ut quemadmodum in ca
pite excluſiuo fœminarum uoluit gradum con-
numerari ſecundum ius canonicum, ita etiam cō
numeraretur in capite incluſiuo maſculorum, &
hoc recte ſtat iuxta doctri. Barto. in l. 2. §. viden-
dum. ff. ad Tertul. cum concor. Sed aduertendū
eſt, quia dicit proximiores: & ſubdit ſecundum
prioritatem, & poſterioritatem graduum. & ſic
quando facit mentionem de prioritate & poſte-
rioritate graduum, nunquam dicit connumeran
dorum ſecundum ius canonicū, nec ut ſupra, prout
ut uidere licet. Igitur ſuccedit regulæ quam ita

dunt

dunt Doct. vt ſupra dixi, q ſtatutum faciens men
tionem graduum, ſemper intelligitur cõnumerã
dorum ſecundum ius ciuile. ſenſus igitur ſtatuti
eſt, quòd agnati ſuccedant uſque ad quintum gra
dum, & iſte quintus gradus debeat quidem con-
numerari ſecundum ius canonicum, ſecundum
quod frater eſt in primo gradu cum de iure ci-
uili ſit in ſecundo. cæterum prioritas & poſte-
rioritas graduum, de qua hic agitur, debeat con-
numerari ſecundum ius ciuile: non autem ſecun-
dum ius canonicum: quia hæreditas defertur per
gradus non p ſaltum, ut not. Glo. in §. hactenus.
ſupra alleg. Item quia ſtatutum vult quòd in-
ſpiciatur prioritas, graduum quæ propriè non
poteſt conſiderari de iure canonico. ut per Bart.
16 & alios in d. l. ſi auiæ. Accedat quia † ſtante clau
ſula illa, ſalua gradus prorogatiua, tunc ille qui
aliàs eſſet impari gradu cum patruo, prout eſt
nepos, eo caſu non eſſet & ſic ſolus patruus ad-
mitteretur. ut per Didac. Couarr. poſt plures per
eum relatos. pratic. q. c. 39. concluſ. 4. Nec poteſt
dici quòd clauſula illa, connumerandum ut ſupra,
debeat referri ad omnia præcedentia, quia reſpõ
ſiones patent ex not. per Curt. Iun. conſilio. 7. ſu-
pra alleg. & per Dec. in l. talis ſcriptura. de leg.
primo, & in c. ſecundo requiris. de appell. & per
doctri. Bartol. in l. fin. ff. de re. dub. late per Ale-
xandr. in conſilio. 216. uolum. 2. Et quia ſequeren
tur inconuenientia, de quibus ſupra, igitur
dicta relatio fieri nõ debet. Et in ita propoſito re
ſpondet Corn. in conſilio. 260. col. 2. uol. 4. Et ne
aliena mihi aſcribam, ſed ut rationi auctoritas
etiam addatur, ita ad literam ſtatutum noſtrum
declarat Curt. Iun. quem Paduæ publicè docen-
tem audiuiſſe nunquam pœnitebit in d. l. ſi auiæ.
col. 1. ad fi. cum ſequen. impreſſa in ſenectute ſua
paulò ante mortem ſuam, cui addo Caſt. ita ferè
formaliter reſpondentem in dict. conſilio 374.
col. 1. in fin. uol. 2. accedat quod conſuluit idem
Curt. conſi. 7. ut ſupra retuli.

Non obſtat auctoritas Ven. Collegij Patauini
iunct. maximè not. per Abb. in c. prudentiam. de
17 off. deleg. Quia in primis † dicere poſſem uerba il
la aurea Hier. quæ habentur in c. ego ſolis. 9. di-
ſtinctione. pro ut etiam dicit Soci. in conſil. 226.
in fin. uol. 2. quos adde ad Cagnol. in l. 2. nu. 311.
cum ſeq. de orig. iu. ubi late de hoc. & dicere etiã
poſſem vulg. illud, q exẽplis nõ eſt iudicandũ, yul.
l. Nõ exẽplis. & illud nõ adhærebis opinioni mul-
torũ ut à ueritate deuies. cũ ſimil. quę not. ſunt, &
18 iux. not. p Abb. & alios in c. Capellanus. de fer. &
alibi ſæpe. † cum præſertim habeamus conſi-
lia particularia Egregiorũ Doct. pro quibus ma-
gis eſt præſumendum quàm pro conſilio alicuius
Collegij, quia minor numerus attenditur, quãdo
ſunt maioris auctoritatis, ut not. per Matheſ. in
tract. de elec. opi. col. fi. per l. maiorem. ff. de pac.
& quia non uidetur quòd ita diligenter conficia-
tur conſilium Collegij, quòd communi omnium
nomine publicatur, quia quod commune eſt, ne-
gligitur. l. 2. C. quando, & qui. quar. pars. deb. libr.
10. Iſta ſunt verba formalia Deci. in d. c. pruden-
tiam. col. 1. Secundo reſpondeo, quòd illud almũ
Collegium noluit audire aduocatos alterius par-
tis, vt patet ex proteſtatione regiſtrata per illius
notarium in d. pronunciamento.

Minus etiam obſtat auctoritas Pariſ. quia cum
in eo ſolo fundamẽto ſubſtantialiter nitatur ad
quod reſpon. Deci. in alleg. conſilio. 444. ut ſupra
dixi, ideo ſuper eius auctoritate non debet ulla uis
fieri.

Non obſtat auct. Gozad. in d. conſil. 19. quia
non loquitur in patruo qui ſuccedit in locũ pa-
tris ipſius defuncti, ſed in vlteriori, vt patet tum
poſt prin. tum num. 20. Præterea in ea ſpecie cõ
trarium conſuluit Dec. d. conſi. 334.

Nõ obſtat auct. Rui. primo q. 2 ad d. conſi. 32.
pariter reſpõ. vt proximè reſpõdi, cũ ambo in ea
dem ſpecie conſuluerint. Ad d. uero eius conſil.
29. reſpon. quòd in ea ſpecie contrarium con-
ſuluit Deci. d. conſilio. 444. Secundo principa-
liter ad eius auctoritatem reſpon. quòd fuit ſibi
ipſi contrarius, ſi quidem in admodum ſimili ca-
ſu contrarium conſuluit in conſi. 28. eo. vt retuli
ſupra poſt num. 12. ver. vlt.

Sed clarius etiam & in cõuincibilius reſpõd eo
ad omnes iſtas auctorit. quòd imo in contrarium
quotidie practicatur, & eſt aſsidua interpretatio
in hac ciuitate. Quòd autem hoc ſit uerum, pro
batur. quia ſi decedat quis relicto fratre & filia, ſi
numeraremus prioritatem & poſterioritatẽ gra-
duum ſecundum ius canonicum utique iſta filia
deberet excludi à fatre, quia eſt in primo gradu
de iure canonico, & ſic in pari cum ipſa filia, &
tamen quotidie iudicatur, quòd filia ſuccedat in
dimidiam, & ſic q frater non ſit in primo gradu,
nec in pari cum filia, ergo clarè conſtat, q prio-
ritas & poſterioritas graduum connumeratur ſe
cundum ius ciuile, ſecundum quod filia eſt in pri
mo, frater uerò in ſecundo: uel hoc eſt q filia ha-
bet prærogatiuã deſcendentiũ, q̃ de iure ciuili p-
fert lineæ tranſuerſali. Qđ ſi diceres illud eſſe q2
frater defuncti, ideſt, patruus ipſius filiæ non eſt
19 † in primo gradu ipſi filiæ prout ſtatutũ requirit,
licet ſit in primo gradu ipſi defuncto. iux. no. per
Rol. à Val. alios referentem cõſi. 55. nu. 25. uol. 1.
Reſpon. quòd in caſu illo ſtatutum ſolum dice-
20 bat ab agnatis maſculis in primo gradu † hic ue-
rò ſtatutum dicit agnatis, maſculis in pari uel eo
dem gradu: & ſic non poteſt reſtringi ad fratres
ipſius filiæ, ad quod uideatur Bal. licet conciſe ad
modum loquens poſt conſilio. 427. incip. in pri-
mo articulo, vol. primo in ant. quod eſt 229. uol.
3. in no. quo ſtante, ſequitur quòd niſi ratio de
qua ſupra prodeſſet aliæ, ipſa certè ab eius patruo
videlicet à fratre defuncti excluderetur. Idem
videmus q decedente aliquo cum filio, & fra-
tre, iſti non æqualiter ſuccedunt, licet ſint
in pari de iure canonico: hoc eſt vterque in pri-
mo gradu, ſed ſolus filius, cũ ſit proximior de iu-
re

re ciuili, quod quidem alia ratione eſſe non poteſt niſi quia filius habet hanc qualitatem de pluri, quàm frater, quia ipſe eſt deſcendens, qui de iure ciuili præfertur tranſuerſali, ideſt, dicto fratri; & hoc iuxta tex. illum decis. Bart. in dict. conſ. 10: cum alijs ſupra alleg. quæ cum ita ſint ſequitur quòd minime mutanda ſunt, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de leg. & magis attendendum eſt, quod quotidie practicatur, quàm quod ſemel bisve iudicatum fuerit

21 † cum ab antiqua practica non ſit recedendum. iuxt. latè cumulata per Dec. conſ. 15. ante nu. 10. cui addo quod à nouitatibus eſt abſtinendum, ut late per Iaſ. per illum text. in l. in rebus. ff. de conſtit. prin. quos addo ad Crauet. conſ. 238. nu. 14.

Et ita ex his remanet clara concluſio ſuperius firmata, ſcilicet, quod iſte patruus tanquã proximior, ad totam hæreditatem, excluſis patruelibus tanquam remotioribus, admitti debeat.

Et ita vt ſupra concluſum eſt cenſeo iuris eſſe, ego Hieronymus Zanchus inter I. V. D. minimus, cuiuſlibet rectius ſentientis iudicio ſemper ſaluo iux. l. Claudius. ff. qui pot. in pign. habe.

LAVS DEO.

Gaudeo quia reperio magnificum Equitem ac præſtantiſſ. Iuriſcon. D. Io. Hier. Albanum pro hac eadem opinione conſuluiſſe in conſ. 40.

CONSILIVM D. DESIDERII GVIdonis. V. I. D. Aſculani. Equitis & Comitis Palatini.

SVMMARIVM.

1 *Statuta inducentia certam ſolemnitatem in contractibus filijſfamiliàs & minorum, non habent locũ cum filij contrahunt cum patre.*

2 *Patri in rebus filij plurimum à lege tribuitur.*

3 *Statuta de quibus ſupra, nec etiam habere locum in minoribus contrahentibus cum conſanguineis.*

4 *Lex valde de patre confidit.*

5 *Statuta de quibus ſupra, etiam procedere in filijs familiàs contrahentibus cum ipſis patribus.*

6 *Statuta prædicta cenſentur emanaſſe ad fauorem filiorum familiàs & non patrum, & ad eorum integrandam perſonam. vnde patrum conſenſus non ſufficit, quod communiter tenetur. nu. 7.*

8 *Renunciatio eſt proprij iuris delati ſeu competentis excluſio & abdicatio, & ſub verbo alienationis continetur.*

9 *Alienationis verbum generale eſt omnem rei abdicationem continens. & nu. 50.*

10 *Æquipollentium ſi alterum fiat idem eſt.*

11 *Repudiatio eſt quædam alienatio.*

12 *Renuntiatio eſt ſtricti iuris & in ea non veniunt niſi expreſſa.*

13 *Renuntiatio generalis quam primum aliquid operata eſt, reſtringi debet, ut minus renuntianti præiudicet quàm ſit poſſibile. quod communiter tenetur.*

14 *Iuramentum habet vim apoſtolici & caſus expreſſi, non tamen vt dotis cauſam includat. nu. 15.*

16 *Renuntiatio nititur conſenſu renuntiantis, & vltra illum non extendenda.*

17 *Iuramentum non extenditur ad ea quæ ſpecificari debent.*

18 *Renuntiatio generalis etiam iurata non includit iura legitimæ ſeu dotis.*

19 *Iuramentum ſupplet defectum ſolemnitatis, ſecus ſubſtantialitatis.*

20 *Verba legis reſtringenda vt non comprehendant dotis præiudicium.*

21 *Dos ſpecialiter priuilegiata eſt ut in generali loquutione nunquam includatur. & nu. 24.*

22 *Refutatio includit ſi eſt generalis nedum expreſſa verū & alia, quæ tamen non ſint maiora expreſſis.*

23 *Clauſula non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, non includit priuilegium clauſum in corpore iuris.*

25 *Argumentũ de his quæ ſunt ſtricti iuris ad ea quæ amplè interpretantur, non procedit.*

26 *Vltimæ voluntates ampliſſime interpretandæ.*

27 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates procedit ubi eſt eadem ratio, nec tractatur de derogando legi.*

28 *Concurſus improprietatis & fictionis euitandus, num. 62.*

29 *Ratio lucri ad damnum non eſt par.*

30 *Induſtia ad vnum finem oppoſitum non operatur.*

31 *Cauſa non producit maiores effectus quàm ipſius ſit natura.*

32 *Falcidiæ appellatione impropriè venire falcidiam communiter tenetur.*

33 *Dos ſi vltra legitimam conſtituitur, de illo pluri nõ iudicandum ac de legitima.*

34 *Dos in locum legitimæ non ſuccedit, ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas.*

35 *Dictio abbreuiata &c. quomodo extendenda.*

36 *Clauſula expreſſè continens ius falcidiæ, trebellianicæ, legitimæ, non includit dotem.*

37 *Falcidia, Trebellianica, & legitima nobis diſpoſitione legis competunt.*

38 *Dotis ius venit ex diſpoſitione hominis, unde fortius.*

39 *Intellectus ad authen. ſed quamuis. C. de rei uxo. act. & num. 41 91. 95. 96. & 101.*

40 *Diſpoſitum in dote ſoluta uendicat ſibi locum in dote promiſſa.*

42 *Pater cum poſſit in ſe dotis actionem transferre, multo magis & diminuere.*

43 *Intellectus ad l. quoties. ff. ſol. matr. & num. 62. 86. 95. 99. & 100.*

45 *Offerre uerbum, idem importat quod & uerbum, dare. ſed uide num. 102.*

46 *Verbum ſæpius in diſpoſitione repetitum tollit contenſionem.*

47 *Lex interpretans intelligenda ſecundum terminos legis interpretatæ. nu. 115. etiam ad correctionem legis. num. 116.*

48 *Intellectus ad auth. in §. quia verò. de æqualit. dot. collatione 7. & ſupra num. 44. & infra num. 66. & 73.*

49 *Alienatiouis loquutio non conuenit doti nondum tradita.*

51 *Promiſſum ante ſolutionẽ dicitur in bonis ꝓmitẽtis.*

52 *Promiſſum intuitu primi matrimonij ad ſecundum non extenditur.*

53 *Promittere, & promiſſa complexiſſe differunt.*

54 *Promittens fideiubere non dicitur fideiuſſor.*

55 *Redhibere, & promiſſio de redhibendo differunt. num. 56.*

56 *Vouere de intrando ſeu profitendo religionem, differt à profeſſione.*

57 *Dotis promiſſio dicitur quiſpiam contractus innominatus actionem tamen producit. nu. 118.*

58 *Lex loquens in donatione non habet locum in promiſſione.*

59 *Donationis appellatione non continetur promiſſio de donando*

60 *Correctio in vno caſu non extenditur ad caſum omiſſum.*

61 *Correctum non cenſetur quod nominatim, & expreſſe non reperitur correctum.*

63 *Dotis promiſſio, & illius ſolutio à lege æquiperatur. & nu. 104.*

64 *Aequiperatio legalis operatur ut lex noua diſponẽs in vno & in altero diſpoſuiſſe cenſeatur, etiam in materia correctoria, ſi in eo fuit facta adæquatio. num. 103.*

65 *Intellectus ad l. ſi quis ſeruo. C. de furt.*

67 *Ratio vbi eſt eadem ibi eadem iuris diſpoſitio.*

68 *Ratio quæ erat in lege interpretata cenſetur repetita in lege interpretante.*

69 *Pater cogitur inuitus filiam dotare.*

70 *Variare non licet præcipuè in tertij præiudicium ei cui data eſt facultas aliquid taxandi ſeu declarandi.*

71 *Iudex niſi ſemel interpretatur ſuam ſententiam.*

72 *Libellus ſemel declaratus, amplius non poteſt declarari.*

74 *Offerre uerbum, verificatur in promiſſione ſicut in datione num. 75.*

76 *Principium generale legis inſpiciendum*

77 *Ratio finalis etiã ad legis correctionem attendenda.*

78 *Promitere, & ſoluere idem cenſentur. num. 82.*

79 *Stante ſtatuto quòd filia dotata non ſuccedat excluditur dummodo dos fuerit conſtituta.*

80 *Dos promiſſa tantum dos cenſetur.*

81 *Res præparata ut ſit dotalis, conſequitur priuilegia dotis.*

83 *Traditio cũ ſit ex neceſſitate præambulæ promiſſionis & ſit ad liberandum tantum non poteſt ueſtire pactũ cõſequẽs; quod ſit ad obligationem inducendã.*

84 *Dotis ſola promiſſione irreuocabiliter quæritur ius dotata ſiue à patre ſiue ab extraneo & num. 85.*

87 *Pater iure digeſtorum ſoluere poterat ſponſalia filiæ illa inuita, ſecus extraneus, quorũ tamen exequata eſt conditio per ius canonicum. num 88.*

89 *Cui denegatur quod minus eſt, & quod plus eſt uidetur prohiberi.*

90 *Dotalis actionis appropriatio per patrem cenſetur modici præiudicij, & quare.*

92 *Argumentum de re ad tempus, & è contra ualidum.*

93 *Sponſa de futuro conſequitur priuilegia dotis ac ſi matrimonium contractum foret.*

94 *Pater deſponſando filiam per uerba de futuro, ſi dotem promiſit, & ſponſalia effectum non ſortiantur, tenetur ad eandem dotem pro alio matrimonio. Idem ſi ante matrimonium diuerſificando ſummas promittat dotem, nam tenebitur ad maiorem. num. 95.*

87 *Vltima opinio ex recitatis in dubio uidetur approbari.*

98 *Dos ſemel declarata etiam nulliter non poteſt amplius minui.*

105 *Dos promiſſa dici poteſt alienata à bonis promittentis.*

106 *Abeſſe uidetur id pro quo quis eſt alteri obligatus.*

107 *Dos deſeruit oneribus matrimonij.*

108 *Dotis actio ex promiſſione mulieri abſenti acquiritur, & præſumitur à iure ſtipulatio. nume. 109. & 121.*

110 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

111 *Omne quod agitur, agitur propter finem.*

112 *Pater iudicis officio ad dotandã filiam aſtringitur vltra eius intentionem, æquitate id perſuadente.*

113 *Ex diuerſis non infertur.*

114 *Actio ſolutionis non dicitur nata ante obligationem.*

117 *Promittens ſoluere dicitur debitor de præſenti.*

119 *Intellectus ad l. ſi quis argentum. §. & ſi quidem. C. de donat.*

120 *Intellectus ad l. 2 C. de condic. ob cauſam.*

122 *Extenſio permiſſa cenſetur etiam in correctorijs, & pœnalibus ex identitate rationis in materia in qua reperitur facta adæquatio.*

123 *Concurſus duorum ſpecialium toleratur quando unum uenit in conſequentiam alterius.*

CONSILIVM CLXX.

FACTVM tale præſupponitur. Marinus pater Lambertinam filiam nuptui tradidit cũ promiſsione dotis 240. ducatorũ: ſoluto matrimonio morte viri, Lambertina ad ſecundas conuolauit nuptias. Poſt multa remanens vidua, petit à fratre hærede dicti Marini patris integram dotem, obijcit ille de quietatione, cuius tenor eſt talis.

Donna Lambertina filia dicti Marini cum præſentia dom. Montis ſui viri omni meliori modo, &c. fecit finem, & generalem quietationem Marino prædicto præſenti, &c. pro ſe &c. de omni eo & toto quod dicta donna Lambertina, quomodo cunque qualitercunque poſſet petere de bonis maternis, paternis pro falcidia, & quarta trebellianica &c. ita quòd dicta quietatio ſit generalis, & generaliſsima, & hoc fecit dicta donna Lambertina cum præſentia prædicta, eo, quia fuit contenta, & confeſſa fuiſſe, & eſſe integrè ſatisfacta de dictis

dictis bonis maternis, & paternis in dicta poſſeſ-
ſione æſtimata ducatorum centum : vt in dicto
proximo præcedenti contractu &c. exceptioni,
&c.renuntiauit,&c.quæ omnia, &c.promiſit,&c.
obligauit,&c. renuntiauit, &c. maximè renuntia-
uit Beneficio Velleiani ſenatuſconſulti, certiora-
ta per me notarium,&c.iurauit,&c.

Replicat Lambertina non valere dictam refu-
tationem.Iterum,& in ea non includi dotem,nec
illam potuiſſe à patre minui,petitq́. ſaltem ſupple
mentum,producit ſtatutum,cuius talis eſt tenor.

De rebus dotalibus à viro, & vxore alienatis.
Item ſtatuimus,& ordinamus quòd emptores re
rum dotalium quæ à viro,& vxore communiter,
vel à marito cum conſenſu vxoris ſuæ alienatæ
ſint, non poſsint nec debeant grauari ratione re-
petitionis dictarum rerum à uiro vel vxore, nec
eis uel alteri eorum aliquod ius remaneat, ſed
omnis actio ſit extincta, & ius petendi contra ta-
lem emptorem, & iudex aliquem ſupradictorum
ad petendum non admittat contra emptorem.
Dumtamen maritus tempore dictæ alienationis,
idoneè fideiuſſoribus uel pignoribus legitimè ca-
ueat vxori de dote reſtituenda, in caſu reſtituen-
dæ dotis in bonis dicti mariti, & ſi vxori per ma-
ritum non caueretur legitimè de dicta dote, tunc
conſenſus mulieris vel alienatio facta per mulie-
rem ſit nullus,& nulla, & integrum ius remaneat
in rebus alienatis quod ante alienationem habe-
bat, & ſi aliter contractus fieret præſumatur in
fraudem.

Viſo conſilio doctiſsimi viri domini Ioannis
Vincentij Aluitreti vti fratris honorandi euisq;
fundamentis,ad fauorem Gaſparis,contrariá opi-
nionem tenens præmitto, minimè potuiſſe per
patrem promiſſam dotem in primo matrimonio
filia denuo nubente,diminui,niſi clade aliqua eius
patrimonium foret diminutum ſecundum textū
apertum in authen. ſed quamuis. C. de rei vxor.
act. Renuntiationisq; & ſatisfactionis præinſer-
tum inſtrumentum non obſtare pluribus.

Et primò cum caſus deciſus uideatur per con-
ſtitutionem prouincialem de qua in libro quinto
capite. 25.vbi donationes,venditiones alienatio-
nes,remiſsiones, ceſsiones, & quietationes qua-
runcunque rerum,actionum, & iurium ſine ſcien
tia duorum uel trium proximorum conſangui-
neorum uel affinium, & ſine iudicis decreto, &
inſinuatione facienda in actis per minores ac
etiam mulieres maiores factæ, annullantur etiam
ſi duplex fuerit præſtitum iuramentum.

Nec his obſtat allegatum ſtatutum ſpeciale ci-
uitatis Aſculi ſub rub.de contract.filiorū familiàs
minorū 25.annis.ubi cauetur ꝙ nullus contrahat
uel aliquam obligationem faciat cum aliquo filio
familias uel non bene gerente, qui publicè non
mercetur ſine expreſſa licentia patris &c.& ſic ſup
ponens cum licentia patris valere, & patrem ſibi
ipſi potuiſſe authoritatem præſtare. Quinimò li-
1 cet pro ratione dubitãdi dici poſſet has,† & quaſ-
cunque alias prouiſiones, quib. prohibetur filijs
familias minoribus ſine certa ſolennitate contra-
here,non habere locum cùm contrahunt cum pa
tre,ſecundum Bal.in l.pactum quod dotali. num.
16.C.de collat.quem ſequitur Andræas Alciat.in
tractatu præſumptionum præſumptione ſecunda
num. 6. 7. ubi atteſtatur Baldi opinionem com-
2 muniter teneri. plurimum † enim uidetur patri
eſſe conceſſum,argum.ff.de lib. leg. l.Aurelius.§.
Titius teſtamento. l. quidam cum filium. ff. de
hæred. inſtit. Et in fortioribus terminis, ſcilicet
3 huiuſmodi † prouiſiones non uendicare ſibi lo-
cum quando minores contrahunt cum conſan-
guineis tenet Angel.in l.explicito.§. quæſitum.ff.
ad Trebellian.num. 2. & quo ad patrem tenet De
cius conſilio. 160. num. primo, parte prima uiſa
4 renuntiatione. nam † lex ualde de patre confidit,
Ludoui.Roman.in l. ſi quis mihi bona. §.quid ſi
mandauit.num. 5.ff.de acquir.hæred.& Alexand.
conſ. 29.num. 12.volumine tertio.præclarè ſubti-
liter.Paul.de Caſt.conſ.421.parte ſecunda. quòd
renuntiatio.idem Alex.conſi.106.num. 1.2.3.li-
bro primo,quo ad præſens.cum alijs quæ ad hoc
5 adduci poſſent. Quia uerius eſt huiuſmodi † al-
legatùm ſtatutum habere locum cùm pater con-
traheret cum ipſo minore,cum tunc propterea in
habilis perſona filij non integretur, conſtitutio-
nemque prędictam vendicare ſibi locum etiam in
contrahentibus cum patribus, ea potiſsima ratio
6 ne: quia prouiſio huiuſmodi emanauit ad fauorē
filiorumfamiliàs, & non patrum, & ad integran-
dam perſonam inhabilem reputatam, unde non
ſufficit conſenſus patris ſecundum gl.communi-
7 ter † approbatam,& ibi Bart.& Alex. in additioni
bus in l. 1.ff.de auto.tut.Lud. Rom. in l. 2. num.
4. ff. de donat. idem Roman. in l. prima. §. fuit
quęſitum.ff.ad Trebel.num. 2. in fin. & in l. 1.C.
vnde vir & vxor.num. 20.& hanc ueriorem,& cō
munem eſſe dicit Imola.in dicto.§. quęſitum.nu.
7.& 8.& ibidem Alex.num.7.8.9. & ibi commu-
nem atteſtatur Bartolomęus Socinus. & Iaſon
num.4.& Ripa num. 3.4.& 6.Guido Papę conſi.
104.num. 3. pręſuppoſitis.& conſil. 238. nume.
1.ſpectabiles domini.Idem Socinus de commu-
ni atteſtando in conſilio 112. volumine primo.
num. 4.pręſens conſultatio.& Iaſ. conſ.69.vol.1.
ut pręſens deciſio.& ab ea in iudicando dicit non
eſſe recedendum.

Secundò, quia dicta renuntiatio, & confeſsio
de ſatisfactione de qua in prędicto inſtrumento
quietationis,eſt nulla, ſtante dicto ſtatuto, cum
cautum non fuerit per maritum de dicta dote ip-
8 ſi Lambertinę. Nam † renuntiatio nihil aliud eſt
quàm proprij iuris excluſio,& abdicatio,nam eſt
quędam diſpoſitio voluntatis ordinata ad exclu-
ſionem iuris delati,ſeu competentis, quę renun-
tiatio includitur ſub uerbo alienationis, quod
9 † eſt generale,& omnem rei abdicationem conti-
net,ut eſt tex.in l.ſtatuliberi à cęteris. ff. de ſtatu
10 lib. Non enim refert † quid ex ęquipollentibus
fiat.

fiat. C. deinſtit.& ſubſtitut.l. ſi mater, & ff. ad
11 Trebell.l. mulier. §.1. Et quòd repudiatio † ſit
quædam alienatio, in terminis tenet Bartolus
in l.tutor. ff.de bonor. poſſ. titulo generali. & ibi
Alexand.in additionibus,in verbo quædam.& in
ſimilibus terminis ſtante ſimili ſtatuto & refuta-
tione,conſuluit Paulus de Caſtro conſilio 400.li-
bro ſecundo.

Tertiò data ualiditate dictæ quietationis, li-
cet reuera nulla ſit per prędicta,adhuc de bono
iure dictæ Lambertinæ patet expreſſe. Renuntia
12 tio † enim eſt ſtricti iuris, & in ea non ueniunt
niſi expreſſa:ut per plura tenet Decius conſi.389.
nume.3.idem Decius conſilio. 419. nume.9.Cal
derinus conſilio.5.in titulo de præbend. Cardina
lis conſilio.120. in fine, incip. Titius ſe obliga-
uit.Pariſius conſilio.12.libro.2.numero. 94. Idẽ
Pariſius conſi. 10.libro.4.nume. 20.& 11. Cur-
tius Iunior conſilio.23.num.2.libro primo. ubi
notanter dicit, quòd quàmprimum renuntiatio
13 † generalis aliquid operata eſt, debet reſtringi ut
minus præiudicet renuntianti, quàm ſit poſſibi-
bile, ad hoc textus & ibi Gloſſ.& Bartol. & com-
muniter Doctores in l.ſi domus.ff.de ſeruit.vrb.
præd. & in regula, odia reſtringi.de regul.iur.li-
bro 6. Aymon Craueta conſil.12.nume.2.tex-
tus & ibi Bartol. in l. ſed. ſi quis. § quæſitum.ff.ſi
quis caut.cũ ergo in dicta quietatione nulla ſit mẽ
tio de dote,ideò non dicendum eſt eam ſub gene-
ralitate uerborum fore incluſam,ex quo præcipuè
generalitas ſuum effectum operatur in quarta &
14 trebellianica, & in bonis maternis.Nec licet † iu-
ramentum habeat uim apoſtolici, & caſus ex-
15 preſſi,extenditur in hoc caſu † ad dotem,& legiti
mam. ex præſumptione defectus conſenſus.cum
quis veriſimiliter non ſit in generalitate verbo-
rum conceſſurus dotem ſeu legitimam, ꝙ hæc
ſint maiora expreſsis , unde non includi tenet
Bald. in l.1.C.commod. numer.4.& ibi Salyc. nu.
12.& ante eos ibidem Cyn.num. 5. Idem Bart.
in d.l.ſi quis. §.quæſitum. ff.ſi quis cau.num.4.&
ibi Angel. numero. 3.& Bald.nume.3.& 5.& Ia-
ſon.num. 43. Zaſius in tractatu de feudis. nume.
60.quæſtione ſeptima. Aymon Craueta conſi-
lio.70.num. 20.& 21. & ſequentibus & conſilio.
88.nu.8. Philippus Corneus in repetitione auct.
ſacramenta puberum. num.88.C.ſi aduerſ. uen.
16 Nec mirum.quia † renuntiatio nititur conſenſui
renuntiantis ut egregiè voluit Paul. de Caſtro in
l.ſi mulier.§. ſi mulier.num 4.ff.ad Velleyan.Nec
17 † iuramentum generaliter præſtitum in his quæ
habẽt ſpecificari ad ea quę ſpecificanda erant,di-
cendum eſt extendi,ſecundum Gloſſ. ordinariam
in dicta auct.ſacramenta puberum. & Bald.in d.
18 §. quæſitum.num.6.in fine. Et quòd † in gene-
rali renuntiatione non intelligatur renuntiatum
iuri petendæ legitimæ ſeu dotis etiam ſi interue-
nerit iuramentum , firmat Paul. de Caſtro conſi
lio.73.nume.3. parte prima. licet iſta domina Li
ſa,quod eſt repetitum conſilio.265. Idem Ludo
uicus Romanus conſilio. 417. nume. 24.& 25.
19 vbi dicit verum eſſe, iuramentum † ſupplere de-
fectum ſolennitatis, ſecus autem ſubſtantialita-
tis.Franciſcus Aretinus conſilio. 24.numero.4.
Decius conſilio.301. numero. 3. 10. 12.parte ſe-
cunda. & Stephan. Beltrandus conſilio. 9. nu-
mero.2.volum.3.& conſilio.7.nu.7.vol.2.& ante
eos Guilielmus de Cuneo in l de hijs. ff.de tran-
ſact.ubi Angel.nu.3. Etiam ſi in refutatione vo-
cauerit ſe tacitam & contentam, ut ibi firmat idẽ
Bald.in fine. Idem tenuit Alexan.conſilio.89.nu.
14.lib. 4. & conſilio. 8.num.21.& 22.lib.3.Boe-
rius deciſione.3.nu.7. 8.9.& 10. parte prima.Idẽ
Boerius in tractatu de poteſtate legati à latere
quæſtione prima.nu. 37.& non mirum. cum &
20 † verba legis reſtringantur,ut non comprehen-
dant præiudicium dotis, per tex.in l.fi.in princi-
pio. C.de iure dot.ſecundum.Bal. Nouellum in
21 l.1.ff.ſolu. matri.nu.150.Quinimò hoc eſt † ſpe
ciale priuilegium dotis ut in generali loquutio-
ne nunquam includatur,ut per eundem Bal.No-
uellum in d.l.1.nu. 237.ex quibus ſatis liquidè
patet dictam generalem quetationem Lamberti
næ non ṕiudicare in petitione reſidui dotis ſuæ.

Nec his obſtat allegatum conſilium Decij
26.in ſecunda parte, quia in caſu illo aderat ex-
preſſe dotis & legitimæ renuntiatio. nec obſta-
bat ſtatutum, pronicialiſque conſtitutio de qui-
bus ſupra.

Nõ obſtat conſilium allegatum. 413.Petri de
Ancharano cum ibi non tractetur de ſupplemen
to dotis ſeu legitimæ ſed de ſucceſsione, cui ex-
preſſe fuerat renuntiatum, meritò in caſu illo ven
dicabat ſibi locum diſpoſitio cap. quamuis.de pa
ctis.libro.6.

Pariter non obſtat allegatum conſilium Alexã
dri.42. libro primo. nu.8.cum in illo caſu nõ trã
ctetur de legitima ſeu dote, quas, eſſe multũ pri-
uilegiatas nemo ambigit. Nam ut dicunt Docto
res communiter in dicta.l.ſed ſi quis.§.quæſitum.
ff. ſi quis caution. & Bald. in l. obſeruare. §. ali-
22 quando.nu.8. ff. de offic.procõſ. Generalis † re-
futatio includit non ſolùm expreſſa,uerũ & alia,
quæ tamen non ſint maiora expreſsis, cum igi-
tur in caſu noſtro nihil inueniatur expreſſum ꝙ
ſit æque priuilegiatũ ut dos & legitima, meritò
23 &c. ſicut enim † clauſula (non obſtantibus qui-
buſcunque priuilegijs) non includit priuilegium
clauſum in corpore iuris, ut per Archid.in c.1.de
conſtituit, & eſt textus in cap.penultimo de cap.
24 monach.& de teſt.c.nonnulli.ita † in generali re-
nuntiatione non includitur dos ſeu cauſa dotis.
ut in terminis tenet Paulus de Cittadinis in
tractatu de iure patrona.numero.26. Quæ eo
magis indubitanter procedunt, cum nos ſi-
mus in prohibitis, ne dum per municipalem &
prouincialem ſanctionem , uerum de iure com-
muni,vt in allegata aucten. ſed quamuis.C.de rei
vx.act.
25 Nec bene † arguitur de ijs quæ ſunt ſtricti

iuris, vt ſunt quietationes, quàs ita eſſe ſupra oſtē
26 ſum eſt, ad vltimas volūtates, quæ ſunt † ampliſ-
ſimè interpretanda, nec ècontra, vt copioſè ha-
betur per Alberic. de Roſate in prima parte ſtatu
27 torum. quæſtione nona. Nam † licet aliquando
argumentetur à contractibus ad vltimas volun-
tates & ècontra, illud eſt ubi eadem eſt ratio, &
quando non tractatur de derogando legi, ſecun-
dum Bald. in l. vnica. C. de leg. tuſ. can. tollen. & in
c. inter cætera. de reſcript. Sed cum in caſu no-
ſtro diuerſa ſit ratio, & de derogando legibus &
ſtatutis: merito. Nec dici poteſt in caſu prædi-
cto concurrere factum ipſius mulieris, quia velle
extendere quietationem à coniecturata mente
patris hoc eſt factum patris, & tanto magis hoc
verum eſt cum data pro vera intentione conſu-
lentis ex aduerſo, fieret concurſus improprieta-
28 tis & fictionis, quod eſſe † non debet, per textū
in l. 1, ff. de iure dot. & in l. 1. C. de dot. promiſſ. &
ibi Ang. fingeretur enim fuiſſe mentem patris,
ſecundo appellatione falcidiæ veniret legitima, &
forſan dos impropriè, prout infra patebit. Et ſic
non obſtant allegata ex doctr. Paul. de Caſt. in di-
cto conſ. 332. parte prima. & Aymonis Crauettæ
conſil. 42. & iura per eos adducta. Quia reſtri
ctio de qua in conſilio Crauettæ ex mente patris
erat ad fauorem filiæ non autem in filiæ præiudi-
cium, vt in caſu noſtro. Differt enim velle ali-
quid includi in generali renuntiatione ex inten-
tione patris in præiudicium filiæ, vel ad vtilitatē fi-
liæ; quia pater certat de lucro ſaltē poſt mortē cū
maſculi vtilitatem procuret, ratione conſeruan-
darum facultatum in familia, vt de ſe patet: & ip-
29 ſa filia de damno. Nec † eſt par ratio lucri ad
damnum. l. final. C. de codic. glo. in uerbo adfue-
rit. §. his verò. l. poſt legatum. ff. de his quib. vt ab
indig. Iuraque allegata in oppoſitum loquuntur
in teſtamentis, in quibus attēditur mens, ſed nos
ſumus in contractibus & quietatione odioſa in
quibus non ueniunt niſi expreſſa. damnum quis
ſibi imputet, qui ſibi clarius potuit ius dicere.
30 iuribus vulgaribus. Nec † inducta ad vnum fi-
nem operantur oppoſitum. l. cum tale. ff. de cond.
& demonſtr. vnde quietatio facta ad finem exclu-
dendi filiam ab expreſsis in quietatione, videlicet
ſucceſsione paterna & materna, non debet ope-
rari oppoſitum, & alia maiora expreſsis include-
31 re, aliter † cauſa produceret maiores effectus q̃
natura quietationis eſſet, quod eſſe non debet vt
concludit Paul. de Caſtr. in conſ. 174. nu. 1. lib. 1.
Nec verū eſt quòd appellatione falcidiæ propriè
veniat legitima debita iure naturæ, & allegata per
conſulentē ſunt formalia verba Angeli de Gam-
bellionibus in tractatu de teſtamentis. in glo. 75.
num. 2. licet aut corruptè aut parum fideliter re-
lata. videlicet quòd quando pater relinquit falci-
diam filio, intelligitur reliquiſſe iure inſtitutionis
& ſic loco legitimæ, ſed hoc eſt falſum ꝙ appella-
tione falcidiæ propriè ueniat legitima portio.
Nec id dicit Angel. nec textus & gloſſ. in authen.
vnde ſi parens. C. de inoffi. teſtam. Nec allegati
Doctores hoc dicunt, imò oppoſitum, dicentes
32 id impropriè eſſe † vt appellatione falcidiæ veniat
legitima. quod & cōmuniter tenetur, ut per eos,
& ipſe Bald. in allegata. l. quoniam nouella. C. de
inoffic. teſtam. aliud non dicit, niſi ꝙ legitima ha-
bet ſimilitudinem dotis. Nec ſtatutum verificat
concluſionem per conſulentem retentam: quia ſi
33 † dos fuiſſet conſtituta vltra legitimam prout
forſan fuit, certum eſt quòd de illo pluri non eſſet
iudicandum tanquam de legitima, ut per Bald. in
34 dicta. l. quoniam nouella. Quinimò † quòd dos
in locum legitimæ nō ſuccedat ſtante ſtatuto ex-
cluſiuo ab hæreditate patris de quo per conſulen
tem, tenuit Bart. Paul. de Caſtro in l. Titio centū.
§. Titio geucro. ff. de condit. & demonſtr. & ante
eos Cynus in l. ſancimus. C. de nup. Pariſius con-
ſil. 54. libro ſecundo, & conſ. 36. lib. 4. Georgius
Nata in repetitione. cap. quamuis. de pact. lib. 6.
num. 87. & 89.

Nec obſtat prætenſis ſtylus notariorum quo-
niam nullibi in hac ciuitate reperitur inſtrumen
tum quietationis in terminis de quibus, ſcilicet
quòd pater diminuerit dotem promiſſam in pri-
mo matrimonio. Aliud eſt enim renuntiare iu-
ri quæſito, aliud iuri quærendo. Quinimò ſi in-
ſtrumenta quietationum percuntētur, reperien-
tur omnia expreſſe includere legitimam ſeu do-
35 tis ſupplementum. Nec † illa abbreuiatura &c.
debet extēdi ut includat maiora expreſsis, & qua-
tenus extenſio eſſet facienda, ea deberet fieri ſe-
cundum conſuetudinem aliorum inſtrumentorū
quietationum factarum in ſimilibus cauſis, vt no-
tanter dixit Lanfranc. de Oriano in repetitione
cap. quoniam contra falſam. extra de probat. in
rubrica, de fide inſtrumentorum num. 19. Qui-
nimò ſpecialis conſuetudo ipſiuſmet notarij, ſe-
cundum A mouem Crauettam conſ. 34. num. 5.
in primo volum. & allegatum dictum Baldi in re-
petitione rub. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred.
procedit quando contractus eſt in fieri, non autē
quando eſt in facto eſſe, ut notanter tenet Andr.
Siculus in tract. de Cardinalibus legatis. quarta
quæſtione baſilica. num. 6. & Pariſius conſilio 45.
num. 43. volum. 1. merito &c. Et quatenus legi-
timam includeret, non tamen propterea dicendū
36 eſt dotem includere. Quoniam, † clauſula ex-
preſsè continens ius falcidiæ, trebellianicæ, legiti-
mæ debitæ iure naturæ cum ſubſequenti genera-
li clauſula, non includit ius dotis, ut in terminis
conſuluit Signorolus de Homodeis conſil. 176.
num. 12. Quod procedit tam in ſtatuto quàm in
renuntiatione, vt per Frāciſcum Curtium Senio-
rem conſ. 27. magnificus dominus Hugutio. per
notata per Salycet. in lege, pactum. C. de colla-
tio. & Ioannem de Imola in lege. ſtipulatio, hoc
37 modo. ff. uerborum obligatio. Iura enim † fal-
cidiæ, & trebellianicæ & legitimæ ueniunt ſeu no
bis competunt diſpoſitione legali, & ſunt quaſi
38 debitæ, ſed ius † dotis venit ex diſpoſitione ho-
minis

minis, & meritò fortius, prout in dicto cousilio
per Signorolum. Quis igitur poterit probo, & di
ſcreto viro perſuadere, quòd dicta Lambertina
uoluerit renuntiare iuri acquiſito per promiſsio-
nem? certè nemo. Nã nemo præſumitur iactare
ſuum, iuribus vulgaribus. Præterea, ſi appellatio-
ne legitimæ veniret dos duę concurrerent im-
proprietates contra allegatam. l. 1. ff. de iur. dot. &
de dot. promiſ.

Quartò dicimus ſuperuacaneè dubitari, au
promiſſę dotis in primo matrimonio, per patrem
potuiſſet fieri diminutionem cum de ea non ap-
pareat, de cõſtitutione, quæ dotis, ſatis apertè. Nã
ſi in prædicta refutatione non fuit incluſa dos,
vel dotis ſupplementum, ut ſupra eſt demonſtra-
tum; fruſtra diſputatur an per illam refutationem
non inducta diminutio, fieri potuiſſet, ſed ut &
in hoc animus iudicis quieſcat, poſſem remitte-
re eum ad Decium in conſilio. 35. parte prima,
& in duabus ſequentibus additionibus, ubi ple-
39 niſsimè diſcutitur articulus iſte, & uerus † intel-
lectus dictæ authen: ſed quamuis. C. de rei vxo.
40 act. oſtenditurque, ſcilicet diſpoſitum † in dote
ſoluta, uendicare ſibi locum in dote promiſſa,
immo fortius in dote deſtinata, ſeu etiam nulliter
daclarata. Et ne perfunctorie tetigiſſe uideamur
præmittam contraria adducta per conſulentem,
alia adijciam, demum contrariam ſententiam fir-
mabo, & ipſis contrarijs reſpondebo.

41 Et primò, dictam authenticam † non proce-
dere in dote promiſſa tenet ibi Gloſſ. in uerbo,
diminuere: quam ſequuntur Ang. Aretinus, & Ia
ſon in §. fuerat. inſtit. de actionib. num: 134. Ad-
ducitur per dictam gloſſ. textus in l. quoties. ff.
ſolut. matrimo. qui à fortiori uidetur hoc pro-
42 bare. Nam ſi pater † in totum prout ibi, in ſe do-
tis actionem poteſt transferre, multo magis, & di
minuere, per textum in cap. cum in cunctis. iuncta
gloſſ. de elect. 38. diſtin. Si in laicis. & 3. q. 3. de
iudicijs. & 59. diſtin. ſi officia. & 34. q. ſecunda, cũ
per bellicam. & 13. quæ. ſecũda, non extimemus.
43 quam. l. quoties. † ita fore intelligendam uidetur
ſentire Iacobus Butrigari. in ſuo tractatu de do-
te num. 41. ubi tenet licere patri promiſſam do-
tem minuere ante matrimonium vel poſt incon-
tinenti; per dictam l. quoties.

44 Secundo facit ad idem † textus in §. quia uerò
in authent. de æquali. dot. collat. 7. unde ſumpta
eſt dicta authent. ſed quamuis. ibi, ſemel offeren-
tes dotem pro filia, & infra, quæ ab eo data eſt,
& infra, hanc partem ſemel offerentem, & infra,
quia ſemel alienata eſt ab eius ſubſtantia, & ibi
dotem iam à ſe datam, ex quibus ſæpius repetitis,
dotis datio conſideratur; videtur ergo non habe-
45 re locum in promiſsione, Quoniam † uerbum of-
ferre, idem importat quod, & verbum dare, ut
colligitur ex illis verbis, obtulit dotem, id eſt: de-
46 dit, & ſæpius repetitum † uerbum dare, tollit ex-
tenſionem ad promiſsionem, ut eſt textus in Cle-
mentina. 1. in verbo, Diœceſanus. de iure patro-
nat. & ibi gloſſ. ſi ergo textus in dicto. §. quia uê-
rò. loquitur tantum in dote data; Idem dicendum
47 de dicta auth. ſed quamuis. uide ſupra lex † enim
interpretans intelligitur ſecundum terminos le-
gis interpretatæ. Clementina prima, de iure pa-
tronat. & ibi Ioannes de Imola. & habetur per gl.
in cap. ſtatutum. de elect. & notatur in Clem. 1.
de vita, & honeſt. cleri. circa principium. & in Cle-
mentina. prima, de foro competenti, & in §. uolu-
mus. in Clementina unica, de ſuppel. negligen.
prælato.

Tertiò ad idem poſſunt, cõſiderari uerba in
48 † eodem. §. quia verò. ibi, ſemel alienata † ab eius
49 ſubſtantia, quæ loquutio cuiq. patet quòd non cõ
uenit doti nondum traditæ. arg. l. 1. in fine. C. de
50 fun. dot. dum ibi dicitur eſt autem alienatio † om
nis actus per quem dominium transfertur, quod
ante ſolutionem non eſt in dote promiſſa. præte-
51 rea † promiſſum ante ſolutionẽ eſt in bonis pro
mittentis. §. per traditionem, inſtit. de rer. diuiſ.
& in l. traditionibus. C. de pact. cum ſimilibus.
ergo &c.

52 Quartò facit † quia dos promiſſa primoge-
nito cenſetur promiſſa intuitu primi matrimo-
nij, ergo ad ſecundum non videtur extendi: argu-
mento l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & ibi gl.
& l. iubemus. C. ad Vellcian.

Quintò roborantur prædicta pluribus ſimili-
53 bus. Nam differunt † promittere, & promiſſa
compleuiſſe, quia qui promittit ſe obligaturum
ad decem, non obligat ſe de præſenti, argumento.
l. non omnis. ff. ſi cert. pet.

54 Sextò qui promittit † fideiubere non dicitur fi-
deiuſſor. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §. ultimo.
ff. de verb. oblig.

55 Septimò aliud eſt † redh bere, & aliud promit-
tere de redhibendo. l. quod ſit nolit. §. in factum.
verſi. illud planè. ff. de edilit. edicto.

56 Octauò aliud † eſt uouere de intrando ſeu pro
fitendo religionem, & aliud religionem pro-
fiteri. c. qui poſt vo. & ibi gl. de reg. lib. 6.

57 Nonò promiſsio † dotis non eſt contractus
dotis; ſed alius quiſpiam innominatus Bartolus,
& ſcribentes in l. iuriſgentium. C. de dot. pro-
miſſ. Alexan. conſil. 13. libro tertio, verſic. iſtam
diſtinctionem.

58 Decimò, lex loquens † in donatione non ha-
bet locum in promiſsione, Saly. in l. ſi quis argen
tum. §. ſed & ſi quidem. C. de donat.

59 Vndecimò appellatione † donationis non con
tinetur promiſsio de donando. Salyc. in l. Papinia-
nus. ff. de donation. inter vir. & vxor.

60 Duodecimò, pro iſta parte facit. Quia † cor-
rectio in uno caſu non extenditur ad caſum omiſ-
ſum, licet ſit eadẽ æquitatis ratio. auth. quas actio
nes. & quod ibi notatur per Butrigar. & Docto-
res. C. de ſacroſan. eccleſ. Immo ut materia cor-
61 rectionis euitetur, non dicitur † correctum
quod expreſsim, & nominatim non eſt corre-
ctum. lege, præcipimus. in fine. C. de appel-

61 lat. Sed certum eſt † quòd per legem,qnoties.
ff. ſolnt. matrimo. patri licebat ſibi quandocun-
que ante contractum matrimonium dotis actio-
nem in totum ſibi appropriare, quod eſt maius,
vt probatum eſt,quàm diminuere, ſed in dote da
ta corrigitur per dictam authen. in §. quia uerò.
& authen.inde ſnmptam.Sed quamuis.ergo tan-
quam correctoria loquens in dote data non de-
bet extendi in dote promiſſa.

Decimotertiò,ſi aliter diceretur,duæ concur-
62 rerent fictiones:quod eſſe non debet.dicta.l.j.C.
de dot. promiſ. una enim eſſet fictio,quòd actio
dotis per ſtipulationem præſumptam acquiritur
ipſi mulieri abſenti. l. t. §. accedit.C.de rei vxo.
actio. Alia fictio, quòd promiſsio in uno matri-
monio, & eius contemplatione, ad aliud exten-
deretur. ex quibus ſatis ſuperque videtur prima
facie dicendum, dictam authent. ſed quamuis,
loquentē in dote ſoluta non habere locum in do
te promiſſa.

Quibus,& alijs quæ adduci poſſunt non obſtā
tibus,contrarium eſſe de iure verius, & commu-
niter teneri, ex infra dicendis apparebit.

63 Et primò: quia † promiſsio dotis, & illius da-
tio ſeu ſolutio ab ipſa lege æquiperantur, nt in l.
finali, C. de dot.promiſſ.& in l.ex morte.§.finali.
64 C.de pact.conuent. æquiperatio † cum per præ-
cedentem legem eſt facta duorum, ſuperueniens
lex noua in uno ex caſibus æquiperatis quid diſpo
nens, cenſetur, & idem in alio diſpoſuiſſe ſecun-
dnm Gloſ. finalem communiter approbatam in
65 l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.C.de furtis. quæ † licet
loquatur in ſeruo vigore legis antiquæ,& ſit odio
ſa,porrigitur etiam ad filium.plenè per ſcribentes
in l.quod verò.ff.de legib. & per Alex. conſ. 171.
colnm. t. libro 7. Iaſon in authen.quas actiones.
C.de ſacroſ.eccleſ.& per Salyc. in l. ſi conſtante.
C.de donat.ante nuptias. num. 4. ubi dicit hanc
partem tutiorem.

Secundò probatur ex ratione ſic decidendi.
66 ratio enim aſsignata per legiſlatorem in dicto † §.
quia verò. in authen. de æqual. dot. collatione.
7. fuit; quia ſi maritus non fuiſſet mortuus do-
tem ſine diminutione filia habuiſſet. unde abſur-
dum reputatur quòd caſus contingens in perſo-
na mariti, habeat filiæ nocere. Sed cum dicta ra-
tio procedat pariter in dote promiſſa ſicut & in
67 dote data, ergo. Nam vbi eadem † ratio eadem
debet eſſe iuris diſpoſitio.l.illud.ff.ad leg. Aquil.
68 l.à Titio.ff.de verb.oblig.& ratio † quæ erat in le
ge interpretata cenſetur reperita in lege interpre-
tante.l.nihil. de coniun. cum eman. liber. & per
Bartol.in extrauaganti,ad reprimendum.in prin-
cipio.ſuper uerbo, ne ex eorum abſentia. in fine.

69 Tertiò certum eſt quòd pater † cogitur inui-
tus filiam dotare.l. qui liberos. ff. de ritu nupt.in
l. finali. C. de dot. promiſſ. gloſſ. l. finalis in l.ſi
ſocer. in principio. ff. ſolut. matrimo. l. obliga-
70 mur. §. lege. ff. de act. & obliga. ſed † cui adeſt
facultas aliquid taxandi ſeu declarandi non li-
cet variare, & præcipue in tertij præiudicium
gloſ. ſingularis in l. quidquid aſtringendæ. in gl.
magna.ff.de uerb.oblig.unde pater dotem ſemel
declaratam amplius minuere non poteſt. Quod
71 roboratur à ſimili.Iudex † enim non poteſt inter
pretari ſuam ſententiam niſi ſemel.Bald.in l.2.C.
de ſent.ex breuicul.recitan.Ang.in l. quod iuſsit.
ff.de re iud. Imola in l. ab executore. ff. de appel.
Bal.in l. de die. num. 5.ff.qui ſatiſd.cogant.Item
72 † libellus ſemel declaratus non poteſt amplius de
clarari.Bal in l.fi.nn.4.C.de codic.

73 Quartò id probatur per eundem † §. quia ue-
ro.ibi,hanc patrem ſemel offerentem.& ibi, par-
tes ſemel offerentes dotem pro filia:quæ uerba
74 † ità verificantur in promiſsione ſicut in datione,
iuxta textum.in l.ex morte.ff.de pact.conuen.ibi,
dotem dederit ſeu promiſerit, quoniam pro alio
offerentem dotem &c. & ſic conſtat ꝙ uerbum
75 † offererens reſpicit caſum dandi,& promittendi,
& licet textus in dicto.§.quia uerò. in diſcurſu lo-
quatur in dote data, per hoc non reſtringitur di-
76 ſpoſitio: quia inſpicitur † principium generale
l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fact. ignorant. &
hoc modo reſpondet Decius in allegato conſilio.
77 Attendenda eſt enim † ratio finalis etiam ad cor-
rectionem legis.l.t.& ibi Bart.ff.de legit.tut. & l.
cum mulier.la 2.ff.ſolut.matri.gl.in l. 1.C.de hijs
qui ant.apert.tab.teſtam.& ibi Doct.Bar.in l.libe
rorum.ff.de verb.ſign. Alex. in l. ſi ita ſtipulatus.
§.Chriſogonus.de verb. obligat. Gigas in tracta.
de penſione eccleſiaſtica. quæſt. 86. numero. 12.
Ratio enim finalis ut ſupra,eſt dictum fuit: quia
ſi maritus non deceſsiſſet,filia eandem dotem ha-
bitura fuiſſet:ergo &c.Præterea cur differre, cum
78 promittere † & ſoluere idem cenſeantur ſecundū
gl.in l.qui debere.ff.de cond.cauſ. dat. & ibi Bar.
Ang.Saly.nu.4.Paulus de Caſtro,& communiter
79 Docto. vnde † ſtante ſtatuto ꝙ filia dotata non
ſuccedat excluditur dummodo fuerit dos conſti-
tuta pro futuro matrimonio;nt communiter per
Doctores in l. 1.ff.ſolut.matrimo. ubi Bald. No-
uellus num. 28. atteſtatur de communi.

80 Dos enim promiſſa † tantum, dos eſt,ut pro-
batur in rubri. C.de dot.promiſſ.& in l.ſi pro do
te,& in l.ad exactionem.C eodem titulo,& in ru-
bri.de dote caut.non.numer.& in l.ſi ſocer.§.Lu-
81 tius.ff.ſolut.matrim. Item † res præparata ut ſit
dotalis, eadem habet priuilegia, ſicut ſi actu eſſet
dotalis. l. lex Iulian. ff. de fund. dot. Bartolo-
mæus Socinus in rubrica. ff. ſolut. matrimonio.
num. 4.

Quintò id uidetur expreſsè decidi per Paulum
de Caſtro in dicta. l. quoties. ff. ſolut. matrimo.
82 parificando pluries in diſcurſu,cum dotem † dat
uel promittit &c.& ibi numero. 2.in ſecunda dif-
ferentia dum dicit. Quia pater dicitur incon-
tinenti ſtipulari, ſiue ſtipuletur cùm dotem tra-
dit, ſi promiſsio non præceſsit, ſiue cum pro-
miſit, quando interuenit promiſsio, allegat di-
ctam.l. extmorte. addens, nec ſufficeret tunc,
ſtipu-

83 ſtipulari poſtea cum tradit. Quia traditio † tunc
fit ex neceſsitate præambulæ promiſsionis, & fit
tantum ad liberandum promittentem, non ideo
poterit veſtire pactum conſequens quod fit ad
obligationem inducendam ſecundum Chriſto-
phorum de Caſtellione in l.ſi cum dotem. nu. 7.
ff. ſolut. matrim. vnde clarè demonſtratur quòd
84 † ex ſola promiſsione acquiritur irreuocabiliter
ius filiæ, & pater obligatur, nec variare poteſt.
85 Nam extraneus † ex ſola ſimplici promiſsione
dotis obligatur, nec poſteà ſibi appropriando
dotis actionem minuere poteſt. l. auia. C. de iure
dot. & in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio.
Quod in parte de iure digeſtorum ſecus erat. di-
86 cta. l. quoties. † ff. ſolut. matr. & ratio ibi per An-
87 gel. aſsignatur quia patri † iure ſponſalia contra-
cta pro filia ſoluere poterat illa inuita. l. adopti-
uum. §. 1. ff. de ritu nupt. Quod non eſt nec erat
in poteſtate extranei, ex cuius ſimplici prima pro-
miſsione plene erat ius acquiſitum mulieri ſecun
dum Chriſtophorum de Caſtellione in repeti-
tione dictæ. l. ſi cum dotem. num. 7. ff. ſolut. matr.
88 Poſtea † verò de iure canonico in his exæquata
eſt conditio patrum & extraneorum, vt nota-
tur in l. Paulus. ff. de ſtatu homin. & in dicta l.
quoties. & per Bald. in dicta l. ſi cum dotem. &
ideò pater poſt primam promiſsionem tempo-
re traditionis non poteſt ſibi actionem appro-
89 priando ſtipulari. vnde ſicut † denegatur quod
minus eſt, & quod plus eſt videtur prohiberi. l.
relegatorum. §. poteſt. ff. de interd. & relegat. l. qui
indignus. ff. de ſenat. l. cui pacto. ff. de ſeru. expor-
tand. & cap. cum illorum. de ſentent. excommun.
Si ergo præſuppoſita prædicta exequatione non
licet patri tempore traditionis, promiſſam do-
tem vel eius actionem ſtipulando ſibi appropria-
re, à fortiori non eſt dicendum ſibi licere quod
eſt maius, ſcilicet poſſe eam minuere, id maius eſ-
90 ſe probatum eſt ſupra. Iterum quia † appropria-
tio actionis facta ſibi patri, ex quo tenetur illam
dotem conſeruare pro filia in ſecundo matrimo-
nio, per dictam authen. Sed quamuis. cenſetur
eſſe modici præiudicij, cum & à iure ipſi mulieri
prouideatur, quando inest ſuſpicio patrem eſſe
conſumpturum dotem per ipſius contradictio-
nem, de qua per Imolam & ſcribent. in l. poſt do-
tem. ff. ſolut. matrim. licet eius opinio communi-
ter reprobetur dum conatus fuit demonſtrare
91 † quòd dicta authen. ſed quamuis. & §. quia verò
loquantur tantum in diminutione in menſura,
non autem in appropriatione, vt per Campegium
in tractatu de reſtit. dot. num. 149. & per Alex. in
dicta l. poſt dotem. num. 20. 21. ff. ſolut. matrim.
licet Alexan. per argumentum de re ad tempus
intentionem ſuam confirmet: quod non placet,
quoniam vt ſupra eſt concluſum, illa temporalis
appropriatio cenſetur eſſe modici præiudicij, &
propterea abſurdum eſt dicere, quòd ſi argumen
tum de re ad tempus conuerteretur, ſcilicet quòd
poſito quòd in caſu noſtro alterum ſcilicet de
tempore fieri poſſet, poſſet & re fieri diminu-
92 tio, licet † aliàs argumentum de re ad tempus
& è contra fortiſsimum ſit in iure. l. miles. §.
quia diximus, & quod ibi notatur. ff. de teſtam.
militar.
93 Accedat quod dicitur de ſponſa † de futuro
quæ conſequitur priuilegia dotis, ac ſi matrimo-
nium contractum fuiſſet. l. 2. §. finali. ff. de priui-
94 leg. credit. ex quo † infertur quòd ſi pater deſpõ-
ſando filiam per verba de futuro, eidem dotem
promiſerit, & illa ſponſalia effectum non fuerint
ſortita, quod eſt minus, nihilominus eadem dos
debebitur pro alio matrimonio ſecundum Cro-
tum in l. ſi conſtante. num. 19. ff. ſolut. matrimo.
Idem in fortioribus terminis tenet Imol. in l. hu
iuſmodi. §. cum pater. in fine. ff. de legat. 1. dum
95 ibi quærit: Quid ſi pater † prius promittit cen-
tum pro dote filiæ ante contractum matrimoniũ,
deinde ex interuallo promittit quinquaginta ſi-
militer pro dote ante contractum matrimonium,
nunquid videatur receſſum à prima promiſsione
in totum, & finaliter concludit, quòd ſic, de iure
digeſtorum, per allegatam l. quoties, & ibi nota-
ta. Sed cum hodie ſoluere ſponſalia non ſit in
poteſtate patris, pariter per eum non poteſt re-
cedi à prima promiſsione. Allegat dictam au-
then. ſed quamuis, ſequitur Alex. in dicta l. quo-
ties. num. 7. quanto ergo fortius poſt contractũ
matrimonium pater non poteſt recedere à pri-
ma promiſsione.
96 Et ęp † verus & communis intellectus dictæ
authent. ſed quamuis, ſit vt eius diſpoſitio proce-
dat nedum in dote data ſeu ſoluta, ſed etiam in
dote promiſſa, ita quòd & ipſa non poſsit poſteà
minui per patrem, habemus gloſſ. communiter
approbatam in dicto. §. accedit. in dicta l. vnica. C.
de rei vxor. act. dum ibi textum loquentem in do-
te data extendit ad dotem promiſſam: idem glo.
in dicta. l. ſi pater dotem. in uerbo dederit. C. de
dot. promiſ. dum exponit, dederit, deſtinatio-
ne. Et quòd dos ſemel conſtituta reuocari non
poſsit firmat Ioannes Copus in tractatu de fru-
ctibus. in rubrica dotis conſtitutæ. num. 6. 7. Idẽ
in dicta auth. ſed quamuis. Cynus reprobando gl.
in uerb. diminuere. num. 2. ſatis enim Cynus re-
97 probat ibi gloſſ. opinionem, dum † primò illius
ſententiam recitat, demum ad aliam tranſit, quam
approbare uidetur, iuxta vulgatam gloſſ. in l. qui
filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. in gloſſ. fi. pro quo
accedat textus notabilis & ibi gloſſ. in verbo in-
figere. in cap. liquido. de conſecrat. diſtin. 2. Idem
tenet Salyc. in eadem authent. num. 5. dum poſt
recitatam opinionem glo. dicit, ſed caue; & con-
tra dictam gloſſ. & ſequaces pro communi con-
ſuluit Decius conſil. 35. parte prima, cum dua-
bus additionibus ſequentibus. Idem tenet De-
cius in l. ut liberis. numero quinto. C. de collat.
& Franciſcus Curtius Senior conſilio 27. magni-
ficus Dominus Hugutio verſiculo, venio ad
quartum. num. 28. 32. 33. 34. & 35. vbi per plures

 ratio-

98 rationes & authoritates firmat † dotem ſemel à
patre declaratam etiam nulliter quod eſt fortius
ab eodem non poſſe amplius diminui, per alle-
gatum textum in dicta auth. ſed quamuis. Idem
tenuit Iaſon quidquid perfunctoriè articulum ad
partes non examinando in dict. §. fuerat. inſtitut.
de actio. dixerit, in l. filia legatorum. C. de legat.
num. 4. ubi contra dictam gloſſ. aliàs dicit ſe Ia-
99 nuæ conſuluiſſe, & quòd allegata. l. quoties. † nõ
probat intentionem gloſſ. quia non loquitur in
diminutione dotis, ſed bene dicit quòd pater qui
dat dotem, poteſt ante vel poſt tamen in conti-
nenti ſtipulari ſibi reddi, eandemmet opinio-
nem contra allegatam gloſſ. dicit Iaſon eſſe com-
munem in l. huiuſmodi. §. cum pater. num. 12. ff.
de lega. 1. & in eandem ſententiam poſt longam
diſcuſsionem reſidet Crotus in dicta repetitio-
ne l. ſi conſtante. in ſecunda lectura. ff. ſolut. ma-
trimo, num. 12. & ſequentibus vſque ad vigeſi-
mum, Et Marianus Socinus Iunior conſil. 125.
part. prima. vbi per plura motiua hanc eandem
opinionem tenet, & atteſtatur pro dicto conſi-
lio Decij fuiſſe iudicatum. Patet igitur ex præ-
dictis quatenus in caſu noſtro de diminutione
dotis ipſius Lambertinæ conſtaret facta per Ma-
rinum patrem, eam tanquam nullam non eſſe at-
tendendam.

Non obſtant quæ pro contraria opinione cõ-
ſiderata fuerunt, & ut ſingulis pateat reſponſum
dicitur gloſſ. in dict. authen. ſed quamuis. com-
muniter reprobari, nec vt ſupra eſt dictum lex
100 quam † allegat probat aſſumptum. Quia licet
ibi pater approprict ſibi ſoli actionem ſtipulan-
do, per hoc dos non minuitur, ſed pater conſe-
quitur ut ſolus ad dotem agere poſsit, qui ſine
conſenſu filiæ aliàs non potuiſſet. l. 2. §. quod ſi in
101 patris. ff. ſol. matr. ſed pater † tenetur illam con-
ſeruare pro filia, ut eſt caſus in allegata auth. ſed
quamuis, ubi dicitur ꝙ dos quæ ad patrem iure
pactionis reuertitur minui non poteſt, & ita di-
luit contrarium hoc Decius in dicto conſilio &
additionibus, nec ualet argumentum de diminu-
tione temporis, quia ut ſupra eſt concluſum, ex
quo pater tenetur pro alio matrimonio conſer-
uare non dicitur diminutio, aſsignatur ratio per
Chriſtophorum de Caſtellione in dicta l. ſi cum
dotem. num. 8. ſol. matr. vbi ſi pater à principio
ſibi appropriat ius, nullum ius tollit filiæ, cum
nunquam fuerit ſibi quæſitum nec re nec ſpe, &
ita intelligunt dictam l. quoties. Cyn. ibi. num. 2.
Salyc. num. 5. Iaſon in l. filia legatorum. C. de le-
gat. num. 3. & in dicta l. huiuſmodi. §. cum pa-
ter. ff. de legat. 1. num. 22. Decius in dicto conſi-
lio num. 3. 4. & 5. Crotus in dict. l. ſi conſtante.
num. 19.

Secundum obiectum tollitur per conſidera-
ta ſupra in quarto fundamento pro iſta parte
102 quæ roboratur ex eo: quia uerbum, offero † re-
ſpicit cauſam dandi & promittendi quemadmo-
dum & verbum, aſsigno, quod aliquando ſigni-
ficat dominij trãſlationem. l. item ſi verberatum.
§. penult. ff. de rei vendic. & l. Lucius. ff. de euict.
Aliquando autem ſe habet ad dationem pigno-
ris vel loco cuſtodiæ. ff. de vent. in poſſeſſ. mit-
ten. l. 1. §. antepenultimo. & ff. de leg. 3. l. inter le-
gato. §. intereſt. Bald. in l. omne verbum. C. com-
mun. de legat. Et quod diuerſimode huiuſmodi
verbum capiatur, colligitur apertè ex lectione di-
cti. §. quia uerò. in authen. de æqual. dot. collatio-
ne. 7. meritò in uerbo offerre non eſt facienda
vis. Quoad verbum, data, ſæpius in diſcurſu re-
petitum, ſatis reſponſum fuit ſupra in quarto fun
damento. Iterum tollitur per dictam parifica-
103 tionem factam à lege, cum diſpoſitum † in uno
cenſeatur & in alio diſpoſitum, etiam in materia
correctoria, dummodo & in eo fuerit facta adæ-
quatio. ſecundum dictam gloſſ. in dicta l. ſi quis
ſeruo. C. de furt. & gloſſ. in l. 2. C. de curat. furioſ.
Aretin. in l. 2. ff. de legat. 1. Crotus in dicta repe-
titione. l. ſi conſtante. in ſecunda lectura. num. 59.
Albericus de Roſate in 81 quæſtione in prima
parte ſtatutorum. Alex. conſilio 171. num. 9. li-
bro 7. & conſilio 207. num. 26. libro 6. per nota-
ta in l. quod vero. ff. de leg. & in authen. & eo non
obſeruato. in uerbo ſcribebat. C. de teſtam. iun-
cta l. iubemus. uerſiculo quemadmodum. eodem
tit. & in cap. ſi poſtquam. de elect. lib. 6. cum ſimi-
libus, igitur diſpoſitum in dote data habet locum
104 & in dote promiſſa, quòd datio † dotis & pro-
miſsio fuerint parificatæ, & quòd ſtatutum de
vno fuerit & de alio decretum, demonſtratur ex
lectione l. final. C. de dot. promiſsi. ibi, dederit uel
promiſerit. & in l. ex morte. uerſiculo, ſimiliq́ue
modo. C. de pact. conuent. l. ut liberis. C. de colla-
tionib. l. filiæ dotem, ibi, dotem à patre datam vel
conſtitutam. eodem titulo. & l. fina. ibi, dos quæ
data dicitur uel promiſſa. C. ſolut. matrimo. & l.
finali. C. de interd. matrim. & l. ſi quis inceſti. C.
de inceſt. nupt. ibi, dos ſi quæ fortè ſolenniter aut
data aut promiſſa fuerit. Quinimò ſi bene con-
ſideretur, hæc non eſt extenſio, ſed intentio &
virtualis incluſio, ut per Crotum in dicta repeti-
tione. num. 19.

Tertium motiuum tollitur per Decium in pri
ma additione ad dictum conſilium, ex eo; quia illa
ratio fuit poſita in textu in narratione, non autẽ
fuit ratio finalis legiſlatoris. Nec iſta poteſt dici
vera alienatio ob appoſitum pactum de reſtituen
da. & ſic opponi debet, data, ideſt, deſtinata, quẽ-
admodum aliàs glo. in allegata. l. ſi pater dotem.
in uerbo dederit. C. de dot. promiſ. exponit, de-
derit, deſtinatione. Præterea vt dicit Crotus in
105 in dicta ſua repetitione, dos † promiſſa etiam di
106 ci poteſt alienata, cum abeſſe † uideatur id pro
quo quis eſt alteri obligatus. l. ſi mandato tibi. &
ibi Bart. ff. de neg. geſt. ubi dicitur, id abeſſe uide-
ri in quo obligatus eſt. ad hoc l. quod de bonis. §.
ex donationibus. ff. ad l. Falc. §. tutore. inſtitut. de
obligat. ex quaſi contr. l. plane. §. quod ſi rem. in
fi. ff. de leg. 1. cum vulgaribus.

Quartæ

Quartæ oppoſitioni reſpondetur negando aſ-
ſumptum; quia dos promiſſa cenſetur à patre vt
ſatisfaciat officio ſuo. l. qui liberos. ff. de rit. nupt.
l. finali. C. de dot. promiſ. cum ſimilibus. præte-
reà dos marito promittitur à patre contempla-
tione filiæ & in eius vtilitatem dos cedit, ex quo
107 † deſeruit in oneribus matrimonij. l. pro oneri-
bus. C. de iur. dot. & l. dotis fructus. eodem titu-
lo. & ſperatur redire ad vxorē ſoluto matrimo-
nio. l. 2. ff. ſolu. matri. & etiā ex eā cōſtante matri-
monio. dicta ſi l. cōſtante. & l. vbi adhuc C. de iure
dot. Corneus conſilio 230. num. 7. 8. volumine
4. Iterum oppoſitio non procedit quando alte-
ri per alterum actio acquiritur, vt notatur in-
ſtitut. de inutil. ſtipul. §. ei qui. ſecundum Gloſſ.
108 in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ſed † in do-
te ex contractu inter alios celabrato mulieri abſē
ti ius quæritur: ergo &c. l. vnica §. accedit. C. de
rei uxor. act. l. ſi. in prin. C. de dotis promiſsione.
ergo huiuſmodi promiſsio dotis comprehendit
ſecundum matrimonium, dicta authen. ſed quam
uis. & dicto. §. quia verò. Præterea dos nō ſolum
109 fuit genero promiſſa, ſed etiam ipſi mulieri † ob
præſumptam à lege ſtipulationē. dicta l. vnica. C.
de rei vxor. act. §. & vt plenius verſicul. & nemo.
Alexand. in l. 2. ff. ſoluto. matrim. num 25.

Quintum fundamentum tollitur, nam licet
actus agentium ultra eorum intentionem non
ſint extendendi, tñ id procedit quando apparet, &
110 ea eſt ratio: quia propoſitum † in mente reten-
tum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condi. ob
cauſ. ſecus aliàs, cum in dubio videatur de effe-
ctu cogitatum, actus enim geruntur propter effe
ctus, argumento. l. rem non nouam. C. de iudic.
111 in fi. & Philoſophus ait. Quidquid agitur, † agi
tur propter finem. Præterea oppoſitio non proce
dit quando aliquis ex æquitate inducta à l. vltra
eius intentionem obligatur. l. ſi is qui. §. finali. ff.
112 comod. vt eſt † in patre qui iudicis offic. ad id
aſtringitur & contra eius intentionem, dicta. l.
fin. C. de dot. promiſſ. Præterea nec procedit qñ
ꝓmiſsio eſt condicionalis tacite ſeu expreſſe, cum
tunc non ſubſiſtente cauſa habeat locū pnīa, ſecus
in caſu noſtro in quo cauſa non ceſſat, patrē tene-
ri ad dotationem filiæ, & dotem ad ſe reuerſam
pro illa conſeruare, dicta. l. non omnis. vbi Paul.
de Caſt. & dicta auth. ſed quamuis. Item dici po-
113 teſt † quòd ex diuerſis non bene infertur. ff. de
minor. l. Papinianus exuli. ff. de calum. l. finali. ff.
ve uerb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ver-
ſiculo. ſi hæc diſsimilia. ſed cum diuerſa ſint pro-
mittere ſe obligaturum & promittere ſoluere, nō
114 mirum. & ea eſt ratio: quia † ante obligationē,
actio ſolutionis nata non eſt, vnde requirit ſuc
ceſsiuum alium actum, unde non obligatur de ꝓ-
ſenti, ſed ſecus eſt in promiſsione ſoluendi: igitur
&c. præterea quæ in oppoſitum adducuntur in iu
re non ſunt exeqnatæ: non mirum ergo ſi diſpoſi-
tum in uno, non cenſetur diſpoſitum & in alio
ſed in caſu noſtro ſumus in parificatis à lege, vt
ſupra igitur &c. Item ratio decidendi eſt expreſſa
in l. interpretata. videlicet in dicto. §. quia verò,
dum dicit omnino filiam eandem dotem habuiſ-
115 ſet ſi maritus non deceſsiſſet, quæ † in lege inter
pretante repetita cenſetur, ut ſupra eſt dictum, &
116 tunc † etiam ad correctionem legis, lex ſeu ſta-
tutum extenditur. l. 1. & ibi Barto. ff. de legit. tut.

Non obſtat ſextum in ordine: quia bene verum
eſt ꝙ qui promittit ſatiſdare non eſt fideiuſſor,
ſed tanquam reus promittit fideiuſſorem, ut per
Doctores in dicta. l. ſi quis ſtipulatus. ſed qui pro-
117 mittit † ſoluere eſt debitor de pñti igitur &c.

Tollitur ſeptimum: quia in materia redhibito-
ria, conuentio non parit illam actionem, ut ibi,
ſed in caſu noſtro ex præſumpta ſtipulatione da-
tur actio, vt probatum eſt: ergo habetur pro eo-
dem vt in terminis dicit ibi Gloſſ. & tex. in l. fina-
li. C. ad leg. falci. ibi, in vtroque enim caſu, id eſt,
ſiue ſoluerit ſiue ſuper hoc cautionem fecerit, æq̃
tatis ratio ſimilia ſuadere videtur.

Octauum non obſtat: quoniam in caſu illo vo
tum non erat ſolenne ſed tantum ſimplex, ꝙ non
eſt in caſu noſtro, cum à lege fingatur ſolennis ſti
pulatio, ut ſupra, ergo &c.

Nonum non vrget, quia eſto quòd promiſsio
118 † dotis non ſit contractus nominatus, tamen ad
iuuatur à lege, & actionem producit. l. ad exa-
ctionem. C. de dot. promiſ.

Decimum non obſtat, quoniam aſſumptum
119 non eſt in ſe uerum ſimpliciter. nam † lex ſi-
quis argentum. §. & ſi quidem. C. de donation.
120 & ibi Saly. & in l. 2. † num. 5. de condic. ob cau-
ſa. dicunt quòd conuentio donandi per verbum
futuri temporis non comprehenditur in lege lo
quente de donatione præſenti, & ſic aliud eſt cō
uentio quòd donabo, & aliud conuenio donare
vel dono, vel promitto, & præcipuè illud fallit,
quando donatio ſeu promiſsio vallatur ſtipula-
121 tione, vt eſt in dote † iuris fictione, ſecundum
Salyc. in dicto §. ſed & ſi quidem. nu. 10.

Vndecimum nihil facit, quia ibi ſumus in pro
hibitis, & ex promiſsione etiam ſtipulatione val-
lata agi non poterat, ſecus autem in caſu noſtrum
ut ſupra eſt probatum, & ideò ibi Salycet. dicit
hic appellatione donationis non venit promiſsio
de donando, conſiderandum eſt etiam, dum di-
cit, hic, id eſt, in iſta materia.

Duodecimum obiectum diluitur. Nam licet
magna ſit altercatio inter Doctores in eadem
auct. Quas actiones. C. de ſacroſ. eccles. & in l.
122 omnes populi. ff. de iuſt. & iur. nunquid † ex idē
ptitate rationis fiat extentio, etiam in correcto-
rijs, tamen vera & cōmunis opinio eſt ꝙ ſi in
correctorijs & pœnalibus facta eſt in ea materia
adæquatio, quòd diſpoſitum in vno cenſeatur
diſpoſitum & in alio. ſecundum Iaſonem in dicta
cta auct. quas actiones. nn. 17. uſque ad 30. ſed in
materia caſus noſtri ſupra oſtenſum eſt factā adæ
quationem, vt & ipſe Decius atteſtatur in dicto
conſi. nu. 4. in principio. igitur &c.

Vltimum

Vltimum fundamentum pro contraria opinione factum non obſtat: quia ut per Decium in ſecunda additione ad dictum cōſilium, 35. nu. 9. in fine in caſu noſtro non concurrunt duo ſpe-
13 cialia, ſed † tolerantur, ex eo: quia unum uenit in conſequentiam alterius, ut per Bart. & ſcribentes in l. ſi quis pro emptore. ff. de vſucap. & corū concurſus toleratur quando vnum uenit principaliter alterum conſequutiuè ex illo, ſecundum Salyc. in d. l. 1. C. de dot. promiſſ. nu. 3. Prætereà promiſsio cenſetur facta filiæ reſpectu ipſius, & non primi matrimonij, vt ſupra: ergo non ſpeciale, quòd promiſsio tranſeat ad ſecundum matrimonium. & ex prædictis patet clariſsimè, & ſi diminuta fuiſſet dicta conſtituta dos à Marino, adhuc illā deberi. Et ita de iure eſſe videtur mihi Deſiderio Guidoni, V. I. D. Equiti & Comiti Palatino. ſalua ſemper melius ſentientis ſententia, in quorum fidem propria manu ſubſcripſi, & conſueto ſigillo ſignaui. Aſculi. 1546.

SVBSCRIPTIO.

Vt ſupra eſt conſultum & concluſum per excellentiſsimum dominum & vti fratrem honorandum D. Deſiderium Guidonem dico & conſulo ego Angelus Androctius de Monticulo. I. V. D. inter aduocatos curiales prouinciæ Marchiæ minimus. & de ſola ſubſcriptione requiſitus ſubſcripſi & meo ſigillo ſigillaui.

Et ſecundum hoc conſilium judicatum fuit per tres ſententias.

CONSILIVM D. BARTHOLOMAEI Ghitij Callienſis cum multis ſubſcriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimandi poteſtas tota dependet ex tenore priuilegij.*

2 *Princeps ſicut ipſe legitimando, poteſt tollere ius delatum conſiſtens in ſpe, ſine citatione ita poteſt alteri eandem poteſtatem dare.*

3 *Comes poteſt legitimando præiudicare in iure quæſito, etiam ſine citatione ſi hoc ſibi fuit conceſſum.*

4 *Comes Palatinus poteſt exercere poteſtatem extraordinariam, etiam in præiudicium filiorum legitimorum ſi hoc ſibi tributum fuit.*

5 *Pater ſi fecit legitimare filium naturalem vel ſpurium, facta mentione filiorum legitimorum & naturalium, adhuc ſine alio, legitimatio non tenet.*

6 *Princeps de poteſtate ordinaria ſtantibus filijs legitimis & naturalibus, ſpurios, & illegitimos non legitimat, & ſi aliud faceret, eſſet vnum pecus, etiam adiecta clauſula, non obſtante.*

7 *Filius ergo hæres.*

8 *Princeps non poteſt immutare ius diuinum.*

9 *Princeps licet poſſit etiam extātibus filijs legitimis & naturalibus, cum clauſula non obſtante, ſeu de plenitudine poteſtatis, etiam ſtantibus filijs legitimis, & naturalibus legitim. ea tamen poteſtas non tranſit in comitem per clauſulas, non obſtantibus, niſi ſpecialiter ei concedatur.*

10 *Princeps in dubio non videtur, alio non apparente vti plenitudine poteſtatis.*

11 *Legitimatus per Comitem non poteſt ex teſtamento plus capere quàm vna ex filiabus legitimis & naturalibus.*

12 *Pater non poteſt relinquere filio legitimato, plus quam habeat unus filiorū qui minus habeat, quomodocunque ſit legitimatus.*

13 *Stante ſtatuto, quòd filia non ſuccedat, niſi in una unica, tunc legitimatus nō poteſt habere niſi unicam unciam.*

14 *Legitimatio facta viuente patre, exiſtentibus filijs legitimis & naturalibus, in quibus caſibus proſit.*

15 *Filia pro dote in legitima inſtituta ſi hæres inſtituatur legitimus, adhuc ipſa conſequitur ſemiſſem.*

16 *Legitimatio curiæ æquiparatur ei quæ fit per matrimonium ſubſequens.*

CONSILIVM CLXXI.

GENTIVM Redemptoris humiliter poſtulato præſidio. Viſo tenore priuilegij & facultatis conceſſæ per Iulium Tertium Reuerendiſsimo Domino E. R. & Comiti Palatino legitimandi, ſpurios, naturales, &c. viſa pariter legitimatione facta de Hieronymo prætenſo filio naturali ſer Gregorij Nerij de Callio per ſupradictum D. Comitem ad præſentationem & petitionem dicti ſer Gregorij affirmantis ſe habere tempore legitimationis duas filias legitimas & naturales nuptas, & neptem ex filio ſimiliter legitimo & naturali prædefuncto: & omnibus diligenter, & maturè conſideratis, omiſsis argumentis quæ ad partes fieri ſolent per nonnullos, tū quia præſens conſultatio tanquam in iure clara non eget contrariorum ſolutione. tum etiā quia ſemper mihi placuit ſolam ipſam veritatem attingere ne verborum multiloquijs videar fruſtra denigrare papyrum. Ideo concluſiue procedendo, iuribus, & authoritatibus inferius deducendis & allegandis, intrepide dico & conſulo ad fauorem dictarum filiarum, & neptis, legitimationem prædictam fuiſſe & eſſe nullam & inualidam, & ſucceſsiue inſtitutionem factam per d. ſer Gregorium in eius teſtamento de ſupradicto Hieronymo aſſerto filio legitimato de iure nō poſſe ſubſiſtere. & filiabus & nepti legitimis, & naturalibus in aliquo non obeſſe quominus ſuccedere valeant ab inteſtato in bonis, & hæreditate dicti ſer Gregorij eorum patris, & aui reſpectiue. Et ad huius cōcluſionis euidentiam, non ab re præ-
1 mittendum cenſui quòd † Comitis Palatini poteſtas tota dependet ex tenore priuilegij ſibi conceſſi, vt habetur in cap. porrò. extra de priuileg.

& per

& per Bal.conſilio.129.nu.2.factum proponitur.
lib.2.& conſilio.383.num.3.præmittendum.vol.
1.volentem quòd Comes tantum poſsit quantũ
ipſe princeps conceſsit. & conſilio. 214.caſus ta-
lis eſt.vol.2. & conſilio. 119. in princ. quidam
2 vxoratus.vol.5.dicit ꝙ ſicut † princeps legitiman
do poteſt tollere ius delatum,& conſiſtens in ſpe,
& ius adeundi ſine aliqua citatione,ita hanc pote
ſtatem poteſt dare Comiti. adducens optimam ra
tionem reſpectu citationis ꝙ poſsit tolli, vt ibi.
nume.3.& facit Soz.conſilio.212. prima conſul-
tatione. in princ. vbi ſimiliter vult quòd poteſtas
Comitis dependeat tota à priuilegio,& col. pen.
ver.confirmatur. eod. conſilio uol.2.dicit quòd
3 Comes † poteſt præiudicare etiam poſt ius
quæſitum ſi expreſſè fuit ſibi conceſſa talis pote-
ſtas.& melius idem Sozin. conſilio.64.num.15.
& 16.vol.3.affirmat Comitem etiam ſine citatio
ne de plenitudine ſibi conceſſa poſſe legitimare &
præiudicare ſubſtituto, & quod attendi debet te-
nor priuilegij ſecundum quod regulabitur pote-
ſtas Comitis,ut dicit ipſe ibi nu.3.& poterit habi
litare etiam contra teſtamentum auorum ipſius
legitimati ſi poteſtas ſibi à principe conceſſa eſt,
vt ipſe tangit ibidem num.9. & Ant. de Roſel. in
trac.legitima.in 2.libr.col.16.uer.ult. uidendum
eſt. dicit ꝙ tenor priuilegij oſtendit quam pote-
ſtatem habeat Comes, & illa poteſt uti quæ appa-
ret ſibi eſſe attributa,ut firmat eadem colum.uer.
alij autem,& col.17.uerſi.unde Comites. & Petr.
de Vbal.in trac.de ſucceſ.ab inteſta.car.11.col. 4.
uer.quid autem de habẽte.dicit cõſiderari debere
uerba facultatis, & poteſtatis conceſſæ, nam ſe-
cundum facultatem conceſſam poterit legitima-
re & præiudicare, & Pau.de Caſt. in l. Gallus.§.&
4 quid ſi tantum.in fine dicit quòd † Comes Pala-
tinus poteſt exercere etiam extraordinariam quan
do in priuilegio data eſt ſibi talis poteſtas, & Iaſ.
ibi. num.92. dicit quòd Comes poteſt omnia in
quibus data eſt ſibi expreſſa facultas, etiam in præ
iudicium filiorum legitimorum, prout etiam ſen-
tit Sozin. conſilio. 3. num.10.in fi.uol. 3.ex quo
uerba priuilegij debent conſiderari, ut ipſe Iaſ.
dicit in d. §.nu. 98.& nouiſſ.repetẽ. ibidem iſtud
affirmant num.90. dicentes tenorem priuilegij
eſſe conſiderandum à quo dependet ipſa pote-
ſtas,ut etiam firmat Barba. conſil.58.col.3.uolu.
2. Stantibus igitur ad euidentiam præmiſsis,cum
dictus Comes non habuerit à Papa facultatem le
gitimandi naturales, & ſpurios exiſtentibus filijs
legitimis & naturalibus, ut ex priuilegio conſtat,
ſtat firma, & indubitata concluſio,ꝙ dicta legiti-
matio fuit & eſt nulla nulliusque roboris uel mo
5 menti .licet enim pater † in uita, faciat legitima-
mare filiũ naturalem uel ſpurium & faciat expreſ-
ſam mentionem quòd habeat filios legitimos, &
naturales prout fecit dictus ſer Gregorius, iſtud
non ſufficit adhoc ut Comes Palatinus poſsit le-
gitimare.etiam extantibus filijs legitis, & natura-
libus alijs,ſi ſimpliciter fuiſſet ſibi data poteſtas le
gitimandi & non fuiſſet expreſſè dictum in priui
legio,(ut in caſu iſto)quòd poſsit legitimare etiã
exiſtentibus filijs legitimis & naturalibus,tunc nõ
poſſet, ita tenet Paul. de Caſtr.in dict. l.Gallus.§.
& quid ſi tantum.num. 20.ff. de lib. & poſthu. &
melius conſilio.180.num.2.uerſic. tenendo ergo
primum intellectum.incipien.ſuper eo, quod pri-
mo loco queritur. par. 1.& latiſsimè Alexan.cõſ.
60.nu.35.cum ſeq.uer.ſecunda ratio libr. 2.& cõ
ſil.67. num.15.conſil.94. num.4.uol.1.& conſil.
188.num. 8.uol.5. Et hanc concluſionem ante
Paul.tenuit Bal. in l. cum filiusfamilias. per illum
text.de teſtam. mili.in l. 2.in 8.colum. & ſequen.
C.de ſer.& aqua.& in auth. præterea.C. de natu.
libe.& in c. Domino Guerram. pen. col. in titul.
hic finitur lex Corra.& in c.fi.in 2.col.de tranſla.
præla.& Ant.de Butr. in c.per uenerabilem. cir-
ca medium,uerſic.unum tamen puta.extra qui fi.
ſint legi.& Iaſ. in d.§.& quid ſi tantum.nu.106.&
cõſi.110.col.1.lib.4.& An.Roſel.in trac.legitima
tionis in rub.de ma.cau.legi.nu.3.Cur.Sen.conſi.
19. col.fi.nu.10.Dec.conſilio.393. nu. 8. Ferac.
cauſ. prima. num.4.& Boer.deciſ. 140.nu.18.&
19.par.2.vbi plures citat ad hoc.& Crot. in d.§.
& quid ſi tantum num. 65.& mouentur ad ita te
6 nendum omnes Doctores : quia nec ipſe † prin-
ceps de poteſtate ordinaria legitimat, ſtantibus
filijs legitimis & naturalibus. §.ſi quis igitur. & §.
illud autẽ.& §.generaliter.in authen. qui.mo. na.
effi.ſui.& ibi Ang. §.fi.in fi. unde dixit Bal. in c.fi-
lij nat.de fend.ſi fue.cõtrouer.quòd Imperator le
gitimãs naturales extantibus filijs legitimis & na-
turalibus eſt unum pecus non habens præ oculis
iuſtitiã publicæ honeſtatis, ne cconſiderans ꝑ ſo-
las nuptias conſeruari elegans genus humanum,
ut in authẽt. de nup.in prin.Imò fortius tenet ſin
gulariter And.de Iſer.in c.naturales.in 1.col.ſi de
feu.fue.contro.inter do.& agna. quòd Princeps,
uel Imperator etiam cum clauſula, non obſtante
non poteſt legitimare naturalem uel ſpurium ad
ſucceſsionẽ ubi adſunt filij legitimi & naturales,
eo quia auferret ius debitum legitimis, & daret
naturalibus, quibus non debetur:quia legitimi ha
7 bent a iure diuino,ut dicit Apoſtolus † ſi filius er
8 go hæres.Sed princeps † ius diuinũ immutare nõ
poteſt.ut per Gloſſ. in l.fi.C.ſi contra ius uel uti-
li.pub. Nã filius legitimus natus eſt ex matrimo-
nio inſtituto à Deo.31.quæſt.1.c.fin. in quo ma-
trimonio eſt communicatio diuinitatis.l.1.de rit.
nupt.& inſtit. de pat. põt. in prin. & ibidem ple-
nius per eum:& iſtam deciſionem refert, & ſequi
uidetur Alex. in præallegato conſilio.188.nume.
4.col.5. quia ſcriptum eſt, quòd fit hæres filius
ancillæ cum filio liberę.32. q.4. dicat aliquis.ea.
cauſ.q.2. non omnis. 32.q.7. quid eſt. & ea not.
Doctores in l.3.de teſta. & Bald.in l. cũctos po-
pulos. co.9.uerſic.ſed ego credo.C. de sũma Tri
ni.& Fely. in c.1.num. 4.de conſtitu.Et poſito ꝙ
9 † Papa uel Imperator poſſet legitimare etiam ex
tantibus filijs legitimis & naturalibus ut dixi ſu-
pra

pra in euidentialibus, & eſt communis opinio
ſecundum Iaſ.in d. §. & quid ſi tantum. num.96.
quando legitimaret cum clauſula,non obſtante,
vel de plenitudine poteſtatis, & poſſet etiam da-
re poteſtatem Comiti palatino legitimandi etiam
ſtantibus filijs legitimis & naturalibus,& ſimiliter
in euidentialibus dixi. tamen quando fecit Comi
tem palatinum de plenitudine poteſtatis cum
clauſula,non obſtantibus,ad legitimandos ſpurios
non tamen per hoc Comes palatinus quando le
gitimat poteſt uti plenitudine poteſtatis uel clau-
ſulis(non obſtantibus)niſi ſpecialiter ei conceda-
tur.ita ſignanter tenet Bal.in d.l.2.in 7.col.in 28.
q.C.de ſcrin.& aqua, Et dicit Pau.de Caſt.in d.
conſilio.180.par,1. quòd per generalia verba nõ
videtur princeps iſtam poteſtatem concedere:ar-
gumento.l.obligatione generali.ff. de pigno.iun-
cto §.ſi quis ergo non habens. in authen.qui.mo.
na.eff.ſui.& argumento eorum quę not.Bar. in
l.toties,ff.de pollicit.& in l.ambitioſa.de decre.ab
ordi. fa.prout refert & ſequitur Alexán.d.conſi-
lio.60.nu.38.uolu.2.Cum igitur Papa non con
ceſſerit dicto Comiti poteſtatem legitimandi ſpu-
rios extantibus legitimis. & naturalibus, ſequi-
tur ꝙ extra caſus ibi ſpecificatos videtur voluiſ-
ſe uti poteſtate ordinaria, & per conſequens non
10 extenditur ad caſum noſtrum. Et † in dubio prin
ceps non videtur vti poteſtatis plenitudine, ſed
poteſtate ordinaria, niſi quoad cauſas in quibus
apparet eum voluiſſe uti plenitudine poteſtatis,
vt not. Inno.in c.innotuit.de electio. & Innoc.&
Io.And.in ca.dudum.de decimis.cum reliquis ci-
tatis per Alexand.in d.conſi.60.num,36.& ſequi-
tur Alex.& Iaſ.in l.quacunq;. C.de teſta.mili.Lan
cel.Deci.in l.ſi mihi & Titio,§.in legatis.col.3 de
leg.3.Curt.Senior.conſilio.65.col.8.Deci.in l.te
ſtamento. col.5.C.de teſta.mili.& l.more. col.4.
ff.de iuriſdic. omni.iudi.c.quoniam Abbas.col.6.
de offi.dele.& conſi.77.Hyp. ſing.88.in l.de uno
quoque. ff. de re iudi. num. 24. Corn. conſilio.
167.col.pen. lib.ſecundo. Iaſ.conſil.1.col.9. cum
ſeq.vol.1.Bertran. conſilio. 87.vol.2.& 227.col.
1.cum ſeq.uol.3.& Alcia.de præſump. reg. 3.præ
ſum.37.& dicit Pau. de Caſt.in d.§.& quid ſi tan
tum.numer.20.quòd inſpicienda eſt poteſtas da
ta Comiti, & quod in dubio non cenſetur data
poteſtas legitimandi niſi eo modo quo Princeps
eſſet legitimaturus ex ordinaria poteſtate, non
ex ſuprema:argu.l.in teſtamento.in fi.C. de teſta.
mili. in l.1. in fi.ff.de offi.præfe.præto. Ideo ſe
cundum eum,ſi pater haberet legitimos non legi
timaret ex ordinaria poteſtate vt in d.§.generali-
ter,licet poſſet ex plenitudine poteſtatis faciendo
de eis mentionem. ſed Comes nullo modo po-
teſt ſi ſibi ſimpliciter data fuit poteſtas legitiman-
di, nec fuit dictum etiam extantibus legitimis.
& ita reſidet Pau.de Caſt.ubi ſupra, & in d.conſil.
180.& non recedendo à ſupra dicta concluſione
cum qua omnes Doctor. tranſeunt, poſito ſine
11 præiudicio ueritatis quòd legitimatus † ſecundũ
priuilegium dicti Comitis poſſet capere ex teſta
mento, non enim uidetur quòd plus capere poſ-
ſit quàm vna ex filiabus legitimis, & naturalibus
dicti ſer Gregorij,ex eo quod notanter dicit An-
gel.per illum text. in §.& quoniam uariæ.in auct.
qui.mo.na.eff.ſui.in prin. ubi per illum text. di-
12 cit ſingulariter notandum † quòd filio legitimato
pater non poteſt relinquere uel donare pluſquã
habeat vnus filiorum qui minus habeat, & dicit
hoc procedere ſiue ſit legitimatus per obla-
tionem curiæ, prout loquitur ille text. ſiue alijs
modis, niſi ex ſubſequenti matrimonio ſit legiti-
matus. Idem per illum tex.in d.§. & quoniam ua
riæ. dicit Bal.in c.per tuas.num.1.de maio.& obe
di. quòd legitimatis non poteſt relinqui niſi quã-
tum uni legitimorum cui minus relinquitur.& ſic
etiam debet intelligi priuilegium Imperatoris
quo caueretur quòd ſuccederet unà cum legiti-
13 mis. Vnde ſi ſtatuto diſponatur ꝙ filia non ſuc-
cedat niſi in una uncia,talis filia limitat filium legi
timatum, & ſequitur Alex. in l.ſed ſi hac lege.§.
patronum.il 2,nu.8.& 9.ff.de in ius uocan.& in l.
ex facto.§.ſi quis rogatus.num.57.& Socin.con-
ſilio.246.col. 1.in fin.uol.2.& conſilio. 212.col.
1.uer.conſuluit inſignis Doctor.& Cur. Se. conſi
16.nu.4.uer.conſueui.Allegatur pro iſta parte &
Soci.in d §.& quid ſi tantum.nu.27.& Iaſ.in l.j.C.
quando non pet.par, num. 31. & ſequitur Bar.in
auctẽn. item ſi quis ſine. C.de natur. liber. & in
q.11.habeo filiã naturalem. num.10.ver. ſed præ
cedens opinio uerior. Idem tenet Iaſ. in d.§.&
14 quid ſi tantum.nu.93. ubi quòd legitimatio † fa
cta uiuente patre exiſtentibus filijs legitimis &
naturalibus,non prodeſt filijs legitimatis, niſi in
dictis duobus caſibus: uidelicet,quãdo fit per obla
tionẽ curiæ uel ſubſequens matrimonium. Fran
Cremen.ſingulari ſuo li. dat exemplum, quòd ſi
pater habet tres filios,duos legitimos, & unum le-
gitimatum, & mille legauerit legitimato & alteri
filio legitimo, & alteri filio tertio legitimo vnum
denarium ab uno ſupra uſque ad mille,auferentur à
legitimato, & pro æquali portione diuiditur in-
ter alios filios legitimos & naturales, & ſequi-
tur etiam Ioan. Dilect.in ſuo. tract.de art.teſtan.
15 caut.12.nu.5. ubi dicit quòd † ſi pater legitima
tum inſtituat, & filiæ dotem congruam etiam
aſcendentẽ ad legitimam, quamuis iure inſtitu-
tionis, relinquat, poterit filia ſemiſſem hæredita-
tis petere: quia pater non poteſt plus filijs legi-
timatis quàm filijs legitimis relinquere, per d.
§. & quoniam uariæ. Hanc opinionem amplecti-
tur etiam Deci.conſilio.393. numero.2.ubi dicit
eſſe communem, & quòd uidetur bene probari
in d.§.& quoniam uariæ,quia cum ibi hoc diſpo-
natur in legitimato per oblationem curiæ, quæ
quidem legitimatio fauorabilior uidetur l. com-
munium.§. quoniam omnino.C.de natu.libe. &
16 adhoc facit quia talis † legitimatio curiæ æqui-
paratur legitimationi quæ fit per matrimonium,
quod ſubſequitur.§.fi.inſti.de nupt.unde ſi non
poteſt

poteſt legitimato per oblationem curiæ plus relinqui quàm dictum ſit, à fortiori idem videtur dicendum per reſcriptum, & ideò inſtitutio vniuerſaliter facta de d. Hieronymo prætenſo filio legitimato, non videtur habere locum: quia non debet legitimatus plus habere quàm vna ex filiabus legitimis & naturalibus dicti ſer Gregorij d. §. & quoniam varie, & in d. l. coniun. §. fi. C. de natur. lib. & ſic dicta legitimatio nullo pacto præiudicare poteſt dictis filiabus & nepti, quo minus ſaltem æqualiter admittantur cum dicto Hieronymo aſſerto legitimato, & iſta concluſio ſecundum Dec. in d. conſ. 392. in fi. iuſtitiam & æquitatem maximam habere videtur.

Laus Deo Opt. Max.

Et ita vt ſupra concluſum extitit, iuris etiam dico & conſulo ego Bartholomæus Ghitius Callienſis I. V. D & ſacri Palatij Comes, & ad fidem manu propria ſcripſi, & ſubſcripſi, ac ſigillo quo vti ſoleo in ſimilibus ſubſignaui. cuiuſlibet rectius ſentientis ſententia ſemper illæſa.

CONSILIVM D. MARCIANTONII Oradini Peruſini. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta à Comite, non habente poteſtatē legitimandi, etiam ſtantibus filijs legitimis & naturalibus, non valet in præiudicium ipſorum etiam patre petente.*

2 *Princeps non videtur alteri concedere, quòd ipſe non eſſet facturus.*

3 *Comes habens facultatem legitimandi ſine præiudicio venientium ab inteſtato, videtur potius habere poteſtatem diſpenſandi, quàm legitimandi.*

4 *Diſpenſatio etiam patre petente facta, ſi legitimi nō fuerunt citati non valet.*

5 *Diſpenſatio intelligitur facta ſecundum tenorem priuilegij.*

6 *Citatio quæ requiritur in diſpenſatione, ſi adſunt filij legitimi & naturales, requiritur etiam in legitimatione.*

7 *Legitimatus per reſcriptum non poteſt plus conſequi quàm vnus ex filijs legitimis & naturalibus.*

8 *Intellectus ad §. quàm uariè. in auth. quib. mod. natura effic. ſui.*

Subſcriptiones ſequuntur ad ſupraſcriptum conſilium. & primò.

CONSILIVM CLXXII.

CHRISTI Nomine repetito. Vera videtur concluſio ſuperius eleganter, & plenè cōprobata per excellentem Dominum Bartholomæum conſulentem, quòd legitimatio † facta à Comite non habente poteſtatem legitimandi etiam ſtantibus filijs legitimis, & naturalibus non valeat in præiudicium ipſorum, etiam patre petente. per not. Paul. de Caſt. in d. §. & quid ſi tantum. in fi. vbi Soc. col. 6. in j. concluſione limitat. j. idem Soc. conſ. 63. col. 3. lib. 3. vbi dicit hoc probari optima ratione, de qua per Paul. in d. conſil.
2 180. lib. 1. quia Princeps † non cenſetur in generali conceſsione trāſtuliſſe quod ipſe non eſſet facturus, & in dubio lex præſumit ipſum hoc non eſſe facturum, ut probatur in §. ſi quis igitur. in authen. quib. mod. nat. effic. legi. & in §. illud. in authen. quib. mod. na. effic. ſui. & idem Soc. conſ. 212. col. 2. lib. 2. Dec. cōſ. 579. in fi. vt per Maria. Iun. conſ. 93. num. 2. lib. 3. Adde idem tenuiſſe Barbat. conſ. 9. col. 3. & 4. lib. 4. & Ruin. conſ. 81. col. 1. & 4. lib. 3. vbi col. 2. dicit hoc maximè procedere data poteſtate legitimandi ſine præiudicio venientium ab inteſtato, prout hic fuit., & etiam per Alex. in d. conſil. 188. col. 2. lib. 5. & quòd hoc procedat etiam patre viuente. & petente expreſsè dicit Soc. in d. §. & quid ſi tantum. ubi ſupra, & Iaſ. num. 106. in 5. limit. & alij præallegati: & hoc à Doctoribus nō reuocatur in dubium. itaque ſi in priuilegio non datur Comiti facultas legitimandi ſtantibus filijs legitimis, & naturalibus, nec ſunt alia uerba litteris æquipollentia, omnes videntur tenere in his terminis legitimationem non valere in præiudicium legitimorum. Accedit prædictis in fauorem dictarum fœminarum
3 legitimarum quòd Comes † habet facultatem legitimandi ſine præiudicio venientium ab inteſtato, & ſic facultas eſt potius diſpenſandi quàm legitimandi. Corn. conſ. 34. col. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 14. col. fin. lib. 2. & poſt Bald. Ruin. conſ. 79. num.
4 10. & conſ. 87. num. 11. lib. 3. ſed † in diſpenſatione etiam patre petente facta, requiritur citatio legitimatorum, aliàs non valet, ut tenuit Socin. in dict. §. & quid ſi tantum. in fi. dicens à pluribus ita concluſum fuiſſe, & eſſe notabile. & Iaſ. ibi col. antepen. num. 132. Crot. col. 3. in 4. limitatione. Dec. conſ. 264. colum. 2. Pariſ. in dicto conſ. 14. in fin. Ruin. d. conſ. 79. num. 11. Gozad. conſil. 6. num. 2. & num. 18. & num. 61. tenet hoc in inferiore à Principe. Nec obſtat quòd in præſenti caſu legitimatio non fuerit facta cum clauſula illa ſine præiudicio &c. ſed ſimpliciter: quia reſpondetur quòd eſt intelligenda quòd cenſeatur facta cum illa clauſula, aliàs generaliter intelligendo nulla eſſet, quia Comes non habuit poteſtatem niſi limitatum, ut in terminis dicit Pariſ. d. conſ.
5 14. col. fi. & ſecundum † tenorem priuilegij intelligi factam, dicit Ruin. conſ. 74. num. 22. lib. 3. Et
6 hoc fundamentum de citatione † requiſita in diſpenſatione, multo magis in hoc caſu debet procedere: quia adſunt filiæ legitimæ & naturales; quo caſu multi tenuerunt idem eſſe in legitimatione. vt per Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum. num. 131. & hoc proculdubio eſt tenendum, præcipuè quando tractaretur de minuenda legitima legitimorū filiorum, videlicet vt non minuatur per exiſten-

tiam

ſiam legitimati eis non vocatis: quia ſicut pater
non poteſt teſtãdo filijs præiudicare in legitima.
ita nec legitimando, ut arguit Iaſ. in d. §. nu. 133.
& ita expreſsè tenuit Soc. ibi col. pen. verſ. tertia &
vltima conclu. & inter conſ. Curt. conſ. 18. & in
conſ. 256. lib. 2. late Ruin. d. conſ. 87. col. 1. & 4.
num. 17. Gozad. d. conſ. 6. col. 1. num. 5. & col. 3.
num. 14. Ad illud quòd in conſ. dictum fuit ꝙ
7 legitimatus † per reſcriptum non poſsit plus con-
ſequi quàm vnus ex filijs legitimis & naturalibus
8 licet nonnulli tenuerint ꝙ † diſpoſitio. §. quam
varie. in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. habeat locũ
in legitimatis per oblationem curiæ tantum: tamẽ
videtur uerius ꝙ etiam procedat in legitimatis
per reſcriptum ut dicit, & tenet eleganter poſt
Vbertum de Bobi Bal. Ang. Benedict. de Plumb.
Fulg. & Roma. Ruin. conſi. 82. col. pen. & fi. lib. 3.
& clarius in conſ. 83. col. 4. & 5. eod. lib.

Laus Deo Opt. Max.

Et prædicta iuris eſſe puto, Ego Marc. Ant. Oradinus Peruſinus legum Doctor. & ideo manu propria ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſubſignaui, ſaluo ſemper ſaniori iudicio. &c.

SVBSCRIPTIO D. CONSTANTII Florentis iuris Doctoris & equitis Peruſini, in cauſa anteſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio filij naturalis facta à comite, an ualeat, ſtantibus legitimis & naturalibus.*
2 *Legitimatio, relationem habet ad ſupplicationem, & ſecundum eam interpretanda.*
3 *Legitimãdi facultas, eſt ſupremo Principi reſeruata.*
4 *Princeps poteſt inferioribus, legitimandi poteſtatem communicare.*
5 *Legitimandi poteſtas, iuxta priuilegium conſideranda.*
6 *Legitimandi poteſtas, non cenſetur conceſſa, ſtantibus filijs legitimis & naturalibus, niſi ſpecialiter exprimatur.*
7 *Princeps cõcedendo inferiori, de ſibi reſeruatis, cenſetur cõcedere, ut illud exerceat cum cauſæ cognitione, & non cum plenitudine poteſtatis.*
8 *Legitimatus non poteſt capere ex teſtamento pluſquam vnus ex filijs legitimis, & naturalibus.*
9 *Iura loquentia in legitimato, per oblationem curiæ, an habeant locum in legitimato per reſcriptum.*
10 *Fœmina per ſtatutum excluſa, niſi in vncia, operatur, vt legitimatus non poſſit pluſquam vnciam conſequi.*
11 *Legitimatio per oblationem curiæ eſt fauorabilis. & æquiparatur legitimationi factæ per ſequens matrimonium.*
12 *Intellectus ad §. quam varié. in auth. quib. mod. nat. effic. ſui.*
13 *Priuatus de aliquo, ex diſpoſitione legis, commodum debet applicari illi cuius contemplatione fuit priuatus.*

CONSILIVM CLXXIII.

COPIOSE & eleganter per
clariſsimos Iureconſultos tã
primum cõſulentem Dominum
Bartholomęum Ghitiũ,
quàm ſecundum ſubſcribentem
dominum Marcum Antonium,
conſultum eſt in caſu
propoſito ꝙ exiſtentibus filiabus & nepte legiti-
mis & naturalibus ſer Gregorij non valuerit legi-
1 timatio † Hieronymi à Comite facta, cui data à
Principe facultas legitimandi nõ apparet eo caſu
quo filij legitimi & naturales exiſtunt: & quãuis
eorum concluſio ſit optimis rationibus & autho
ritatibus firmata, tamen mihi viſa eſt prima con-
ſideratione aliquid difficultatis in ſe cõtinere, an
omnimodam poteſtatẽ legitimandi concederet,
per not. per gl in ver. omnimodam. in clem. 1. de
for. comp. & per Rom. in l. ſi duo. ff. de acq. hære.
2 Et legitimatio † relationem habet ad ſupplicatio-
nem legitimanti porrectam, & ſecundum eam re-
cipit interpretationẽ, vt tradunt Bal. & Doct. in c.
inter dilectos, de fide inſtr. & Dec. in conſi. 403.
nu. 15. & Pariſ. in conſ. 9. nu. 42. lib. 2. Sed in pre-
cibus comiti porrectis fuit facta mentio de filia-
bus, & nepte legitimis & naturalibus. Ideo ra-
tione pleniſsimæ, & omnimodæ poteſtatis ſibi in
priuilegio conceſſæ & relationis ad tenorem ſu-
plicationis faciendæ, videtur legitimatio ualuiſſe.
Sed propter hoc, non puto à ſententia prædi-
ctorum Dominorum conſulentium recedẽdum
per iura, rationes, & authoritates ab eis plene &
3 accurrate adductas. Nam facultas † legitimandi
eſt ſupremo Principi reſeruata, ut tradunt Doct.
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
& in c. per uenerabilem. qui fil. ſint legitimi. Et
4 licet † Princeps poſsit hanc poteſtatem inferiori-
bus communicare, ut tradunt Doct. in d. cap. per
venerabilem, & Bal. in l. 1. ff. de tut. & cur. dan. ab
5 his. & Doct. in d. §. & quid ſi tantum. tamen † ea-
tenus cenſetur eis conceſſa & communicata qua-
tenus apparet ex tenore & verbis priuilegij, nec
aliud venit ultra quàm conceſſum, & verba pri-
uilegijs inferant, vt in cap. porrò. de priuilegijs
Curt. conſ. 16. col. 5. & Soc. conſ. 212. in princip.
& col. pen verſ. confirmatur. lib. 2. & in conſil. 63.
6 nu. 3. lib. 3. ſed poteſtas † legitimandi ad ſucceſ-
ſiones patris non intelligitur conceſſa filijs legi-
timis & naturalibus extantibus, vt per Bald. in l.
cum filijs. ff. de teſtam. milit. niſi hoc in priuilegio
ſpecialiter exprimatur, ut per Paul. de Caſt. conſi.
180. col. 2. lib. 1. & Alexan. in conſil. 183. colum.
fi. lib. 5. cum ſimil. relatis per Ruin. in conſ. 40. nu.
7 6. lib. 1. Princeps † enim concedendo aliquid infe-
riori de ſibi reſeruatis, intelligitur ſemper conce-
dere vt illud exerceat cum debita cauſæ cogni-
tione, non autem cum illa poteſtatis plenitudine
quam habet concedens. Bal. in l. in teſtamentum.
C. de teſtamen. poſt Innoc. in cap. veniens. in glo.

1. ad

1. ad fi. de fi. presby. Imo. in l. quidam conſule-
bant, ff. de re iud. Abb. in c. at ſi clerici. §. de adult.
de iudi. cum igitur priuilegio non fuerit ſpecia-
liter expreſſum quòd poſsit Comes etiam filijs
legitimis & naturalibus extantibus legitimare,
clara & aperta ex hoc infertur concluſio legitima
tionem prædictam ex defectu poteſtatis ipſius
legitimantis fuiſſe inualidam: ex quibus patet eſ-
ſe ſublata quæ ſupra in contrarium ad uximus.
8 Sed poſito † ſine neri præiudicio dictum Hieroni-
mum ſecundum priuilegium domini comitis le-
gitimatum potuiſſe ex teſtamento dicti ſer Gre-
gorij capere, non tamen capere poſſet pluſquam
una ex filiabus legitimis & naturalibus, per text.
in §. & quoniam uarie. in aut. qui. mo. na. effi. ſui
& in l. communium. in fi. C. de natu. libe. quæ in-
9 ra † licet loquantur in legitimato per oblatiouē
curiæ, & non uideantur habere locum in legitima
to per reſcriptum ſecundum Ang. in conſilio. 17.
col. 2. & Aret. in d. §. & quid ſi tantum. nume. 27.
& in l. neceſſarijs. col. 2. uerſi. circa 2. quæſt. ff. de
acqui. hæred. ubi poſt Rom. Alexan. nu. 10. idem
tenet, & Soci. Iu. in conſilio. 142. nume. 40. lib. 1.
tamen nerius eſt dicta iura locum habere etiam
in legitimato per reſcriptum: ut tenet Bald. in c.
per tuas. nume. 1. de maio. & obedi. ubi etiam di-
10 cit † q ſi fœmina per ſtatutum non poſsit ſucce-
dere niſi in uncia uel in dote, pari mō legitimatus
per reſcriptum nō poterit niſi vnciam habere vel
in plus ſuccedere quàm filia habuerit, refert, &
ſequitur Alex. in d. l. neceſſarijs. nu. 11. idem tenet
Ang. in d. §. & quoniam varie. in §. fin. colum. 1. &
Alex. in d. l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de inius vo.
& in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebe. nu.
57. & Soc. poſt Fulg. in conſ. 212. nu. 2. li. 1. & in
d. §. & quid ſi tantum. num. 24. & Iaſ. in l. vni. nu.
31. C. quando non pet. par. & Curt. in conſ. 16.
num. 4. in fi. & Benedi. de Plumb. in diſputatione
incipien. ſtatuto Piſano. in fine. 31. dubij. & refert
Vber. de Bobio. Idem tenet & ſequitur Dec. in
conſ. 303. nu. 2. & Ruin. in conſ. 83. num. 9. lib. 3.
& Goza. in conſ. 48. nume. 18. & eſt communis
opinio ut atteſtatur Dec. in loco ſupra allegato,
quæ ſatis probatur in d. §. & quoniam variè. & in
l. communium. in fi. nam cum hoc ibi diſponatur
11 † in legitimato per oblationem curiæ quæ legi-
timatio eſt alijs fauorabilior, ut in d. l. com-
munium. §. & quoniam omnino. quæ æquipara-
tur legitimationi quæ fit per ſequens matrimo-
nium. ut in §. fin. inſtit. de nupt. ſi non poteſt legi-
timato per oblationem curiæ plus relinqui, ut ſu-
pra dictum eſt, à fortiori dicendum eſt in legi-
timato per reſcriptum, vt arguit Dec. in conſ. ſu-
pra allegato. ex quibus patet ueram non eſſe opi-
nionem Aret. & Soc. Iun. & etiam contra commu
nem vt ex prædictis colligitur. Non obſtat quod
Rō. Aret. & Alex. dicunt in d. l. neceſſarijs: quia ſi
eorum dictum rectè intelligatur prædictæ con-
12 cluſioni nō aduerſatur, nam † in d. §. & quoniam
variè. duo principaliter dicuntur: vnum quòd le-
gitimato per oblationem Curiæ plus relinqui
non poſsit quàm filio legitimè nato, cui minus
relinquitur. Aliud quòd taliter legitimatus qui
factus eſt ſuus habeat beneficium abſtinendi,
quod à iure prætorio ſuis conceditur iuxta. §. ſed
& his permittit prætor. inſtitu. de hær. & quali. &
diffe. Ratio primi dicti eſt, quia per oblationem
Curiæ poteſt quis legitimari etiam alijs filijs le-
gitimis extantibus: ut in §. ſi quis igitur. in auct.
qui. mo. na. effi. ſui. Verum eſt igitur quòd de po-
teſtate ordinaria tex. in d. §. & quoniam varie. non
poteſt locum habere in legitimato per reſcriptū
extantibus filijs legitimis, nec poteſt illegitimè
natus per reſcriptum legitimari. Ideò ſi tali mo-
do legitimari non poteſt, fruſtra dubitatur an il-
li plus poſsit relinqui quàm legitimè nato: quia
talis legitimatio præſupponit alium filium non
extare, & hoc modo verificatur opinio eorum
qui dicunt illum text. non habere locum in legi-
timato per reſcriptum: quia diſpoſitio illius text.
non poteſt legitimato conuenire, ſed ſi quis legi-
timetur per reſcriptum Principis vel habentis po
teſtatem ab eo legitimis extantibus, de ſuprema,
& abſoluta poteſtate, prout fieri poteſt ſecūdum
Iaſ. de Belui. in d. §. & quoniam variā. per not. in d.
§. fi. Aut. qui. mo. nat. effi. ſui. & Saly. & in auth. itē
ſi quis. 1. C. de natu. lib. & Doct. in c. niſi cum pri-
dem. §. perſonæ. de renun. & Moderni in c. natura
les. ſi de fer. ſuc. controuer. inter domi. & agna.
tunc huic legitimato per reſcriptum non poteſt
plus relinqui quàm legitimè nato, & in eo habet
locum diſpoſitio d. §. & quoniam uariè. quia tunc
in illo non habet locum ratio, quæ militat in legi-
timato per oblationem curiæ, cum enim poſsit in
præiudiciū legitimorum legitimari filius per ob-
lationem curiæ, & in hoc plus illis tribuitur quàm
legitimatis per reſcriptum Principis de ptāte ordi
naria ut dictum eſt. Ideo in alio ſuccurritur legiti
mè natis, ut tali legitimato plus relinqui non poſ-
ſit, & in iſto caſu procedit opinio illorum qui di-
cunt diſpoſitionem. §. & quoniam variç. locum ha
bere in legitimato per reſcriptum. Aliud verò qđ
dicitur in d. §. & quoniam uariè. quòd legitimatus
per oblationem curiæ non habeat ius abſtinendi
non habet locum in legitimato per reſcriptum.
Quia in legitimatis per oblationem curiæ ſic non
diſponitur propter legitimè natos, nec in corū fa
uorem, ſed ex qualitate legitimationis, & potius
fauore patris legitimantis, & in his terminis, & de
hoc effectu loquuntur Rom. Alex. & Aret. & in d.
l. neceſſarijs. ita reſpondet, & declarat Rui. in cōſi.
83. nu. 11. lib. 3. Quidquid igitur in caſu noſtro
pater relinquit Hier. legitimato vltra dotem filia-
bus, & nepti conſtitutam, debet ab eo auferri, & il
lis applicari. prout in ſimili habetur in l. hac edi-
ctali. C. de ſecund. nup. & in §. optimè. in auth. de
nup. ſicut eſt de intentione gl. in d. §. & quoniam
variè. quę pro concord. allegat. d. §. optimè, & pro
13 batur hac ratione: nam quando † priuatur quis
ex diſpoſitione legis, commodum debet illi ap-

applicari cuius contẽplatione fuit priuatus, ut in l.2.§.ſi duo.ff.de colla.bon.& ibi etiam not.Bar. in l. 2. §. videndum. ff.ad Tertul.& in l.vxorem. §. ſi hæres. de leg. 3. & ſic patet quòd illud plus quòd eſt relictum legitimato non debet ad ſubſtitutum pertinere, ſi forte ſubſtitutum haberet. quando enim quis eſt priuatus à lege alterius cõtemplatione ceſſat tunc ſubſtitutio, & admittitur ille propter quem facta reperitur priuatio ut concludit Ruyn.in d.conſil.83.nume.10.Ex quibus,& alijs ut ſupra copioſè deductis per dominos conſulentes, eorum concluſionem confirmo, & approbo quòd ex defectu poteſtatis legitimantis dicta legitimatio non valeat, ſi non fuit ei conceſſa à Principe poteſtas legitimandi, etiam extantibus filijs legitimis, & naturalibus, per illa uerba in fine Priuilegij appoſita, & quæ alij notarij ſedis, & palatij, & aulæ, prædicti comites pro tempore exiſtentes de iure vel conſuetudine aut ex Priuilegio &c. Si enim conſtaret alios notarios, & Comites ſedis palatij, & aulæ prædictæ de iure uel conſuetudine aut ex priuilegio habere poteſtatem legitimandi exiſtentibus etiam naturalibus tunc eadem poteſtas videtur attributa per uerba prædicta etiam Comiti præfatum Hieronymum legitimanti. Laus. D. O. M.

Et ita de iure ſentio ego Conſtantius Florens Iur. Doct. & eques Peruſinus, & in fidem manu propria cum mei ſigilli impreſsione ſubſcripſi ſententia veriori ſemper ſalua.

SVBSCRIPTIO D. IOANNIS DILEcti Duranti Gualdenſis I. V. D. In cauſa prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Legitimandi poteſtatem habens ſpurios, non poteſt illos legitimare, ſtantibus filijs legitimis, & naturalibus.*

2 *Spurij, quibus modis regulariter legitimentur.*

3 *Pater inſtituendo filium legitimatum, cuius legitimatio nulla erat, præſumitur erraſſe, & inſtitutio non tenet.*

CONSILIVM CLXXIIII.

DEI NOMINE, & auxilio repetitis. Sentio veras eſſe concluſiones ut ſupra factas per diſertiſsimos Dominos conſulẽtes, qui plenis allegationib. demonſtrarũt veram eſſe opinionem Bald.in l.ſecunda,colum ſexta,C. de ſerui.&
1 aqua.tenentis eum † qui habet à Principe poteſtatem legitimandi ſpurios, non poſſe legitimare filium non legitimè natum extantibus liberis legitimis, & naturalibus, quoad præiudicium illorum, & dicta opinio in caſu propoſito cum is qui legitimauit per priuilegium ſuæ Reuerendiſſimæ Dom. conceſſum uullam extantibus legitime natis habeat expreſſam facultatem, habẽda eſt pro clara, & indubitata, quoniam nullo ex qua-
2 tuor modis † quibus ſpurij poſſunt legitimari, extantibus liberis legitime natis, iſte Hieronymus fuit legitimatus. Quorum primus, & regularis eſt, per ſequens matrimonium, ſecundus per oblationẽ curiæ, de quibus ſcribit Boer. in deciſ. 240. ex proceſſu moto.nume.19. tertius per reſcriptum Principis, quartus per habentem ſpecialem poteſtatem legitimandi non legitimè natos etiam extantibus legitimè natis, ut per Dec.conſil. 307. viſo puncto. circa princi. Et cum dictus
3 Hieronymus fuerit hęres inſtitutus † à patre tanquam filius legitimus, & legitimatio de eo facta non valeat, præſumitur patrem erraſſe inſtituendo illum hæredem, & hæredis inſtitutio de eo facta viribus caret, & hæreditas non applicatur fiſco ſed aufertur per uenientes ab inteſtato. l.ſi pater.C.de hæred. inſti.cum traditis ibi per Bald.& alios Docto. & comprobatur hæc per ea quæ refert Iaſ.in l.eam quam.colum.7.verſ. not. ex vltima parte.C.de fideicom. & quoniam, ut dixi plene veritas per ſupradictos Dominos conſulentes demonſtrata eſt, non ero prolixior cum adiectione nõ indigeat plenitudo.c. ſi omnia 6.q.1.l.1.in fin.ff.de dot.præleg. Laus Deo.

Vt ſupra iuris eſſe arbitror Ego Io. Dilectus Durantes Gualden. minimus inter eos qui iuris ſcientiam diligunt, & ad fidem ſubſcripſi atque ſignaui, ſaluo &c.

SVBSCRIPTIO.

Quamuis moris non ſit etiam vbi de ſola ſubſcriptione ſim requiſitus duntaxat ſubſcribere, ſed ſemper aliquid addere, coner ne alioqui videar ipſis rebus minime conſideratis manum calamo apponere. Tamen adeo de iure claræ ſunt ad eoque ampliter, & pertinenter comprobatæ duæ illæ concluſiones per egregium Dominum Bartholomæum Ghitium Callien. Iuris Vtriuſque Doctor. in cauſa legitimationis Hieronymi filij naturalis quondam Dom. Gregorij Nerij factæ. Vna uidelicet quòd inualida ſit legitimatio ex defectu facultatis comitis legitimantis, in qua non eſt poteſtas legitimandi ſtantibus alijs legitimis, & neturalibus liberis filijs. Altera quòd etiã ſi id faciendi Comes poteſtatem habuerit, tamen ita legitimatus non potuiſſet ex teſtamento patris capere pluſquam una quælibet ex filiabus legitimis, & uaturalibus dicti dom. Gregorij caperet quod illis non videtur ſine ſuſpitione temeritatis aut vitioſæ ambitionis aliquid addi poſſe. Ideoque præter meum morem ſola ſubſcriptione contentus, dico ita mihi quoque uideri eſſe de iure prout ipſe Dominus Bartholomæus cõſuluit

ſuluit, atque adeo vtramque concluſionem etiam per ſe ueram, vt ſola prima ſufficit data nullitate legitimationis, non ſit opus diſputare de ſecunda concluſione.

Antonius Maſſa de Galleſio I. V. D.

CONSILIVM D. MATTHAEI BRVni Iuriſconſul. Ariminenſis.

In cauſa præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Conſulentes deciſiuè non tenentur allegare.*
2 *Falſa cauſa expreſſa in ſententia, vitiat illam.*
3 *Legitimationis priuilegium conſiderandum cum legitimandi poteſtas ab illo reguletur. & numero 4.*
5 *Legitimandi poteſtas eſt de reſeruatis principi.*
6 *Princeps poteſt legitimando ius parti quaſitum auferre.*
7 *Legitimandi poteſtas ordinaria præſumitur conceſſa.*
8 *Baſtardus ad patris inſtantiam legitimatus à comite, quem Princeps non legitimaſſet ex ordinaria poteſtate, non dicetur legitimus.*
9 *Comes Palatinus legitimare non poteſt, niſi eidem ſpecialiter fuerit à Principe conceſſa poteſtas legitimandi.*
10 *Priuilegium ſine tertij præiudicio conceſſum videtur.*
11 *Verba in priuilegio legitimantis, ſcilicet ſuper naturalibus & baſtardis non legitimandis, niſi de conſenſu legitimorum, & naturalium, cuius efficacia.*
12 *Surreptio vitiat legitimationem.*
13 *Diſpenſatio difficilius fit cum inceſtuoſo, vel ſpurio, quàm cum eo qui tantum naturalis eſt.*
14 *Legitimatio comitis non habens cauſam iuſtam, non tenet.*
15 *Princeps ex certa ſcientia, poteſt ſine cauſæ cognitione legitimare.*
16 *Comes Palatinus, quamuis amplam habeat legitimandi poteſtatem, non poteſt tamen abſque cauſa legitima legitimare.*
17 *Diſpenſatio dicitur odioſa, legitimatio vero fauorabilis.*
18 *Legitimatio facta de ſpurio ex coniunctis, diſpenſatio dici meretur.*
19 *Diſpenſatio ad ſui validitatem cauſam requirit.*
20 *Legitimatio ad inſtantiam patris habentis filios legitimos & naturales, ad ſui ualiditatem requirit, quòd in ea fiat mentio de prole legitima.*
21 *Aſſertioni Comitis legitimantis de iuſta cauſa non ſtandum: contra nu. 70.*
22 *Cauſæ cognitio quòd non interuenerit, probatur ex breuitate temporis.*
23 *Cauſæ cognitio cum ad actum requiritur, dicitur eſſe de forma.*
24 *Renuntiatio generalis in prætorijs ſtipulationibus, non ſufficit.*
25 *Cauſa in diſpenſatione, an ſufficiat in genere cogitata.*
26 *Sacrilegium eſt diſputare de Pontificis poteſtate.*
27 *Spurius, & talis ſimpliciter legitimatus, ſi eſt ſpurius & inceſtuoſus, non valet legitimatio.*
28 *Generalis derogatio, non ſufficit, & ſi de quolibet defectu conſtat, in genere cogitatum fuiſſe quando multiplex derogatio præcedit.*
29 *Clauſula generalis, non obſtantibus, nō ſufficit quando concurrunt plura obſtantia.*
30 *Citatio in legitimatione filiorum facta patre viuente, non neceſſaria: ſecus tamen in diſpenſatione. & num. 31. de quo nu. 71.*
32 *Legitimatio, ſeu diſpenſatio, vt valeat, requiritur, vt exprimatur qualitas legitimati. de quo num. 72.*
33 *Cancellarius alicuius principis, dicitur eſſe in dignitate conſtitutus.*
34 *Legitimatus ſi in eo duplex concurrebat defectus, & de uno legitimans habet notitiam, legitimatio non tenet.*
35 *Legitimatio dicitur ſurreptitia, ſtante ſtatuto excludente à ſucceſſione fœminas dotatas, ſi de illo non fiat mentio. de quo nu. 73.*
36 *Gratia inefficax eſt, ubicunque in ea non ſit mentio de eo, quo expreſſo princeps non de facili conceſſiſſet.*
37 *Clauſula derogatoria, non obſtantibus legibus Imperialibus, ſeu conſtitutionibus Apoſtolicis, in priuilegio Comitis, cuius effectus.*
38 *Clauſula in priuilegio, abſque præiudicio uenientiū ab inteſtato, cuius ſit uirtutis.*
39 *Legitimatio cum eſt inualida, legitimati inſtitutio non tenet, & hæreditas pertinet ad uenientes ab inteſtato, excluſo fiſco.*
40 *Spurij filij inſtitutio, pro non ſcripta cenſetur, & locus eſt ſucceſſioni ab inteſtato.*
41 *Legitimatio ſubſequens nō reconualeſcit præcedens teſtamentum in quo ſpurius inſtitutus fuerat. etiam ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris. & num. 42.*
43 *Incapax per ſe, & per alium incapax cenſetur.*
44 *Spurius, nec per ſe, nec per alium poteſt quid de bonis paternis percipere.*
45 *Clauſula codicillaris ad fideicommiſſum non trahitur, ſi in vulgari nullo modo fideicommiſſaria comprehenditur. de qua num. 76.*
46 *Legitimato plus relinqui non poteſt, quàm alteri filio legitimo & naturali, cui minus relinquitur. de quo nu. 77. 80. 81. 82. 83.*
47 *Intellectus §. quam uarie in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. & nu. 78.*
48 *Vxor plus relinquere non poteſt ſecundo marito, quàm uni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum ſit.*
49 *Verba (plenariam poteſtatem) in priuilegio Comitis circa legitimandi poteſtatem, quid importent.*

50 *Clauſula in legitimatione, ex certa ſcientia, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, et melius poteſt, cuius virtutis.*

51 *Clauſula, motus proprij, derogans legibus Imperialibus, & alijs, cuius efficaciæ.*

52 *Clauſula, ex certa ſcientia, cum clauſula de plenitudine poteſtatis, idem operatur, quòd clauſula non obſtante.*

53 *Clauſula non obſtantibus contrarijs quibuſcunque, operatur idem quòd clauſula ex plenitudine poteſtatis.*

54 *Clauſula non obſtantibus quibuſcunque, iuncta cum clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, operatur in præiudicium tertij.*

55 *Clauſula generalis non obſtantibus quibuſcunque legibus, operatur quoad omnia ſub genere comprehenſa idem quid operatur ſpecialis quo ad ſpeciem.*

56 *Clauſula derogatoria conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus editis ſuper naturalibus, & baſtardis non legitimandis niſi de conſenſu legitimorum, & naturalium, in priuilegio Comitis poſita, quid operetur.*

57 *Legitimatio Comitis cenſetur facta à Principe qui tribuit illi poteſtatem legitimandi.*

58 *Clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato: quid operetur condito teſtamento, de qua numero 84.*

59 *Princeps non cenſetur per eius priuilegium, alterius iuri velle præiudicare, & id quomodo procedat.*

60 *Mors mariti, probatur per publicam famam, & lugubrem habitum vxoris.*

61 *Matrimonium contrahentes ſi impedimentum ignorabant, filij ſunt legitimi.*

62 *Natus ex concubina in domo vt concubina retenta, non dicitur ſpurius, ſed naturalis.*

63 *Filius in dubio præſumitur naturalis, & non ſpurius.*

64 *Coitus cum ſoluta, non nobili, aut honeſtioris conditionis, de iure ciuili impunibilis.*

65 *Viuere quis præſumitur vſque ad centum annos: contrarium. 67.*

66 *Spurij dicuntur odioſi, naturales verò, fauorabiles.*

68 *Probatio publicæ famæ circa mortē alicuius, transfert onus probandi de vita in negante mortem.*

69 *Cauſa iuſta in legitimatione cenſetur præſentia & voluntas patris petentis filium legitimari.*

74 *Princeps præſumitur ſcire conſuetudines, & ſtatuta multum vulgaria.*

75 *Statutum excludens fœminas dotatas, ſtantibus filijs maſculis, an vendicet ſibi locum, ſtantibus legitimatis per reſcriptum. & nu. 79. & 80.*

79 *Intellectus ad l. communium. §. fi. C. de naturali. liber.*

82 *Clauſula augmentatiua, ſeu ampliatiua, debet aliquid operari.*

85 *Vxori competit actio repetendi dotem promiſſam contra maritum, & eius hæredes.*

CONSILIVM CLXXV.

INDIVIDVAE Trinitatis inuocato ſuffragio, amen. Super puncto ampliſsimæ legitimationis materiæ per Illuſtriſsimum ac excellentiſsimū D. D. Vrbini Ducem ad me tranſmiſſo, vt deciſiuum ex-
1 ponere ac reddere vellem conſilium † quamuis
raro conſueuerint maiores noſtri motiua animi
iura & rationes allegare, ubi conſilium pro deci-
ſione cauſæ requiritur, quum exprimere tantum-
modo ſufficiat quid conſultus de iure ſentiat, ut
tradunt Io. And. Ant. de Butr. Imol. & Card. in c.
ſicut. ubi Felyn. in 7. col. verſic. prima declaratio.
extra de re iud. refert communiter obſeruari con
ſulentem à iudice, nō à parte requiſitum non te-
2 neri cauſam in conſilio explicare, quia ſi † in eo
falſa eſſet appoſita cauſa, uel contra ius commu-
ne. ſententia ſecundum illud proferreretur, eſſet
nulla, prout de iudice fertur, ut eſt glo. in d. cap.
ſicut. & tenet Anchar. conſ. 108. De iure. ita di-
xit Corne. conſ. 80. in deciſiuis. in princip. vol. 1.
& conſ. 277. in conſilijs. in princip. volum. 3. &
conſ. 323. Animaduertens. in princip. volum. 4.
& Soc. Iun. conſ. 134. Circa præſentem. in prin-
cip. vol. 1. & conſ. 137. Viſo proceſſu. col. penult.
num. 8. eod. volum. Nihilominus vt prouinciam
hanc humeris meis licet oneroſam & imparem
effugere velle non videar, quid in hac re ſententiā
iura & rationes allegando in medium explicare
conabor. Viſo igitur puncto, legitimatione, ac
toto proceſſu fabricato, matureque conſideratis
omnibus quæ in præſenti materia cōſiderari poſ-
ſunt. Tota vis & difficultas conſiſtere videtur
nunquid legitimatio de Hieronymo Nereo per
Reuerendiſsimum D. Felicem Tiranum Epiſco-
pum Vrbinaten. Conclauiſtam & Comitem Pa-
latinum facta valeat & teneat? Et prima facie di-
cendum videbatur eam non valere ex ſequenti-
bus fundamentis. Primò ex legitimantis defe-
ctu, ſi enim eius inſpiciatur priuilegium, non re-
peritur ſibi facultas conceſſa quòd extantibus fi-
lijs legitimis & naturalibus ſpurios legitimare
3 poſsit, cuius † tenor diligenter cōſiderandus eſt.
cap. porrò. extra de priuileg. l. fideiuſſores magi-
ſtratuum. §. pro Aurelio. ibi, lecta ſubſcriptione.
ff. de fideiuſſ. & l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, aut
Pamphilum. ibi, inſpiciendus erit ſermo ſtipula-
4 tionis. ff. de verbo. oblig. Quia † eatenus legiti-
mandi poteſtatem habere cenſetur, quatenus in
priuilegio reperitur argu. l. non diſtinguemus. §.
de officio arbitri. ff. de arbit. tradit Soc. Sen. conſ.
212. Prima conſultatione. colum. 2. in princip.
5 verſicul. ſecundo præmitto. volum. 2. quum † ta-
lis poteſtas ſecundum Paul. de Caſtr. in conſ. 34.
ſuper primo dubio videtur. in princ. uol. 2. in no-
uis, ſit de reſeruatis Principi. §. ſi quis ergo filios
legitimos non habet. in auth. quib. mod. nat. effi.
ſui.

ſui. Et propterea idem Caſtren. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. in fin. ff. de libe. & poſthu. inquit
6 quòd quamuis † Princeps legitimando (ſi velit)
ius parti quæſitum auferre poſsit iuxta plenè not.
in l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. pub. & in l. reſcri-
pta. C. de precib. Impera. offi. & cap. quæ in eccle-
ſiarum. extra de conſtitu. & nunquam in filiorum
legitimorum præiuditium legitimare uideatur.
§. generaliter. in fin. in auth. quib. mod. natu. effic.
ſui & §. illud. ibi, ſiquis verò legitimos non ha-
bens. eo. tit. cum alijs concord. citatis per Corn.
conſ. 3. Dominus Bald. colum. 2. poſt princ. verſ.
ſecundò quia princeps. vol. 1. Aliud tamen eſt in
Comite Palatino habente poteſtatem legitiman-
7 di à Principe, quia poteſtas † ſibi data inſpici de-
bet. & in dubio legitimandi poteſtas ſibi data non
intelligitur, niſi eo modo quo ex ordinaria non
ex ſuprema poteſtate Princeps legitimaturus eſ-
ſet arg. l. in teſtō, in fi. C. de mili. teſta. & in l. fin. in
8 fi. ff. de offi. præſi. vnde † ſi pater filios legitimos,
& naturales haberet, etiam ad eius inſtantiam, &
eo viuente non poterit Comes baſtardum legiti-
mare, quem ipſe Princeps ex ordinaria poteſtate
non legitimaret. vt in d. §. generaliter. licet ex ple-
nitudine poteſtatis hoc facere poſſet, de eo men-
tionē faciendo, ſed d. Comes nullo modo poteſt,
ex quo ſimpliciter legitimandi poteſtas eſt ſibi
attributa, ſecundum eum, & ita conſuluit idem
Paul. de Caſt. conſ. 180. ſuper eo quod primo lo-
co quæritur. vol. 1. in nouis. & facit quod no. Bal.
in auth. præterea. C. de natura. libe. & latiſsimè
Ruyn. conſ. 83. circa legitimationem. volum. 3.
& ita conſuluit Soc. Iuni. conſ. 93. Perſpectis. col.
prima. verſic. & primo quia. volum. 3. Quinimò
9 † Comes Palatinus legitimare non poteſt, niſi ſu-
per hoc ſpecialem habeat à Principe poteſtatem,
ex eo quòd generalis conceſsio poteſtatis non
extenditur ad ea quæ ſupremę inhæret Princi-
pis poteſtati. l. 1. in prin. ff. de offi. eius. c. quòd ad
tranſlationem. extra de offic. deleg. ita concludit
Bald. in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſiquis cau.
& in l. 2. C. de ſerui. & aqua. Pau. de Caſt. d. conſil.
94. poſt princ. verſi. conſtat autem quòd ea quæ
ſunt. Curt. Seni. conſil. 35. ſtatuto. colum. 7. in fi.
52 vol. 2. Et prædicta clauſula † ex certa ſcientia cum clauſula de plenitudine poteſtatis, idem operatur quod clauſula, non obſtante. vt late probat Alex. conſ. 30. Ponderatis narratis. col. 2. in fi. nu. 10. verſ. in dicta autem probatione. vol. 5. Item dicta clauſula ex certa ſcientia habet vim ſpecialis derogationis. Et ideo dixit Aymo conſ. 182. Videtur quòd iudicium. col. 4. poſt princip. ſub num. 13. ꝙ ſi Princeps informatus de illegitimitate, legitimat ex certa ſcientia natum ex damnato coitu, perinde eſt ac ſi in ſpecie derogaret textui, in §. fin. in authen. quib. mod. nat. effic. ſui. allegat Paul. de Caſt. conſ. 41. Viſo teſtamento. Reliquiani. & conſ. 102. Videndum eſt primò de ipſo Alarico. colum. fin. verſ. primum eſt. & verſ. tertio videndum eſt. vol. 2. in nouis. & vltra Paul. allegat etiam Bart. conſ. 196. Ciuitati Camerinæ. col. 2. ſub num. 2. in prima part. vbi quando Princeps aliquid diſponit ex certa ſcientia cenſetur omne obſtaculum tollere. Et ſupradicta clauſula habet etiam vim clauſulæ, non obſtante. ſecundum glo. fin. in clemen. & ſi principalis, de reſcript. quam exornat Felyn. in c. non ſatis. in princip. col. 1. & ſeq. extra eo. tit. & Ripa in l. nemo poteſt. col. 2. verſ. ex quibus infertur. num. 14. de leg. 1. & operatur quòd Princeps aliquid faciendo contra legem præſumatur ita velle, licet non dicat non obſtante tali lege, ita Bal. in l. omnes. C. de quadrien. præſcript. & in l. item Vlpianus. in princ. ff. de excuſat. tut. cum alijs concord. citatis per Moder. in apoſtill. ad Alexand. in l. Centurio. colum. 6. ſub num. 33. verſ. adde etiam quòd præſumitur. ff. de vulgar. & pupill. & quamplura alia operatur dicta clauſula. vt probat Grammat. in deciſ. 16. In cauſa excellentis Comitis. colum. 12. nu. 40. cum tribus ſeq.

53 Quartò probatur per † clauſulam, non obſtantibus contrarijs quibuſcunque. in eodem priuilegio inſertam, quę ſimiliter operatur idem quod clauſula, ex plenitudine poteſtatis, ut habetur per Alexandrum in l. ex facto. colum. 4. poſt princip. verſ. & licet Bart. & omnes. num. 14. ff. de vulgar.

54 & pupil. quæ † clauſula ſimul iuncta cum ſupradictis duabus operatur etiam notabile præiudicium tertij. Alex. in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo. col. 1. num. 7. ff. quod quiſque iur. Item operatur quòd comes legitimare poteſt quoſcunque illegitimos extantibus filijs legitime natis etiam in eorum præiudiciū, vt potuit Pontifex per not. per Iacob. de Beluiſ. in §. & quoniam varie. in authen. quib. mod. nat. effic. ſui. per Bald. in præludi. feud. §. aliqua. col. 1. in fi. verſ. item, dicit Andr. de Iſer. ſub num. 36. Salyc. in l. fi. C. ſi contra ius. & in authen. item ſi quis. C. de nat lib. Alexan. conſil. 188. Perſpectis. colum. penult. in fin. verſic. non obſt. quando extant. vol. 5. cum concord. de quibus per Ruynum conſ. 69. Diligenti. colum. 2. in princip. verſi. & quia in ſerta eſt. num. 3. volum. 3. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opi. & conſ. 68. Viſa legitimatione. colum. 2. verſic. ſed præmiſsis non obſt. eo. lib. & ſufficit dicta clauſula generalis non obſtantibus legibus imperialibus & conſtitutionibus apoſtolicis. ut declarat Alexan. conſi. 187. colum. pen. poſt medium. verſ. poſtremò non obſt. vol. 5. vbi allegat Ancha. conſ 335. Viſo diligenter. verſ. non obſt. quod dixi. dicen-

55 tem ꝙ idem operatur dicta † clauſula generalis quoad omnia ſub genere comprehenſa, quod operatur ſpecialis quoad ſpeciem. l. ſi duo. ff. de admi. tut. & l. omnes. C. de quadr. præſcript. & ca. ſi ſacerdos. extra de offi. ord. & ſic cōcludit ꝙ ſufficit clauſula generalis non obſtantibus legibus imperialibus conſtitutionibus apoſtolicis, & prout in præſenti clauſula inſerta in priuilegio prædicti Comitis. quod idem ſequitur Ruyn. d. conſ. 68. Viſa legitimatione. col. pen. in princ. verſ. non ob. etiā. vol. 3. & idem firmat Nic. de Vbal. in trac. de ſucceſ. ab inteſt. in j. par. col antepen. in fi. verſ. requiritur quartò & vltimò. vbi atteſtatur hanc eſſe cōmunem opi. Doct. in c. per venerabilem. extra qui fil. ſint legit. vbi concludunt ꝙ ſufficit generalis derogatio, putà non obſtantibus quibuſcunq; legibus in contrariū facientibus, ſubdens ꝙ ſi eſſet facta legitimatio ex certa ſcientia valeret abſq; dictā clauſula non obſtantibus &c. ſecundū Bald. in c. naturales. ſi de feu. fuc. contro. & ita dicit Curiam Rom. ſeruare in iſtis diſpenſationibus derogando gn̄aliter. & tanto magis prædicta procedūt

aſtenta. alia clauſula in dicto priuilegio inſerta, videlicet, necnon cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs alijſque efficacioribus ac inſolitis clauſulis irritantibusque & alijs decretis etiam iteratis vicibus conceſsis approbatis & innouatis, ac in poſterum concedendis approbandis & innouandis, quibus omnibus & eorum ſingulis etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, plena, indiuidua, & expreſſa mẽtio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita, obſeruata, inſerta fuerint, præſentibus pro expreſsis ſufficienter habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe motu & ſcientis derogamus, illaque aduerſus præmiſſa effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decernimus contrarijs quibuſcunque. quæ clauſula ſic vt ſupra concepta operatur perinde ac ſi ſpecialiter & nominatim fuiſſet derogatum his quæ obſtant. l. omnes. in verbo ſpecialiter & nominatim. & ibi Bal. & Angel. ad hoc not. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Bal. in c. 'eum dilecta. in vlt. col. extra de reſcript. cum alijs plenè citatis per Iaſ. conſ. 110. contra legitimationem. col. 5. in fi. verſic. accedat quòd in iſta clauſula. vol. 4. Aymo conſ. 126. inter alia. col. penult. verſ. ſed tamen in caſu iſto. vol. 1. & per illam clauſulam cenſentur ſublata illa, de quibus etiam mentio ſpecialis erat facienda ſecundum Soc. Sen. conſ. 120. circa primum. col. 4. in fi. verſ. quoniam per dictam clauſulam. num. 19. vol. 4. Afflict. in deciſ. 145. dictat capitulum. num. 4. & Gozad. conſ. 6. prima facie. col. 10. verſ. non obſt. tertium. num. 68. cum ſeq. & talis clauſula tollit omnem defectum ſubreptionis, ut per Felyn. in cap. in noſtra. corrol. 9. & in c. nonnulli. ubi pleniſsimè, in 6. col. & ſeq. extra de reſcript. quem refert, & ſequitur Ripa in l. 1. col. 8. ante fi. nu. 72. de vulg. & pup.

Quintò probatur per aliam derogationem in
56 dicto priuilegio inſertam, † dum ſummus Pontifex derogauit cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis & conſuetudinibus, illorumq; reformationibus editis ſuper naturalibus & baſtardis non legitimandis niſi de conſenſu legitimorum & naturalium: per quæ verba ſatis declaratur ꝙ intentio Papæ fuit ꝙ extantibus filijs legitimis poſsit Comes legitimare quoſcunq; baſtardos. ſi ergo abſq; legitimorum conſenſu legitimare poteſt, ergo ipſis extantibus & inuitis legitimare poteſt, nam ſi tñ ipſis non extantibus legitimare poſſet, fruſtra diceretur abſq; legitimorum cõſenſu, & ſic fruſtra eſſent appoſita illa verba, quod non eſt dicendum. l. ait prætor. la 1. circa princ. ibi, nec fruſtra adijcitur. ff. de iureiur. Bart. in l. 4. §. prætor ait. verſ. quæro quid ſi ſtatutum dicat. ff. de dam. infect. Bart. Bal. & Ang. in l. non ſolum. ff. de rei vend. l. 3. §. ſi rem. de leg. 3. arg. l. ſi quando. in princ. de leg. 1. & c. ſi Papa. de priuil. in 6. quum quodlibet minimum verbum, & quælibet dictio uel ſyllaba in quauis diſpoſitione nõ debeat eſſe fruſtra appoſita, ſed cum miniſterio operandi. glo. in c. ſolitæ. extra de maio. & obed. & tradit Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. in 9. q. cum alijs citatis per Curt. Sen. conſ. 63. ſuper memorata. col. 3. in fi. verſ. quia omne verbum. Et illa verba, abſque conſenſu legitimorũ ſupponunt legitimorum exiſtentiã, quum priuatio præſupponat habitum. l. decem. ff. de verb. oblig. & l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. Et quãuis Princeps filijs legitimis extantibus de ordinaria poteſtate non legitimet illegitimos ad præiudiciũ legitimorum. §. illud tamen. cum ſeq. & §. generaliter. in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. cum concord. poteſt tñ Princeps poteſtatem legitimandi concedere extantibus filijs legitimè natis ẽt in eorum præiudiciũ ſecundum Bal. in l. cum filijs. ff. de mil. teſt. Paul. de Caſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fi. de lib. & poſth. & conſ. 180. ſuper eo quod primo loco. col. 1. in fi. verſ. poſito autem. vol. 1. in nouis. cum alijs relatis per Alex. conſ. 70. Magnificus miles. col. 2. in princ. nu. 5. ver. & dato ꝙ facultas. vol. 6. quia & ipſe poteſt de plenitudine poteſtatis, uel cũ clauſula (nõ obſtante) legitimare dicto caſu, ſecũdum Iac. de Belu iſ. in d. §. & quã variè per id quod not. in §. fi. eo. tit. idem vult Salyc. in auth. Item ſiquis. C. de nat. lib. Aluar. in c. naturales. ſi de feu. fuer. controuer. inter dom. & agna. & habetur per Imol. in c. niſi cum pridem. §. perſonæ. extra de renunc. Si ergo talis poteſtas ſibi concedi potuit, ergo Hieronymum extantibus filiabus legitimis & nepte legitimare potuit,
57 quia † legitimatio ab ipſo comite facta cenſetur eſſe facta à Papa, qui tribuit ſibi poteſtatem ſic legitimandi, ut dicit gl. & Bal. in l. 1. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Alex. conſ. 38. videtur. in princ. vol. 1. cum ſimil. ut per Pariſ. conſ. 1. nu. 95. verſ. & ulterius. cum ſeq. & conſ. 16. circa præſentem. nu. 69. verſ. quæ etiam confirmantur. vol. 2. Et talis legitimandi poteſtas comiti conceſſa, intelligitur iuxta tenorem priuilegij, vt legitimatus poſsit abſq; præiudicio venientium ab inteſtato ſuccedere, & ſic filiorum legitimorũ, ut declarat Fulg. conſ. 16. Caſus talis eſt. A. deceſsit. col. 1. ad fi. & Paul. de Caſt. conſ. 27. Dicendum eſt dictam hæreditatẽ. poſt princ. verſ. item non obſt. & in fin. ſub verſ. poſtquam ergo. vol. 2. in nouis. quem ſequitur Alex. conſ. 187. Videretur. col. 4. poſt princip. verſ. ſeptimò probatur. vol. 5. Curt. Sen. conſ. 19. Viſo priuilegio. in fi. Soc. Sen. conſ. 95. Nulli dubium eſt. col. 4. circa fi. verſ. hoc idem voluit. nu. 28. vol. 4. & Ruin. conſ. 100. De tribus. col. 5. in princ. verſ. quinetiam dicta clauſula. vol. 3. etiam quòd in priuilegio non eſſet inſerta dicta clauſula, quum tacitè intelligatur in priuilegio appoſita, ut voluit Alexan. dict. conſ. 187. colum. 2. in fin. verſic. tamen præmiſsis. & conſil. 188. Perſpectis. col. 3. in princip. ſub num. 5. vol. 5. per Socinum

cinum. d.conſi.95.colum.3.verſi. ſed præmiſsis.
per Ruyn.conſi .74.Viſo priuilegio. colum. 1.in
fin.verſic.inſuper alia ratione.volum. 3.facit tex.
in l. 2. §. merito. & §.ſi quis à principe.ff.ne quid
in loco publico.cum ſimilibus ut tradit Soc. Iuni.
conſil.121.Eleganter.colum.2. in fin. nume. 18.
verſic.plus dico.& conſil.93.Perſpectis.colum.2.
in princ.verſic.quinto,& vltimò.num.15.volum.
3.& iſto caſu ſecundum communem opin. in-
telligitur quòd legitimatus ab inteſtato ſucce-
dere non valeat in præiudicium filiorum legiti-
morum, ut declarat Decius conſil. 333.In caſu.
colum.prima.verſic.his præmiſsis.& Gualden.in
tract.de arte teſtan.caut.18.Filius.de libe.inſti. Si
58 igitur ob dictam clauſulam † vult concedens ꝙ
ab inteſtato non inferatur præiudicium filijs le-
gitimè natis, ergo condito teſtamento concede-
re intelligitur,ut poſsit Comes in eorum præiudi
ciũ legitimare, quum illa clauſula abſque præiu-
dicio venientium ab inteſtato nihil operetur, quã
do pater teſtamentum condidit, & ſic legitimatũ
ex teſtamento venientem non excludit, ut conſul
uit Fulg.d.conſil.16.colum.1.in fin. & ſeq. & de-
clarat Paul.de Caſt.conſ.102.Videndum eſt pri-
mò.col.fin.verſ.quartò videndum eſt.conſ. 429.
Præſuppoſito quòd iſte pater.in fi.vol.2.in nouis
& conſ.223. Viſa quadam diſpenſatione. in anti-
quis. quod reperitur in nouis impreſſum. cum
quo tranſit Alexand. conſilio. 51. Viſo themate
volum.2.Pet.de Anch.conſil.241.Ex tenore pri-
uilegij.colum.2.uerſ.præterea poſito.Corn.cõſi.
3.Dominus Baldus Ser Colæ.col.1.ad fi.ver.ſub-
dit dominus Petrus.vol.1.Ruyn.conſ.72.Quam-
uis.in prin.& conſ.87.Quia Matthæus. colum.9.
nu.20.verſ.non obſt.inſuper volum. 3. cum alijs
ibi per eum relatis.& hãc refert eſſe communem
opinionem Decius. d. conſilio. 338. d.verſic.his
præmiſsis.conſilio. 393. Conſului. in princip. &
conſil. 613. Viſo themate.colum.1.ubi inquit ꝙ
ſecundum communem opin. illa clauſula intel-
ligitur quòd ab inteſtato ſuccedere non poſsit le
gitimatus in præiudicium venientium ab inteſta-
to,ſed ex teſtamento habilitatus cenſetur ut cape
re poſsit illud quod in teſtamento ſibi relictũ fuit
& venientes ab inteſtato conqueri non poſſunt,
quum ipſi bona paterna cõſequi non valeant niſi
ex tacita voluntate patris, de cuius ſucceſsione
tractatur,iuxta l.ſi quis cum teſtamentum nullum
in princ.ff.de iure codic.& de communi opin.at-
teſtatur Gozad.conſi.6. Prima facie. colum.5.in
prin.uerſ.quibus tamen non obſtantib.nu.33. &
Soc.Iun.d.conſil.93.colum.fin.verſ.vel ſecundo,
ſub num.66.vol.3.& ita conſuluit Ancha. conſil.
335. Viſo diligenter tenore indulti. & Ruynus
conſi.68.Viſa legitimatione.colum.fin.vol. 3. Et
ideo Guald. in d. caut. 18. dat remedium ad hoc
ut filius ita legitimatus præferatur his qui ab
inteſtato ſucceſſuri ſunt, quòd pater faciat teſta-
mẽtum,& filium legitimatum inſtituat hæredem,
nam filius legitimatus cum dicta clauſula poteſt
ex teſtamento ſuccedere ſecundum communem
opin. ut patet ex relatis per Alex.d.conſi.51.cum
alijs ſupra allegatis, & ſubdit quòd illa uerba, ſi-
ne præiudicio venientium ab inteſtato, non ſunt
ita interpretanda, vt principis beneficium ſit inu-
tile,& legitimatio reddatur inutilis, nec potuerũt
uenientes ab inteſtato, quibus non eſt ius quæſi-
tum,nec habent ſpem notabilem ex cauſa de præ-
terito in bonis patris viuentis, dicere, quòd te-
ſtamentum in eorum præiudiciũ fieri non potuit,
nitentes dictæ clauſulæ, ut per Socin.d.conſ.212.
Prima conſultatione.colum.2.ver.ſextò hoc idem
conſuluit.volum.v.& clarè per Alex.d.conſi.187.
colum.2.in princ.verſi.quartò quia cum dicta. &
colum.3.& d.conſi.188.colum.3.ſub.nu. 15. &
16. & colum.4.poſt prin.verſ.mihi tamen magis
placet.vol.5. virtus enim dictæ clauſulæ eſt reſer-
uare alijs ius quæſitum, vel ex cauſa de præterito
quęrendum,non autem ius ex noua,& futura cau
ſa obuenturum,ut per Alexandrum ibi,in 4. col.
59 & per Corn.d.conſi.3.Ideo † iura quæ dicunt ꝙ
Papa per eius priuilegium non intendit iuri alte-
rius præiudicare, loquuntur in iure quęſito ante
priuilegium,ut in cap.ex tuarum.extra de auth.&
vſu pallij.& in c.ſuper eo,extra de offi. dele. ergo
per illam clauſulam abſq; preiudicio venientium
ab inteſtato non poſſunt dictę filię,& neptis domi
ni Gregorij aliquod ius habere ad bona paterna,
ex quo tẽpore legitimationis pater uiuebat, quo
tempore nullum ius ipſis quęſitum erat, quia ui-
uentis nulla eſt hęreditas.l.1.ff. de hered. uel act.
uend.quum ergo Comes prędictus facultatẽ ha-
buerit legitimandi in ampliſsima forma per clau-
ſulas,& derogationes ſupradictas,etiam in pręiu-
dicium dictarum filiarum legitimarum, & neptis,
remanet firma concluſio quòd legitimatio per ip-
ſum facta ualeat,& teneat, & conſequenter uirtu-
te dicti teſtamenti per D. Gregorium conditi ad
hęreditatem,& bona paterna Hieronymus legiti-
matus, & hęres uniuerſalis inſtitutus admittatur,
& ſuccedat ut uocatus fuit, prout conſuluit Cap.
conſi.157.Et ſi de pluribus.in ult.col.in fi.& An-
char.d.conſi.335.in fin.

Et per prędicta quamuis colligi poſsit effectua
liter reſpõſio ferè ad oĩa ſuprà in contrariũ dedu-
cta, nihilominus ut ueritas magis eluceſcat, & ad
maiorem declarationem ſpecialius reſpondetur.

Et primò non obſt.primum fundamentum de
facultate Comiti nõ conceſſa legitimandi ſpurios
extantibus filijs legitimis: quia ex plenaria faculta
te in priuilegio ſibi conceſſa cum derogationibus
in eo inſertis, ut in primo fundamento cum qua-
tuor ſequentib. pro parte Hieronymi ſupra pro-
batum eſt, apertiſsimè conſtat prędictum Reue-
rendiſs.D.legitimãtem potuiſſe Hieronymum le-
gitimare ẽt extantibus filiabus, & nepte legitimis.

Non ob. ſecundũ ꝙ in petitione facta per pa-
trẽ nõ fuerit expreſſum Hieronymũ ſpuriũ eẽ, &
natũ ex muliere coniugata:quia rñdetur ꝙ quum
ex teſtium depoſitionibus appareat prius quàm

donna Vincentia retenta fuiſſet in domo per D.
Gregorium per duos annos ante defunctũ fuiſ-
ſe eius maritum, dici non poteſt Hieronymum
eſſe ſpurium, nec ex muliere coniugata natum
60 † immò attenta publica fama, & habitu lugubri
dictæ dominæ Vincentiæ quæ ſimul iuncta pro-
bant mortem ipſius, ut probat Alexand. conſi. 27.
Conſideratis his. in 1. & 2. col. vol 7. & conſ. 172.
In cauſa & lite. col. 2. in prin. verſic. Quod autem
ſit probatum. volum. 6. ipſa ab adulterio excuſa-
tur. ut not. in auct. hodie. C. de repudi. & in ca. in
præſentia. extra de ſponſali. quia adulterium non
committitur abſque dolo, ut eſt text. in l. ſi ex le-
ge. ff. de adulte. quum ignorans adulterium non
committat. cap. in lectum. 34. q. 2. & eſt gloſſ. pri-
ma, in c. 1. extra de eo qui dux. in matrimon. quam
pol. per adulter. Ideo mulier credens eius virum
eſſe mortuum ſi alteri nubit, non dicitur adulte-
ra, text. eſt in cap. cum per bellicam. 34. q. 2. & eſt
gloſ. fin. in cap. ſecundo, extra de ſecun. nup. & tra-
dit Bonifa. de Vitali. in tracta. malefic. in rub. de
adulte. ſub nume. ſeptimo, verſ. Item ſi credit virũ
mortuum. & præſertim quum eo tempore dom.
Gregorius tãquam aduena eam maritum habuiſ-
ſe ignorauerit, quæ ignorantia eum excuſat, ut
tradit Pariſ. conſil. 25. Circa præſentem num. 55.
vol. 2. & dictus Hieronymus præſumitur natura-
lis & non ſpurius ob ignoratiam d. Domini Gre-
go. qui probabiliter credere poterat ipſum mor-
tuum propter veſtes lugubres, quas ipſa geſtabat,
& ob eius luctum, & famam publicam de eius
morte, vt not. Bartol. in l. genero. in fin. ff. de his
qui not. infam. Ideò dixit Dec. conſil. 154. Caſus,
61 † quòd contrahentes matrimonium, ſi matrimo-
nium tenere credebant, & impedimentum igno-
rabant, filij ſunt legitimi, allegat Capram conſilio
116. Punctus fuit, quidam Chriſtophorus. colum.
1. in fin. num. 5. ubi concludit quòd ſi matrimo-
nium publicè contractum fuit cũ muliere notitiã
non habente de prima vxore dicti eius mariti, fi-
lij nati ex tali matrimonio cenſentur legitimi, ut
eſt expreſſum in c. ex tenore. extra qui filij ſint le-
gitimi. & no. in d. c. 1. de eo qui dux. in matr. quam
pol. per adul. Et non ſolum quo ad ipſam igno-
rantem propter eius bonam fidem, ut no. gl. 1. ibi
in verbo inſciam. Sed etiam quo ad ipſum mari-
tum, quantumcunque ſciuerit, & notitiam habue-
rit primam eius vxorem viuere, prout uoluit glo.
in cap. cum inhibitio. in verbo, ſi ambo parentes
extra de clande. deſpon. & ita communiter tene-
ri refert Capra ibi, & ita conſuluit Ruyn. conſilio
108. Viſo quodam. volum. tertio. Amplius dixit
idem Capra. conſi. 129. Punctus. Quædam domi
na Fania. in prima colum. in fin. verſic. Nihilomi-
nus non dicitur. quòd etiam ſi poſt luctum, & fa-
mam de morte primi mariti fuiſſet notificatum
mulieri primum eius maritum viuere, non ſuf-
ficit ad hoc ut cenſeatur adultera, niſi pro cer-
to de vita primi mariti intellexiſſet, prout uo-
luit gloſſ. in cap. dominus. extra de ſecun. nupt.
& no. in d. cap. cum per bellicam. Quum ergo in
caſu noſtro domina Vincentia, & Dominus Gre-
gorius pro certo non intellexerint tempore con
cubinatus de vita Mauritij mariti dictæ dominæ
Vincentiæ nec perfectam habuerint de eius vita
notitiam, non cenſentur adulteri, & conſequenter
Hieronymus natus ex ipſis non dicitur ſpurius,
62 ſed naturalis, quum † natus fuerit ex concubina
in domo ut concubina retenta, ſecundum Oldra.
conſ. 196. Factum tale eſt. Quidam nobilis proba
tur in §. ſiquis aut defunctus. in auct. quib. mod.
natu. effic. ſui. & in l. 3. ff. de concubi. Spec. in §.
1. verſic. Nunc de naturalium. in titul. de ſucceſ.
ab inteſt. Ioan. Andr. in rub. qui filij ſint legitimi
in addi. ad Spec. Signorolus conſil. 221. Factum
ſic ſe habet. Abb. in cap. innotuit. extra de elect.
per Alexan. in l. ex facto. §. ſiquis rogatus. colum.
14. ad Trebel. cum concord. relatis per Arelata.
in addi. ad Alcia. in tract. de præſump. in ſecun-
da regula in 5. præſumptione numero 4. Et tanto
magis quia Dominæ actrices fundantes earum
intentionem ſuper ſpurietate Hieronymi, &
quòd ipſe natus fuerat ex damnato coitu, pro-
bare debebant ipſam ſpurietatem, & coitum dam
63 natum, quum †. in dubio non præſumatur quis
ſpurius, ſed naturalis, vt euitetur ſuſpicio delicti
quòd quis damnatum coitum commiſerit, argu.
l. marito. ff. pro ſoc. l. quoties. §. qui dolo, ff. de do-
lo. cap. fin. extra. de præſumpt. & in terminis iſtis
de ſpurietate, ita tradit, Bald. conſil. 448. Quæ-
ritur imprimis. colum. 2. in 3. dubio. vol. 1. quem
ſequitur Aymo conſil. 138. Deceſsit Martinus.
in princ. colum. 1. conſ. 166. licet plurimi, in prin.
volum. primo. Quum ergo non probauerint par-
tum fuiſſe ex damnato coitu, imò ex diſpoſitio-
nibus teſtium apparet natum fuiſſe ex ſoluto, &
ſoluta, & ita præſumitur, prout dictum eſt, qui
64 † coitus regulariter non damnatur, nec punitur
de iure ciuili quando ſoluta non eſt nobilis, aut
aliàs honeſtioris conditionis. Soc. ſenior. à contra-
rio ſenſu, conſ. 212. prima conſideratione. col. 1.
in fi. verſ. ſed præmiſsis non obſt. vol. 2. ergo natu
ralis, & non ſpurius cenſetur Hieronymus, & pro
pterea valet legitimatio de eo tanquam de filio na
turali facta. Nec obſt. ſi diceretur probatum fuiſ-
ſe Hieronymum ſpurium, ex damnato coitu natũ
iuris pſumptione, ex quo eius mater pſumit̃ fuiſ-
ſe cõiugata tpe quo fuit à D. Gregorio cognita,
& in domo retenta, quum ex teſtium depoſitioni
bus conſtet donnam vincentiã maritum habuiſſe
noĩe Mauritium, qui eam dereliquit, & amplius
de eo non fuit habita notitia, quo caſu præſumi-
65 tur eo tempore, & nunc ẽt viuere, quum † quis vi
uere pſumatur vſq; ad centũ annos. l. fin. & ibi gl.
C. de ſacroſ. eccle. l. an vſusfructus. ff. de vſufruct.
gloſ. Bart. & Doct. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quem-
admod. teſtamen. aperi. & de morte certus nun-
cius apparere debet, vt eſt text. in d. c. in præſen-
tia. de ſpon. & ibi Do. Qm̃ reſpondetur ꝙ quam-
uis conſtet olim donnam Vincentiã maritum ha-
buiſſe,

buiſſe, probatum tamen fuit publicam fuiſſe vo-
cem antequàm à D. Gregorio cognita fuiſſet,
ꝙ ipſe deceſſerat, & ita etiam præſumitur, prout
ſuperius deductum eſt, & ſatis eſt ad euitandum
adulterium & ſpurietatem dicti Hieronymi, quòd
ignorauerint ipſum uiuere, & vt potius cenſeatur
naturalis quam ſpurius, ut actus magis ualeat q̃
pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. cum vulga. quum
66. † ſpurij ſint odioſi, & naturales fauorabiles, vt
habetur in aucten. ex complexu. C. de inceſt. nup.
& in auc. licet. & auc. itē ſi q;s libe. C. de natu. libe.
Item reſpondetur illud vulgatum non eſſe ve-
67 cum † quòd præſumatur quis uiuere vſq; ad cen-
tum annos, quia ſolum dicitur in d. l. fi. ꝙ longiſ-
ſima uita hominis eſt centum annorum, non ta-
men per hoc ſequitur quòd tantum viuere præſu
matur, vt declarat Aret. in l. ſed & ſi de ſua col. 4.
in princ. verſic. non ob. iura. ff. de acqui. hæred. &
idem concludit Corn. conſilio. 340. Quòd dicta
dos. col. 2. verſi. & ſic non præſumitur. ſub nume.
2. & conſi. 19. Viſis nonnullis. col. 7. in fi. ner. &
licet ſoleat nu. 23. vol. 2. dicens quòd hoc iure nō
probatur, imò contrarium probatur, vt eſt text.
ſing. in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. & idem fir
mat & ſequitur Deci. in l. fi. col. 9. uerſi. ſecundò
reſpondetur. nu. 28. C. de edic. diui Adri. tol. Imò
dicit Card. Zab. in Cle. 1. in prin. in 3. no. de reb.
eccleſ. non alienan. quòd plures hodie moriun-
tur intra quinquageſimum annum, quàm vltra
uiuant, allegat l. 1. C. qui æta. uel profeſ. ſe excu-
ſant. lib. 10. Sed ſaluando illud vulgatum dictū,
potes dicere quòd illud procedit quando aliter de
morte non appareret, ſecus ſi de morte per publi
cam famam probaretur, ut in caſu noſtro, tunc
enim uiuere non præſumitur, niſi contrarium
ſcilicet de uita ipſius probaretur. Vel dicas quòd
aut uita eſt fundamentum intentionis agentis,
prout eſt in caſu noſtro, & illi incumbit onus pro
bandi. l. Spadonem. §. ſi abſolutus. ff. de excuſa. tu-
to. Aut non eſt fundamentum intentionis ipſius,
& procedit Glo. in d. l. fin. quæ tamen non inducit
veram præſumptionem iuris, ſed potius quan-
dam ſuſpicionem, quæ tollitur per contrariam ſu
ſpicionem orientem ex dicto unius teſtis, uel ex
fama publica, prout in caſu noſtro, iuxta not. per
Bartolum in d. l. 2. §. ſi dubitetur. & per Baldum
in cap. j. §. ſi. qui feu. dare poſſ. in vſibus feud. &
ita reſpondet Alcia. in tract. de præſumption. in
regu. 1. in 44. præſumptione, in fine. Quinimò
68 † talis probatio facta per publicam famam trans
fert onus probandi contrarium in aduerſarium,
vt in teſtimonio de auditu uoluit Archi. in cap.
hoc uidetur. 22. q. 5. quod dictum pro mirabili, &
literis aureis ſcribendum dicit Curt. ſeni. conſilio.
69. Circa primum. col. 2. verſi. prima concluſio.
vbi quàmplures Docto. allegat hoc idem ſequen-
tes: & ſequitur Soci. iuni. conſi. 68. Pro dilucida
tione. col. 4. numero. 17. uolum. 1. ubi allegat
Rom. in ſing. 345. teſtimonium de auditu. & ibi
not. Mod.

Non ob. tertium fundamentum, dum diceba-
tur, ꝙ legitimatio facta fuit non interueniente
cauſæ cognitione. Quia reſpondetur ꝙ ſatis cō
ſtat de cognitione cauſæ, quum facta fuerit legiti
matio de præſentia & uoluntate patris petentis
69 dictum Hieronymum legitimari, & † vbi adeſt
preſentia & uoluntas patris petentis eum legiti-
mari, illa dicitur eſſe iuſta & rationabilis cauſa, nec
alia requiritur, ita not. Bart. in l. Gallus. §. & quid
ſi tantum. col. fi. ff. de libe. & poſth. Alex. conſilio.
188. Perſpectis. col. fin. uerſi. non ob. ſeptimum.
vol. 5. quem ſequitur Dec. conſi. 695. In cauſa le
gitimationis. in prin. & ita concludit Gozad. con-
ſi. 6. Prima facie. col. 5. uerſic. quartò quando ad-
eſt, nu. 37. conſil. 29. Videtur prima. col. 6. in prin.
verſic. non ob. allegata. nu. 27. conſi. 48. In cauſa
Florentina. col. 2. uerſ. ſecundò moueor. & conſil.
62. Breuiter. col. pe. ad fi. nu. 20. verſi. non dicen
do etiam. & eo ipſo ꝙ legitimans ex certa ſcientia
legitimat, & in legitimatione exprimitur, videtur
eſſe de facto informatus, & illud minime ignora-
re, ideo alia non requiritur cauſæ cognitio, ad quā
non aſtringitur legitimans, quum faciat ex certa
ſcientia, ſeu de plenitudine poteſtatis, ita Staphi.
in tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ. fol. 84. uerſi.
verius tamē. in primis impreſſionibus. Quinimò
70 † interuenit cauſæ cognitio, & neceſſaria, ac di-
ligens inneſtigatio, & plena informatio, & etiam
ſeruata fuit omnis debita iuris & facti ſolenni-
tas, & atteſtatur prædictus Reuerendiſſimus D.
legitimans in ipſa legitimatione, cui in hoc cre-
ditur, ſecundum Paulum de Caſt. in l. cùm. his. §.
ſi prætor. ff. de tranſact. pro iudice enim præſumi
mitur. l. 2. C. de offic. ciuil. iudi. & cap. ad audien-
tiam. & cap. accepimus. de præſcrip. etiam quò ad
actum geſtum per modum uoluntarię iuriſdictio
nis. l. manumiſſio per lictores. ff. de manu miſſ.
uindi. & l. ab ea parte. in fi. de probat. & per Bald.
in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & ita etiam in ſpe-
cie tenet Alex. in l. ſciendum. col. 6. uerſic. ſed ita
eſt. ſub num. 26. & 27, de uerbor. oblig. ubi reſpō
det ad l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. ꝙ ille text. nō
habet locum in iudice, pro quo præſumitur, ſed
in priuato, & idem probatur ex nota. per Guil. de
Cun. & Albe. de Roſa. in l. 1. ff. de offic. eius. ubi
dicunt quòd ſtatur aſſertioni iudicis delegati de
impedimento propter quod vult delegare cau-
ſam ſui natura indelegabilem, quia literis officialis
creditur. l. diuus. ff. de offi. præſi. & hoc idem pro
bat latius Alex. conſilio. 34. Conſultus. numero.
6. uerſiculo. quia ſtatur dicto officialis. vol. 4. &
idem not. Bal. in rub. de offi. deleg. colum. fi. verſ.
ſed ego ſtatim quęro. quem refert & ſequitur
Dec. in c. quoniam contra. col. 21. uerſic. non ob.
quod non uidetur. ſub nu. 45. extra de proba. &
idem in caſu noſtro voluit Sozi. iun. cōſi. 93. Per
ſpectis. col. pen. num. 65. uerſi. poſſet etiam. uol. 3.
& ita conſuluit Rui. conſilio. 87. Quia Matthæus
col. pen. in prin. uerſic. nec ob. dum dicebatur. uo
um. 3.

Quartum argumentum non obſt. dum dicebatur quòd in diſpenſatione non interuenit citatio filiarum & neptis, vt deceſsitate requirebatur. 71 † Quia reſpondetur quòd non ſumus in ſpurij diſpenſatione, ſed in mera legitimatione, ut probatum eſt ſupra in ſecundo fundamento huius partis, & ideo quando legitimationi filij conſentit pater eo tempore quo poteſt filijs præiudicare, & de bonis ſuis diſponere, non eſt neceſſe filios legitimos vocari, quibus ius non eſt quæſitũ per id quod voluit Bart. & communiter Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. fin. de lib. & poſthum. Et propterea dixit Paul. de Caſtr. conſil. 180. ſuper eo quod primo loco quæritur. col. 1. verſ. de ſororibus etiam. vol. 1. in nouis. quòd in legitimatione non requirebatur filias legitimas citari vel vocari, quia quum viueret earum pater, non debetur eis hæreditas. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. & l. fi. ff. de libe. agno. nec erat eis delata, l. 1. ff. de hæredi. inſtit. & ſic non prætendebat aliquod ius ineſſe formatum, ratione cuius haberent conſentire, vel requiri, alioquin viderentur fuiſſe ſollicitæ de hæreditate viuentis, quod à iure reprobatur. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pupil. l. poſt emancipationem. cum ibi not. ff. de lib. lega. & not. per glo. in l. 1. ff. de hæredi. vel actio. vendi. Quamuis enim earum patris ſucceſsionẽ ſperare poſſent, illa ſpes tamen non erat in conſideratione, tum quia fundata erat in alterius morte, & ſic in triſti euentu. l. fi. C. de pact. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo. obligat. tum etiam quia illa ſpes erat incerta & fallibilis, quum ipſæ filiæ potuiſſent præmori earum patri, & ſic euanuiſſet, ergo &c. l. naturalem. §. 1. ff. de acqui. rerum dom. Accedat quòd in qualibet diſpoſitione, in qua legitimans præiudicare poteſt, & cõſtat quòd vult præiudicium inferre, prout potuit, & voluit in caſu noſtro, ut oſtenſum fuit ſupra in primo & quatuor ſequentibus fundamentis huius partis, non eſt citatio neceſſaria. Abb. in cap. inter quatuor. extra de maio. & obed. & in c. cum olim. extra de re iudi. & probatur ex regula qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur. & in ſpecie quando fit talis legitimatio viuente patre, de cuius hæreditate agitur, quòd filij non ſint citandi dummodo de illis legitimans habuerit notitiam per petitionem patris, uel facta fuerit mentio in dicta legitimatione voluit Alex. conſilio 188. perſpectis. col. 3. verſic. Quia videmus quòd ad legitimationem. num. 16. vbi atteſtatur de communi opin. & col. fi. uerſ. non obſt. ſeptimo. vol. 5. & ita concludit Soc. Iun. conſi. 93. perſpectis. colum. 4. num. 35. verſ. Non obſt. modo. vol. 3. vbi refert quòd communis concluſio eſt quòd filij legitimi non ſunt citandi quando ad petitionem patris fit baſtardi legitimatio, attento quòd pater ſalua filiorum legitima, poteſt de bonis ſuis liberè in quemcunque extraneum diſponere, & ita firmat Ruin. dicto conſil. 87. Quia Matthæus col. 8. in fin. numero 17. verſic. tertio non obſt. volum. 3. Soc. Sen. conſil. 47. in præſenti conſultatione. col. 8. num. 41. verſic. ad ſecundam rationem. uol. 4. vbi atteſtatur hanc eſſe communem concluſionem, quòd quando fit legitimatio viuente patre, & petente, nedum agnatorum ſed aliorum filiorum non eſt facienda citatio. Idem firmat Dec. conſil. 698. in cauſa legitimationis. colum. 1. poſt princip. verſic. ex his videtur. & in fine primę col. verſic. Non obſt. clauſula. Gozad. conſ. 6. prima facie. col. 1. num. 4. & num. 5. & col. 10. num. 68. Pariſ. conſ. 7. de poteſtate. colum. 8. in princ. verſ. Et ex his tolluntur. num. 48. vol. 2. & Tiraquel. in repetitione. l. ſi unquam. in uerbo ſuſceperit liberos. num. 65. verſic. quid ſi quiſpiam dicat. C. de reuocan. donat. Præterea ubi legitimans procedit ex certa ſcientia, uel de plenitudine poteſtatis, pront in hac legitimatione, iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra in tertio fundamento huius partis, non eſt neceſſe ad ualiditatem legitimationis vocari illos, quibus ex ea præiudicium fieri poteſt, ſecus quando de poteſtate ordinaria procedit, ut late probat Roman. conſilio. 399. circa primum. in 1. colum. in fin. verſic. ſecundo quidem. num. 5. cum ſeq. colum. 6. verſic. Hoc ſecundo manifeſtat. ſub numero 29. quem refert, & ſequitur Staphil. in tractat. de litteris gratiæ & Inſti. fol. 84. verſic. uerum tamen videtur. not. Hoſtien. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Imol. in capit. in noſtra. extra de procurat. & Dec. conſil. 269. conſultus. colum. 4. in fi. verſic. & de plenitudine poteſtatis.

Nec refragatur quintum, de qualitate matris Hieronymi, & dignitate Domini Gregorij patris non expreſſa in legitimatione. quia triplici 72 modo reſponderi poteſt. † primo nõ eſſe de ſubſtantia exprimere in legitimatione qualitates patris aut matris, niſi quando mater eſſet Illuſtris, ex qua natus eſſet eius filius legitimandus, tunc enim de tali nobilitate, ſeu qualitate mentio facienda eſt in ſupplicatione ſiue in legitimatione: quia talis coitus in ea muliere eſt magis deteſtabilis, argum. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. ita voluit Alex. conſil. 108. viſa copia. ad fi. verſic. Quod optime. vol. 7. Secundò reſpondetur, quòd mater Hieronymi non eſt de illis perſonis, quæ à lege prohibentur, de quibus in d. l. 1. C. de natu. lib. ibi enim prohibetur natos ex concubinis ancillis (quarum hodie vnà cum ſeruis in Regno Siciliæ vltra & citra Farum infinitus reperitur numerus) vel libertis, uel ſcęnicis, vel tabernarijs, vel abiectis, uel humilibus perſonis, & ex patribus in dignitate conſtitutis, tanquam ſpurios & incapaces eſſe, & ad bona paterna non ſuccedere. Sed hic Hieronymus non probatur talis, & quamuis dici poſſet eius matrem fuiſſe uilis ac humilis conditionis, non propterea talis qualitas reprobatur à lege, ut eſt text. in l. humilem. in princip. & §. primo. C. de inceſt. nupt. ubi text. voluit in dignitate conſtitutum poſſe matrimonium

cum

cum abiecta vel humili fœmina, dummodo ex pa-
rentibus ingenuis nata ſit, contrahere, & ſic eo-
rum filij in eorum bonis ſuccedere poſſunt. Ter-
tio reſpondetur, contraria de iure ciuili, non au-
tē de iure canonico procedere poſſe, hodie enim
talia matrimonia de quibus in dicta l. 1. valent &
tenent. c. propoſuit. & c. fi. extra de coniug. ſeruo.
& ca. inter opera charitatis. extra de ſponſali. cum
alijs concord. traditis per Nic. de V bal. in tractat.
de ſucceſ. ab inteſta. in prima par. in 6. ſpecie fi-
liorum. num. 61. cum ſeq. & num. 72. verſ. ſecun-
dus modus legitimandi filium naturalem. Qui-
nimò ſi in legitimatione appoſita eſt clauſula, nō
obſtante aliqua lege, prout ſupra oſtenſum fuit in
3. 4. & 5. fundamento huius patris inſertam eſſe
in priuilegio, matrimonium contractum inter prę
dictas perſonas de quibus in dict. l. 1. valebit & te-
nebit, vt uoluit glo. ibi in verbo reſcripti. ideo
prædicta qualitas in legitimatione non erat ex-
primenda.

Sextum ſimiliter de non facta in legitimatio-
73 ne ſpeciali expreſſione † Decreti Ill. Ducis, fœ-
minas dotatas excludentis minime refragatur.
Quia quum in priuilegio Reuerendiſsimo D. le-
gitimanti conceſſo inſerta fuerit clauſula deroga-
toria generalis, non obſtantibus legibus imperia-
libus, ordinationibusq;, & cōſtitutionibus apoſto-
licis, generalibus, vel ſpecialibus, ac in prouincia-
libus & ſinodalibus concilijs editis, & alijs etiam
municipalibus Vrbis, & quarumcunque aliarum
ciuitatum & locorum etiam in quibus dicti legi-
timandi commorantur, prout in 3. & ſeq. funda-
mento huius partis ſupra dictum eſt, non fuit ne-
ceſſe in d. legitimatione aliquam fieri expreſſio-
nem de d. Decreto: quia ſufficit per tales clauſu-
las exprimi. Quinimò ſi facta fuiſſet mentio di-
cti Decreti ſaltem in genere, ſufficit ad excluden-
dum d. filias, & neptem dotatas, ut voluit Abb. in
c. cum inſtantia. extra de cenſib. Fed. de Sen. conſ.
47. Habita ſuper caſu: vbi voluit ꝙ ſufficiant ge-
neralia derogatoria poſita in priuilegio, per quæ
derogatur ſpecialibus priuilegijs quantuncumq;
habentibus ſpeciales clauſulas derogatorias, vt eſt
text. in c. quia ſæpe. extra de elect. & c. vt officiū.
extra de hæreti. alioqui dicit quòd ſi talis genera-
lis derogatio non ſufficeret, auferreretur Papę po-
teſtas tollendi & derogandi priuilegijs derogato-
rijs: quod nephas eſt hoc dicere, ſequitur Curt.
Sen. conſ. 35. ſtatuto. col. fin. verſ. ergo non com-
prehenditur. & Gozad. cōſ. 6. prima facie. col. 10.
verſ. Ad quartum dum dicebatur. nu. 70. Idem
firmat Iaſ. conſ. 110. cōtra legitimationem. col. 5.
in fi. verſ. Accedat quòd iſta clauſula. vol. 4. Soc.
Sen. conſ. 120. Circa primum. col. 4. in fi. verſic.
Quoniam per d. clauſulam. vol. 4. & Aymo. conſ.
126. Inter alia. col. pen. verſ. ſed tamen contra-
rium: vſque ad finem conſilij vol. 1. vbi alios infi-
nitos Doct. ad hoc propoſitum allegat.

Nec obſt. allegata per Ruy. d. conſ. 103. col. 5.
verſ. Nec etiam quòd Comes. vol. 3. Quia ibi
non fuit facta derogatio ſtatutorum legitimati
prout caſu noſtro vt ſupra oſtēſum fuit, ideo &c.
Quinimò ſtante illa clauſula de qua ſupra in fin.
quarti fund. videlicet etiam ſi de illis & eorum to-
tis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, plena, indiuidua,
& expreſſa habenda foret mentio &c. quę opera-
tur perinde ac ſi ſpecialiter & nominatim fuiſſet
derogatum his quæ obſtant, ut late probat Iaſ. in
d. verſ. accedat quòd in iſta clauſula. & Aymo. vbi
ſupra dicitur derogatum fuiſſe in ſpecie d. De-
creto. Ill. Ducis. Et ideo inquit Curt. d. conſ. 35.
in vltima col. in princ. verſ. & iſtud procedit. quòd
contraria procedunt niſi Princeps extendat leges
particulares, quia vbi conſtaret de voluntate Prin
cipis adijcientis clauſulas derogatorias in ſpecie
vel in genere, puta quia diceret non obſtantibus
ſtatutis & conſuetudinibus, prout in caſu noſtro,
ꝙ ſufficeret clauſula generalis. allegat Io. And. in
c. 1. de exceſs. prælat. in 6. q. cum multis alijs con-
cord. plus inquit Gozad. d. conſ. 6. col. 2. num. 71.
verſ. Quarta concluſio. quòd quoties requiritur
expreſſa & particularis mentio de ſtatutis, & non
ſufficiat generalis, tunc ſi fiat mentio de ſtatutis
in genere cum clauſula non obſtante &c. quòd
perinde habeatur ac ſi ſpecialis & indiuidua om-
nium mentio facta eſſet, tunc ſufficit, & verifica-
tur ſtatutum excludens fœminas. allegat Soc. Sen.
conſil. 63. viſis teſtamento. col. 3. & 4. vol. 3. ſed
in priuilegio prædicti Reuerendiſsimi Comitis
facta fuit expreſſa mentio de ſtatutis Hieronymi
legitimati ibi, & quarumcunq; aliarum Ciuitatū
& locorum &c. prout ſupra dictum eſt, ergo &c.
74 Accedat quòd † Princeps præſumitur ſcire con-
ſuetudines & ſtatuta multum vulgaria vt not. in
c. 1. de conſtit. in 6. Felyn. in c. fi. extra de iudi. & in
c. fi. de re iud. ſed ſtatutum quòd extantibus ma-
ſculis fœminæ dotatæ non ſuccedant, eſt multum
in Italia vulgatum, & præſertim in Patria, quæ eſt
Reuerendiſsimi D. legitimātis, & legitimati, ergo
faciendo mentionem Papa in priuilegio, & præ-
fatus Comes legitimans de ſtatutis quarumcunq;
Ciuitatum & locorum, per d. clauſulam generalē,
præſumitur etiam cogitaſſe de d. Decreto Ill. Du-
cis in Ciuitate Callien. obſeruato. Et ſic ſatis con-
ſtat ꝙ ſpecialiter & expreſsè facta fuit mentio de
d. Decreto, quo ſtante excluſæ dicuntur. d. filiæ le-
gitimæ & neptis à d. ſucceſsione bonorum Domi
ni Gregorij earum patris & aui reſpectiue. Et
75 quamuis † multi Doct. ſupra relati in contraria
parte teneant quòd illud decretum non vendicet
ſibi locum in legitimato per reſcriptum, magis ta-
men communis opin. eſt quòd legitimatus exclu-
dat filias legitimas vigore dicti decreti ut late hāc
q. examinat Alber. Brun. conſanguineus noſter in
tract. ſtantib. maſcul. in 12. artic. q. 4. num. 62. vbi
in nu. 70. tenet hanc partem affirmatiuam, & eam
tanquam magis communem ſequitur Curt. Iun.
præceptor meus conſ. 153. Circa controuerſiam.
col. 3. nu. 10. & nouiſsimè hanc opin. ſequitur Ti-
raquel. in repet. l. ſi unquam. in uerbo ſuſceperit
liberos.

liberos.num.82.verſ.hinc quoque fit.C.de reuo-
can.dona.

Ad ea quæ contra inſtitutionem allegari vi-
dentur,ex eo ꝙ dicatur nulla errore teſtatoris, &
conſequenter legitimatio etiã inualida reddatur,
& ſic ab inteſtato, ſine vt ſubſtitutæ veniant filię
D.Gregorij & eius neptis ad eius hæreditatem &
bona,per no.per Paul.de Caſt.in l.eam quam.C.
de fideicom. Breuiter reſponderi poteſt,ꝙ ſtan-
tibus ſupra in primo & ſequentibus fundamentis
pro hac parte deductis & plene probatis, apertiſ-
ſimè conſtat quòd legitimatio valet & tenet,& ex
76 conſequenti inſtitutio inde ſecuta, & † ideò ceſ-
ſat illa obiectio de clauſula codicillari.

Non obſ.etiam dum dicebatur.quòd quamuis
dicta legitimatio valeat, & legitimatus admitta-
tur ex teſtamento ad bona paterna ſibi relicta,
77 † non tamen illi plus relinqui potuit quàm vni ex
filiabus legitimis, quibus minus relictum fuit per
§.& quoniam variè.in authent. quib.mod. natur.
effi.ſui.& l.communium.§.ſi.C.de nat.liber.cum
alijs allegatis. Quia dupliciter reſpondetur, pri-
mo quia legitimatus per reſcriptum nihil differt à
legitimè natis, & in omnibus & per omnia ſucce-
diti ad inſtar eorum, ut est text. ita loquens per
illam dictionem vniuerſalem, nihil, in §. ſit igitur
licentia. ibi, nihil à legitimis filijs differentes. in
authen.quib.mod.natu.effic. & in §. & quoniam
variè.ibi, nihil diſsimilis legitimis. & in §. ſi quis
ergo filios legitimos non habet. in verſicul. ſit
igitur licentia. ibi, nihil à legitimis filijs differen-
tes.in authen.quib.mod.natu. effic.ſui. Ponde-
randa eſt enim ea dictio,nihil, quæ eſt vniuerſalis
negatiua & quæ debet vniuerſaliter operari.l.fin.
de liber.& poſthum.l.ſi is qui ducenta. §. vtrum.
ff.de reb.dub. c.Deus omnipotens.2.q.1. & no.
gloſſ.1.in verbo parum. in authent. de hæredi. &
Falcid. in princip. & ſic illa iura denotant nullam
eſſe prorſus differentiam inter legitimatos & le-
gitimè natos,pro quibus adduco text.in lege.qui
in prouincia.in fin. ff. de ritu nupt. vbi legitimati
perinde habentur ac ſi legitimè concepti fuiſſent,
& ita tenet Paul.de Caſtro conſilio 27.dicendum
eſt dictam hæreditatem. in princip. volum.2. in
nouis. Et apperte quòd omnia iura loquentia
de filijs legitimis locum habent regulariter in fi-
lijs legitimatis ex regula quæ de æquiperatis tra-
ditur,ut per Bart.& Doctor.in l.1. de legat.1. &
eo maximè, quia legitimatus dicitur verè legiti-
mus & non fictè:vt per Bart.in l.ſi is qui pro em-
ptore.in 3.q.principali.ff.de vſucap.cum alijs ple-
nè relatis per Tiraquell.in repetit. l. ſi vnquam. in
verbo ſuſceperit liberos, num. 77. verſic. Hæc
poſterior ſententia.C.de reuoc.donat.& dictum
eſt ſupra.

78 Secundò,† quia illa iura in d.§.& quoniam va-
79 riè.& † in d.l.communium.§.ſi.procedunt,& lo-
cũ ſibi vendicant in filio legitimato per oblatio-
nem curiæ, & non in legitimato per reſcriptum
ſecundum Ang. qui ita tenet in conſ.17. Comes
Brandiſius.ubi allegat Azo.ad hoc in § in ſucceſ-
ſionibus autem.in anthen. quib.mod.natu.effic.
ſui. ubi apertè inquit quòd per omnia omnes le-
gitimati præterquam per oblationem curiæ ſuc-
cedunt ut legitimi.& idem tenet Aret. in l. Gal-
lus.§.& quid ſi tantum.in vltima. col. in princ.de
lib.& poſth.& in l.neceſſarijs.ff.de acquir.hęred.
ubi allegat text.in §.ſi uero.in authen.quib. mod.
nat.effic.ſui.dum text. dicit,quòd poſtquam legi-
timati per reſcriptum ſuccedunt ut legitimi non
eſt ſuper eorum ſucceſsionibus aliquid cauen-
dum &c. quod præſertim eſt uerum quando le-
gitimatus plenè reſtituitur antiquæ naturæ prout
ſupra in primo fundamento huius partis per
clauſulas derogantes in priuilegio inſertas ple-
ne fuit demonſtratum, & ut probat Roſel.in tra-
ctat.legitimatio.in pen.col.in quibus locis prædi-
cti in hoc faciunt differentiam inter legitimatum
per oblationem Curiæ, de quo loquuntur iura
prædicta,& legitimatum per reſcriptum per iura
ſuperius allegata, quæ dicunt ꝙ legitimati nihil
differunt à legitimè natis: & quòd nulla eſt diffe-
rentia inter iſtum legitimatum per reſcriptum &
natum ex legitimis nuptijs,ut in d. §. ſit igitur li-
centia.in auth.quib.mod.nat.effic.legi. & in d.§.
ſi quis ergo filios legitimos non habet. in auth.
quib.mod.nat.effic.ſui.

80 Nec eſt mirum † quòd in hoc legitimatus iſto
modo differat à legitimato per oblationem Cu-
riæ: quia & in alijs etiam differunt. Nam legiti-
matus per oblationem curiæ ſoli patri offerenti
agnaſcitur, & non alijs agnatis.§.filium.in auth.
quib.mod. natur. effic. ſui. Sed legitimatus per
reſcriptum,& patri & cæteris agnatis agnaſcitur,
perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſ-
ſet,& omnibus illis iure agnationis actiue & paſ-
ſiue ſuccedit ſecundum Ioan.Andr.in additio.ad
Specul.in titulo,de ſucceſſ.ab inteſt.in vltima ad-
dit.Ant.de Butr.in cap. per venerabilem. in pen.
char.extra.qui filij ſint legitimi. Angel. dicto cõſ.
17.Alex.conſ.139.eleganter.col.fin.verſi. tamen
hoc non obſtante.uol.1.ubi refert hanc eſſe ma-
gis communem opin. Et ratio diuerſitatis aſſi-
gnatur inter iſtos, quia filij legitimati per obla-
tionem curiæ de iure cõmuni legitimari poſſunt
extantibus etiam filijs legitimè natis.dict. l.com-
munium.& §. ſi quis igitur.in authen.quib.mod.
nat.effic.ſui. Sed per reſcriptum illis extantibus
de ordinaria poteſtate legitimari non poſſunt. §.
ſi quis ergo.eo.tit.& §.ſi quis igitur.in auth.quib.
mod.nat.effic.leg. Quia ergo legitimatis per ob-
lationem curiæ in hoc plus conceditur, in alio
magis grauantur, ut ſcilicet ab hæreditate patris
ſe abſtinere non poſsint, & plus ei relinqui non
poſsit quàm filio legitimo & naturali, cui minus
ſit relictum. Præterea in caſu noſtro Reueren-
diſsimo D.legitimanti conceſſa fuit plenaria po-
teſtas legitimandi cum facultate ſuccedendi ad
bona paterna & materna, ac ſi legitimati eſſent
de legitimo matrimonio nati, non obſtantibus

legibus

legibus imperialibus, & conſtitutionibus apoſtolicis cũ derogatorijs de quibus ſupra in primo fundamento, cum ſequentibus pro hac parte deductis, & demum ſubſecuta fuit legitimatio ipſius Hieronymi cui conceſſa fuit facultas ſuccedendi tam ab inteſtato quàm ex teſtamento ac ſi de legitimis nuptijs eſſet natus, ut in d. legitimatione patet in pen. fol. ibi Chriſti nomine inuocato &c. cum derogatione omnium legum imperialiũ, & cum clauſula, quibuſcunque contrarijs non obſtãtibus in d. priuilegio inſertis, ut in prædictis fundamentis ſatis probatum fuit. ſi ergo conceſſa eſt ſuccedendi facultas, ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet cum derogatione omnium legum imperialiũ, ergo Hieronymo legitimato potuit plus relinqui quàm Dominæ Hieronymæ filiæ legitimæ cui minus fuit relictum, ſicut plus ei relinqui potuiſſet ſi de legitimo matrimonio natus eſſet quum pater plus vni quàm alijs filijs relinquere poſſit ad eius arbitrium, dummodo alijs eorum legitimam relinquat l. parentibus. ubi Bart. & Iaſ. in primo not. C. de inoffi. teſta. l. hac edictali. §. 1. C. de ſecun. nup. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffic. teſtam. Bald. conſ. 24. ſtatuto Ciuitatis cauetur. & conſi. 161. Quædam nobilis Domina Agneſina. vol. 1. Io. de Anan. conſil. 29. viſa imperiali. colum. 2. in 4. dubio. verſic. Sed his non obſtat. ubi pulchrè, & in terminis noſtris loquitur, cum alijs plenè congeſtis per Aymo. conſil. 142. Claudius de Coſtis colum. 1. verſic. circa primum dubium. vol. 1. Et ideo dixit Paul. de Ca. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. penult. in fi. verſ. Si aũt fuit facta mentio. ſub nu. 16. ff. de libe. & poſthum. & Alexand. conſi. 187. videretur. colum. 2. verſ. tamen præmiſsis non obſt. & col. 5. verſic. ſi autem ſuperuenirent. & eadem col. in fi. verſi. non obſt. dictum conſil. Bald. vol. 5. quòd ſi in legitimatione eſt facta mentio quòd extant filij legitimi, & in legitimatione fuerit appoſita clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vel dicatur quòd non fiat præiudicium filijs legitimis, & naturalibus ab inteſtato, non poterit legitimatus ſuccedere ab inteſtato cum filijs legitimè natis, ſed pater condendo teſtamentum, poſſet legitimato relinquere, dummodo non minueret legitimam debitam filijs legitimis. Idem tenet Io. de Anan. d. conſ. 29. in d. 4. dubio. & idem Paul. de Caſtr. conſilio. 429. Præſuppoſito quòd iſte pater, in fi. volum. 2. in nouis. quem ſequitur Cur. Senior conſil. 73. ſuper memorata. colum. octaua, verſic. & etiam videtur eſſe de mente Paul. Et ſic patet non obſtare dictum §. & quoniam variè. & d. l. communium. §. fin. etiam ſi illa iura locum haberent in legitimato per reſcriptum: quia prædictus Reuerendiſsimus Comes plenariam habuit poteſtatem à ſummo Pontifice quòd legitimare poſsit cum facultate ſuccedendi, cum clauſulis derogatorijs in ampliſsima forma, & cum clauſula, pro expreſsis habentes, quæ habet vim ſpecialis derogationis, ut dictum eſt ſupra; & ſic etiam derogaſſe intelligitur diſpoſitioni dicti. §. & quoniam variè. & d. §. fi. l. communium. quatenus illa iura obſtarent, perinde ac ſi nominatim fuiſſet dictis iuribus derogatum ut probatur in cap. 1. extra de tranſact. & declarat in ſpecie Ant. de Butr. conſil. 2. viſis literis. Et prædicta ſunt vera præcipuè in caſu noſtro, & hac ratione etiam dictæ filiæ, & neptis à dicto Hieronymo inſtituto, & per reſcriptum legitimato, petere nõ poſſunt niſi quæ eis in teſtamento patris relicta fuerunt, quamuis etiam dicto Hieronymo de iure plus relinqui nõ poſſet quàm Dominæ Hieronymæ relictum fuerit. Quia illud locum haberet quando nullum eſſet factum per eius patrem teſtamentum, & ipſæ filiæ, & neptis legitimæ per Decretum Ill. Ducis ab inteſtato non eſſent excluſæ, ſed quia in caſu noſtro conditum fuit teſtamentum, & Hieronymus heres vniuerſalis inſtitutus, & filię fœminę ab inteſtato excluduntur, per ea quę ad ſextum argumentum contrarię partis reſpondendo diximus, quod etiam probatur ex not. per Angel. in §. optimè. in auth de nup. ubi uoluit quòd quamuis ſecundę coniugi plus relinqui non poſsit quàm vni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum ſit, ut ibi, & in l. hac edictali. C. de ſecund. nup. ſi tamen filia dotata à ſucceſsione patris per ſtatutum excluditur, tunc ſi plus ſecundę coniugi relinquatur, in illo pluri relictum non irritatur, quia ſicut filius ingratus non irritat, quia patri inuito ſuccedere non poteſt, ut ibidem in tex. cum Gloſ. eodem modo nec filia quę patre inuito non ſuccedit, pari ergo ratione potuit Hieronymo filio legitimato plus relinqui, quàm Dominę Hieronymę filię legitimę à decreto Illuſtriſsimi Ducis excluſę, quę patre inuito ultra id quod ſibi relinquitur, conſequi non poteſt, quum potuerit pater ex teſtamento meliorem facere conditionem legitimati, tum quia omnem illegitimationis, maculam ab ipſo defectu natalium abſtulit, & ipſum ad primęua ac legitima naturæ iura reſtituit etiam in prẹiudicium dictarum filiarum legitimarum, & neptis, ut in primo, & ſequentibus fundamentis huius partis ſupra demõſtrauimus. Tum quia etiam ex teſtamento uoluit prędictus Reuerendiſsimus Comes legitimatum ſuccedere poſſe, ac ſi de legitimis nuptiis procreatus fuiſſet non obſtantibus quibuſcunque legibus imperialibus in contrarium diſponentibus, quibus derogatum fuit nedum generaliter ſed etiam ſpecialiter, ut plenè ſupra fuit oſtenſum in tertio, & quarto fundamento. ſi ergo à legitimè nato non differt etiam condito teſtamento, ut diximus ſupra, & potuit pater filio legitimo prẹiudicare dummodo non minuat legitimam, ergo potuit ipſe Hieronymus vniuerſaliter heres inſtitui, & ſic plus ei relinqui potuit quàm filiabus, & nepti ex legitimo matrimonio natis, ſolùm autem ab inteſtato ęqualiter ſuccedere potuiſſet quum plus conſequi non potuiſſet, ſi legitimè natus fuiſſet, ſi nullum extaret ſtatutũ

ſiue

ſiue decretum pro ut extat, & eo caſu procede-
ret etiam ſi cum maſculo concurreret, ſed in ca-
ſu noſtro extant fœminæ, & extat decretum Il-
luſtriſsimi Ducis, etiam illas ab inteſtato ex for-
ma d.decreti excluderet, cuius beneficio vti po-
teſt Hierónymus legitimatus ex quo comprehen
ditur concurrente poteſtate, & voluntate Reue-
rẽdiſsimi D.legitimantis Quum ergo poſsit Hie
ronymus ex forma dicti decreti filias, & neptem
legitimas ab inteſtato excludere, multo magis
ex teſtamento, & plus relinqui potuit quàm di-
ctis filiabus & nepti, auct. multo magis. C. de ſa-
croſan.eccle.Et ſic concludendum eſt, quòd Hie-
ronymus legitimatus admittitur ex paterno te-
ſtamento, prout, & quatenus ex eo vocatus eſt, &
ita concludit Ancha. conſil. 336. viſo diligenter
tenore.ad fin.Ioan.de Anan.d.conſil.29.in quar-
to dubio.Nico.de Vbal.in tracta.de ſucce.ab in-
teſta.in prima par.colum.pen.ſub nu.118.vſque
ad numerum.122.Paul. de Caſtr. d. conſil. 429.
præſuppoſito quòd iſte pater.in fin.volum. 2. in
nouis.Alex.conſil.187.videretur. colum.3.verſi.
tamen præmiſsis non obſt, colum. 4.verſic.ſi au-
tem ſuperuenirent.& verſ.non ob.d.conſil.Bald.
volum.5.& Bene.Capra conſi.157.punctus.Fuit
diſpenſatum per Papam Martinum. in fin, & te-
net Paul.de Caſt.in d.§.& quid ſi tantum.colum.
pen.in fin.uerſi.ſi autem fuit facta mentio.de lib.
& poſthum.& Curt.Sen.d.conſi.73.ſuper memo
ratæ.colum.8.verſi.& etiam videtur eſſe de men
te Paul.præſertim inſerta clauſula, abſque præiudi
cio venientiũ ab inteſtato, quę operatur ꝙ præter
nat legitimè natis ius petendi legitimam ſi ſibi re-
licta non fuit, & in reſiduo ſuccedere poteſt ex te
ſtamento legitimatus ut dictum eſt ſupra ſtante
maximè diſpoſitione prædicti decreti filias legiti-
mas excludentis.
81 Non obſt. † adducta per Dec.d.conſ.393.con
ſului.colum.j.in fin.uerſ.ſed ad hoc reſpondetur,
vbi atteſtatur eſſe communem opin.quod legiti-
mato plus relinqui non poteſt quàm vni ex filijs
legitimis cui minus relictum fuit, Quia reſponde
tur illam communem opin. procedere ubi filius
eſſet ſimpliciter & abſq; clauſulis, & derogationi
bus per reſcriptum legitimatus, ſecus ſi ad primę-
ua, & legitimæ naturæ iura fuiſſet reſtitutus cum
clauſula, non obſtantibus quibuſcunq; contrarijs
& cum derogationibus generaliter, & ſpecialiter
in priuilegio ac legitimatione appoſitis, ut in
caſu noſtro, ut ſupra ſatis dictum fuit, eo enim
caſu legitimatus ſuccedit prout in teſtamento
vocatus fuit ſecundum Anchar.in allegato con-
ſil.336.in fin.& Capram.d.conſi.117.in fin.cum
alijs ſupra allegatis, & ſuccedit omnibus quib.ſuc
ceſsiſſet ſi illud impedimentum ciuile nõ emanaſ-
ſet ſecundum Nicol.de Vbal. vbi ſupra.numero
115.& ſi aliter intelligeremus ſequeretur abſur-
82 dum quòd † illæ clauſulæ, & derogationes poſi-
tæ ad augendum, & ampliandum nihil operaren-
tur; & ſic eſſent fruſtra appoſita, quòd non eſt di-
cendum ſecundum Curt.Sen.conſ.49.Memoriæ
recolendæ.colum.22.verſ.confirmantur præmiſ-
ſa.ſub num.40. ſecundum meam impreſsionem.
& conſi.73.ſuper memoria.colum.3.ad fin.verſi.
& illa verba repetita.Ne ergo ſequatur abſurdum
& fruſtra fuerint appoſitæ dictæ clauſulæ, & dero
gationes, & ratione contrarietatis euitandæ, quæ
euitari debet, quando id fieri poteſt ſalua ratione
ne recti ſermonis.§.quibus.in prima conſtitutio-
ne.C.l.ſcripturæ. & ibi Doct. C. de fide inſtrum.
& Bar.in l.fi.§.idem quæſijt.ff.de condi. indeb.&
ad ſaluandum communem opin. quæ hoc modo
ſaluari poteſt, ita concludendum eſt.
83 Preterea † ſi in caſu noſtro vera eſſet allegata
communis opi. quòd legitimato plus relinqui nõ
poſsit quàm vni legitimo cui minus relictum fue
rit, ſequeretur unum inconoeniens, quòd deſtrue
retur alia communis opin. quæ eſt quòd condito
teſtamento, & legitimato inſtituto hærede vni-
uerſali, filiæ legitimæ nõ poſſunt conqueri, quum
ipſæ bona paterna conſequi non poſsint, niſi ex
tacita patris voluntate, de cuius ſucceſsione tra-
ctatur, vt diximus ſupra in quinto fundamento
huius partis per not.per Paul.de Caſtr. d. conſil.
102.in vltima.colum.uerſ.Quarto videndum eſt
lib.2.in nouiſ. cum alijs ſupra citatis, quod non
eſt dicendum.ne ergo ſequatur tale inconueniẽs,
& vt communes opin.concordentur, concluden-
dum eſt, vt dictum fuit tam ſupra in dict. quinto
fundamento quàm præcedenti reſponſione.
Sed ad huc mihi remanet dubietas non me-
84 diocris † ſuper clauſula in priuilegio inſerta, dum
videbatur ꝙ prædictus Comes legitimare poſsit
quoſcunque vt valeant in quibuſcunque bonis
paternis, & maternis, & aliorum quoruncunque
tam ab inteſtato quàm ex teſtamento ſuccede-
re, ſine tamen præiudicio venientium ab inte-
ſtato. Nam quamuis d. clauſula intelligatur ope-
rari ſolummodo quando ab inteſtato ſucceditur
non autem condito teſtamento, ut eſt commu-
nis opin. de qua per Dec. conſil. 338. in caſu.
colum.1.verſic.His præmiſsis.nunc.quarto, cum
concord.de quibus ibi, & per eundem conſ.393.
conſului.in princip. & conſil. 610. viſo themate.
colum. 1. quam etiam ſequitur Ruyn. conſil. 87.
quia Matthæus.colun.1.in fin. num. 27.volum.
3.& eam approbat Guald. in tract.de arte teſtan.
cautela fin.filius à Principe.in princ. de libe.inſti-
tuen.dicens communem opi.eſſe quòd dicta clau
ſula operatur quòd legitimi hæredes venientes
ab inteſtato præferuntur legitimato in ſucceſsio-
ne ab inteſtato delata, ſecus ſi condito teſtamen-
to. Nam admonet ut legitimatus præferatur his
qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, quòd pater te-
ſtamentum faciat, & legitimatum hæredem in-
ſtituat, quia tunc legitimatus cum d.clauſula po-
teſt ex teſtamento ſuccedere ſecundum com-
munem opin. Nihilominus in caſu noſtro vide-
tur contrarium dicendum quum d. clauſula ſine
pręiudicio viuentium ab inteſtato etiam appoſita
fuerit

fuerit, ſi ex teſtamento legitimatus ſuccedat, ex eo ꝙ Papa conceſsit Comiti, ut legitimare poſsit naturales cum facultate ſuccedendi ab inteſtato & ex teſtamento abſque venientium ab inteſtato. Et communis opin. de qua ſupra intelligitur quando clauſula illa eſt ſimpliciter appoſita vt ſuccedere poſsit ab inteſtato, & non quando ex teſtamento vt dictum eſt: Quum igitur in priuilegio detur Comiti facultas legitimandi, vt legitimatus ſuccedere valeat ab inteſtato, & ex teſtamento, ſine præiudicio legitimorum, legitimatio cenſetur facta, vt æqualiter admittatur Hieronymus legitimatus cum D. Hieronyma, & Virginea nepte, quum Hieronymus habeatur, ac ſi legitimè natus fuiſſet, vt ſupradictum eſt, & ex quo illa clauſula, ſine prçiudicio, &c. non ſolum qualificat ſucceſsionem inteſtati, ſed etiam teſtati. l. doli uerbũ. ff. de ſer. corrup. & ibi Bart. & per Bart. in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fundo inſtruc., & declarat Soc. Sen. conſ. 212. prima conſultatione. col. pen. verſ. Prçterea etiam in terminis. & verſ. Secundò ex quo conceditur. & col. fi. in princ. verſ. præterea dicta clauſula. vol. 2. & conſ. 95. Nulli dubinm. col. 5. in princ. verſ. & ſic patet quòd not. ratio Ang. ſub num. 29. vol. 4. & Ruyn. conſ. 72. quamuis. col. fi. ad fi. nu. 18. vol. 3.

Quibus tamen non obſt. contrarium in caſu noſtro coocludendum eſt. Nam quamuis clauſula illa, ſine præiudicio venientium ab inteſtato ibi appoſita non ſolum reſpiciat venientes ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento uocatos, ut dictũ eſt, fuit tamen appoſita erga Conclauiſtarum perſonam, & non eorum, qui legitimari deberent. Nam ibi Papa Conclauiſtis concedit vt poſsint duos Canonicatus, duas præbendas, aut totidem dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, uel officia ad ſex menſes ſub eiſdem tectis conſiſtentia retinere, ipſiq́ue defectum natalium patientes ad omnes ſacros, & presbyteratus ordines promoueri, & in quibuſcunque bonis paternis & maternis, ac aliorum parentum. &c. tam ab inteſtato quàm ex teſtamento ſuccedere, & illa doaationis cuiuſlibet & quouis alio legitimo titulo ſine tameo præiudicio venientium ab inteſtato conſequi & habere. &c. ergo ad caſum oostrum uerba iſta trahi non poſſunt, quum ex diuerſis bona illatio fieri oon poſsit. l. fi. ff. de calumniato. & l. Papinianus exuli. in princ. cum vulgar. ff. de mino. Remanet ergo firma concluſio, quòd quum Reuerendiſsimo dom. legitimanti data fuerit in priuilegio plenaria facultas legitimandi naturales, vt in bonis paternis ſuccedere valeant abſq; tamen præiudicio venientium ab inteſtato, ut ibi uideri poteſt in uerſ. nec nõ naturales, ſpurios, inceſtuoſos, &c. ſub fol. 5. quòd illa clauſula ſolùm operatur ubi ab inteſtato legitimatus ſuccederet, condito uerò teſtamento, nihil operatur ſecundum communem opinionem. de qua ſupra. & ſic prædicta noo obſtant in caſu noſtro.

Circa bona in emphyteuſim ab eccleſia per D. Gregorium recepta, an Hieronymus legitimatus ad ea admittatur, & inveſtiri denuo poſsit ab eccleſia. Quia ſuper eis pendet appellatio vt conſtat ex fide ſer Simeonis Ranucij, de quà in proceſſu. fol. 163. idcirco nihil ſcribendum curaui.

Circa dotem maternam Dominæ Hieronymç videtur dicendum, quamuis nõ appareat in proceſſu ſolutam fuiſſe, nec à Dom. Gregorio, neq; ab eius patre receptam, ſed tantum de illius promiſsiooe fides in iudicio ꝑducta, ex qua promiſſione non videtur inferri aliqua ſolutio, Hieronymum legitimatum hęredem vniuerſalem inſtitutum ad illam reſtituendã cogi poſſe, quum actio
85 † competat vxori uel eius hæredibus ad dotem promiſſam petendum cootra maritum, uel eius hæredes, ut eſt tex. in l. ſi pro te. C. de dot. promiſ. Corn. conſ. j. pro deciſione. col. pen. poſt princip. verſ. pro reſiduo autem dotis. vol. 2. conſ. 318. videtur prima facie. col. 1. in fi. verſ. his tamen non obſtantibus. vol. 3. & conſ. 93. Quia cauſa. col. 2. in fi. uerſ. item alio. uol. 4. Bald. Nouel. in tract. de dote. in 8. part. in 24. priuileg. & Guido Papæ in deciſ. 375. Pater pro filia. ubi volunt, quòd quũ mulier, ex quo eius viro, & non ſibi dos fuit promiſſa, non poſsit contra promittentem uel eius hæredes agere. Ideo in ſubſidium fuit ſibi ſuccurſum ut contra uirum, uel eius hæredes agere poſsit tanquam quòd dotem ipſam receperit: Hoc tamen non obſtante cootrarium in caſu noſtro concludendum eſt, ex eo quòd de forma ſupradicta decreti Illuſtriſsimi Ducis in proceſſu producti diſponitur fœminas extantibus maſculis (etiam legitimatis vt ſupra concluſum fuit) ab auo, auia, patre, matre, uel à fratre dotatas ſuccedere non poſſe, nec ad ius aliquod legitimæ, uel eius ſupplementi agere, nec contra bona & hæreditatem aui, auiæ, patris, matris, ſeu fratris, uel alterius ipſorum habere regreſſum, ſed ab uno ipſorum tantum dotatę ab omnium ſupradictarum perſonarum hæreditate penitus & perpetuo cenſeantur excluſæ, ergo cootra Hierooymum oulla Dominæ Hieronymæ, & dom. Virgineæ competit actio. Nam contraria de iure communi procedunt, nos uerò ſumus in ſtatuto ſiue decreto contrarium diſponente: ergo &c. Et ex prædictis clariſ. patet omnibus quæ cootra Hieronymum legitimatum deducta fuere, ſatis fuiſſe reſpõſum, & ideò conſulo partes Magnifici Dom. Poteſtatis Callij fore & eſſe in abſoluendo Hierooymũ de Nereis à petitis per Dom. Hieronymum, & D. Virgineam, ſiue per dom. Sabinum earum nomine in iudicio interueniẽtem, ambasq́ue partes ab expenſis iuſtis de cauſis in proceſſu deductis abſoluendo: Et ita dico, cõſulo, & de iure reſpondendum cenſeo.

Ego Matthęus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem Omnipotentis Dei, ac glorioſiſsimæ Virginis matris Mariæ, amen.

CON-

CONSILIVM D. IO. PAVLI LANcelotti Iureſconſulti Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Legitimandi actus eſt iuriſdictionis, nec poteſt exerceri in alieno territorio.*
2 *Legitimatio Imperialis non habet locum in Regno Neapolitano, ſeu Venetorum dominio, nec in Ducatu Mediolani, & quàm maximè in terris eccleſiæ: contra nu. 17. & nu. 21.*
3 *Princeps pōt legitimare ſine cauſæ cognitione, ſi tamen legitimandi alteri poteſtatem det, cenſetur dediſſe ut illa exerceat cum cauſæ cognitione.*
4 *Comes, ut valide legitimet, in cognitione cauſa citandi ſunt prætendentes intereſſe.*
5 *Comes legitimando non præſumitur legitimare ex iuſta cauſa, niſi exprimatur.*
6 *Clauſula ſine præiudicio uenientium ab inteſtato, in priuilegio legitimationis appoſita, cuius ſit effectus. & num. 9. 28. & num. 33. & nu. 54. & nu. 57. 61. 64. 66.*
7 *Priuilegium legitimandi Comiti conceſſum, intelligi debet, ut minus quàm poſſit lædat ius commune.*
8 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum.*
10 *Statuti Peruſini de legitimatis loquentis, intellectus num. 67.*
11 *Mens quæ non tranſit in ſpeciem alicuius diſpoſitionis non attendenda.*
12 *Propoſitum in mente retentum, nihil operatur.*
13 *Legitimatio, quid ſit.*
14 *Diſpenſatio, quid ſit.*
15 *Legitimationis efficacia pendet à tenore priuilegij.*
16 *Legitimandi poteſtas ſimpliciter data non cenſetur ut poſſit fieri infeudo, niſi exprimatur.*
18 *Gradus in materia ſucceſſionum, conſiderandus ſecundum ius ciuile.*
19 *Leges ciuiles in materia ſucceſſionum attendendæ ēt in terris eccleſiæ, quibus Papa in hoc defert.*
20 *Legitimatio Comitis Palatini, cenſetur Imperatoris.*
22 *Imperator reſpectu uniuerſalis iuriſdictionis, dicitur dominus totius mundi.*
23 *Imperator dicitur fons totius iuriſdictionis, & illā exercet in qualibet mundi parte.*
24 *Legitimandi poteſtas, & ſi libertas preſcripta ſit, nō cenſetur preſcripta, priuatiuè.*
25 *Princeps an poſſit plenitudinem poteſtatis in alterum transferre, & ſignanter circa legitimationē.*
26 *Legitimandi poteſtas eſt de reſeruatis principi.*
27 *Legitimatio, quę fit uiuente, & petente patre, fieri poteſt extra territorium legitimantis, etiam in perſonam non ſubditam.*
29 *Hæredis uerbum an competat extraneis.*
30 *Verba ubi non conueniunt, non conuenit diſpoſitio.*
31 *Verbum in fine poſitum refertur ad omnia præcedentia.*
32 *Copulatorum concurſus, quando neceſſario requiratur.*
34 *Legitimatus cum poteſtate ſuccedendi ab inteſtato intelligitur etiam ad excluſionem agnatorum.*
35 *Papa concedens epiſcopo ut poßit tempore interdicti miſſam celebrare, intelligitur quod poßit pontificaliter.*
36 *Legitimatus rumpit teſtamentum.*
37 *Legitimatus habet ius contra tabulandi.*
38 *Legitimatus excludit fœminas, ſicut & legitimus.*
39 *Legitimatus excludit ſubſtitutum.*
40 *Legitimatus, dicitur ſuus.*
41 *Legitimato, debetur legitima.*
42 *Legitimatus inſtitui poteſt coram duobus teſtibus.*
43 *Donatio cēſetur reuocata ob ſubſequentem filium legitimatum.*
44 *Legitimatus habet iura, tam naturalia quàm ciuilia.*
45 *Legitimatus preponitur in ſucceßione tranſuerſalibus.*
46 *Verbum, ab inteſtato, in legitimtione appoſitū, quomodo intelligendum.*
47 *Cauſa finalis intuenti uſus legitimationis.*
48 *Legitimatio non tenet niſi appareat principem certioratum, quòd pater non habebat alios legitimos & naturales.*
49 *Hæreditas paterna ex uoto parentum cæteris excluſis. debetur filijs legitimis & naturalibus, & in eorum defectum legitimatis.*
50 *Paria ſunt non ſuccedere, & non eße in rerū natura.*
51 *Filius naturalis tantum, ſuccedit patri ab inteſtato, in certa portione, & ex teſtamento in uniuerſum non ſtantibus legitimis & naturalibus.*
52 *Ius canonicum magis abhorret concubinatum, quàm ſimplicem fornicationem.*
53 *Legitimatio Comitis an neceſſariò requirat cauſæ cognitionem, & ſic citationem uenientium ab inteſtato.*
55 *Legitimationis uerba intelligenda ſunt ut minus derogent iuri communi, quam poßibile ſit.*
56 *Exceptio debet eße de regula.*
58 *Verbum (diſpenſandi) continet omnem legitimationem.*
59 *Actus aſcribendus eſt naturæ intrinſecæ potius quā extrinſecæ denominationi.*
60 *Diſpenſatio, dicitur odioſa.*
62 *Spurius & illegitimus facta legitimatione, deſinit eſſe talis.*
63 *Legitimatio, & filiatio, poteſt ſtare abſque potentia ſuccedendi.*
65 *Verbum idem & eadem clauſula, diuerſimodè poſſunt accipi, reſpectu diuerſitatis materiæ.*

CONSILIVM CLXXVI.

MVLTA ſunt quæ uidentur fortiter impedire, quo minus filius naturalis olim Franciſci de Cantagallina non poſsit conſequi hæreditatem paternā, nō obſtantibus legitimationibus de ſe factis,

Et

Et primò legitimationis ſiue legitimationum
ipſarum nullitas. nam quantum attinet ad legi-
timationem Imperialem videtur inualiditas eſ-
ſe euidens ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis
in cauſa agen. nam cum Claudius prætenſus le-
gitimatus non ſit ſubditus Imperatori, ſed ſedi
apoſtolicæ, non potuit Comes palatij Imperialis
in perſonam non ſubditam Imperatori exerce-
re talem poteſtatem. Nam ut tradit Abb. Anto. &
alij in cap. per venerabilem. qui fil. ſint legiti. actus
1 † legitimandi eſt iuriſdictionis. §. generaliter.
auct. quib. mod. nat. effi. ſui. & conſequenter non
poteſt exerceri in alieno territorio. ut not. in l. fi.
ff. de iuriſd. om. iud. & in cap. 2. de conſtitu. in 6.
cum allegat. per Dec. in conſ. 150. dubitatur. cum
2 ſimil. Et inde † in regno Neapolitano non poteſt
habere locum legitimatio Imperialis. Afflic. deciſ.
128. fuit dubitatum. Nec in dominio Veneto-
rum. Soc. Iun. conſ. 100. lib. 2. Nec in Ducatu Me
diolani. Curt in conſil. 165. Super præmiſſa. kolu.
14. verſic. quia ad iſta omnia. Et in ſpecie quòd
nec in terris eccleſiæ, Bal. in l. 1. C. de iu. aur. anul.
& Cano. in d. cap. per venerabilem. Pariſ. in conſi.
1. num. 103. vol. 1. & conſ. 2. num. 13. lib. 2. & hęc
opi. eſt communior. Soc. iun. in d. conſ. 100. num.
29. lib. 2. & per Caſſan. conſi. 31. nu. 13. & Rol. de
Val. conſi. 88. num. 25. lib. 1

Dato tamen quòd dicta Imperialis legitimatio
eſſet valida, & quòd nõ obſtet illam fuiſſe factam
in alieno territorio, nihilominus videtur quòd
in hac ſucceſsione veniant præponendi ipſi agna-
ti ipſi Claudio legitimato, ex quo in dicta legiti-
matione legitur iſta clauſula, dummodo tamen
legitimationes huiuſmodi per vos, & filios ue-
ſtros fiendæ non præiudicent filijs, & hæredibus
legitimis, & naturalibus: per quæ verba videtur
ius agnatorum integrum, & illæſum, cum dicta
clauſula fiat mentio non ſolum de filijs, ſed etiam
de hæredibus legitimis, nec in caſu noſtro requi-
ritur copulatiue, quòd quis ſit filius, & hæres le-
gitimus, ſed ſufficit alterutrum, vt in terminis
per multas rationes defendit Ruyn. in conſi. 103.
viſis legitimationibus. in 1. & 2. colum. lib. 3. ubi
etiam teſtatur de communi.

Nec dicatur quòd quamuis fortè ex hoc ca-
pite poſsit dici de nullitate legitimationis Im-
perialis, tamen dictus Claudius ſuſtinetur le-
gitimatus, & ſucceſſor ab inteſtato ex legitima-
tione facta authoritate Pontificia, cui non poteſt
opponi de defectu iuriſdictionis, & poteſtatis:
quia reſpondetur, quòd illa eſt nulla ex defectu
formæ, & ex omiſsione ordinis, & ſolennitatis,
3 Nam licet † princeps legitimare poſsit ſine aliqua
cauſæ cognitione, cum tamen hanc poteſtatem
cõceſsiſſet comiti, cenſetur, ſcilicet cõcedere cum
moderamine, id eſt, quòd exerceat cum cauſæ co-
gnitione, Bald. in l. teſtamentum. C. de teſtam.
& in l. ſcriptura. in 3. q. C. de precib. Imper. offer.
Alex. conſil. 94. conſideratis. colum. penul. lib. 1.
Dec. conſi. 579. in præſenti. colum. 1. Curt conſi.
73. verſic. veniamus. & per Ioan. Iaco. de Leon.
inter conſilia Soc. Iun conſil. 127. Pariſ. conſilio.
4 12. ſub num. 160. cum pluribus ſeq. † in qua cau
ſæ cognitione vtique agnati citandi fuerant, &
qui ex tali legitimatione lædi poterant. l. nam ita
diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.
cum allegatis per Socinum Iuni. in conſilio. 120.
num. 27. libro ſecundo. At in caſu noſtro nec ci-
tatio nec vlla cauſæ cognitio interuenit, merito,
&c. & hoc in legitimatione tenet Crot. in conſil.
99. in cauſa. colum. 2. verſ. ſecunda fuit ratio, ubi
5 alios ita tenentes allegat. Nec † in dubio præſu-
mitur quòd Comes Palatinus faciat id ex cauſa,
nam debet exprimi, & debet eſſe rationabilis, &
iuri conſona. Alexan. conſil. 94. colum. pen. lib. 1.
Dec. conſil. 288. Pariſ. conſilio. 6. numero. 37.
libro ſecundo, & ſi fuiſſet narratum quòd exta-
rent agnati, fortè Comes dictum Claudium non
legitimaſſet: unde talis legitimatio tanquam ſur-
reptitia valere non debet, ut nota. in cap. ſuper li-
teris, de reſcript. & in l. præſcriptione. C. ſi con-
tra ius uel vtil. publi. & in terminis legitimatio-
nis, per Curtium in conſil. 16. verſic. nam om-
nes qualitates. & Pariſ. conſi. 3. num. 87. libro. 2.
ubi poſt alios ampliat etiam ſi modica ſit ſurre-
ptio, & idem firmat in conſilio quintodecimo.
nu. 54. & ſeq. eodem vol.

Dato tamen quòd talis legitimatio ualeret,
nihilominus vehementer uidetur obſtare, quia
etiam ex tenore dictæ legitimationis non uide-
tur quòd dictus Claudius aſpirare poſsit ad hæ-
reditatem patris: quia in ipſa legitimatione ſi-
ue poteſtate legitimandi conceſſa à ſummo
6 Pontifice eſt aſſcripta clauſula, † quòd ualeat qui-
dem legitimatus ſuccedere, ſine tamen præiudi-
cio venientium ab inteſtato, adeo quòd etiam ſi
concedamus legitimationem ualere, quamdiu ta-
men ſuperſunt legitimi hęredes, & agnati uſque
ad quartum gradum, ſemper dictus Claudius re-
manet excluſus, vt eſt commun. opin. & intelli-
gentia circa illam clauſulam, & hanc interpreta-
tionem tenet Io. de Petru. de Monte ſpe. in l. fin.
C. de codicill. refert Nicol. de Vbal. in tractatu
ſucceſs. ab inteſt. in 1. par. colum. fi. Curt. in conſ.
72. ſuper memorata. colum. 10. ubi etiam teſta-
tur hanc eſſe communem, & ueriorem opinio-
nem. & Cro. in conſi. 99. in cauſa vertente. colum.
2. nu. quarto. Dec. in conſ. 437. in caſu propoſito.
colum. 1. & in conſil. 393. & aliàs ſæpius. & per
Socinum iuni. in conſi. 120. perſpectis. colum. 3.
num. 22. & 23. & in conſ. ſeq. num. 16. lib. ſecũdo.
Quę interpretatio ex ea ratione uidetur admit-
7 tenda, quòd † Priuilegium, & facultas legitiman-
di conceſſa Comiti, debet intelligi, ut minus lę-
dat ius commune quàm fieri poſsit. Gem. & alij
in cap. eos. §. primo. de tempo. ordi. in 6. Abb. in
cap. certificari. colum. tertia, de ſepult. Fely. in cap.
primo, de reſcript. nume. 18. & ſeq. Pariſ. conſil.
12. numero. 158. lib. ſecundo, at in caſu noſtro vi
dentur extare agnati uel legitimi hęredes intra

quartum gradum, meritò non videtur quòd do.
Claudius prætēſus filius legitimatus admitti poſ-
8 ſit, † cum limitata cauſa limitatum effectum pro-
ducat.l.in agris.ff.de acqui.rer.dom.l.cancellaue-
rat.ff.de his quæ in teſtam. delen. cum ſim.

9 Quartò quia filius quando legitimatur † adie-
cta illa clauſula, ſine præiudicio venientium ab in-
teſtato, ſolum hoc conſequitur: quia redditur ca-
pax ad ſuccedendum patri volenti, ut tradit Pau.
de Caſtr.in conſilio.85.præſuppoſito.in fine, &
in conſil.225.videndum eſt primò.colum. fin.&
per Corn. conſil. 3. & conſil. 34. colum.9.& alij
plures quos congerit Pariſ. conſil. 14. nume.44.
lib.2.in quibus locis concluditur per Doct.quòd
talis legitimatus ab inteſtato excluditur ab illis,
qui defuncto, de cuius bonis agitur, poterat ab
10 inteſtato ſuccedere. Corroboratur † talis in-
telligentia ex tenore, & verbis ſtatuti Peruſini in
libro ſecundo. cap. 25. noniſſimè reformati ſub
verſi.inſuper ſtatuimus.vbi diſponitur quòd filij
legitimati ſeu diſpenſati poſſint, & valeant ſucce-
dere, ſecundum tenorem, & valorem legitimatio-
nis & voluntatem ac diſpoſitionem ſui patris uel
alterius domini bonorum ipſum legitimantis, &
ſic dato quòd legitimatio non poſſit impugnari,
non tamen videtur poſſe fieri fundamentum in
ea, niſi concurrat etiam voluntas patris vocantis
filium ad ſuam ſucceſſionem, cum vtrunq, & legi
timatio, & voluntas patris copulatiuè requiri vi-
deatur.l.ſi hæredi plures.ff.de cond.& dem. & li-
cet forte probari poſſit, quòd pater erat intentio-
nis faciendi teſtamentum, & in eo inſtituendi di-
ctum eius filium, hoc tamen non ſufficit. mens
11 † enim quæ non tranſit in diſpoſitionis alicuius
ſpeciem, non curatur l.quidam cum filium. ff. de
12 hæred.inſtit.& † præſuppoſitum in mente reten
tum parum operatur.l.ſi repetēdi.C.de condi.ob
cau. Præterea cum pater ſciret vim ac tenorem le-
gitimationis à ſe impetratæ, & quòd ex ea non po
terat fieri præiudicium uenientibus ab inteſtato.
niſi mediante teſtamento, non teſtando videtur
tacitè reliquiſſe hæreditatem venientibus ab inte-
ſtato.l.conficiuntur.& l.ſi quis cum nullum. ff.de
codicil.Alex.conſil. 51.viſo.colum.1.volum.2.&
& conſi.1[illegible]7.videtur.colum.3.circa fin.volum.5.
Io.Iac.Leon.inter conſil. Soc. in conſ.121.lib.2.
colum.pen.verſi.corroborantur præmiſſa. Huc
accedit quod ex prædictis colligitur, quòd non ſu
mus in legitimatione, ſed in diſpenſatione: nam le
13 gitimatio † eſt cum fit vniuerſaliter ad omnia, di-
14 ſpenſatio † autem cum ad certam ſpeciem ſucceſ-
ſionis, & certo modo, Doct.in cap. per venerabilē
& in d.§.& quid ſi tantum. Dec.conſi.393.Socin.
iun.conſil.97.viſo puncto.nume. 4. & ſeq.lib.ſe-
cundo & conſi.120.num.17.& ſeq.eod. libro.&
propterea non ſolum citatio interuenire debuit,
& cauſæ cognitio, ſecundum ſupra alleg.ſed etiam
dicendum eſt quòd verſemur in actu odioſo, & in
quo facienda eſt ſtricta interpretatio, per ea quæ
adducuntur copioſè per Socinum iuniorem in
conſil. 93. nume. quarto, lib. tertio.

Sed iſtis non obſtantibus, contrarium eſſe pu.
to de iure verius, ſcilicet ꝙ iſte Claudius filius le-
gitimatus excludit omnes, & quoſcunq; agnatos,
aut aliàs legitimatos hæredes: & inhærendo prin-
cipali præſuppoſito quod faciunt omnes in hac
15 materia, dico ꝙ virtus, † & efficacia legitimatio-
nis tota pendet à verbis, & tenore priuilegij con-
ceſſi ipſi legitimanti.c.porro.de priui.l.fideiuſſo-
res.§.Aurelio.ff.de fideiuſ.Doct.in d.c.per uene-
rabilem.& in d.§.& quid ſi tantum. Paul.de Caſt.
in conſil.162. in præſenti cauſa.& conſil.127.ſu-
per primo dubio.late Pariſ.conſi.14.num.36.lib.
2.& paſſim Doct. De materia loquentes aſſumūt
hoc pro principali fundamento, vnde licet aliàs
16 † habenti poteſtatem legitimandi ſimpliciter non
competat facultas legitimandi ad feuda, habebit
tamen hanc facultatem ſi ſit ei expreſsè conceſ-
ſa, per alleg. per Pariſ.in conſi. 14. nume. 29.quo
ſtante non uidetur dubitandum quòd Claudius
excludit omnes agnatos, ſiue attēdamus legitima-
tionem Imperialem ſiue Pontificiam. Nam in Im
periali expreſsè dicitur quòd poſſit ab inteſtato
ſuccedere etiam in præiudicium quorumcunque
venientium ab inteſtato excepta cauſa aliorum fi-
liorum legitimè natorum, ita ut non poſſit in du-
bium reuocari tenor legitimationis. l. ille aut ille.
§.cum in verbis.ff.de leg.3.
17 Non obſt. † ꝙ Imperator non videatur habe-
re poteſtatem legitimandi in terris eccleſiæ; per
ea quæ ſupra allegata fuerunt. Primò, quia multi
ac magnæ authoritatis Doct. tenent contrarium,
ut Ioan.And.& Cald.in tit.qui fil.ſint legi. Bart.in
conſil.7[illegible].in fin.Bald.in conſi. 388. reſpondendo
ad dubia.colum.1.volum.5.Ioan.de Anan.conſi.
29. viſa.colum.2.Paul.de Caſt.conſil. 230. dubi-
tatur.Ang.conſi.29.ex themate.

Huius autem ſententiæ multæ rationes aſſerū-
tur per Doct.in d.c.per venerabilem, & per Ant.
Roſel.in ſuo tractatu legitimationis. lib.2, cap.de
legitimatis principum clementia.nume. 25.& per
Mayner.in l.quoties.nu.139.& ſeq.ff. de reg.iur.
& per Pariſ.in conſil.primo, colum.2.lib.1.num.
12. & ſeq. quibus addi poteſt illa etiam ratio:
18 † quia commu.tradunt Docto. quòd licet ius ca-
nonicum tractet de gradibus, & in eo tractatu
diſſideat in quibuſdam à iure ciuili, tamen in ma-
teria ſucceſſionis ſtatur iuri ciuili tam in enume-
ratione graduum quàm in modo ſucceſſionis
deferendæ, quod quidem uidemus quotidie
19 practicari, & † ius canonicum uel Papa de his ſe
minimè impedit: hinc ſequitur, quòd ſi hodie Im-
perator corrigeret uel ampliaret aliquam legem
ciuilem, & includeret uel excluderet aliquam
perſonam præter id quod eſt hodie diſpoſitum,
non uidetur dubium quòd hæc reſtrictio uel am-
pliatio haberet locum etiam in terris eccleſiæ:
arg.not.in c.tranſlato, de conſtit. itaque per mo-
dum legis propriæ coarctandæ uel ampliandæ po
teſt Imperator in terris eccleſiæ aliquos exclude-
re uel

re uel uocare ad hæreditatem uel ſucceſsionem,
multo magis conſentiendũ eſt id potuiſſe facere
in particulari perſona. Nec ob id dici poteſt oc-
cupare alienam iuriſdictionem & alienam meſſẽ,
cum totam hanc prouinciam & tractatum ſucce
dendi, ius Pontificium, & Papa reliquerit Im-
20 peratori. Legitimatio † autem facta à Comite Pa
latino cenſetur facta ab Imperatore. Bal. in l. 1. ff.
de tut. & cur. dat. ab his. Pariſ. conſi. 15. nu. 69. in
2. lib. Cur. conſi. 69. col. 5.
Secundò reſpon. quòd contraria opi. non p-
21 cedit † quando ligitimatio fit de plenitudine po
teſtatis, ut tenet Ant. de Roſ. in d. tract. lib. & cap.
& uu, ſupra allegi. quæ ſecunda reſponſio ſuſtine-
22 tur ex eo: quia † reſpectu vniuerſalis iuriſdi-
ctionis Imperator dicitur totius mundi Dominus
l. deprecatio. ff. ad l. Rhodi. de iact. & eſt ſum-
mus ſuperior. Bal. in l. pe. in princ. C. de bon. quæ
23 libe. & eſt † fons totius iuriſdictionis à quo
omnes aliæ deriuantur. Io. And. in add. ad Spec.
in tit. de iuriſd. om. iudi. & in qualibet mundi par
te poteſt illam exercere. Bal. in c. 1. qui feud. dare
poſſunt. & in c. j. de natu. feud. & in c. j. de pace. iu
ram. firm. & per Abb. in conſi. 84. 1 uolum. & per
Curt. conſilio. 95. col. 2. & quia legitimandi pote-
ſtas eſt de reſeruatis Principi in ſignum ſuperio
24 ritatis, & † licet aliqui præſcripſerint liberta-
tem, talis poteſtas legitimãdi nõ fuit præſcripta
priuatiuè ad Imperatorem. Bal. in l. Imperium. ff.
de iuriſd. om. iudi. & per Abb. in c. cũ nõ licet. an
te fi. de præſcrip. & per Bar. in l. hoſtes. ff. de capt.
& poſtlim. reuerſ. Dec. conſi. 55. uer. præterea &
ſecundo. & conſil. 107. nu. 11. & per Pariſ. in d. cõ
ſi. 2. col. 2. At in caſu noſtro apparet legitimatio
facta de plenitudine poteſtatis, & de plenitudine
poteſtatis derogatum ab Imperatore omnibus &
ſingulis quæ obſtarent legitimationi factæ etiam
extra fines Imperij, qua poteſtatis plenitudine po
tuit & Comes legitimando uti. Et licet Aug. Be-
ro in ſuis queſtionibus famil. q. 60. nu. 8. fuerit in
25 opi. q † Princeps & Imperator nõ poſsit plenitu-
dinẽ poteſtatis in alium transferre tanquã ſit de re
ſeruatis ſibi in priuilegium ſupremæ poteſtatis
arg. not. in c. 1. de tranſlat. epiſ. ſua tamen opi. vi-
detur eſſe ſingularis & contra communem. Co-
mes. n. poteſt vti plenitudine poteſtatis in legiti-
mando quando iſtud à Principe eſt ſpecialiter cõ
ceſſum ex quo Princeps ea uidetur uti, Bal. in l. cũ
filius. ff. de teſtam. mili. Paul. de Ca. conſi. 227 col.
pen. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fi. Alex.
conſi. 188. pſpectis. col. pe. in 5. And. Sicul. conſil.
34. col. 8. vol. 5. Cur. conſi. 64. uerſi. quod tamen.
inquit Sylua. conſil. 45. nu. 46. defendit Pariſ. in
in d. conſi. 1. nu. 110. & in conſi. 8. nu. 15. & ſeq.
ubi & alios plures alleg. lib. 2. Nec iſto caſu di-
ci poteſt, q plenitudo poteſtatis ſit in aliũ tranſla
ta: quia legitimatio facta à Comite Palatino cen-
ſetur facta ab Imperatore qui dedit poteſtatem
legitimandi. Gloſſ. & Bal. in l. 1. ff. de tu. & cur. da.
ab his. Pariſ. conſi. 15. nu. 69. lib. 2. Cur. conſi. 16.
clarus uir. colum. 8. in fi. uerſi. fortius ex quo: &
idem Pariſ. in d. conſi. 1. nu. 3. alioqui nec facultas
26 legitimandi poſſet in alium transferri, quia † & ip
ſa eſt de reſeruatis Principi. l. 1. & l. quoties. ff. de
na. reſti. & in l. 1. C. eo tit. Ant. Abb. & alij in dict.
c. per uenerabilem. Dec. cõſi. 15 . col. 2. Pariſ. cõſ.
3. nu. 8. & conſi. 9. nu. 82. lib. 2. Roſel. de Val. conſi
88. nu. 18. vol. 1.
Tertiò reſpon. quòd quidquid ſit circa alias le-
27 gitimationes circa eam † quæ fit uiuente & pe-
tente patre per modũ volũtariæ iuriſdictionis. cõ.
eſt opi. quòd poſsit fieri etiam extra territorium
legitimantis in perſonam non ſubditã. hanc dicit
magis comm. & approbatam Crot. in d. §. & quid
ſi tantũ. nu. 178. comm. dicit Pariſ. in d. conſi. pri.
nu. 9. & in con. 16. nu. 198. vol. 2. poſt Ant. de Ro
ſel. Mart. Laud. Pet. de Vbal. Præpo. Capr. Pau. de
Caſt. Dec. & alios in locis de quibus ibi per eum.
quorum pleriq; atteſtãtur etiam de comm. Com.
atteſtatur Dec. in conſi. 150. & Alex. in conſi. 14.
col. 3. uol. 7. com. teſtatur nouiſsime Iac. Aemil. in
conſi. 331. conſideratis. col. 3. uer. minus. etiam
quidquid dixerit Sozi. in d. conſi. 100. a qua opi.
quæ tot ac tantorum doctorum teſtimonijs pro-
batur communis non eſt ullo pacto recedendum
maximè: quia in caſu noſtro legitimatio Imperia-
lis iungitur legitimationi Apoſtolicę, ita ut iuriſdi
ctio imperialis dicatur in perſonam Claudij exer
citata quodammodo uolente pontifice: quo caſu
indubitanter legitimationem ualere omnes Doc.
tenent. Nec † dicatur quòd iſte quaſi conſenſus
28 Pontificis ſit limitatus, ut non procedat niſi ſine
præiudicio uenientium ab inteſtato, & quod limi
tata cauſa limitatum producit effectum, quia ut in
fra dicemus, hæc clauſula non præponit agnatos
filio legitimato, ſed ſolum filios natos ex matri-
monio legitimo. Quibus ſtantibus non eſt hæſi-
tandum Claudium agnatis eſſe præferendum, cũ
id expreſſè in eadem legitimatione ſtatuatur, in
qua nemo taliter legitimato præponitur niſi filius
legitimus & naturalis, neque hic quidem ſemper
& indiſtinctè ſed tum demum cum patri extitit
hæres ut in eadem clariſsime legitur, l. ille aut il-
le. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. cum vulg.
Nec ob. quod conſuluit Rui. conſi. 103. lib. 3.
29 † quia auctoritas eius non eſt neceſſaria, & cõtra
rium tenuit Sozi. in loco per eum alleg. & alij plu
res, imo propter magnam uarietatem Doct. pro-
babiliter dubitari poteſt quæ ſit comm. opin. ſed
dato quòd comm. opin. ſit quòd non requiratur
utriuſq; concurſus, ſed q illa (copula & hæredũ)
cõprehendat & hæredes extraneos. hoc tñ limi-
tatur quando uerbum (hæredibus) eſt iunctũ ali
cui uerbo uel qualitati quæ non conuenit extra-
neis. puta ſi ſit dictum pro filijs & hæredibus ma
ſculis, uel pro filijs & hæredibus uſq; in tertiã ge-
nerationem, quia tunc uerbũ, hæredibus, nõ in
cludit extraneos, ſed reſtringitur ad filios. Ita Io.
And. Ray. Bal. Pau. de Caſt. in locis de quibus per
Alex. in l. quod dicitur. nu. 17. ff. de uerb. obli. &

ſequitur ibidem Alex. Dec.conſ.345. & per allegata per Port.de Imol.conſ.16.lib.1.& communiter Doct.talis autem eſt caſus noſter imò minoris dubietatis, nã in legitimatione noſtra dicitur de filijs & hæredibus legitimis & naturalibus, quod uerbum(naturalibus) quod cõcludit totam orationem,non poteſt vllo pacto adaptari ad hæ-
30 redes extraneos,merito † ſi verba non cõueniſſe,
nec conuenit diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de dam.infect.nam ſi verbum,maſculis, quod poteſt verificari etiam in hærede extraneo,ut voluit Imol. in l.Caius.ff.ſolu.matr. nihilominus reſtringit verbum(hęredibus)ad filias tantum,& requirit concurſum vtriuſque, ſcilicet ꝙ quis ſit filius & hæres, quanto magis eſt idem dicendum de verbo na[illegible]us,quod nullo pacto poteſt adaptari ad agnatos & extraneos hæredes.¶Caſus autẽ in quo conſuluit Ruin.erat ꝙ clauſula de qua dubitabatur erat ita concepta,abſq; tamen filiorum præiudicio & hæredum,; nec ullum erat uerbum adiectũ,ex quo poſſet ſumi intelligentia ꝙ uerbũ hęredum,deberet intelligi de filijs. Præterea rõnes quib.mouetur Ruin.ꝙ partim non poſſunt adaptari ad caſum noſtrũ:partim ſunt friuolæ,& partim concludentes, adaptari non põt illa cõſideratio quam facit ꝙ in caſu ſuo non erat vnica ſed duæ rationes, at in caſu noſtro eſt unica ratio,
31 quæ concluditur verbo naturalium, quod † tan-
quam in fine poſitum refertur ad oĩa præcedentia.l.doli.ff.de verb.obl.not.in l.talis ſcriptura. ff. de leg.1.illa aũt conſideratio quæ fit per Ruin. ꝙ qñ fit mentio de hærede intelligendũ ſit de hęrede per aditionẽ,non(diſputando aliter de veritate huius dicti in caſu noſtro)nõ magis concludit ad excludendos filios q̃ ad excludendos agnatos. Ad illud aũt de uitanda ſuperfluitate dictæ clauſulæ, facile reſpondetur,quia plures caſus eſſe poſſunt, in quibus fieri põt ꝙ filius nõ ſit hæres patris, veluti ſi renunciauerit hæreditati paternæ, ſi ex delicto uel tãquam indignus ex aliqua cauſa excludatur,ſi excludatur à ſtatuto, ut ordinarie accidit in fœminis in Italia, in quibus omnibus caſibus legitimatum eſſe admittendum etiam ſtantibus filijs conſuluerunt Paul.de Caſtr.conſ.27.dicendũ eſt dictam hęreditatem pertinere.lib.2. Iaſ. conſ. 68.col.7.verſ.ſextò principaliter. col.pen. verſic. quartò notabiliter.lib.2.Rom.conſ.43.ad primũ quæſitum,in 3.dubio. ſequitur nouiſsime Tiraq. in l.ſi unquam.in glo.ſuper uerbo ſuſceperit liberos.num.107.C.de reuoc.dona.

Poſtremò, quia Rui. videtur facere fundamẽtum in not.per Doct. in l.Gallus.§.etiam ſi parente.ff.de lib.& poſth.& in l.quod dicitur. ff.de verb. obliga.aduertendum ꝙ quibus caſibus fir-
32 mant Doct. † non requiri concurſum copulato-
rum,mouentur ad ita tenendum vel ex veriſimili mente ſtipulantis,uel quia hæc interpretatio tendit ad fauorem eius, cuius contemplatione facta eſt diſpoſitio, putà ut quia poſsit ita accipiendo liberius de rebus in ſtipulationem deductis diſponere,quæ rationes non ſolùm ceſſant in caſu noſtro,ſed ẽt pugnant in oppoſitum,nam quis dicet uerſimilẽ mentem pàtris legitimantis filium, ita ut poſsit ſuccedere ab inteſtato, ꝙ uelit eis ab inteſtato agnatos præponi, contra d.l. nam & ſi parentibus.& l.ſcripto,cum ſimil. Item ꝙ agnati præferantur filio legitimato quis nõ dicet potius reputandum paternum incommodum quàm fauorem? ex quo apparet,ẽt ſi cætera deficerent nõ poſſe fundamentum fieri in dictis Doct. in locis ſupra alleg. maximè quia cùm legitimatio ſit donum principis,§.ſi uero is.auth.quib.mod; natu. effic.ſui.& dicatur ſuor.l.nuper.in fin.C.de nat. lib.ad fauorem filiorum benigniſsime & largiſsime eſt interpretanda. Alex. conſ.188. in 5. Dec. conſ.77.Pariſ.in d.conſ.1.nu.35.& paſsim Doct. & ſi aduertatur Ruin. in d. conſ. ita ſuſpensè loquitur ut videatur incedere ſuper prunas.

Venio nunc ad legitimationem Apoſtolicam, in qua omnis difficultas conſiſtit circa interpre-
33 tationem clauſulæ illius, † ſine tamen præiudicio
venientium ab inteſtato, pro cuius intellectu puto tria conſideranda & exponenda. Primò uerba alia poſita in legitimatione iuncta qualitate perſonæ ad quam uerba diriguntur. Secundò mentem iuris communis circa ſucceſsionẽ legitimatorum in comparationem agnatorum. Tertiò & vltimò cauſam finalem legitimationis.

Circa primũ habet Claudius legitimatus fundatã intentionem in uerbis legitimationis,in qua apparet legitimatus cum ptãte ſuccedendi ab in-
34 teſtato, † quæ uerba relata ad filiũ debent intelli-
gi ẽt ad excluſionẽ agnatorũ, cum ſint intelligenda,ſecundũ qualitatem perſonæ ad quam diriguntur.l.ſi quis filio exhęredato.§.irritũ. ff.de iniuſt. rup.&irri.fact.teſt.l.plenum.§.equitij. ff. de vſu & habi.c.& ſi quæſtiones.de ſimo.l.ex militari.ff. ff.de milit.teſtam.per quem text.dicit ibi Bald.ꝙ
35 † ſi Papa concedat ẽpo,ut poſsit tempore interdi-
cti celebrare miſſam,intelligitur ꝙ poſsit celebrare pontificaliter. faciunt quæ copioſe cumulat in hanc ſñiam Hippol.de Marſil.in rub. C.de probat.nu.18.& ſeq.& per Cagnol. in l. quoties idẽ ſermo.nu.5.ff.de reg.iur. Cum igitur uerba cantent in filio,uerbum(ab inteſtato)debet intelligi, prout conuenit ipſi filio, ſed filius in ſucceſsione ab inteſtato excludit agnatos.§.j.auth.de hære.& ab inteſt.&c.& id ẽt de iure municip. merito &c.

Circa ſecundum autem,ut uideamus cui magis in hac ſpecie mẽs legis & iuris communis diſpõ tribuat, & in materia ſucceſsionis an filio legitimato,an uero agnatis, modica uerſatur dubitatio:nam in multis ac multis magis tribuat lex ipſi legitimato quàm agnatis,agnatos autem nec in uno præfert ipſi legitimato.

Et primò conſiderando ſucceſsionẽ teſtamen-
36 to condito,habemus de legitimato ꝙ rumpit
teſtamentũ.Iac.de Belui.in §.qñ.auth. quib.mo. nat.effic.ſui.Bald. Ang. & Imol.in l.certum.ff.de iniuſt.rup.& irri.fact.teſt.Ang.in conſ.76. Præ-

ſuppoſita

ſuppoſita pro conſtanti, poſt prin. Ant. de Roſe. in
d. tractatu li. 1. col. antepen. uerſi. quæro an legi-
timatus. Abb. in conſil. 86. in quęſtione quę uer-
titur. col. prima. libro primo. Alcia. in rubrica. ff.
de lib. & poſthu. latè Tiraq. in l. ſi unquam. in Gl.
ſuper uerbo, ſuſceperit liberos. nume. 81. C. de
37 reuoc. don. Item † legitimatus habet ius cõ
tra tabulandi: ut per Docto. in locis ſupra alle-
gat. quòd . . legitur competere agna-
38 tis. Item † legitimatus excludit fœminas
quemadmodum & legitimus. Bal. l. eam quam.
col. 6. uerſi. item fuit quæſitum. C. de fideicom.
& in l. cum acutiſsimi. uerſi. idem puto de legiti-
matis. & ibidem Iaſ. ubi dicit ſe bis pro legitimato
conſuluiſſe & obtinuiſſe. Dec. conſilio. 365. col.
3. verſi. ſecundo in hoc ſimili Goza. conſi. 6. verſi.
quinto illud priuilegium. Brunus in tractatu de
ſtatutis exclud. fęm. in 4. q. 12. articulo. nouiſsime
per Vaſch. in ſuis tract. ſucceſsionum in titulo.
Qui ex teſtamento capere non poſſunt. libro
primo. §. 2. numero. 78. quod non cadit in agna
tis.
39 Item † legitimatus excludit ſubſtitutum qui
habet expreſſam voluntatem teſtatoris circun-
ſcripta Bulla Pij quarti, Doct. communiter in l.
generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Ti
raq. ubi ſupra. nu. 84. Mant. conſilio. 142. libr. 2.
ubi teſtatur de communi. Pariſ. conſil. 8. nu. 9. lib.
2. unde multo fortius agnatos.
40 Item † legitimatus dicitur ſuus. Bar. in l. 2. in
princ. uerſic. item quæro quid ſi aliquis filius. ff.
de vulga. & pupil. Bald. in l. eam quam. colum. 2.
C. de fideicom. Tiraquel. ubi ſupra numer. 78.
vbi plura cumulat, quæ appellatio non competit
agnatis.
41 Item † legitimato debetur legitima. Ben. de
Plumb. in diſputatione, ſtatuto Piſano. & cæ. Pa-
riſ. in conſil. 7. in princip. vol. 2. Ceph. conſil. 117.
numero. 7. quod de agnatis nunquam legi-
tur.
42 Poteſt † inſtitui coram duobus teſtibus Doc.
com. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C.
de teſtá. Dec. con. 258. col. 3. Guil. de Bened. in ca.
pi. Raynucius. ſuper uerbo uxorem nomine Ade-
laſiam. num. 27. quod non accidit in agnatis.
43 Imò fortius multi tenent ſimpliciter † legitima
tum reuocare præcedententem donationem non
iuxta terminos. l. ſi unquam. quos numeroſe ibi
congerit Tiraq. in d. loco. nu. 77.
44 Item † habet iura tam naturalia quàm ciui-
lia, idque uerè & non fictè ut ibidem per eundem.
nu. 92. & 93.
45 Demum † iuxta terminos noſtros præponitur
in ſucceſsione tranſuerſalibus. §. reliqui. & §. ſi-
quis ergo. auct. en. quib. mo. nat. effi. ſui. §. ſi-
quis igitur. auct. quib. mod. nat. effi. legi. Ex
quibus omnibus patet quòd iuris communis di-
ſpoſitio tam ab inteſtato quàm ex teſtamento lon
gè maiorem rationem habuit filiorum legitima-
torum quàm agnatorum. cum igitur capienda ſit
interpretatio quæ magis adhæret & conſonat in-
tentioni iuris communis. cap. cum dilectus. de
conſue. & in legitimatione Ruy. conſi. 88. colum.
ultima. libr. 3. nemo in dubium reuocare poterit
46 quòd uerbum † ab inteſtato, in legitimatione apo
ſtolica poſitum intelligi debet quòd talis legiti-
matus proponi debet agnatis non ſolum ex qua-
litate perſonæ & filiationis ſed etiam ex mente iu
ris, cum ius in multis, ac multis articulis præpo-
nat legitimatos agnatis, & ultra agnatos eos pri-
uilegiet, cum ex contrario agnati ipſi nec in uno
reperiantur priuilegiati vltra legitimatos, & ſic
hæc opi. pro legitimato multo magis conſonat iu
ri comm. quàm contraria.

Probatur & tertio intentio noſtra pro filio le-
gitimo contra agnatos argumentum ſumendo
47 † à cauſa finali ipſius legitimationis: nam legiti-
timandi uſus non aliam ob cauſam inuentus fuit
niſi ad ſupplendum defectum filiorum legitimo-
rum, & hæc cauſa non ſolum eſt conſiderata à iu-
re. d. §. reliqui, & §. ſi quis ergo. & §. ſi quis igitur.
& per tot. tit. auct. qui mo. na. effi. ſui. & quibus
mod. nat. effi. legi. ſed etiam eſt expreſſa in proœ-
mio ipſius noſtræ legitimationis, ex quo colligi
tur cauſa final. l. fi. ubi Bar. & Bal. ff. de hære. inſti.
& hæc eſt cauſa quę inducit mentem principis ad
concedendam legitimationem, ex quo ſcilicet
quis non habet filium legitimum & naturalem.
48 Hinc dicimus † non ualere legitimationem niſi
appareat principem fuiſſe certificatum quòd pa-
ter legitimare volens alios liberos & naturales
ſibi ſucceſſuros non habeat Ant. de Butr. in ca-
pitul. per uenerabilem. colum. 27. uerſic. credo ta-
men. Alexá. conſilio. 25. colum. penul. libro pri-
mo. Decius conſilio. 52 colum. final. & conſilio.
85. col. pen. cum alijs alleg. per Rol. de Val. con-
49 ſilio. 89. numero. 33. libro primo. unde † quę-
madmodum legitimis, & naturalibus ex uoto pa-
rentum hæreditas paterna debeatur cæteris exclu
ſis. d. l. nam & ſi parentibus. & dicta lege, ſcripto.
& filijs huiuſmodi tenetur pater thezaurizare. ca-
pitulo. prædicator. 16. quæſtione prima. ita
& legitimatis, qui ad ſupplendum defectum le-
gitimorum fuerunt à lege inuenti & a patribus le
gitimati, ut apparet ex his quæ ſupra legitimus
de facultate rumpendi teſtamentum, contra tabu
landi, & querelandi, & iuris petendi legitimam
& eius ſupplementum, & de alijs ſupra enume-
ratis & id clare ēt colligitur ex uerbis diſpoſitiuis
ipſius legitimationis, ex quibus apparet manife-
ſtè eam eſſe factam principaliter ad effectum con
ſequendæ hæreditatis ac ſucceſsionis paternæ,
alioqui ſi dicamus legitimatum non ſuccedere
excluſis agnatis, non ſolùm falſum erit eos per
omnia legitimis æquipatári, ut dicit lex, uel
ſupplere defectum legitimorum, uerum etiam
poterunt dici non eſſe in rerum natura, cum
50 † paria iudicentur non ſuccedere & non eſſe in
rerum natura. l. pater filium. ff. de inoff. teſtam.
l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. & ibi Bart. ff. ad Tertul. l. 1. §.

ſed & ſi patruus. ibi pro mortuo habetur. ff. de cõ
iung. cum eman. lib. cum his quæ late cõgerit Ti-
raq. in tract. primog. q. 53. nu. 53. nu. 16. quarta ra
tio quod quidem quam ſit contra intentionem &
legis & patris legitimantium non indiget aliqua
51 declaratione. Et facit adhuc, quia † naturalis
tantum abſque vlla legitimatione ſuccedit pa-
tri ab inteſtato in certa portione, & ex teſtamen-
to poteſt ſuccedere in vniuerſum non ſtantibus
legitimis & naturalibus. auct. licet. C. de natu. li. §.
ne igitur. ubi Bar. & Ang. auct. quib. mo. nat effi.
ſui. Pari. in d. conſil. 1. nume. 29. vnde ſi ſecuta
legitimatione non admittimus legitimatum ab
inteſtato in primo gradu non ſtantibus legitimis
legitimatio vel nihil operabitur quia ex teſtamen
to ſuccedere poteſt etiam quòd non extent legiti-
mati. dict. aucten. licet, uel etiam oberit, quia adi-
met portionem quam habituri erant tanquam na
turales ab inteſtato, ſi permãſiſſent in ſua natura-
litate contra. l. ſi quando. ff. de leg. 3. & l. quod fa-
uore. C. de leg. cum vulg. &c. contra uerba legiti-
mationis.

Nec dicatur quòd d. auct. licet, loquatur tan-
tum de naturalibus ſuſceptis ex concubina non
autem de natis ex ſoluto & ſoluta, quia reſpon-
deo quòd hodie fauorabiliores ſunt nati ex ſolu-
to & ſoluta quàm nati ex concubinatu: quia ius
52 † canonicum magis abhorret concubinatum quã
ſimplicem fornicationem, cum concubinatus in-
ducat diuturnum & continuum peccatum, ſim-
plex autem fornicatio momentaneum. vt not. in
c. ex parte, de teſtib. & in c. innotuit, de elect. ubi
Ioan. And. & Compoſt. & per Goffr. in ſumma, de
filijs presbyt. §. quod ſiquis. unde iura ciuilia lo-
quentia de natis ex concubina hodie faciliùs tra-
huntur ad filios natos ex ſoluto & ſoluta, & ita de
clarat Abb. in c. tanta. verſi. & aduerte diligenter
ante fin. qui fil. ſint leg. & ante eum tenuit Gloſſ.
com. approbata in l. ſi qua illuſtris, in fi. C. ad S.
C. Tertul. vnde reſpectu teſtamentariæ ſucceſsio
nis nihil tradit huiuſmodi legitimatio; & ſic falſa
ſa eſt declaratio tenentium quòd per legitimatio-
nem naturales conſequantur habilitatem ſuccedẽ
di ex teſtamento, reſpectu uerò ſucceſsionis ab in
teſtato plerumque adimeret cum rari ſint qui
decedant non relicto aliquo agnato intra quar
tum gradum, iuxta declarationem quam quidam
afferunt, quam puto falſam ut infra latius dice-
tur.

53 Non ob. quod † in hac legitimatione facta per
comitem Palatinum non interuenit cauſæ cogni-
tio & citatio: quia licet in diſpenſatione aut quã
do legitimatio fit mortuo patre, & poſt ius alte-
ri quæſitum requiratur huiuſmodi cauſæ cogni-
tio & citatio, ut per Deci. conſi. 307. col. penult.
uerſi. tertius caſus. & in alijs locis in contrarium
allegatis, cum tamen legitimatio fit uiuente & pe
tente patre nullis præſertim filiis legitimis & na-
turalibus extantibus; non requiritur aliquarum
perſonarum citatio, uel aliqua cauſæ cognitio.

Bart. & alij com. in d. §. & quid ſi tantum. Alexan.
d. conſilio. 188. libro. 5. Cald. conſi. 3. & conſil. 5.
qui. fil. ſint legit. conſenſus enim patris carentia
filiorum habetur pro cauſa legitima. Rol. de Val.
conſilio. 88. numero. 16. poſt Iaſ. Gozad. & alios
quos alleg. Boer. deciſ. 12. imò hoc habet lo-
cum etiam ſtantibus alijs filijs legitimis & natu-
ralibus. Sozin. iun. conſilio. 93. nu. 35. lib. 3. Ius
enim quòd agnati habent in ſpe non eſt conſide-
rabile, ita communiter Doct. in d. §. & quid ſi tan
tum. & Pariſ. in d. conſilio. primo. nume. 25. quod
indubitanter debet habere locum in caſu in
quo in legitimatione legitur hæc clauſula ſcilicet
non obſtante quòd hi de quorum præiudicio agi
tur non fuiſſent citati, imò illa ſpes quæ caret
uitio in filijs qui ſint in uita patris domini, in agna
tis uidetur improbata cum contineat votum ca-
ptandæ mortis & ſpectet caſum & aduerſam for-
tunam liberi hominis. l. fi. C. de pact. l. ſtipulatio
hoc modo concepta. cum ſua materia. ff. de ver.
oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. eo. tit. Bart. in
l. poſt emancipationem. ff. de lib. leg. & in l. is po-
teſt. in ſecunda & tertia col. ff. de acqui. hæred.
Alexand. in d. conſilio. 188. lib. 5. nume. 16. Ruy.
in d. §. & quid ſi tantum. numero. 187. ſatis eſt
igitur patrẽ conſentire. Abb. in d. c. per uenera-
bilem. uerſi. de agnatis. Corn. conſilio. 44. libro. 1.
& cumulatiſsime per Pariſ. in d. conſi. primo. nu.
25. & ſeq. & per to. conſil. & conſi. 10. nume. 27.
& ſequ. lib. 1. & ante eum pro communi Alexan
d. conſilio. 188. & cauſa legitima dicitur voluntas
patris legitimantis ut tradunt doct. in locis ſupra
alleg.

Non ob. quòd in caſu noſtro legitimatio con
54 tineat clauſulam † ſine tamen præiudicio uenien-
tium ab inteſtato. quæ ſecundum communem in
telligentiam (vt prætenditur) operatur: vt legi-
timatus nõ admittatur ſi extẽt agnati intra quar
tum gradum: quia reſpondetur quòd ad caſum
noſtrum illa intelligentia non debet adaptari,
& quòd commu. opin. Doct. eſt pro dicto Clau-
dio, vtrunque ſic deducitur. & primum conſide-
rando quòd doct. ita tenentes volunt præferri
agnatos intra quartum gradum, mouentur ex tri-
55 bus. Et primo quia debemus † legitimationis ver-
ba intelligere ut minus derogent iuri communi
quam ſit poſsibile. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.
cum vulg. Sed iſta ratio fortiter retorquetur,
quia legitimatus ſimpliciter iure communi exclu
dit agnatos. §. liceat igit. & §. ſit igitur. auc. q. mo.
na. effi. ſui. §. relinqui. §. illud tamen. & §. ſit igitur.
& utrobiq. per Bar. & Ang. auct. qui. mo. na. effi.
legi. & per Doct. in d. §. & quid ſi tantum. & in d.
cap. per uenerabilem. & per Soci. conſil. 95. lib.
quarto in princip. & ſtantibus legitimis ſuccedit
legitimatus vnà cum illis. Pariſi. conſilio
ſeptimo. in princip. & conſil. 10. numero. 74. &
ſeq. lib. ſecundo. & ſic licet aliqua uerba, & ali-
qua particula ſit intelligenda ut minus quã fie-
ri poſsit deroget iuri communi, tamen non eſt
uera

vera hæc præpoſitio, legitimatio vel actus legi-
timandi intelligendus eſt, ut minus deroget iuri
communi: quia eſſet contra iura ſupra allega. in
terminis. legitimatio enim habet naturam ſibi at
tributam à iure, cum legitimatus admittatur vnà
cum legitimis, vel ſaltem excludat agnatos. Si igi-
tur illa ſolum verba, ſcilicet ſine præiudicio ve-
nientium, &cæt. ſunt inteligenda ut minus quàm
fieri poſsit derogetur iuri communi, dicendum
eſt quòd illa verba, venientium ab inteſtato, uel
intelligantur de his quibus eſt ius quæſitum per
aditionem, vel de his qui veniunt virtute fidei-
commiſsi, vel de filijs tantum, vel aliquo ex mo-
dis de quibus per Angel. in conſil. 264. & per
Alexan. in conſil. 188. in 5. volum. & per Nicol. de
Vbal. in d. tract. & Ruyn. in d. conſil. 103. libro
3. dum minus derogetur iuri communi quod uo
cat legitimatos quàm fieri poſsit. Et quòd de fi-
lijs legitimis tm̃ intelligi debeat, & non de agna-
tis ſuadet multiplex ratio, & primo quòd ita in-
telligendo minus derogatur iuri communi quod
præfert legitimatum agnatis. Secundo quia filijs
videtur ius quæſitum cum ſint domini in uita pa-
tris. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. §. ſui autem. in-
ſtitu. de hæred. qual. & diff. quod non accidit in
agnatis. Tertiò quòd illa clauſula abſque tamen
præiudicio &cæt. uidetur continere exceptionem
quandam à diſpoſitione generali, ut ſi dicatur in
facultatibus Comitis Palatini, cõcedimus ut poſ-
ſit legitimare filios ſine tamen præiudicio uenien
tium ab inteſtato, ideſt filiorum uenientium ab in
teſtato, & hoc ſuadet vulgaris theorica, & tradi-
56 tio quòd † exceptio debet eſſe de regula uel de
contentis in regula. l. nam quod liquide. §. fin. ff.
pen. leg. & per Doct. in rub. & l. 1. ff. de re. iur.
Nec dicatur ꝙ ſecundum hanc intelligentiam
57 † exceptio eſſet de indubitabili cum ſemper fi-
lius ueniat ab inteſtato. auct. de hær. quæ ab inte-
ſtato. in princ. & §. 1. quia ſuperius oſtenſum eſt
ꝙ plures poſſunt eſſe caſus in quibus filij ab in-
teſtato non ſuccedunt. Item cum ex ſimplici legi-
timatione filius admittatur vnà cum legitimis, ut
per Pariſ. in conſil. 7. & 10. ſupra alleg. ſtante hac
clauſula unà cum legitimis non admittetur, & ſic
clauſula operabitur, & minus derogabitur iuri cõ
muni admittenti legitimatum ſine reſeruatione
uel exceptione aliquarum perſonarum. Secun-
da ratio quam adducunt Docto. in contrarium
adducti, eſt quòd ſatis videatur operari legitima-
tio cum faciat legitimatum capacem ex teſta-
mento, quam rationem poſuerũt poſt alios Ruy.
in d. conſi. 103. verſ. item non obſt. & Cro. in con
ſil. 99. colum. 2. in fi. Nico. in loco ſupra alleg. ſub
num. 119. Quæ quidem ratio non poteſt proce-
dere in caſu noſtro, cum ſimus in ea ſpecie filio-
rum naturalium: qui non ſtantibus filijs legiti-
mis (prout accidit in caſu noſtro) ex teſtamẽto ſi
ne ulla legitimatione ſunt vniuerſæ ſucceſsio-
nis capaces. d. auct. licet. & ſupra latius deductum
fuit, vnde dicta per Doct. ſunt intelligenda quan-
do eſſemus in filijs ſpurijs qui ex teſtamento
non ſunt capaces, quales ſunt nati ex his quorum
alter vel ambo erant conſtituti in matrimonio,
uel in filijs natis, ex coitu nefario, inceſto, & ſa-
crilego, & in ſumma in filijs in quibus non po-
teſt cadere legitimatio ſed ſolum diſpenſatio. Ceſ-
ſante igitur ratione allegata per Doct. ceſſare de-
bet illorum determinatio. arg. l. cum pater. §. dul-
ciſsimis, & quod ibi no. Bar. ff. de leg. 2. l. exigere.
§. quamuis. ff. de iu. patro. l. à Titio. ff. de verb. obl.
l. illud. ff. ad l. Aquil. & ſic ratio Doc. retorquetur.
Retorquetur, & tertiò, ratio, & auctoritas Bal.
in conſil. 245. inter conſil. Angel. ſi tamen illud
eſt conſilium ac non potius apoſtilla quædam,
& ſimul retorquetur auctoritas fundata ſub præ-
tenſa commu. opin. quæ originem traxit à dictis
ibidem per Bal. Nam dato, & non conceſſo, quòd
Doct. communiter approbent Bal. in loco ubi ſu-
pra, hæc tamen approbatio intelligenda eſt locum
habere in ipſis terminis in quibus loquitur Bald.
nec trahi debet aut poteſt ad caſus diſsimiles:
argu. l. fin. ff. de calum. & in l. Papin. exuli. ff. de mi
no. & not. per Bar. in l. non ſolum. §. liberationis.
ff. de lib. leg. & Bald. loquitur non in legitimatio-
ne ſed in diſpenſatione vel ſimplici habilitatio-
ne ad ſuccedendum, & præſupponit ꝙ is de quo
agebatur non eſſet legitimatus, & reſtitutus na-
turæ, & legitimationi antiquæ, ſed quòd ſolum eſ-
ſet habilitatus, & diſpenſatus ad ſuccedendũ, erant
enim in indulgentia illa à principe conceſſa hæc
tantum uerba. Succedere ualeas in bonis paren-
tum, & conſanguineorum tuorum abſque præiu-
dicio illorum, &cæt. Soc. quoque Iun. in d. conſil.
120. lib. 2. loquitur in diſpenſatione ut apparet ibi
num. 20. & 21. termini autem caſus noſtri ſunt
valde diſsimiles. nam Claudius eſt legitimatus in
ampla forma, ut apparet in illis uerbis legitima-
tionis, ac ſic de legitimo thoro ac matrimonio
procreatus eſſet in omnibus, & per omnia, & rur-
ſus ipſum iuri naturali primæuo, & natalibus an-
tiquis reſtituẽdo. Sunt in legitimatione, & aliæ ef-
ficaciſsimæ clauſulę, p quas importatur legitima-
tio, & non diſpenſatio, iuxta ea quę allegantur per
Rol. de Val. in conſi. 61. num. 50. lib. primo. etiam
ſi in priuilegio dictis clauſulis eſſet iunctum ver-
58 bum † diſpenſandi, hoc enim uerbum continet
omnem legitimationem. d. c. per uenerabilem, &
per Alciat. in conſil. 113. ſecundum primam im-
preſsionẽ, & ſi minus ita eſſet, nihilominus actus
59 † potius eſt aſcribendus naturę intrinſecę quàm
extrinſecę denominationi. l. ſi uno. ff. loca l. inſu-
lam. ff. de pręſcr. verb. Bar. & alij. in l. damni. la ter
tia. ff. de damn. infect. cum igitur uerſemur in le-
gitimatione, & ſic in actu fauorabili, non mirum
ſi alia facienda eſt interpretatio quam in diſpen-
60 ſatione † quę eſt odioſa. arg. cap. odia. de re. iu. in
6. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum. cum vulg.
Quinimo Fel. in c. cum olim. nu. 45. facit in diſpẽ-
ſatione eãdẽ interpretationẽ ad excluſionẽ agnato
rum quã nos cõtẽdimus faciẽdã in legitimatione.
Nec

Nec dicatur quòd iſta conſideratio non rele-
uet ex quo in priuilegio ſunt appoſita illa verba
61 † ſine præiudicio uenientium ab inteſtato.ex qui
bus cum ſint reſtrictiua videtur concludi quòd
ſimus potius in diſpenſatione, quàm in legitima-
62 tione:quia ex eo † non dicitur quis minus legiti
mus aut minus legitimatus, facta enim legitima
tione deſinit quis eſſe ſpurius & illegitimatus.Bal.
& Sal,in l.imperialis. C,de nupt.& illa clauſula nõ
reſpicit ſubſtantiam legitimationis. nam poteſt
63 ſtare † legitimatio, & filiatio abſque potentia
ſuccedendi,Bartol.in l,is poteſt.ff. de acquir. hæ-
red.puta ſi per renuntiationem uel ſtatutum re-
moueatur quis à ſucceſsione uel à patre iuſtè ex-
hæredetur, nam ex his non deſinit quis eſſe filius
uel legitimus: quia ſucceſsio non eſt de eſſentiali
ſubſtantia legitimationis ut declarat Soc.patruus
conſil.349. eleganter, & ſubtiliter, verſic. ſecun-
do, prima legitimatio, ſequitur Dec. conſ. 258.
colum.fin.Ruyn.conſ.75.num.10.& ſeq. & conſ.
86.num.4.volum.3.Goza.conſ.6.nu.64.& conſ.
29.num.31,& Soc.in conſil. 93. num. 41.& ſeq.
lib.tertio,& Curt,conſi.73.verſ.ſecundo reſpon-
64 demus,& ſi diceretur illa clauſula † ſine præiudi-
tio venientium ab inteſtato, ſemper idem ſigni-
ficat ubi vis ponatur argumento notatorum in l.
ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.primo,reſpon.
65 quòd non eſt nouum quod idem † verbum, &
eadem clauſula aliter accipiatur in materia fauo-
rabili aliter autem in materia odioſa,ut apparet in
verbo,& filiorum appellatione, quòd ſi ponatur
in materia odioſa non comprehendit nepotes, ſi
autem ponatur in materia fauorabili multoties
comprehendit, & nepotes:ut per Bart. in l. libe-
rorum,ff.de verb.ſign.& per Alex.in conſil. pri-
mo.lib.primo,& per Goza.conſ.4. & per Docto.
paſsim.idem videmus in vulgata illa,q.an & quan
do maſculinum concipiat femininũ, ut per Doct.
in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iudi. & in alijs
innumerabilibus iuris articulis, & hanc rationem
videtur ſentire,& ſequi Soc.Iun.in d.conſ,120.n.
20.& ſeq.li. 2.cũ igitur Bal. & cũ ſecuti loquantur
in terminis valde diuerſis à terminis caſus nr̃i, nõ
poteſt ſuper auctoritate illorũ fundamentũ fieri,
Poſtremò declaratio Bald. & ſequacium non
habet locum quando legitimatio eſt facta patre
66 conſentiente † quia tunc talis clauſula,ſine tamen
præiudicio &c. nihil operatur fauore agnatorum
& hanc eſſe com,opi.teſtatur Galia.in d.§.& quid
ſi tantum,num,90.poſt Paul. de Caſt. Aret.Alex.
Soc.Corn.Fely,& alios quos alleg.quibus adden-
di ſunt Ang.Anch.& Fulg.quos pro hac opi. enu
merat Crot.in conſ,100.& hanc eſſe com.opi.te-
ſtatur etiam Grat conſ.63. colum. pen. & Capy,
decis.22.& hanc etiam tenet Crot.ſibi contrarius
in d.§.& quid ſi tantum.num.144.dicens hanc eſ-
ſe magis tutam, & menti concedentis magis con-
ſonam,& nouiſsimè ſequitur Iac.Aemil. in conſi.
132.conſideratis.col. 5. verſi. poſtremo in quan-
tum,& Doc.qui allegantur in cõtrarium:ut omit-
tamus quòd loquantur in mera diſpenſatione ac-
cedit quòd aliqui non dicunt id ad quod allegan-
tur, vt eſt exemplum in Nicol. in d. tract. in lo-
co ſupra allegato:qui nihil firmat, & tamen ita al-
legatur quaſi contra nos firmiſsimè teneat.Et cer
tè cum pater legitimat filium hoc præcipuè cre-
dendus eſt ſpectare,ſcilicet ut filium habeat ſuc-
ceſſorem.quòd ſi poſt agnatos quarti gradus ſit
admittendus iam non filium ſibi legitimum con-
ſtitueret ſed agnatum, & cum in gradu ualde re-
moto ſcilicet in quinto, quod eſſet abſurdiſsimũ,
ex quibus concluditur quòd nec quo ad effectum
ſuccedendi iſta legitimatio eſt diminuta.
67 Non obſtat † quòd ſtatutum videtur exigere
quòd ad hoc ut legitimatus ſuccedere valeat non
ſufficiat legitimatio ſola ſed requiratur etiam uo-
luntas legitimant s: quia ut omittamus quòd vo-
luntas in caſu noſtro poteſt dici concurrere unà
cum legitimatione,cum legitimatus ſuccedat etiã
ab inteſtato tam regulariter,& iure communi quã
etiam ſpecialiter in caſu noſtro ſecundum ea quæ
ſupra dicta fuerunt, & propterea videatur tacitè
etiam teſtator. d. Claudium uocaſſe l. ſi quis non
nullum. & l. conficiun. ur. ff. de iu.codicil.& per
Soc.Iun.in d.conſi.120.num.25.lib.2.dico quòd
mens ſtatuentium vel dictantium dictum ſtatutũ
de quorum numero ego fui vnus, fuit nihil velle
alterare in iſta materia, ſed totam velle relinquere
diſpoſitioni iuris communis,quod quidem ius cõ
mune cum vocet aliquos ad ſucceſsiones uel ex
teſtamento vel ab inteſtato. l.j.ff.de pet.hære.vo-
luit ſtatutum ex teſtamento ſeruari tenorem te-
ſtamenti, & ob id dixit ſcilicet uoluntatem ac di-
ſpoſitionem patris uel alterius domini bonorum.
ab inteſtato autem ſeruari voluit tenorem ac va-
lorem legitimationis ſecundum quem in caſu no-
ſtro debet Claudius legitimatus ſuccedere iuxta
ea quæ ſupra latè deducta fuerunt.nec voluit ſta-
tutum quòd ſi quis ex tenore, & valore ſuæ legiti
mationis poſſet ad hæreditatem patris legitima-
tus ſuccedere,vt deduximus eſſe in caſu noſtro,au
ferre,& tollere iſtud ius filio legitimato niſi cõcur
reret ẽt teſtm̃ paternum:nam iſtud eſſet abſurdiſ-
ſimum, & contra intentionem, & uerba ipſorum
ſtatuentium, & patris legitimantis, ex quibus &c.
Io.Paulus Lancelottus Iuriſconſultus Peruſinus.

CONSILIVM D. BALTHASARIS Quintij de ciuitate Aquilæ.I.V.D,

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus quando verba diuerſimodè intelliguntur, tot ſunt ſubſtitutiones quot perſonæ.*
2 *Subſtitutio fideicommiſſaria plura vniformiter concernens vnica eſt ſubſtitutio.*
3 *Subſtitutio fideicõmiſſaria facta pluribus p copulam,uel cũ adiectione nominis collectiui, ſubſtitutũ excludit.niſi in perſona omnium cõditio exiſtat.*

Subſtitutio

4 *Subſtitutio facta ſub pluribus conditionibus, an debeant omninò omnes exiſtere.*

5 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus tribus ex cauſis præſumitur vnica. & nu. 6. 7. & 8.*

9 *Actus geminatus eſt maximè importãtia. & n. 12.*

10 *Actus geminatus in relinquente cui veniebat imponenda pœna pecuniaria, facit vt imponatur pœna capitis.*

11 *Actus geminatus facit de vnica ſubſtõne plures.*

13 *Accidentialia oſtendunt cauſam finalem.*

14 *Accidentialia oſtendunt materiam lucidiorem.*

15 *Præfationes declarant mentem.*

16 *Hæres patris & ſubſtitutus filio impuberi an poſſit præterire hæreditatem filij.*

17 *Hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris & nu. 89.*

18 *Subſtitutio ſimpliciter facta pluribus non debet diuerſo iure cenſeri.*

19 *Subſtitutio ſimpliciter facta per exiſtentiam filiorum expirat.*

20 *Verba teſtatoris ſunt lex. & nu. 91.*

21 *Pater inſtituens filios & adinuicem ſubſtituens hac conditione ſi ſine filijs decederent, habet animum bona conſeruandi in familia.*

22 *Pater inſtituens filios & ſubſtituens hac conditione, ſi ſine filijs decederent: non vult bona tranſire in extraneum.*

23 *Subſtitutio fideicom facta cum conditione ſi ſine filijs decederent, in euentum conditionis bona remanent cum onere reſtitutionis.*

24 *Hæreditas affecta onere reſtõnis cũ eo ſemp manet.*

25 *Subſtitutio reciproca facta filijs inſtitutis tendit ad ipſos includendum & extraneum excludendum.*

26 *Filij in conditione poſiti videntur habere ſpem ſuccedendi patruo. & nu. 82. & 103.*

27 *Spes cauſata à teſtamento aui non expirat.*

28 *Superuenientia filiorum grauati tollit ſpem nepotibus ſuccedendi patruo.*

29 *Inducta ad includendum non debent excludere, & nu. 52 & 57.*

30 *Inſtitutio facta duobus filijs ad inuicem ſubſtitutis quem ſenſum habeat.*

31 *Copulatiua poſita inter duo ſubſtantiua reſoluitur in ſuam ſolutam.*

32 *Subſtitutio dicitur ſeparatim facta quando copulatiua reſoluitur in ſuam ſolutam.*

33 *Copulatiua in ſuam ſolutam reſoluta duplicat uerbum diſpoſitiuum.*

34 *Hæreditas non adita tranſmittitur ad liberos.*

35 *Conditio diffinitiue concepta æquipollet uniuerſali.*

36 *Conditio, ſi ſine filijs, quando plures ſunt inſtituti, requiritur quòd in omnibus uerificetur. & nu. 110.*

37 *Conditio ſi ſine filijs: filij ipſi cenſentur poſiti ad defectum conditionis.*

38 *Vnius excluſio alterius eſt incluſio.*

39 *Conditionis defectus cenſetur ratio cur ſit adiecta conditio.*

40 *Ratio quæ ſumitur ex defectu conditionis quæ ſit. & nu. 64. & 66.*

41 *Fauore filiorum alternatiua reſoluitur in copulam & num. 44.*

42 *Filius & pater cenſentur eadẽ perſona, & quod intelligantur in is fictione. nu. 131.*

43 *Filius poteſt allegare omnes rationes quas poſſet allegare eius pater ſi viueret. & nu. 81.*

45 *Legatum in quo ſunt uocati hæredes ſi legatarius moriatur ante teſtatorem tranſmittit legatum.*

46 *Arg de legato ad inſtitutionem ualidum eſt.*

47 *Subſtitutio reciproca per defectum conditionis in perſona vnius deficit.*

48 *Fideicommiſſum conditionale ante conditionem non dicitur collatum.*

49 *Fideicommiſſum conditionale poſt defectum conditionem non eſt amplius in natura.*

50 *Vtile per inutile non vitiatur.*

51 *Filij poſiti in conditione non ſunt diſpoſitiue uocati, ſpe tamen patris hæreditatem habent & nu. 101.*

53 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

54 *Subſtitutio facta ultimo non inducit reciprocam inter inſtitutos.*

55 *Subſtitutio indefinitè cõcepta per hæc uerba, ſi quis hæredum meorum deceſſerit volo hæreditatẽ meã diſtribui inter pauperes Chriſti; intelligitur ſolum de parte decedentis ſine filijs.*

56 *Subſtitutio indefinitè concepta differt ab uniuerſali.*

58 *Subſtitutio reciproca facta pluribus ſi unus decedat cum filijs, filij ſuccedunt in portione patris ſui.*

59 *Filij qui ſucceſſerunt patri ſuo ſi vnus aliorum hæredum repudiat non admittuntur cum alijs hæredibus in portione repudiantis.*

60 *Inſtitutus nõ trãſmittit ſpem ſubſtõnis ad hæredes.*

61 *In conditione poſiti ad hoc vt cenſeantur diſpoſitiue uocati, quæ requirantur & nu. 62.*

63 *Fideicommiſſum ad hoc vt inducatur ex coniectura, requiritur quòd illa coniectura ſumatur ex expreſſo.*

66 *Conditione exiſtente in perſonam unius tunc non habet effectum ſubſtitutio: quia teſtator voluit admitti ſubſtitutum ad totam hæreditatem.*

67 *Subſtitutio vnica non poteſt diuerſis temporibus cedere.*

68 *Subſtitutio cum conditione, ſi ambo ſine filijs decederent, an ſit unica ex propria ſignificatione uerborum. & uniformis. nu. 71.*

69 *Obligatio principalis de dando eſt diuidua, tamen effectus eſt indiuiduus, in caſu non dati, quia committatur ſtipulatio pœnalis.*

70 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates ualidum eſt.*

72 *Subſtitutio uniformis eſt indiuiſibilis tamen ex poſt facto diuidi poteſt. nu. 73.*

74 *Subſtitutio reciproca cum conditione ſi ſine filijs, dum alter cum filijs decedit expirat.*

75 *Subſtitutio fideicommiſſaria caſu quo poſſit interpretari plures ſubſtitutiones, an ſubſtitutus poſſit admitti.*

76 *Subſtitutio facta ſub nomine collectiuo an ſemper habeatur pro vna.*

77 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta filijs inſtitutis cum conditione, ſi ſine filijs, quare cenſetur coniunctim facta.*

Subſtitutio

78 Subſtitutio fideicommiſſaria cum conditione ſi ſine filijs deceſſerint, an habeat locum ſi omnes ſine filijs non deceſſerint.

79 Subſtitutionis reciproca natura quæ ſit.

80 Subſtitutione reciproca ceſſante, an ceſſet vñ quare teſtator voluit eſſe ambobus facta, quando ſubſtitutio fideicom. ſit coniunctim facta.

83 Subſtituto excluſo remanet facultas teſtandi ei cui facta eſt ſubſtitutio.

84 Conditio adiecta diſpoſitioni reſpiciens uniformiter totam diſpoſitionem in ea facit conditionem.

85 Conditione uniformi deficien. in perſona vnius an deficiat totum fideicommiſſum.

86 Intellectus ad l. qui patris. ff. de acquir. vel omitten. hered.

87 Conditionale fideicommiſſum pendente conditione non tranſmittitur.

88 Conditio in diſpoſitione appoſita formam inducit.

90 Hæres nomen omnes ſignificat ſucceſſores.

92 Fideicommiſſum ad hoc vt inducatur requiritur ſignificatio verborum ſaltem ex larga ſignificatione in conſequentiam expreſſi.

93 Subſtitutio fideicommiſſaria facta à teſtatore ſine expreſſione de filijs naſcituris, refert ſe ad iuris diſpoſitionem.

94 Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.

95 Subſtitutio conditionalis nil ponit in eſſe.

96 Verbum uidetur, denotat improprietatem et ſumitur ex interpretatione & coniectura non ex ſignificatione & nu. 97.

98 Coniectura voluntatis teſtatoris ſumitur in conſequentiam expreſſi.

99 Filij in conditione poſiti dum ſuccedunt patri conſeruantur bona in familia.

100 Subſtitutione reciproca ceſſante per exiſtentiam filiorum hæreditas nõ dicitur affecta onere reſtitutionis.

102 Filij patre viuente ſunt quomodo domini hæreditatis paternæ.

104 Filij poſiti in conditione ad extinguendum fideicommiſſum repugnat quod uelint illum inducere: et num. 116.

105 Conditio vno tempore non poteſt diuerſos effectus operare.

106 Hæreditatis viuentis ſpes dicitur uana.

107 Copulatiua reſoluitur in ſuam ſolutam quando conditiones per ſe ſtant principaliter ad unam diſpoſitionem.

108 Conditiones coniunctæ per copulam vel ſignum uniuerſale uel collectiuum ad unam diſpoſitionem requiritur eorum concurſus.

109 Copulatiua non reſoluitur in ſuam ſolutam quando adeſt unicum uerbum diſpoſitiuum.

111 Hæreditas viuentis non dicitur hæreditas.

112 Subſtitutio reciproca non inducit fideicommiſſum.

113 Hæreditatis uiuentis non licet tractare.

114 Subſtitutio ad hoc vt habeat effectum requiritur quod verificetur in omnibus conditio in ea poſita.

115 Conditione in ſubſtitutione appoſita defecta, impoſſibile eſt ipſam uerificari.

117 Paulus de Caſtro ſibi contrarius.

118 Incluſio unius eſt excluſio alterius, quomodo procedat.

119 Ad incluſionem actus requiritur quid diſponens.

120 Conditionis defectus cenſetur ratio cur teſtator noluit fideicommiſſum deberi.

121 Communem ſectari opinionem paruum eſt niſi ratio eius conſideretur.

122 Scribentium turba plus difficultatis & tenebrarum multoties attulerunt.

123 Communium opinionum collectores non ſunt aliqua laude digni, & opus laborioſum & non ſubtile ſtudent nu. 124.

125 Intellectus ad l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſtit.

126 Subſtitutio vulgaris expirat poſt aditam hæreditatem.

127 Conditio non eſſet ſuperflua.

128 Conditionis prima exiſtentia facit locum ſubſtituto.

129 Subſtitutio facta filio in pupillari ætate cum conditione ſi ſine filijs deceſſerit, quomodo debeat intelligi ad hoc vt non ſit ſuperflua.

130 Alternatiua ſi reſoluatur in copulam, quando adeſt conditio non inducit diſpoſitionem.

132 Altera eſt perſona patris altera filij.

133 Dictio quaſi, eſt nota improprietatis.

134 Filiorum exiſtentia facit ceſſare reciprocam ſubſtitutionem.

135 Subſtitutionis reciproca natura quæ ſit.

136 Subſtitutione reciproca ceſſante an ceſſet diſpoſitio.

137 Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad ſuos liberos.

138 Subſtitutum quis poſſit excludere.

139 Dictio tantum, eſt excluſiua.

140 Coniunctiua quando reſoluatur in disiunctiua & quæ ſit ratio & 141.

142 Intellectus ad l generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit.

143 Donatio facta Titio & hæredibus, an dicatur noua donatio in hæredes.

144 Teſtator uocando filios diſpoſitiue cenſetur etiam vocaſſe in prælegato.

145 Subſtitutio fideicõmiſſaria facta p hęc uerba, quicquid ex bonis meis, an tunc in reſtitutione veniant legata.

146 Taciti & expreſſi eadem eſt ratio.

147 Quę ueniunt in cõſequentiam à pari procedunt expreſſis.

148 Subſtitutio quę fit indefinitè legata comprehendit.

149 Propoſitum non diuerſificatur ubi non eſt diuerſitas rationis.

150 Legata continentur in hęreditate.

151 Hęreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habebat tempore mortis.

152 Legatum delibatur ab hæreditate.

153 Fideicommiſſum uniuerſale purum & legatũ conditionale, an in reſtitutione ueniat legatum.

154 Hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem an intelligatur de legato.

155 Legata an ueniant appellatione inſtitutionis uel ſubſtitutionis.

Legata

156 *Legata an ueniant in fideicommiſſo de portione hæreditatis.*
157 *Intellectus ad l.liberto. §. filius. ff. de annuis legat.*
158 *Legata alio iure quàm hæreditario ad hæredem per uenta non ueniunt in generali fideicommiſſo.*
159 *Dictio, quidquid, omne ſignificat.*
160 *Argumentum de expreſſo ad tacitum non ualet quando non conſtat de mente.*
161 *Argumentum de expreſſo ad tacitum non ualet quando expreſſio requiritur pro forma.*
162 *Conditio nil ponit ineſſe.*
163 *Conditionale, & indefinitum in quo differant.*
164 *Hæreditas quando dicatur ſucceſſio in uniuerſum ius.*
165 *Hæres an poſſit diſponere de legato.*

CONSILIVM CLXXVII.

ADSIT Principijs Virgo bea-
ta meis. Species facti talis eſt,
Antonius Merlotti de Cõcor-
dia ſuum vltimum condidit te
ſtamentum.in quo inſtituit Pe
trum, & Balbum, quos inuicẽ
ſubſtituit, caſu quo ſine filijs
decederent, hac tamen adiecta cõditione,quòd ſi
ambo ſine filijs decederent ſubſtituit eis Vitum
extraneum:mortuus eſt teſtator,& demum mor-
tuus fuit alter ex filijs inſtitutis.relictis Paulo, &
Andræa eius filijs. ultimo verò loco mortuus eſt
hæres inſtitutus ſine filijs, condito tamen teſta-
mento,& inſtituto Matthæo extraneo eius hære-
de. Quæritur modò an hæreditas dicti vltimi de-
cedentis pertineat ad Paulum,& Andræam nepo-
tes vigore ſubſtitutionis factæ ab auo, & ſic ſpes
ſuccedendi ſit tranſlata in ipſos an ad hæredem in
ſtitutum,& ſic ad Matthæum extraneum,& qua-
tenus ſpectet ad ipſos nepotes an debeant habere
præcipuum legatum vltra hæreditatem.

Pro clariori intelligentia caſus præpoſiti præ-
1 mittendum eſt,& primò, † quotieſcunque in ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria facta duobus uel plu-
ribus verba diuerſimodè intelliguntur, & tunc
erunt tot ſubſtitutiones quot perſonæ quibus fit
ſubſtitutio, & quilibet per ſe dicetur grauatus in
ſua portione,& cuiuſcunque perſona exiſtat con-
dicio habebit effectum ſubſtitutio. l. uel ſingulis.
ff. de vulga. & pupil.l. pater filium. §. fin. ff. ad l.
Falcid.Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Tre-
2 bel.num.5.† ſecus ubi plura vniformiter concer
nit.Ang.de Peruſ. conſi. 395.conſultatione præ-
dicta.num. 6. Dec. conſil. 186.num.2.parte pri-
ma. Diuino.

3 Secundò præmittendum eſt quòd † quotieſcun-
que ſubſtitutio fit pluribus per copulam,aut cum
adiectione nominis collectiui, quia dixit teſtator
ſi ambo vel omnes vel ſi vterque,& tunc ſecun-
dum propriam ſignificationem verborum,ſubſti
tutus excluditur, niſi in perſonam omnium con-
ditio extiterit.tex.eſt in d.§.cum ita,& ibi Bart. in
fine.num.5.& ibidem Paul.de Caſt.& D.Alexan.
num.12.l.ſi duobus.ff.de leg.2.l. ſi neceſſarias. §.
ſi annua.ff.de pigno.actio.Barto.in l.hoc articu-
lo.ff.de hæred.inſtitu.notant Doct.in l.pen.C.de
impub.& alijs ſubſtitut.ideo dicetur conditio ip-
ſa deficere,niſi in perſona omnium non exiſtat. l.
ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.c.ſolitæ.
de maior.& obedi.l.procurator.& ibi gl. C.man.
4 & quia † iſtæ conditiones ſunt coniunctæ,& pro-
pterea videtur omnino quòd omnes exiſtant. l. ſi
hæredi plures.ff. de conditio. & demon. Ang.de
Peruſio conſ.39.num.8. Quædam domina Bilia.
Franciſcus Aret.conſi.1.num.1.

5 Tertiò & ultimò præmittendum eſt,ꝙ † Do-
ctores tres enumarant cauſas propter quas præſu
mitur teſtatorem vnicam uoluiſſe fore ſubſtitu-
tionem factã pluribus ſub conditione,puta prout
in caſu noſtro quando dictum fuit, ſi ſine liberis,
quando non eſſet expreſſum nomen collectiuum,
6 videlicet prima quando inter illos quibus † facta
eſt ſubſtitutio foret locus iuri accreſcendi.Secun-
7 da † quando inter ipſos fuit facta reciproca prout
8 in propoſito caſu. Tertia † quando inter eos fo-
ret potentia ſuccedendi ab inteſtato, ſed in caſu
propoſito ſunt verba expreſſa, & reciproca quę
9 operantur geminationem actus † qui eſt maximę
potentię.& effectus,ut uoluit Bart.in l.1.C.de ſu-
per exacto. lib.10.& ibidem Bald.& D.Alexan.in
10 apoſtillis, qui dixerunt quòd † propter actum ge-
minatum accuſatus de crimine pro quo uenitur
ponenda pœna pecuniaria poteſt capitaliter pu-
niri. D. Benedictus de Capra Perſinus in tracta-
tu ſubſtitutio.inter ſuas regulas in 5.ſpecie.num.
71.in fine, tenet quòd propter geminationem
11 actus † in alio propoſito ſubſtitutio quę cenſeba
tur vnica cenſetur plures, vbi plura cumulat, &
12 quod † multum operatur Fran.de Aret.conſilio
74. diligenter.num.5.Orol. de Val. conſilio. 71.
num.50.viſis priuilegijs.idem. conſi. 72. volum.
2.nu.29.factum ſic ſe habet. & uolum. 1.conſ.5.
nu.21.pulchra dubitatio.Marianus Soc.iun.cõſi.
31.num.5.uol.1.

13 Quę premiſi † ut appareat cauſa finalis. text.
14 eſt in l.fin.ff.de hęred.inſtitu.& ut † materia lu-
cidior demonſtraretur,ut ibi Bald.dicit:prędfatio-
15 nes † enim declarant mentem, ſecũdum R rolan.
de Valle conſ.8.uolum.1.num.60.Illuſtris domi.
Marianus Soc.iun.conſi.21.uolum.1. nu. 2.diri-
gat. Modo ueniendum ad rationes quas pro utra
que parte urgent.

Et primò ꝙ dicti filij, & ſic nepotes utriuſq;
teſtatoris ſuccedant,facit optimè text. in l.qui pa-
tris. de acquiren. uel omitten. hæredi. ubi ille
16 qui † fuit hęres patris, & ſubſtitutus filio impu-
beri hęreditatem filij non poteſt pręterire, eo-
dem modo in caſu iſto, iſti filij fuerunt hęredes
aui, & ſubſtituti filio decedente ſine filijs, ergo
non poſſunt priuari hęreditate filij,& ſic patrui:
nec poteſt dici quòd ſunt hęredes eorum patris,
& non

17 & non aui: quia † hæres hęredis dicitur hæres te
ſtatoris. l.fi.C. de hæred.inſtit.& ibi Bar. & Do-
ctor. Marian.Sozi iun.conſi.20.nu.2.vol.1.

18 Secundò facit, quia † ſubſtitutio facta per
Antonium non debet diuerſo iure cenſeri.l.quã
uis.C.de impu. & ſubſtitu.Dec. conſil.186.nu.2.
vol.2. modo dico ſic,ſi teſtator ſimpliciter ſubſti
19 tuiſſet † & nil dixiſſet de filijs, certum eſt quòd
propter procreationem filiorum ſubſtitutio eua-
neſceret.vt eſt tex.in l.cum acutiſsimi.C.de fideic.
in l. cum auus. ff. de conditio. & demõ.ſed cum
20 † habemus uerba expreſſa teſtatoris quæ ſunt
lex ut probat tex. in auc. diſponat.§. de nup.col.
3.Fran.de Aretio conſi.68.diligenter.num.8.Ma
ri.So.iun.conſi.105.nu.2.non videtur poſſe dubi
tari,q̃n dicti filij & ſic nepotes utriuſq; teſtatoris
non pręferantur hæredi inſtituto à patruo.

21 Tertiò facit, quia Antonius † primus teſtator
dum inſtituit filios ſuos & ad inuicem ſubſtituit
caſu quo ſine filijs decederent, uidetur habuiſſe
animum bona ipſa conſeruandi in familia, & pro-
22 pterea † noluiſſe bona tranſire in extraneum, vt
notat Soci.in l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Trebel.
23 & ſic ad filium, caſu quo † ſine filijs decederet
24 cum eodem onere remaneret,& hæreditas † quę
eſt affecta onere ſubſtitutionis & ſic reſtitutionis
cum eo ſemper manet donec fiat realis reſtitutio.
l.priuilegia. ff.de reg. iu.& ibi Dec.& cæteri.

25 Quartò facit; quia † ſubſtitutio filijs facta per
teſtatorem ad inuicem tendit ad excludendum ex
traneum & ad includendum filios naſcituros in
26 defectum condicionis, & ſic nati † quòd ſunt ui-
dentur ſpe habere ſucceſsionem patrui, & ipſa
27 ſpes † nunquam poteſt euaneſcere tanquam cau
ſata à teſtamento aui & ſic à primo fonte, niſi
28 propter ſuperuenientiam filiorum grauati: mo-
29 do † cum tendat ad ipſos includendum nõ debet
diuerſum effectum operari.l. legata inutiliter fa-
cta.ff.de adim.lega.l.quod fauore.ff.de legi.& ibi
per ſcribentes.Dec.conſi.527.parte.4.nume.13.
Ange.de Peru.conſi.327.ſtatutum.num.8.

30 Quintò facit,quia quotieſcunque teſtator in-
ſtituit duos filios & dixit, quibus ſubſtituo, uel
Titio & Seio ſubſtituo,prout in propoſito ubi di
ctum fuit, quos ad inuicem ſubſtituo. quæ verba
habent hunc ſenſum, videlicet Titio ſubſtituo,
31 & Seio ſubſtituo. † illa copula,reſoluitur in ſuam
ſolutam.l.ſæpe. ff. de uerb. ſigni. Bar.in l.ſtis qui
ducenta.§.utrum. ff. de rebus dub. ubi copulati-
ua quæ ponitur inter duo ſubſtantiua reſoluitur
32 in ſuam ſolutam, ideo † ſequitur quòd ſubſtitu-
33 tio dicatur ſeparatim facta quia † reſoluendo illã
in ſuam ſolutam duplicatur uerbum diſpoſitiuum
ſubſtituò, modò cum filij & ſic nepotes teſtato-
ris ſint poſiti in locum patris ſui, uidetur q̃ ad ip
ſos pertineat hæreditas patrui, & non ad hæredẽ
34 per patruum ſcriptũ. Nec poteſt † dici quòd hæ
reditas non adita non tranſmittitur, quia hoc nõ
habet locum in liberis.l.apud hoſtes. C.de ſuis &
legititi.l. hæreditate. §.filius.ff.de caſtr.pecu.Bar.
in l.ſi filius qui patris. ff.de vulg. & pupil.in l.2.§.
ſiquis ex liberis.ff.ad Tertul. in l. uentre. ff. de ac-
quir.here.nu.12.

35 Sextò facit: quia quotieſcunque † conditio eſt
indefinita ita quòd æquipolleat vniuerſali, prout
in propoſito ubi habentur uerba, quòd ſi ambo
ſine filijs deceſſerint ſubſtituo extraneum, quæ
verba æquipollent vniuerſali.l. ſi pluribus. ff.de
leg.2.Dec.conſi.285.in quarta par. nu.8.& in ter
minis tenuit Pau.de Ca.conſi.356.in principio.in
2.vol. ſi contingit, ubi uoluit quòd etiam ſi ſubſti
tutio ſit facta ſub nomine collectiuo q̃ in ultimo
decedente ſine filijs habeat locum ſubſtitutio,&
36 tunc ipſa † conditio non verificatur in vno, quia
intelligẽdo ut uerba ſonant, requiritur quòd ue
rificetur in omnibus, & ſic q̃ omnes ſine filijs de
cedant. Hoc etiam alio propoſito uoluit Bart. in
l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad Trebel.opponendo
de l.quamuis.C.de impube. & alijs ſubſtit.modò
37 cum iſta conditio non ſit uerificata filij, & † ſic
nepotes ex altero fratre nati uidentur eſſe in con
ditione ad defectum ipſius conditionis & ſic ad
exclusionem extranei, quæ excluſio † eſt eorum
38 incluſio.l.cum prætor.ff.de iud. c.nonne benedi-
cimus. extra de pręſumptio.

39 Septimo facit q̃a † cõdicionis appoſitę defectus
cenſetur cauſa eu ratio curſit adiecta conditio,&
non adimplementum conditionis, videlicet il-
40 la,ſi ſine filijs. &c. quę ratio † eſt, quòd uoluit
filios pręferri ſubſtituto extraneo.l.filius familiàs,
§.cum quis.ff.de leg. 1.l.Lucius.ff.de hęred.inſti-
tuen.la.2. modò ſi propter ſuperuenientiam filio
rũ uoluit ipſos extraneo pręferri,ideo eis ex uolũ
tate aui debetur hæreditas patrui, & alternatiua
41 † reſoluitur in copulam.ut communiter uolunt
Doct.in dicta.l.Lucius.

42 Octauo facit, q̃a filius † & pater cenſetur eadẽ
perſona, & ſic nepos ex primo filio cenſetur per
ſona patris ſui & retinet eius locum.l.fi. C.de im
pu.& alijs ſubſt.§.ei uero.inſti.de inuti. ſtip.& ſic
43 poteſt † allegare omnes rationes ad excluſio-
nem extranei quas poſſet allegare eius pater
ſi uiueret, & dicere ſubſtitutionem factã ad con
ſeruationem legitimæ ſucceſsionis inter deſcendẽ
tes.

44 Nono facit † quia fauor filiorum ad hoc ut
hæreditas conſeruetur in familia & non tranſeat
in extraneum,cõiunctiua reſoluitur in diſiunctiuã,
l.generaliter. C.de inſtit. & ſubſt. Ang.de Peru,
conſi. 63. quæritur & quæſtio.nu.3.eodem mo-
do in caſu propoſito cum filij cenſeantur eadem
perſona patris, iuribus ſuperius allegatis. ideo,
&c.

Decimò & ultimò facit id quod uoluit Deci.
45 conſilio. 369. & 374. ubi vult quòd † in ca-
ſu quo alicui ſit factum legatum ad quod hæ-
redes ſunt uocati etiam quòd legatarius moria-
tur ante teſtatorem, quòd tunc & eo caſu lega-
tum tranſmittitur ad hæredes ex teſtantis uolun-
tate, non obſtante quòd legatarius deceſſerit ui-

uo te-

46 no teſtatore. Nam ſi licitum eſt urgere de lega-
to ad inſtitutionem & econtra. l. penult. C. de in
ſtit. & ſubſt. Oroſius de Valle cõſi. 93. vol. 1. nu-
me. 2. perlectis uerbis. Marianus Sozin. Iunior
conſi. 216. nume. 28. vol. 1. Pari modo in pro-
poſito, cum ipſi filij ſint poſiti in conditione de-
bent cenſeri uocati ex uoluntate teſtantis. Imò
multo plus cum hęres non ſit mortuus ante teſta
torem, ex quibus uidetur dicendum ipſos filios
præferendos eſſe hæredi inſtituto à patruo.
His tamen non obſtantibus contrariam ſentẽ
tiam de iure fore ueriorem cenſeo, & heredẽ in-
ſtitutum conſequi debere hæreditatem dicti te-
ſtatoris iuxta formam teſtamenti. ad quod firmã
dum, primo in medium afferam iura pro hac
parte facientia, & deinde omnia producta & al-
legata in contrarium delentur.
Et primò pro parte hæredis inſtituti dicitur
ſecure & recte heredem inſtitutum ex quo non
reuocatur in dubium de uiribus teſtamenti, ſed
tantum de poteſtate teſtantis propter fideicom-
miſſariam ſubſtitutionem, ad quam oſtendendã,
47 dicitur † quòd reciproca ſubſtitutio deficiente
conditione ex parte unius deficit ſubſtitutio. Glo.
in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad. Trebell. & ibi
Bart. Alex. & ſcribentes, & idem text. in dicto. §.
cum ita, in his uerbis, ceſſante prima ſubſtitutio-
ne; & quamquam non nulla iura, & opiniones
Doctorum in contrarium poſſent adaptari, tamẽ
ad hoc animnorer in allegatione contrariorum
ad omnia quæ in contrarium poſſent aduci, di-
48 cimus, quod † conditionale fideicommiſſum an
te conditionem non poteſt dici collatum in ip-
ſum fideicommiſſariũ, l. 1. ff. de reg. Catonia. Alex.
in l. ita tamen. §. quis ſuſpectam. ad. Trebell. nu. 6.
per l. Paulo Calimacho. §. 1. ff. de leg. 3. & poſt
49 † conditionem defectam non poteſt dici ſibi da
tum cum non ſit amplius in rerum natura, nec
poteſt dici quòd ex quo filios poſuit in conditio
ne ad excluſionem extranei qui poſſet dicere, be-
ne uerum eſt quòd deficit ſubſtitutio reciproca
ob defectum conditionis: ſed quid ad uos, ego ſũ
ſubſtitutus ultimo filio & omnibus in caſu quo
50 mori contingeret omnes ſine filijs, & † utile per
inutile non debet uitiari. l. 1. §. penul. ff. de uerb.
obliga. Maria. Sozi. Iunior conſi. 147. num. 29.
volum. ſecun. Decius conſi. 432. numer. 18. in 3.
51 vol. ideo † non poteſt eſſe quòd filij poſiti in cõ-
ditione ad excludendum extraneum cenſeantur
diſpoſitiue uocati. Gloſſ. in l. Lucius. ff. de hæred.
inſtitu. Decius conſi. 87. nume. 14. volum. ſecun.
& 291. nume. 8. eo. vol. Maria. Sozi. Iuni. conſil.
4. nume. 7. volum. 1. & conſi. 27. nume. 14. idem
conſi. 151. nu. 10. vol. 2. Paulus de Caſtro conſi.
78. volum. 1. conſi. 356. volum. ſecundo, & 237.
52 eo. vol. aliàs † poſiti ad vnum finem diuerſum
operarent, contra l. quod fauore. C. de legi. Præ-
terea ut inferius oſtendam ipſis filijs & ſic ne-
potibus eſſe tantum reſeruatum ius ſuccedendi
53 ab inteſtato, & ſtante † cauſa teſtati ceſſat cauſa
inteſtati. l. quamdiu. la 2. ff. de acqui. hære. l. 3. §. fi.
ff. de liberis & poſth.
54 Secundò vbicunque ſubſtitutio † fuit ſimpli-
citer facta ultimo non tamen expreſſim in toto, illi
filij ſeu heredes non uidentur inuicem ſubſtitu
ti, ita firmat Bar. & Doc. commu. in l. uel ſingu-
lis. ff. de vulg. & pup. quæ quidem concluſio am-
pliatur per Bal. Ang. & Imo. ibi quod ſi teſtator dixerit
55 ſi quis † hęredum meorum deceſſerit uolo hęredi
tatem meã diſtribui inter pauperes Chriſti, illa
indefinita (hęreditatem) intelligatur ſolum de par
56 te decedentis ſine filis, quia † differt ab vniuer-
ſali. l. ſi Titius ex parte. ff. de leg. 3. Maria. Soz. In.
conſi. 125. num. 6. & 21. vol. 1. & 128. num. 120.
eo. vo. eodem modo in propoſito dũ teſtator ſub
ſtituit & poſuit filios in conditione ad excluſio-
nem extranei, cenſetur tantum illos uocaſſe in hæ
reditate patris eorum, cum non ſumatur conie-
ctura ſufficiens, & neceſſaria ad illos uocandum
57 in hæreditate alterius filij & ſic patrui, quia † po
ſita ad extinguendum fideicommiſſum non de-
bent illũ inducere. l. legata inutiliter. ff. de leg. 3.
Ang. de Pe. in alleg. conſi. 317. cum concordanti.
58 Tertiò abſ ſunt † plures hæredes inſtituti, & ad
inuicem ſubſtituti, ſi unus eorum decedat eorum
filij ſuccedũt in portionem patris ſui, ſi euenit po
ſtea quod unum aliorum hæredum repudiat portio
nem ſuam, & ſic euenit caſus ſubſtitutionis, quæ-
59 ritur an † filij qui ſucceſſerunt in locum patris
in ſimul admittantur ad ſucceſſionem? & dicitur
quòd non. tex. eſt ad litteram in l. qui plures. ff.
de vulg. & pupil. & ibi Gloſſ. in uerbo extiterunt
declarat, uidelicet, extiterunt hæredes nullo me
diãte hærede. qui tex. uidetur decidere caſum no-
60 ſtrum ex quia hæres † inſtitutus non tranſmit-
tit ſpem ſubſtitutionis ad heredes. l. qui liberis.
§. hęc uerba. ff. de vulg. & pupi. ad litteram, ibi ne-
que pater qui per filium neque dominus qui per
ſeruum neque hæredis hæres, qui non ex iudicio
venerint. Bar. in l. Lucius, eo. tit. de vul. n. 20. & in
d. l. qui plures. Maria. Soc. In. conſ. 117. n. 3. in vol. 1.
61 Quarto ad hoc ut quis in conditione poſitus
cenſeatur diſpoſitiue uocatus duo requirunt, uideli
62 cet quod ſit expreſsim ſubſtitutus, alterũ † quod conie
cturæ formantur in conſequentiã expreſsi. primum
probat per Bar. in l. uel ſingulis. ff. de vul. & pup.
& ſequuntur ſcribentes, ſecundum probatur quia
tionem quantum uolumus firmare coniecturam, quod
ex quo teſtator poſuit filios in conditione cenſeã
63 tur diſpoſitiue uocati, illa † coniectura non ſumi-
tur ad inducendum diſpoſitionẽ niſi in conſequẽ
tiam expreſſi. l. quidam cum filium. ff. de hæred.
inſtit. ſed in caſu noſtro nil aliud fuit expreſſũ præ
64 ter quod poſuit eos in conditione cuius † cõditio-
nis defectus potius cenſet ratio ſeu cauſa propter
quam uoluit fideicom. deberi, ideo nullo modo
uidentur diſpoſitiue uocati, cum aliud requirere-
tur, & in terminis tenuit D. Marianus Soz. Iun. in
conſi. 41. nu. 5. ubi plura congerit.
65 Quinmò clarum eſt in iure quòd † caſu quo

teſtator noluit admitti ſubſtitutũ niſi caſu quo
admitti poſsit ad totá hæreditatem, quo caſu non
haberet effectum ſubſtitutio exiſtente códitione
in perſona unius tantum: & in terminis tenuit
Mar. Soz. Iun. cóſi. 41. nu. 64. vol. 2. ubi multa cõ
66 gerit, & eſt † ratio: quia tunc voluit eſſe unicam
ſubſtitutionẽ de tota hæreditate ſimul, prout in
propoſito noſtro habemus mentem teſtatoris cla
ram dum dixit, ſi ambo ſine filijs &c. ut voluit Io.
Calder. in titu. de teſta. conſi. 4. etiam quòd eſſet
67 relictũ ad pias cauſas. & conſi. 37. & cum † ſit
unica ſubſtitutio non poteſt diuerſis tempori-
bus cedere. l. ſiquis ita ſtipuletur. ff. de verb. obli.
l. cum in annos. cum. l. ſequenti. ff. quando dies.
68 leg. ced. & ex propria † ſignificatione verborum
etiam eſt unica ſubſtitutio, & ſubſtitutus non ad-
mittitur exiſtente conditione in perſona vnius
tantum. Bar. in l. quidam teſtamento. ff. de vulg.
& pupil. verſi. & preſens limitatio.

Sextò facit, id quod voluit Bart. Alex. & ceteri
in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. in octaua oppo-
69 ſitione. Bar. ubi uoluit † quòd principalis obli-
gatio de damno quamquam ſit diuidua non ta-
men diuiditur effectus eius in caſu non dati inte-
graliter quin committatur ſtipulatio pœnalis, &
in propoſito tenuit Bart. in l. Baliſta. ff. ad Trebel.
nu. 1. eodem modo in caſu propoſito, cum lici-
70 tum † ſit arguere de contractibus ad ultimas uolũ-
tates. & pactum inter hæredes. ff. de pac. l. quæ le-
gata. ff. de legat. 1. Deci. conſil. 59. vol. 1. Maria.
71 Sozi. Iu. conſi. 26. nu. 28. vol. 1. ubi dictum † eſt.
ſi ambo ſine filijs quæ eſt diſpoſitio uniformis ut
72 volunt doct. in dicto. §. cum ita. quia † diſpoſitio
eſt indiuiſibilis. Ang. de Peruſio conſil. 39. num.
73 8. quedam domina Bilia, quamuis † ex poſt facto
poſsit diuidi: quia ſemper verum eſt non eſſe ſi-
ne filijs mortuũ cum vnus decedit relictis filijs
qui faciunt deficere conditionem.

Septimò & vltimo facit: quia dum ſubſtitutio
74 reciproca † facta inter ipſos filios inſtitutos ex
quo ſubſtitutus eſt extraneus in caſu conditio-
nis, ſi uterque ſine filijs, dum alter decedit cum fi-
lijs ceſſat illa reciproca inter inſtitutos, etiam hoc
iure. ff. de vulg. & pupil. dict. §. cum ita ſuperius
allegato. Bartol. notat. in l. Lucius. ſupra allegata.
75 nu. 8. Bald. de Caſt. conſil. 356. vol. 2. & ſic † vide-
tur poſſe admitti ſubſtitutum caſu quo poſſent in-
terpretari plures ſubſtitutiones, ſed cum ſit uni-
76 ca † ſubſtitutio nomine collectiuo pro una ſem-
per habetur. Mar. Soz. Iun. conſil. 171. nu. 1. &
77 21. vol. 2. ſed † tamen ſubeſt alia ratio & cauſa, p
pter quam cenſetur dicta ſubſtitutio coniunctim
& collectiue facta inter eos, videlicet, ne præiudi-
cet ſucceſsioni inteſtati inter nepotes ex filio na-
tos & fratrem. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de
legat. 1. Paulus de Caſtro conſil. 228. vol. 3. Ma-
rianus Soz. Iu. conſi. 42. nume. 15. vol. 1. & conſi.
162. nume. 12. vol. 2. Deci. conſil. 291. nume.
78 8. vol. 2. & † in terminis idem Decius tenuit q
talis ſubſtitutio non habet locum niſi omnes ſi-
ne filijs deceſſerint. conſi. 289. nume. 14. vol.
79 2. diuino. & † ratio eſt: quia etiam quòd ceſſet re
ciproca, de cuius natura eſt ut fiant aut cõmerſ
ſio, ut voluit. D. Bened. Cap. Peruſinus inter ſuas
regulas in tractatu ſubſtitutionum in quarta ſpe-
80 cie. n. 26. & 72. ubi cõcordantes aducit, non † ta-
mẽ uidetur ceſſare ratio ſeu cauſa propter quam
teſtator uoluit ſubſtitutionem intelligi ab ambobus
81 factam coniunctim. Et hoc † probatur hac ratio
ne. Nã filij & ſic nepotes teſtatoris ſuccedunt in
locum patris ſui. inſtitu. de hæredita. quæ ab in-
teſta. deferun. §. cum filijs. & poſſunt (ut ſupra di-
ximus) allegare omnes rationes quas poſſet alle-
82 gare eorum pater, & ſic † uiget ſpes ſuccedendi
ab inteſtato inter ipſos & patruum, quo caſu ex-
83 cludunt ſubſtitutum, quo † excluſo remanet libe
ra facultas teſtandi inter eos, ſed condito teſtamẽ
to à patruo & inſtituto hærede nil ad nepotes,
Quæ concluſio eſt uerisſima, & probatur condi
84 denti ratione. Nã † conditio adiecta diſpoſitioni
reſpiciens uniformiter totam diſpoſitionem fa
cit conditionem in tota diſpoſitione. l. fin. §. Seio
ff. de leg. 2. l. Lucius Paulus. l. quæ conditio. ff. de
conditio. & demonſtra. Bar. in l. Seio Caio. ad fi-
85 nem. ff. de fun. inſtr. ideo † deficiente conditio-
ne in perſona unius facit deficere totum fideicõ
& non poteſt habere effectum, prææallegato conſi.
Decij. 287. vol. 2. nume. 14. & eo defecto non re
manet facultas teſtandi fideicom. eſto quòd ne-
potes nec ex reciproca neque diſpoſitiue ſine do-
cati, ut ſuperius oſtenſum fuit.

Prædictis ſic firmatis & pro indubitatis in rim
re habitis, reliquum eſt reſpondere ad contraria
ſuperius aducta, quibus reiectis remanebit firma
concluſio pro patre hæredis inſtituti.

Et primò non obſtat primum fundamentum
86 ſuperius aductum † de l. q. patris. ubi ille qui fuit
heres patris & ſubſtitutus filio, non poteſt præte
rire hereditatem filij: quia ibi loquitur in iure ac-
creſcendi ut ibi tex. dicit, ſecus eſt in caſu noſtro
in quo non eſt locus iuri accreſcendi cum pupil-
lari ſubſtitutione: ut ibi in his uerbis. Nam ſi ip-
ſum inuitum obligat, eſt Glo. in uerbo obligat.
87 ſecus † eſt in fideicom. conditionali quia penden
te conditione non potuit tranſmitti. Glo. in d. §.
cum ita. ab omnibus approbata. & tex. in l. codete
dia. §. ubi uero ſub cõditione. ff. de ver. ſig. Maria-
88 So. Iu. cõſi. 117. nu. 10. vo. 1. & † conditio in di
ſpoſitione appoſita formã inducit ut uoluit idem
Maria. Soz. conſ. 85. vol. 2. nu. 15. & uol. 1. conſi.
128. nu. 197. Nec obſtat quòd hæres hæredis di
89 citur heres teſtatoris: quia † hæres heredis di-
citur heres teſtatoris alio mediante hærede. l.
qui liberis. §. hæc uerba. ff. de vulg. & pupil. nec
ex eo quòd prædicti filij in conditione poſiti non
ſuccedunt eorum patruo in fideicomiſ. conditio-
90 nali amittunt nomen hæredis: quia † iſtud no-
men hæres omnes ſignificat ſucceſſores. l. hære-
dis appellatione. ff. de uerb. ſigni. idem Soz. in con
ſil. 18. nume. 16. vol. 2.

Non

Non obſtat ſecundum quòd ſubſtitutio non
debet diuerſo iure cenſeri, & quòd ſi non fuiſſet
facta mentio de filijs in ſubſtitutione per procrea
tionem filiorum euaneſceret ſubſtitutio, & quòd
verba teſtatoris ſunt lex, quia reſpondetur quòd
91 verum eſt † quòd uerba teſtatoris ſunt lex auten-
tic. diſponat. allegat. de nup. §. ſed hoc facit cõtra
92 filias: quia verba nõ ſignificát, & † ad inducendũ
fideicom. requiritur ſignificatio verborum, ſal-
tem ex larga ſignificatione in conſequentiam ex-
preſsi. l. in ambiguo. ff. de rebus dub. l. Labeo. in
fine. ff. de ſuppel. leg. l. ſi quis in fundi vocabulo.
ff. de leg. 1. & ibi Doct. & in caſu quo non feciſ-
ſet mentionem de filijs, verum eſt quòd propter
exiſtentiam filiorum euaneſceret ſubſtitutio: quia
93 † tunc teſtator ſe remiſiſſet ad diſpoſitionem iu-
ris. l. in his. ff. de conditio. & demonſtratio. ſed
94 † quando diſpoſuit, prouiſio hominis facit ceſ-
ſare prouiſionem legis. l. final. C. de pact. con-
uen. l. ſi maritus. C. de procurato. Et in contrario
Decius loquitur in ſubſtõne facta ſimpliciter,
95 & non conditionaliter † quæ nil ponit in eſſe ut
voluit idem Maria. Soc. conſi. 65. num. 60. vol. 1.

Non obſtat tertium quòd teſtator videatur ha
bere animum bona conſeruandi in familia, &
quòd hæreditas eſt affecta onere reſtitutionis,
96 quia reſpondetur quòd † verbum, videtur, de-
97 notat improprietatem, & † ſumitur ex inter-
prætatione, & coniectura, non autem ex ſignifi-
catione. l. nec emptio. in fine, & ibi gl. ff. de cõtra-
98 hen. empt. & † coniectura quæ ſumitur ex volun
tate teſtatoris, ſumitur in conſequentiam expreſ-
ſi, & in his terminis procedere poteſt opinio Soc.
& hoc voluit Bald. in l. vnica C. de ijs qui ante
aper. tabu. Iaſ. in l. poteſt. ff. de vulg. & pupil. &
99 † in caſu propoſito conſeruat bona in filios, &
100 ſic in familia, nec † poteſt dici hæreditas affe-
cta aliquo onere reſtitutionis ceſſante conditio-
ne per exiſtentiam filiorum, ac ceſſante recipro-
ca inter inſtitutos. dicta l. iam hoc iure. notat Bar.
in d. l. Lucius. nu. 8. & Dominus Benedictus Ca-
pra in loco ſuperius allegato.

101. † Non obſtat quartum quòd ſubſtitutio facta
filijs tendat ad excludendum extraneum, & inclu-
dendum filios naſcituros, & quòd ſpe uideantur
habere ſucceſsionem patrui, & quæ adducta ſunt
ad vnum effectum non debent aliud operari, quia
reſpondetur quòd ipſi filij ſunt tantum in con-
ditione poſiti, & non diſpoſitiue vocati, & ſatis
102 habent hæreditatem patris ſui ſpe cum † ſint
quodãmodo Domini. §. ei uerò. inſtitu. de inutil.
103 ſtip. l. fi. C. de impu. & §. ſimiliter patrui. ex quo
habent ſpem ſuccedendi ab inteſtato. l. filius fa-
104 miliàs. §. cum quis. ff. de leg. 1. Nam † hoc repu-
gnat quòd ſint poſiti in conditione ad extinguen
dum fideicomm. vel illud inducere, quod ad-
mittendum non eſt. Idem Maria. Soc. conſil. 94.
105 nu. 5. vol. 1. Et † uno tempore ipſa conditio ope-
raretur diuerſos effectus: quod eſſe non poteſt, ut
eleganter voluit præceptor meus D. Hieronymus
Torniellus in l. Centurio. in quæſtione, an filij po
ſiti in conditione &c. cuius repetitionem habeo
106 manu ſcriptam dato † etiam quòd poſſemus di-
cere illam fore ſpem uanam de hæreditate uiuen-
tis. & in terminis extat conſi. eiuſdem Maria. Soc.
118. num. 30. vol. 1.

Non obſtat quintum de l. ſæpe. & de doctrina
Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. quòd copula-
107 tiua reſoluitur in ſuam ſolutam: quia † reſponde
tur quòd illud procedit quando conditiones prin
cipaliter per ſe ſtant reſpectiue ad unam diſpoſi-
tionem, & hoc tenet Bart. in d. l. ſi is qui ducenta.
§. vtrum. colum. 3. & in l. ſcire debemus. colum. 1.
108 verſi. breuiter. ff. de verb. oblig. ſed † ubi condi-
tiones coniunctæ ſint per copulã uel ſignũ uniuer
ſale uel collectiuum ad unam diſpoſitionem pro-
ut in propoſito requiritur concurſus. l. ſi hæredi
plures. ff. de conditio. inſtitu. l. ſi quis ita ſtipulatus
fuerit. ff. de uerborum obligatio. D. Benedictus
Capra inter ſuas regulas in tract. ſubſtitu. in 5. ſpe
cie. num. 60. 61. ubi teſtatur communem, ac intel-
lectum præbet ad l. pen. C. de impub. & alijs ſub-
ſtitu. pro unica diſpoſitione habentur ut uoluit
idem Soc. in præallegato conſi. 171. nu. 1. & 2. eo-
109 dem † modo ubi eſſet facta cõiunctio plurium
perſonarum ſeu locorum, & eſſet verbum diſpoſi-
tiuum prout in propoſito, tunc copula non reſol-
uitur in ſuam ſolutã. de locis eſt tex. in l. 2. §. ſiquis
ita. ff. de eo quod cer. loco. de perſonis. in l. huiuſ-
modi. §. ſi Titio. ff. de leg. 1. & cum ſit unica ſubſti
tutio ſub illa conditione, ſi ſine filijs. quæ deficit
per exiſtentiam filiorum. l. in omnibus. ff. de reg.
iur. & in terminis tenuit idem Maria. Soc. in præ-
110 allegato conſi. 41. num. 44. uol. 2. ꝙ ſi † vnus
filiorum reliquit filios, & alter non, deficit con-
ditio, & Angel. de Peruſio conſi. 159. num. 4. Cor
radus Alberti. Nec obſtat illud quod dicitur ꝙ
hæreditas non adita tranſmittitur ad filios: quia
bene tranſmiſit hæreditatem in qua erat inſtitu-
111 tus ipſe pater, quo † uerò ad patruum non po-
erat dici hæreditas eſto quòd viuebat. l. prima. C.
de pact. & ponendo filios in locum ſuum tranſmi
ſit, & quod potuit ceſſante reciproca inter eos; di
cto. §. cum ita. & ius ſuccedendi ab inteſtato cum
112 † reciproca non inducat fideicommiſſariam ut
uoluit Ang. de Peru. conſ. 9. nu. 2. ſer Biccius. aliàs
113 tractaſſent † de hæreditate uiuentis, quod non
licet. l. fin. C. de pact.

Non obſt. ꝙ ubi eſt conditio indefinite conce-
pta quòd æquipolleat uniuerſali per leg. ſi pluri-
114 bus. & per doctri. Bar. quia † reſpondetur quòd
bene uerum eſt quòd requiritur quòd conditio
uerificetur in omnibus ad hoc ut ſubſtitutio ha-
115 beat effectum, ſed † cum ſit impoſsibile quòd ue
116 rificetur ſi eſt defecta, nec † poteſt diuerſos effe
ctus operari, uidelicet excluſionem fideicom. &
incluſionem ipſius. l. ubi repugnantia. ff. de reg.
iur. Maria. Soc. Iuni. conſi. 99. num. 5. uol. 1.

Nec obſtat conſilium Paul. de Caſtr. 356. in
principio. quia ſi bene ponderetur eius intentio

non eſt uerbum facere de tali ſubſtitutione quã
dò filij in cond. poſiti cenſeãtur diſpoſitiue uoca
ti, & quando ſubſtitu. eſt facta per nomen colle-
ctiuum ſed incidenter & aſſertiuè dixit, & ibi nihil
allegat præter notata in §. cum ita. præallegato,
& ibi ſe remittit: quo in loco tenuit cum Bartol.
117 & † contrarium in effectu eius quod dixit ſupe-
rius, & quòd requiritur concurſus omnium con-
ditionum. ibi. num. 4. ſed in dicto conſilio loqui-
tur in ſubſtitutio. facta ſimpliciter: ideo &c.
118 Nec † obſtat id quod dicitur quòd excluſio
unius eſt incluſio alterius: quia illud procedit
quando duo, principaliter præponuntur, & tunc
unum excludendo alterum remanet, & non quan
do quid conditionaliter ponitur ad excluſionem
119 alicuius ſequitur incluſio illius, quia † ad inclu-
ſionem actus requiritur quid diſponens, & ita
procedat. l. cum prætor cum concordanti.

Non obſtat ſeptimum quòd defectus cõditio-
nis appoſitæ cenſeatur cauſa ſeu ratio cur ſit adie-
cta conditio, uidelicet quòd uoluit filios præferri
extraneo & eorum fauore alternatiua reſoluitur
in copulam. per l. filiusfamilias. §. cum quis. & per
l. Lucius. quia reſpondetur vt in reſponſione
quarti. Et quòd conditionis defectus ſit ratio
120 &c. potius adaptatur quòd ſit † ratio cur noluit
fideicom. deberi vt ſuperius dictum fuit. Nec ob
ſtat. §. cum quis. quia dicit tantum quòd ad defe-
ctum conditionis ſufficit extare liberos. Mini-
121 me † vero obſtat. l. Lucius. & communis Doct.
opinio vt alternatiua reſoluatur in copulam: quia
parum eſt dicere hanc eſſe communem opinio-
nem niſi ratio eius conſideretur. §. final. Inſtitut.
122 de iure natu. gen. & ciui. Et † Multoties turba
ſcribentium plus difficultatis & tenebrarum at-
tulerunt vt dicit Cagnolus in l. minum. in princi-
123 pio. ff. ſi cer. peta. Imo † plus dicit quòd iſti qui
colligunt has communes opiniones non ſunt ali-
124 qua laude digni, & † opus laborioſum & non
ſubtile ſtudent: ibidem numer. 40. ſed ibi in
125 † l. Lucius. alternatiua non reſoluitur in copu-
lam fauore filiorum vt communiter arbitrantur
Doctores, ſed quia altera pars conditionis eſſet
ſuperflua, & ibi ſubſtitutio fit ſub conditione, ſi
frater meus hæres eſſe noluerit aut prius morere-
126 tur, aut filium filiamve non ſuſceperit, cum † ſit
ibi ſubſtitutio vulgaris neceſſe eſt vt illa conditio
ſi hæres non erit eueniat: quia ſi deficeret, expira-
ret vulgaris. l. poſt aditã. C. de impub. Maria. Soci.
127 Iu. conſ. 110. nu. 6. vol. j. & † ſi conditio (filium
filiamve) ſtaret alternatiue eſſet ſuperflua quòd
eſſe non debet vt voluit Bal. in rub. C. de contra-
128 hen. emptio. Quia † exiſtentia primæ conditio-
nis faceret locum ſubſtituto, & ſic è contra defe-
ctus faceret quòd deficeret, adeo quòd idem eſſet
ſi, ſolũ ſub illa conditione facta fuiſſet ſubſtitutio
& ſecunda conditio nil operaret vt ſupra, ſi ergo
debet aliquid operari opus eſt vt ſtet copulatiue,
& ſi deficiat ſecunda conditio deficiat ſubſtitu-
tio non obſtante quòd prima exiſtat, ideo tex. ibi
dubitat an debeat admitti tanquam cohæres: &
decidit quòd non: quia frater fuit inſtitutus ex aſ-
ſe, & ideo Paul. de Caſtr. conſil. 114. uolum. 1. te-
129 nuit quòd ſi fiat † ſubſtitutio filio ſi in pupilla-
ri ætate deceſſerit, & ſine filijs, exponi debet & po
ſtea ſine filijs: quia aliàs eſſet ſuperflua illa condi-
tio ſine filijs cũ in pupillari ætate non poſsit filius
ſuſcipere, iſtũ intellectũ didici à præceptore meo
D. Hieronymo Torniello legente. l. Centurio, &
mihi ſatis placuit & memoriæ mandaui, quẽ te-
nendo non obſtat dicta l. Lucius. vt ſupra.
130 Nec obſtat tenendo communem quòd reſolua
tur alternatiua in copulam fauore filiorum: quia
in propoſito non facit quòd cenſeantur diſpoſi-
tiue uocati, ſed tantum in conditione poſiti vt ſu-
pra in reſponſione ad quartum dictum fuit.

Non obſtat octauum quòd pater & filius cen-
ſeantur una & eadem perſona, & quod poſſet al-
legare omnes rationes quas poſſet eius pater ſi
131 uiueret ad excluſionem ſuſtituti: quia † reſpon-
detur quòd illud procedit fictione iuris ut uoluit
Ioan. Calder. in titu. de teſtam. conſilio 31. cum
132 ſemper uerum ſit, Alteram † eſſe perſonam pa-
tris alteram filij. ut in ſimili uoluit Ang. de Peru-
ſio conſili 364. Pierus fecit. nu. 1. & impropriè di-
citur Dominus. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.
133 quæ loquitur per dictionem † quaſi, quæ eſt no
ta improprietatis. l. in tempus. §. final. ff. de uſuca-
pio. Bart. in l. 1. ff. de tranſ. Præterea dato quòd ip
134 ſi filij cenſeantur perſona patris, eorum † exi-
ſtẽtia nonne facit ceſſare reciprocam inter inſtitu
135 tos fratres? certè ſic, cum † de natura reciprocæ
ſit vt ſumatur conuerſio vt uoluit D. Bened. Ca-
pra inter ſuas regulas in prædicto tractatu ſubſti-
tu. in 4. ſpecie. nu. 26. & 27. & in ſimili tenuit Ma-
ria. Socin. conſilio 114. numer. 27. volum. 1. qua
136 † ceſſante non poſſunt ex diſpoſitione uenire,
ideò non obſtat ratio prædicta. ac etiam poſſu-
mus dicere vt dicit Gloſ. in verbo ſuſceperit. in
137 dicto §. cum ita. quòd † fideicom. conditionale
nõ tranſmittitur ad ſuos liberos, quæ vt teſtatur
Alex. eſt ab omnibus approbata, & idem uoluit
idem Soci. conſil. 17. nu. 10. uol. 1. & ſic non mi-
litat ratio prædicta quòd filij poſsint allegare om
nes rationes &c. facit etiam in propoſito dictum
dicti D. Benedicti. in tractatu prædicto in 5. ſpe-
138 cie ubi vult † quòd frater tantum qui fuit inſti-
tutus poſsit excludere ſubſtitutum de iure, & uo-
niat & uenire poſsit ab inteſtato: cum ſubſtituen-
do tale ius videt reſeruare loquendo qñ ſubſtitu-
tio facta eſt ſub nomine collectiuo in quo caſu
præſupponit potentiam teſtandi, & loquitur per
139 dictionem tantum † quæ excludit omnes alios
caſus. l. 2. C. de patri. qui filios diſtra. & ibi allegat
auctoritates idem D. Benedictus.

Non obſtat nonum de l. generaliter, quòd con
iũctiua reſoluitur in diſiunctiuam fauore filiorũ:
140 quia † reſpondetur quòd tunc cõiunctiua reſol
uitur in diſiunctiuam quando pluralitas condi-
tionum reſpicit diuerſos effectus. l. falſa. §. fin. ff.
de

141 de conditio.& demonſt.& † ratio eſt quia tũc
una conditio non debet facere conditionem ni-
ſi quo ad illum effectum quem reſpicit non quo
ad aliũ.l.fi.§.Scio.ff.de leg.2.& ibi Bar. Præterea
142 † dicta lex.generaliter, poteſt intelligi ut intel-
ligit D.Alex.& bene:uidelicet quòd ubi fideicõ.
fuit relictum ſub conditione ſi ſine filijs: & alijs
conditionibus.non habet effectũ,niſi omnes exi-
ſtant. præſupponendo quòd actus qui reſultat à
contrario ſenſu uerborũ dictę legis ſit ratio ſeu
cã cur nolit fideico. deberi,& propterea cẽſentur
alternatiue adiectę dictę conditiones,ideo nõobſ.
Non obſtat decimũ de legato facto alicui ad
quòd hæredes eius ſunt uocati,ſi,legatarius mo-
riatur ante teſtatorem ut præſupponit Decius
conſilijs allegatis: quia facilis eſt reſponſio, nec
poteſt inferri de eo caſu ad caſum noſtrum,& re
ſponſio ſumitur ex dictis eiuſdem Decij conſil.
143 ccclxx.col.2.ubi dicit quòd † ſi ſit facta dona
tio cauſa mortis Titio & eius hæredibus, dicitur
noua donatio in hæredes. & non quòd donatio
facta Titio tranſmittatur per Titium ad hæredes:
& ſic intelligendo non obſtat imò uidetur facere
pro hærede ſcripto & contra dictos filios, & eo
magis quia ibi erant diſpoſitiuè uocati, quod ſe-
cus eſt in propoſito. Quibus omnibus ſic relictis
remanet firma concluſio quòd hæreditas dicti
primi inſtituti ſine filijs mortui, uirtute teſta-
menti ab eo conditi pertineat: & ſit Viti hæredis
ab eo inſtituti:& ita &c.

Sed cum caſus mihi tranſmiſſus duo conti-
neat capita,unũ ſuperius diſcuſſum & firmatum,
alterum an filij prædicti debeant habere præci-
puum legatum. ſed tenendo concluſionem ſupe-
rius firmatam caſus caret omni dubio, tamen ut
nil dubitationis remaneat, & pro integro reſpon-
ſo mittendo in medium afferam omnia quæ in
contrarium poſſent aduci rationesque ſupradi-
cti Viti, demum contrarijs reſpondebo & partẽ
ad fauorem Viti potiora iura habentem firmabo,
modò deueniendo ad ea quæ in contrarium poſ-
ſent adduci.

Et primo quòd ſupradicti filij & ſic nepotes
144 ſuccedant præcipuè in legato facit:† quia teſta
tor uocando filios diſpoſitiue ut præſupponitur
cenſetur etiam ipſos uocaſſe in prælegato & præ
tuliſſe,eo magis quia non eſt expreſſum uerbum
hæreditatis, ad hoc Gloſſ.in l.Titia.in uerbo de
bere ff.ad l. falcidiam l. Marcel.§. quidã liberis.ff.ad
145 Trebel.& ibi Bart. firmat quòd † ubicunque eſt
dictum in fideicommiſſaria ſubſtitutione, quid-
quid ex bonis meis peruenerit reſtitutas, quòd
tunc teneatur fideicomiſſarius reſtituere etiam
146 prælegata, ſed † cum par ſit ratio ſequi li-
147 citũ expreſſi. & † ea quę ueniunt in conſequen
tiam à pari procedunt, Gl. in l.ſi ſeruo. C.de furt.
idem uidetur dicẽdũ in caſu noſt.in quo filij ſunt
poſiti in conditione ad excluſionem extranei,& p
conſequens uocati ſaltem ex uoluntate teſtatoris.
Secundo quia inſtitutio uel ſubſtitutio dum
148 † ſit indefinite puta ſi dictum ſit grauo reſti
tuere,tunc in fideicommiſſo ueniunt legata: ut
eſt tex. in l.Marcellus.§.quidam liberis.ff.ad Tre
bell.& ibi Bart. & communiter Docto. Pari ra-
149 tione in caſu noſtro cum † non ſit diuerſitas ra
tionis,ſed dictum eſt,ſubſtituo: quod uerbum nõ
facit differre caſum prædictum à propoſito.
150 Tertio quia teſtator ſubſtituendo † uidetur
grauare de reſtituẽdo totam hæreditatem in qua
151 continentur etiam legata, cum † hęreditas ſit
ſucceſſio in uniuerſum ius, & debet intelligi de
omnibus quæ defunctus tempore mortis habe-
152 bat.l.nil aliud.ff.de uerb.ſignifi.nam † legatum
delibatur.ab ipſa hæreditate.l.legatũ.la 2.in prin-
cipio.ff.de leg.j.modò cũ ſubſtitutũ grauauit re
ſtituere omnem hæreditatem in qua continebatur
tur etiam legatum.
153 Quarto & ultimo facit quia ubicunque † fi-
deicommiſſum uniuerſale eſt conditionale & le-
gatum purum,pro ut in propoſito,in reſtitutio-
ne ueniunt etiam legata & fideicommiſſa ut eſt
caſus in l.liberto.§.filium.ff. de annuis leg.

Prędictis non obſtantibus,contrarium de iure
eſſe cenſeo, & quòd prælegatum non debeatur
filijs in conditione poſitis, ſed ipſum ſpectare &
pertinere ac eſſe ſupradicti Viti inſtituti ſibique
acquiſitum uirtute inſtitutionis tanquam in hæ-
reditate confuſum:ad quòd oſtendendum infra-
ſcripta adducuntur.
154 Et primo facit quia dum quis † hæredem in
ſtituit & legat,quamquam grauet reſtituere non
intelligitur de legato:ut ẽ tex.in l.Titia ff. ad leg.
Falcid.Roma.conſi. cclvii. num.3. alias contra
uoluntatem teſtatoris congeretur reſtituere le-
gata. pari modo in propoſito in quo fuit facta
ſubſtitutio & legatum.
155 Secundo quia appellatione inſtitutionis † uel
ſubſtitutionis dato quòd eſſet facta ſubſtitutio
in filios in conditione poſitos non ueniunt lega-
ta. Deci conſi.lix.nume.9. uol.1.quia differt an
quis grauetur reſtituere hæreditatem indefinitè
uel bona indefinite:ut tenuit Glo. in l. Marcel-
lus.§.quidam liberis.ff.ad Trebel.Alex.Paulus &
D.Ripa qui aſſerit communẽ: pro qua facit text.
in l.ſi Titius.ff.de leg.iij.ubi dicitur quòd appel-
latione hæreditatis nõ ueniunt legata. Dato etiam
quòd in propoſito nulla fuit facta ut ſuperius pro
batum fuit,ſed,tantum filij ipſi fuerunt in condi-
tione poſiti.
Tertio & ultimo ubicunque fideicommiſſum
156 uniuerſale eſt de parte ſeu portione hæredita-
tis nunquam ueniunt legata, tex.eſt in l.Marcel-
lus.§.quidam liberis. ſuperius allegat à contra-
rio ſenſu,ubi dicitur de portione ſua, ita in pro-
poſito in quo fuit facta ſubſtitutio conditiona-
lis in qua non continẽtur legata. Nec obſtat text.
in l.Liberto.§.filius: quia ut Doctores ibi.& in §.
quidam liberis, & Alexan. dicunt quòd illud ſit
257 ſpeciale fauore filiorum, quia † reſpõdetur quòd
ibi fuit facta denominatio partis ad diſtinguen-
dum

dum partem cohæredis,& ideo nõ uenit ibi pars cohæredis ſed tantum pars grauati ex quo dixit partem ſuam, & ita in alio propoſito præceptor meus Dominus Hieronymus Torniellus reſpon ſum dedit ad illum text. legendo l.Centurio. iam citatá ex quibus omnibus dico ut ſupra prælegatum prædictum confuſum in hæreditate dicti ſecundi præmortui filij ſine filijs & inſtituti cũ ea deberi Vito hæredi ab eo inſtituto. Reſtat modo reſpondere ad cõtraria ſuperius adducta ad quas exiſtimo poſſe de facili reſpondere.

Nam nõ obſtat primum contrarium adductũ dum diximus quòd uocauit filios diſpoſitiue,quia hoc negatur ut ſuperius probatum fuit, & tanto magis ut dicitur: quia non eſt expreſſum nomen hæreditatis,& circa adducta & auctoritates Docto rum retorquentur in contrarium: quia aliter eſt dicere ut in dicto primo fundamento firmatur quidquid ex bonis.prout eſt opinio Bar.in l.Mar cellus. §.quidam liberis, facit id quod uoluit Ro-
158 manus conſi. 247.nu.3.primo dici † ubi uoluit quòd in generali fideicommiſſo non ueniunt bo na alio iure ad hæredem peruenta quàm iure hæ
959 reditaria. Nam † dictio,quidquid,omne ſignificat. l. quidquid abſtringendæ. ff. de verb.obliga.
160 nec † ualet argumentum de expreſſo ad tacitũ quando non conſtat de mente,nec uenit in conſequentiam expreſſi illud tacitum, ut uoluit D. Hieronimus Cagno. in regu. ſemper in ſtipulationibus. ff.de reg. iur.loquendo in ultima volun
161 tate, & † quando requiritur pro forma expreſſio,ut in ultimis uoluntatibus.l hæredes palam ff. de teſtamẽtis,uoluit Bart.in l.cum.quid.ff.ſi cert. peta.Nec obſtat Glo.in l.ſi ſeruo. ff.de furt. cum iſtud tantum non ueniat in conſequentiam ut ſupra Ang.de Peru.conſil.80.nume.4. Roland.de Valle conſi. 93.vol. 2.nu. 16. maturè conſiderantis, & facit.§. ex non ſcripto. inſtitu. de iu.natu. gen.& ciui. Glo. in clem. ſępe. de uerb. ſignific. ubi qui expreſſe in iudicio conſenſit non poteſt contra in alio iudicio uenire, ſecus qui tacitè. in uerbo partibus, & ut ſuperius dictum fuit quando quid dicatur uenire in conſequentiam quæ eſt ſumenda ab expreſſo: ſecus in propoſito.

Non obſtat ſecundum de l. Marcellus.§.quidã liberis:& ibi allegata per Bart. quia in propoſitò noſtro non eſt factum fideicommiſſum indefini
162 re,ſed conditionalis, quę conditio nil ponit in eſſe.l.ſi quis ſub cõditione.ff.ſiquis ommiſſa cau. teſta. Maria.Sozin.in conſilio. 65.nu. 60.vol.2.&
163 † ſat eſt diuerſitas rationis de indefinito ad cõditionale: quia indefinitum omnia ſupponit conditionale nihil ideo non militat.

264 Non obſtat tertium quòd hęreditas ſit ſucceſsio in uniuerſum ius: quia uerum eſt tempore mortis antequam hęreditas ſit tranſlata ad manus hęredis, & legata non ſint delibata ab ipſa hęreditate.ſecus ut uidemus quod quid poſſidetur iure legati,& quid iure hæreditario toto titu. de uſucap.pro hære. & pro lega. ut in propoſito
165 ante defectum conditionis de legato † hæredes inſtituti poterant diſponere, ſecus de fideicommiſſo generali in quo conditio erat in pendenti & ad prędicta optimè faciunt.l.ſi Titius ex parte. ſuperius allegata l.Titia. ff.ad l.ſalcidiam. & conſilium Deci.55.præallegatum nu.9.vol.1.

Nõ obſtat quartum de l.liberto.§.filium.quòd ubicunque fideicom. vniuerſale eſt conditionale & legatum purum,ꝙ in fideicõ. reſtituẽdo ueniat legatũ:q̃a ibi fuit facta denominatio partis ad diſtinguẽdũ partẽ cohæredis,ut ſuperius dictũ fuit.

Quibus omnibus reiectis remanet firma concluſio pro parte Viti hæredis inſtituti,cui cenſeo, & iuris eſſe dico deberi hęreditatem prędictã vnà cũ legato in ea cõfuſo,& ita firmo ego Balthaſar Quintius de ciuitate Aquilæ. I. V. D.licet minimus: ſaluo ſẽp meliori ac ſaniori iudicio,ad laudem & gloriã Oĩpotẽtis Dei & totius curię cæleſtis,manu ꝓpria ſubſcripſi,& ſigillo meo quo utor ſigillaui. Dat. Venetijs Kalendas Februarij.1566.

CONSILIVM DOMINI HORATII Lutij Callien.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante,reus abſoluitur.*
2 *Reus nõ poſſidẽs pro poſſeſſore cõuentus abſoluitur,*
3 *Paria ſunt non eſſe,uel eſſe,& non apparere.*
4 *Mors alicuius,quomodo ualidè probanda.*
5 *Viuere quis præſumitur vſque ad centum annos.*
6 *Mortuus quis nõ creditur,etiam ſi ignoretur ubi ſit,*
7 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſariũ*
8 *Viuentis non eſt hæreditas.*
9 *Aditio hæreditatis non præſumitur niſi probetur.*
10 *Teſtis volens probare poſſeſſionem uel dominium, quomodo teſtificatur ampliat.*
11 *Probatio dubia non releuat.*
12 *Scriptura priuata pro ſcribente non facit fidem.*
13 *Comparatio ſcripturarum,quæ requirat.*
14 *Hæredes ꝓbare habet,res petitas fuiſſe in bonis eius cui ſucceſſit.*
15 *Actor ex non iure aduerſarij obtinere non poteſt.*
16 *Alimenta filijs præſtita,cenſentur paterno affectu præſtita, ubi tractatur quomodo id procedat.*

CONSILIVM CLXXVIII.

DIVINO inuocato ſuffragio. Agitur ad bona Angeli de Caliò, & eius filiorum, videlicet Dudonis & Magiſtri Bernardini Angelici, quem latinarum ac Græcarum literarum alumnum & in arte Poetica excellentem vocat Paulus Roſcellus Patauinus in additione ad repertorium Aretini in ver. authoritate. Poetarum,ubi etiam ait ꝙ opera ſua oſtendẽt eius ingenij ſpecimen. In qua cauſa de conſilio deciſiuo ab vtraque parte requiſitus, breuiter, & concluſiuè procedam,ob

multas

multas officij occupationes, concludendo Federicum Maggiolum, & Franciſcam eius vxorem
abſolui debere à petitis contra ipſos per Panthaſilcam, & Lucretiam per illam vulgatam re-
1 gulam quòd † actore non probante reus abſol-
uitur. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor quod aſ-
ſeuerat. C. de prob. cap. accuſator. 6. q. ult. cap. ut
nam rerum. §. cum enim. extra, ut eccleſiaſtica bene
ficia, & cap. 3. in fin. de cap. poſſ. & propr. in qui-
bus locis dicitur id procedere etiam ſi is qui con
uenit nihil praſtiterit; Namque opus erat multa
probare, quæ minimè probata fuerunt, & primo
nihil omnino deductum apparet de poſſeſſione
rerum conuentorum, quæ caput erat intentio-
nis agentium. Quo modo enim cõdemnare poſ-
ſumus ad rem aut poſſeſſionem reſtituendam il-
los, qui eam rem poſſidere, aut poſſeſſionem ha-
2 bere non conuincuntur, cum † reus non poſſi-
dens rem hæreditariam abſolui debeat. l. ſi à te. ff.
de exceptio. rei. iud. l. procuratoris. ff. rem ratam
habe. & l. officium. ff. de rei vendi. & etiam ſi uerè
poſſideret id deduci, & probari debebat; Pa-
3 tia † etenim ſunt non eſſe, uel eſſe, & non appare
re. l. duo. Titij in fin. de teſt. tute. & l. in lege. de cõ
trahen. emp. & iudex debet id ſequi quod conue-
nit cum ex fide eorum, quæ probantur ſequi, l. il-
licitas. §. veritas. ff. de off. præſid.
4 Secundò non poſſunt agentes obtinere † quia
non probauerunt rectè mortem dicti Angeli, cũ
teſtes non deponãt vidiſſe eum mortuum, nec ẽt
de publica fama prout requirebatur ſecundum
gloſſ. & Bart. in l. ſiquidem. C. ſol. mat. cum con-
cor. ibi alleg. in apoſtillis. Et multo minus proba-
ta fuit mors dicti Magiſtri Bernardini quæ mi-
5 nimè præſumitur, cum † viuere quis præſuma-
tur vſque ad centum annos. l. ſi. C. de ſacroſan. ec-
cle. l. an vſusfructus. ff. de uſufru. gl. Bar. & Doct.
in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamen
ta aperiantur. Dec. conſi. 575. ubi teſtatur de com
muni. Panor. in cap. in præſentia. num. 4. de ſpon.
6 ubi dicitur † quòd quis non præſumitur mortuus
licet habita diligenti inquiſitione ignoretur ubi
ſit, & licet iſta communis opinio non tranſeat ſi-
ne difficultate tamen in caſu noſtro tranſit ſine
dubio, cum nihil omnino in contrarium affera-
7 tur, præſumptio † autem transfert onus proban
di in aduerſarium. l. ſi. in prin. ff. quod metus cau-
ſa. l. nuptura. in fi. ff. de iu. do. cum ſim. Et in ſpe-
cie uidetur probari in d. cap. in præſentia. cum ibi
not. & per Bar. in l. ſi quidem. & ideò ſupradicto-
rum hæreditas non uidetur adiri, uel peti poſſe
per l. neminem. ff. de acquiren. hæredita. & in l.
hæres institutus. ff. eod. titu. ubi habetur, quòd hę
res inſtitutus petans teſtatorem uiuere, quamuis
iam defunctus ſit, hæreditatem adire non poteſt
8 † cum uiuentis non ſit hæreditas. l. prima. ff. de
hæred. uel act. uend. & l. ſecunda. §. interdum. ff.
de uulg. & pupi. Tertiò quia non probatur dictas
actrices adijſſe hæreditatem eorum quorum bo-
na petunt, & maximè Magiſtri Bernardini, quæ
9 aditio † ſeu cõmixtio cum in facto conſiſtat non
præſumitur niſi probetur, ut dicit Bald. in conſil.
382. nume. 2. & conſil. 437. nu. 2. uolum. 3. Rom.
conſil. 224. circa princ. Hierony. Gra. conſil. 140.
num. 8. & 9. uolum. 2. & Soc. Inn. conſil. 2. nu. 18.
uolum. 1. per regulam. l. in bello. §. factæ. ff. de cap.
& poſtlim reuer. & mihi uidetur tex. in l. & ſi quis.
§. plerique. ff. de religio. ubi ait quòd aditio non
præſumitur ob impenſam in funus factam: unde
multo minus non præſumetur quando nihil con
currit. Quare cum non probetur dictas agentes
hæreditatem prædictorum adijſſe, cuius aditio-
nis probatio neceſſaria erat, & multa requirit, ut
per Pract. Papi. in forma libelli, pro hæreditate ab
inteſta. delate, in uerſi. ipſamq; hęreditatem adiuit,
neſcio profecto uidere quomodo agere poſſunt
ad dicta bona hæreditaria.
10 Quartò deueniendo † ad probationem bono
rum petitorum, ſpecialiter dico parum fuiſſe pro-
bare quòd Angelus poſſederit dictam domum pe
titam cum eandem domum uenditam fuiſſe pro-
betur per inſtrumentum productum. Quo uero
ad uineæ, & horti poſſeſſionem, uel dominium,
non uideo ſufficientem probationem præſtitam
fuiſſe, cum teſtes non reddant aliquam cauſam
iuxta not. per Bal. & Fely. in c. cum cauſam. de teſt.
oportet enim, ꝙ teſtis uolens probare bona fuiſ-
ſe alicuius, etiam non interrogatus reddat ratio-
nem ut per Alex. in conſi. 112. nu. 14. uol. 6. quæ
ratio reddi debet ex quinque corporis ſenſib. uel
ex uno eorum, ut dicit Inn. in d. cap. cum cauſam.
Circa uerò ſuppellectilia, & ferramenta cum non
probetur, quę, & quanta fuerint, & quis ea poſſi-
deat, non niſi abſolutio ſequi poteſt, licet ꝙ aliqui
dicant quòd in hæreditate ſupradicti Angeli re-
11 manſerunt ſuppellectilia: quoniam † dubia pro-
batio non releuat. cap. in præſentia. de proba. &
ibi glo. & Doct. Quo uerò ad pecuniam mutua-
tam Antonio, & Gregorio, contentam in quibuſ-
dam priuatis ſcriptis, nõ uideo ad eam exigẽdam
aliquod ius competere ſupradictis mulierib. agen
tibus, cum non probetur eas hæredes eſſe dicti
Magiſtri Bernardini, nec minus quòd rei conuen-
ti ſint hæredes præfatorum Antonij, & D. Gre-
gorij, quorum utrunque probari oportere, mani
feſtum eſt etiam lippis, & tonſorib. Deinde omiſ-
12 ſis alijs exceptionibus dico quòd † ſcriptura pri-
uata non facit fidem pro ſcribente. l. inſtrumen-
ta, & l. exemplo. C de fid. inſtrum. & cap. 2. eod.
titulo. maximè quia, nec teſtium ſubſcriptione,
aut recognitione, nec legitima comparatione ro-
boratur. iux. not. per Docto. in d. cap. 2. per Soc. in
conſil. 274. colum. 7. uerſic. tertio, principaliter. &
Spec. in titu. de inſtr. edi. §. nunc dicendum. nu. 5.
13 Quæ † quidem comparatio fit ex ſcriptura trib.
teſtibus ſubſcripta, niſi ſit publicum inſtrumentũ
l. comparationes. C. de fide inſtrum. Corn. conſil.
159. litera t. uolum. 1. mandatum autem dicti ma
giſtri Bernardini ab agentibus productum eis
potius obeſſe uidetur, quàm prodeſſe, uidetur
enim

enim oſtendere, non illis, ſed mandatarijs, quos mortuos fuiſſe minimè probatur, competere ius agendi ad nomina debitorum dicti magiſtri Bernardini.

Quintò etiamſi rectè probatum extitiſſet bona ſupradicta in hæreditate præfati Angeli remanſiſſe, non ob id ſequitur, quòd ad ea bona actrices agere valeant, cum ipſæmet deduxerint, ac confeſſæ fuerint, quòd poſt mortem dicti Angeli hæredes remanſerunt nominati Dudo, & magiſter Bernardinus, quorum cum ſe actrices hæ-
14 redes faciant † probare debebant res petitas in bonis eorum fuiſſe, ut eſt tex. in l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. quod minimè probatum reperi. Non enim ſequitur Angel. poſſedit alia bona, ergo, & poſt mortem ſuam, & hæredum ſuorum in eorum bonis remanſerunt; quoniam potuerunt vendere ſicut uidemus in ſuprascripta domo petita, quam venditam fuiſſe conſtat, & ideò tex. in d. l. fin. exigit, vt res fuerint, & remanſerint in bonis teſtatoris.

Sextò, quia ex præfato Angelo remanſerunt quinque filij nempe Dudo, & magiſter Bernardinus, Matthias, Franciſcus, & Guido Paulus ex quo ſuperſtes eſt Franciſcus filius, qui profectus fuit ad forum Iulij, ut probatur per Sabinam, Iuliam, & Franciſcum Brunori, iunctis his, quæ dixerunt Ludouicus Anto. Brunori, & Baptiſta Patrignati (qui viuere præſumuntur) præter Dudonem, cum eorũ mors minimè probata fuerit, per ea quæ iam dicta ſunt, unde dictæ fœminæ actrices cum dotatæ fuerint excluduntur à ſucceſſione dicti Angeli per illa decreta, quòd ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedunt.

Nec obſtat illa obiectio, quòd Federicus, & Frãciſca eius vxor rei conuenti nullum ius habent in bonis petitis: quoniam ab illis poſſeſſa fuiſſe, aut nunc poſſideri, minimè probatum fuerit, & conſequenter ab illis peti non poſſunt. Deinde non ſequitur rei ius non habent in re, ergo actrices obtinere debent, cum iura ſua haud rectè deduxerint, vel probauerint, per rationes ſupra ad-
15 ductas, Actor † enim ex non iure aduerſarij obtinere non poteſt, ut tradit Caſtr. in conſil. 94. in prin. volum. 1. & Dec. l. qui accuſare. nu. 14. C. de eden. per l. fin. C. de rei vendi. & in ſpecie noſtra eſt melior tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi pars hære. pet. ubi dicit, quòd qui hæreditatem, uel partem hæreditatis petit ius non ex eo meliùs, quod poſſeſſor occupauit ſed ex ſuo iure.

Circa verò reconuentionem alimentorum præſtitorum Panthaſileæ actrici per Petrum Paulum
16 nuncupatum la Magazina ac eius filios † puto dictam Panthaſileam abſoluendam eſſe, nullamque repetitionem concedendam: quoniam paterno affectu præſtita fuiſſe uidentur per. l. ſi paterno C. de neg. geſt. cum concordantibus ibi allegatis per glo. in verſi. repetiturus. maximè quia non conſtat quòd ij qui alimenta dictæ Panthaſileæ præbuerunt eius negotia geſſerint. per l. Neſennius. ff. eod. tit. ac etiam propter temporis diuturnitatem, & ſanguinis coniunctionem, per l. Procula. ff. de proba. & inter coniunctos, cum aliquid confertur, præſumitur fieri ex naturali affectu, magiſquàm ob aliam cauſam ſecundum Bald. in auct. ex teſt. col. 3. C. de colla. per multa iura quæ allegat: poteſt etiam dici quòd reconuentio non habet locum coram arbitris ſeu arbitratoribus, ut eſt tex. in c. cum dilectus, & ibi notant Doct. extra de arb. & Ang. in repet. l. ſi vacantia. nume. 144. C. de bo. vac. lib. 10.

Et ita iuris eſſe videtur mihi Horatio Lutio, I. V. D. Callienſi. in quorum fidem ſubſcripſi, & meo ſigillo ſigillaui. Laus Deo.

Reſponſorum, quæ vulgo conſilia vocantur, ad cauſas vltimarum voluntatum, ſucceſſionum, dotium, & legitimationum, nunc primum publicæ commoditati editorum, ex præſtantiſſimis quibuſque Iureconſultis, & veteribus, & nouis, ſingulari induſtria ac ſtudio Io. Bapeiſtæ Ziletti. I. V. D. Veneti collectorum, primum volumen explicit, ad laudem Dei.

FINIS.

VENETIIS,

Apud Franciſcum Zilettum M D L X X X I.